Teſtis cuiꝰ depoſitio eſt ānulata propter defectum ſolemnitatis an poſſit propter falſam depoſi tionem puniri. 493
Tortura ſiue tormentum dicitur quaſi torquens mentem. 359
Torqueri qui poſſunt. 390
Torqueri qui non poſſunt, eod
Tormentorum ſpecies. 383
Tortura improprie dicitur que timorem tantum infert. 384
Tortura leuis eodem
Tormentum ſeuiſſimum. eod
Tortura an poſſit repeti. 185
Tortura dari non debet niſi cō ſtet de crimine. 387
Torqueri poteſt reus ad indicā-dum mandatores. eod
Tortura dari poteſt propter cō feſſionē factam à reo extra iudi cium. 390
Tormentorum metus leuis con feſſionem nō reddit inutilem. fo. 319
Tormentorū ſpecies. 383
Tormentum primum cum igne ad plantas pedum. 383
Tortura improprie dicitur que timorem tantum infert. 384
Tortura leuis. eod
Traditione inſtrumēti cenſetur res tradita. 272
Tres menſes a quo tempore cur runt. 229
Tutor aut curator cōtrahere cū pupillo aut eius minore nō po teſt. 262
Tutor finita tutela curatorē pe-tere debet. eod
Tutor ſuccedit pupillo ſine he-rede decedenti. eod
Tutela an finiatur in xiiii anno. fo. 264
Tutor pōt rē pupilli emere. 265
Tutor poteſt celebrare mutuū& quoſcunque cōtractus. eodem
Tutor nō tenetur facere inuen-tarium ſi teſtator prohibuerit. fo. 299
Tutor nō conficiens inuentariū qua pœna punitur. eod

V

VAcante imperio iuriſditio pape competit. 18
Vacāte papali ſede imperator nō ſuccedit. eod
Variatio facit indicium ad tortu ram. 87
Vaſallus an poſſit rem vendere vel onus imponere contra pa-ctum. 475
Vaſallus negans feudi partem an perdat totum. 477
Vbi duplex pœna imponitur di uerſis legibus qua debet quis puniri. 29
Vbi agitur rei vendi. publi. vel ſimili res ſpecialiter expri-menda. 46
Vbicunque poſſeſſio eſt antiqua concurrente patientia diocre-ſani preſumitur titulus. fo. 118
Vbi iudex debet eſſe preſens vel alius in aliquo contractu. 165

venditor

Venditor pacto liberatus ab in-tereſſe euictionis remanet obligatus ad precii reſtitutionem ſo. 55
Venditor nominis quid emptori preſtare teneatur. eodem
Venditor quando tenetur emptori dare fideiuſſoré pro euictione. eodem
Vendens rem duobus falſi pœna tenetur. 64
Venditiones plures dicuntur quã do plures res emptæ ſunt vno precio. 227
Vigilantibus ius ciuile ſcriptum eſt. 160
Vitæ diſcrimen preſumitur eſſe ex terrore armorum. 223
Vltima mora nocet. 218
Verborum multiplicatio non neceſſaria ſubſtãtiã rerum non mutat. 36
Verba ſimpliciter prolata vbi referantur. 39
Verbum tenebuntur neceſſitaté importat. 92
Verbum non valeat intelligitur per ſententiam. 94
Verba in ſubhaſtatione quibus plus offertur iuducunt preciſe obligationem. 158
verbum in promptu debet intelligi cum temperamento. 211
Verbum qnandoque ſubauditur ad orationem legalem. 216
Verba enuuciatiua diſponũt quã do ex illis ſequitur malum imminés. 441
Veutam non habet gerendus ſi facta non fuerit reo priuſquam garendiam ſuſciperet. 54
Vnus actus non facit aliquem negociatorem aut mercatorem ſo. 21
Vnus tutor quando tenetur pro alio. 220
Vna proteſtatio an ſufficit an plures requirantur vt conſtet de negligentia iudicis. 260
Vocem habens nomine proprio & etiam nomine canonici. 256
Vocem in capitulo an habeat ſimplex capellanus. eodem
Vocem ſuam an poſſit quis nunciare per literas abſens. eodem
Vſucapio & preſcriptio dicuntur impium preſidium. 165
Vſufructuarius an teneatur ad collectam an dominus. 468
Vſuarius an teneatur ad collectã an dominus. eod
Vxorem delinquentem maritus poteſt leuiter corrigere & caſtigare. 36

Finis Tabulæ.

¶ COMMENTARIA IOAN. CONSTAN. IVRIS LICEN. IN leges Regias, ſeu ordinationes de litibus breui decidendis ex tertia editione per eundem aucta & illuſtrata fœliciter incipiũt.

FRANCOYS par la grace de Dieu roy de France: Sçauoir faiſons à tous preſens & aduenir, que pour aucunemẽt pourueoir aux biens de noſtre iuſtice, abbreuiation des proces, & ſoulagement de noz ſubiectz. Auons par edict perpetuel, & irreuocable, ſtatué & ordonné, ſtatuons & ordonnons les choſes qui s'enſuyuent. Artic. i.

Hic incipit prooemium legum & conſtitutionum, recenter editarum, quas Regias ordinationes appellamus. In quo diu eſſet inſiſtendũ, & per ſingula verba diſcurrendum: ſed quia gloſſator pracmaticæ ſanctionis multa ſuper his conſcripſit, ideo non repeto, quia non opus facere intendo, ſed quoſdam commẽtariolos, vt me & alios labore & ſtudio alleuem, qui ſenſum cuique legenti harum ordinationum aperient, quæ antea viſæ ſunt difficilime non modo rudibus, ſed ſemidoctis, & licet

 vulgari

vulgari ſermone ſint ſcriptæ, magnam tamen vim in ſe habent, & complectuntur. Scire leges. Non hoc eſt verba earũ tenere, ſed vim ac poteſtatem, l. ſcire leges. ff. de leg. Virtus enim legũ eſt eas ſcire inducere, vt dicit, Bal. in. l. non ſolum. §. qui primipilum ff. de excu. tuto. quare ſi eas vis ſcire ſtudio incũbe. vt dicit Ludo. Ro. ſingu. 651. quibus ſingulis (quæ ad rem faciunt) ſubſcribam, omiſſa longa verborum ſerie: ad quod nos admonet Seneca dicens, quanta dementia eſt ſuperuacua diſcere in tanta tẽporum egeſtate, quod male noſtri iuris ciuilis interpretes ſeruauerunt, cum eorũ longa verborũ ambage omne pœnè ius turbatum eſt. l. j. §. noſtram. C. de vete. iur. enucle. Et ideo non mirum ſi dominus noſter Rex his ſuis ordinationibus talem ambagem voluit prȩſcindere, & materiam iurgiorum amputare, perque Reſp. læditur, & plerunque confunditur vt l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff de cap. & poſtli. reuer. qui ſtudet ſubditorum vtilitati, & noctes ducit inſomnes, vt ſubiecti quietè viuant. In auten. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. in prin. col. ii. & dicit Imperator voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis præparemus. In auten. vt diuinæ iuſsio, ſubſcrip. habeát. glo. quæſto. col. viii. prohdolor quòd peritia, & doctrina iuris ciuilis fuit olim eximiæ reuerentiæ, ſed hodie eſt maleuolentia, vt inquit Tullius, qui ſic ait, iuris ciuilis ſummo ſemper in honore fuit cognitio, atque interpretatio, quam ante hanc confuſionem temporum principes, in ipſa poſſeſsione retinuerunt. Nunc verò vt honoris, vt omnis dignitatis gradus, ſic huius ſcientiæ ſplendor deletus eſt. Videmus hodie plurimas prouincias, quæ legibus non vtuntur, ſed vel ſtatutis, vel conſuetudinibus reguntur, & hoc propter multifarias cauillationes profeſſorum in hac ſcientia: ſola vero medicina vbique locorum retinet gradum ſuum, ſecundum practicum Papien. in forma interrog. fiendæ numero ſecundo & dicit Bal. in ſua practica, titu. de appella. quæſtione quarta, quòd his noſtris temporibus modicum capitale ſit de legiſtis, & magis modicum & nihil ſiet in poſterum: quia principes largiuntur oppidis, & ciuitatibus, & villis quandoque facere legem, & ſtatuta, & modica, & parua intercesſione:

ne:& malè faciunt ad tollendum legem imperialem & cõſtitutiones vicariorum Christi. Non ergo exiſtimet legiſta viuere ſua arte vt dicit pract. Papien. In titu.de duo. reis,in glo.ſi.licet Imperator, alibi dicat quod iura non ſinunt aliquem viuere in paupertate, nec mori in anxietate,vt in auten.de hæred.& falci. In ſi. col.j.quod fiebat cum iura per principes non mutabantur, vt hodie ſit,& dum tot non ſiebant legiſtæ:quia hodie turba magiſtrorum inutiles magiſtros & contemptibiles facit, vt dicit glo. In auten.de referen.ſacri palatii.col.ii. in prin. vileſcit enim dignitas legum propter numeroſitatem imperitorum. Vide infra.ar.clxxxix quod ibi dicam, verumetiam dum contingebat regimen Reip.tradi. ſtudioſis ſapientiæ legalis,vt in.§.ſumma itaque.inſti.in proœ. & eſſent tales Reip.beatæ, vt teſtatur Plato de Rep. Sed hodie Reſpublica committitur regenda & plurimum indoctis,& imperitis quod ſi nõ poſſunt virtute,& eorũ ſcientia tentant pecunia,quod fieri nõ debet vt teſtatur. Idem Tullius in officiis. Et quia hic tractatur de lite abbreuiãda:ſic ego de longa diſputatione vitãda,vt ſupra dixi ſufficit vnam legem bene ad propoſitum facientẽ allegare. ff.ad l aquil.l.ita vulneratus circa finem,& de fal.l.ſi quis obrepſerit.Nam melius eſt pauca,& vtilia dicere, quàm multis inutilibus aures hominum prægrauari.C de vete. iur.enucle.l.ii.§.contrarium & in auten.de tabel.§.i.colla.iiii.his præmiſsis quæro,vtrum iſtæ ordinationes Regiæ durent poſt mortem earum conditoris,ſcilicet Franciſci Regis noſtri moderni. Et primo videtur quod non quia prætor non poteſt interdicere, aut ius dicere vltra tempus ſuæ iuriſditionis.ff. de pac.l. vltima, & de poſtu. l.puto.§.i.& not. viii.quæſt.i.c.apoſtolica.§.i. quod papa non poteſt facere ſtatutum in id tempus, quo futurus non eſt,id eſt,poſt mortem ſuam,vt ff.de iuriſd.omnium iudi.l.eum qui.item actiones deſcendentes ex iuriſditione prætoris regulariter non durãt vltra annum. Nam anno tantum eorum durabat Imperium, inſti. de perp. & tẽpo.actio.In prin. & de offi.præfect.Aug.l.i. quod not. C.de iudi.l.properãdum.§.ſinautem in medio: item quia adueniẽte ſucceſſore prædeceſſor, deponit imperium ff.

Legalis dignitas vileſcit propter numeroſitatem imperitorum.

Reſpublica in doctis cõmittitur.

Ordinationes Regiæ an durent poſt mortẽ conditoris.

de off. procon. l. meminiſſe Econtra videtur quod durẽt imperpetuum, vt in procœmio dicitur, *par edict perpetuel*, quia Prætores etiam imperpetuum poſſunt interdicere. ff. de pœnis. l. moris, & ff. de poſtu. l. j. perpetuo videtur ſeruandum, quod eſt legitimè ſtabilitum. l. nec enim. ff. de itine. actúque priua. cum ſimilibus, quia quod non mutatur ſtare non prohibetur. ff. de appel. l. præcipimus, & de teſta. l. ſancimus, & facit ff. de judi. l. venditor. Vnde dicendum quod legitimè, & cauſa cognita factum eſt, perpetuo durat, donec mutationem habet, quanuis poſsit mutare ſucceſſor, cui legem indicere nó potuit. C. de legib. l. digna vox c. j. de emptione. lib vi. & de hoc plenè notatur, extra de ſententia excommunicationis c. à nobis, in glo. ſed econtra. Quæro ſecundo vtrum iſtæ ordinationes poſſunt tolli, & reuocari per earum conditorẽ, qui eas irreuocabiliter edidit dico breuiter, quòd ſic, quia nemo poteſt ſibi eam legem imponere à qua recedere non liceat. l. ſi quis in principio. ff. de leg. iii. & l. nemo. ff. de leg. i & plenè notat. Dy de regulis iuris. c. quod ſemel placuit lib. vi. quod eſt verum vbi per eum modum tollitur, per quẽ inductũ fuerit ff. de reg. iur. l. nihil tã naturale: vnde ſtatutum quodcunque, & quocunque modo vallatum poteſt tolli eo modo, quo inductum fuerit, videlicet per conditores ſtatuti, vel per populum contrario ſuffragio. ff de leg. l. de quibus in fine, & argu. C. de fidei com. l. quoties, & de leg. j. ff. l. nihil. §. omnibus, & de lega. ii. l. cum pater. § libertus. Quæro de vna quæſtione, de qua nouiſsimis diebus fui conſultus, quidam condidit teſtamentum ſolemne coram notario & teſtibus. Elapſis multis diebus motus pœnitentia voluit reuocare teſtamentum ſuum, & de facto in præſentia duorum teſtium reuocauit, & à notario acta ſibi fieri petiit. Elapſis multis annis, eo mortuo, hæres ſcriptus vult adire hæreditatem, conſanguinei venientes ab inteſtato impediunt hæredem ſcriptum, & oſtendunt reuocationem teſtamenti. Vtrum hæreditas ad hæredem ſcriptum, vel conſanguineos pertineat, videtur dicendum quod non valeat reuocatio, per textum in. §. poſteriore. inſt. quib. mod. teſt. infir. tamen multum obſtat tex. in l. j. §. ſi linum, ff. de bono poſſ. ſec.

Ordinationes poſſunt tolli, & reuocari per conditorem

tabu.& l. poſteaquam.§. ſi heres inſtitutus.ff. ſi tab. teſt. nul.ext. vbi ſi appareat teſtatorem incidiſſe linum, vel incidiſſe tabulas non poteſt peti bonorum poſſeſsio, ſecundũ tabulas, tu ipſe cogita. Adde, & ſolue iſtã quæſtionem vt per Io. And. in addi ad Spe. titu. de inſtru. edi. § .cõpẽdioſe ver. quid ſi prius, vbi dicit, quod illa ſecunda diſpoſitio non valet, quia etiam ſi imperator eſſet nominatus in illa, non tolleret primũ teſtamentum l. nullus C. de teſta. apperte caſũ diffinit. l. ex ea ſcriptura.ff. de teſta. Et de l.iii. l. fidei cõmiſſa.§.1. Solet enĩ princeps, in legibus ſuis condendis ſeruare formam l. humanum. C. de leg. In quem tranſlata eſt omnis poteſtas legẽ condendi § ſed quod princi. Inſti. de iure na gen. & ciui. dicit tamen Ioan. Fab. in l. fina. C. de leg. quòd domini curiæ parlamenti Pariſiis, poſſunt facere leges de conſenſu principis, & ſi ſine conſenſu principis fecerunt, princeps poteſt illas tollere, quoniam Rex. quando ſuper aliquo oportet ſtatui conuocat nonnullos prælatos, præſides, ac etiam conſiliarios parlamentorum Regni ſui ad ſe, & ſuũ magnum conſilium, quorum conſilio facta per Cancellarium Frãciæ, propoſitione leges, & cõſtitutiones (quas Regias vocamus ordinationes) promulgat, facit, & condit. Adde quod nulla lex poteſt principis curiã coarctare, quim poſsit quolibet tempore ius reddere, etiam diebus feriatis. C. de his qui ad eccle. confu. l. preſenti in prin. ibi quotiens vſus exegerit & c. Nam ipſe eſt lex animata in terris vt in auten. de conſul. §. pe. in fine. Et per hoc poteſt excuſari cõſuetudo curiæ Regis Franciæ parlamentorum: quæ omni tempore, & omni die ius reddit: vt veniẽtes de longinquis partibus citius expediantur ita notat Spe. titu. de fer. ver. item nota & ſequẽti quod Spe. dictum notent domini parlamentorum, quia multum eorum auctoritatem auget & pro iſto pulchro dicto facit quia omnes principes ſunt ſub imperatore preter Regem Franciæ, vt idem Spe. notat titu. de appel.§. nunc tractemus extra qui filii ſunt legitimi c. per venerabilem & in titu. de feudis.§. quoniam ver. xiiii.& tenet old. cõſi lxix, incip. cõſueuit dubitari, vbi dicit circa finem, quod Rex Franciæ nec de facto nec de iure recognoſcit ſuperiorẽ. &

Solẽnitas que requiritur in condẽdo teſtamẽto requiritur ĩ eo diſſoluendo.

Senatus quomodo poteſt facere legem.

Ordinationes quomodo fiunt per Regem.

Principis curia nulla lege coarctatur.

Rex Frãciæ nec iure nec de facto recognoſcit ſuperiorẽ

Iaſ in l.1.ver.nunquid autem Rex Francorũ C de ſũma. trin.dicit,quod communiter tenetur, quod de iure nõ ſit ſubiectus imperatori & Bal.conſil.ccxvii. incip ego puto vbi formaliter dicit, quod contra Regis Frácie decorem i.prima vexilla inuictiſsimi Regis Francorum, nemo preſumat honorem.& circa finem illius conſilii ver. illud etiam dicit quod Rex Francorum qui Francus eſt à iure Romano,nõ dedignatur legibus ſubiici,nec ſacros canones imitari.& idem Bal.conſil.ccxviii.ver.& ideo dicit,quod ſuper omnes Reges chriſtianorum Rex Francorum obtinet coronam libertatis & glorie. Nota inſuper, quòd ex procœmio ſumitur cauſa finalis ſtatuti. Ita probatur in hoc procœmio: in quo cauſa finalis eſt abbreuiatio proceſſuum,& leuamen ſubditorũ,vt in.c.quoniã contra de proba.Idem probatur,in l.vt liberis. C. de col. & in.l.fina.ff.de hære.inſti & hoc tenet ſingulariter Bal. quod tene mente propter ſtatuta, in quorum principiis ponitur procœmium. Nam ſi reperiatur aliquis caſus, in quo non habeatur procœmium ſtatuti non habebit locũ etiam ipſum ſtatutum,quia ceſſante procœmio,& ſic cauſa finali,debet ceſſare diſpoſitio ſtatuti,vt in.l. adigere.§. quanuis.ff.de iure patro.vide Lanfran.in repe.dic.c.quoniam contra in proœ.& ibi addi.ad ipſum. Adde vnum notabile dictum Bar.ſi eſſet verum,quod quotienſcũque ex ſtatuto vnius iudicis ſuperiorem recognoſcentis, imponitur aliqua pœna,quæ venit parti applicanda, naſcetur actio,quæ durabit anno tantũ & dicetur hoc ius prætorium eſſe.Et poteſt poni exemplum in ſtatuto epiſcopi,legati,vel marchionis,vel ducis, vt ponit Bar.in l.1.§, permittitur.ff de aqua quoti.& eſtiua.& in.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.l fina.ff.de pœ.Hoc autem Bar.dictũ non videtur mihi ſimpliciter verum,niſi reſtringatur ad temporales iudices,qui ratione ſuæ poteſtatis facultatem habent ſtatutũ condendi,quia ſuſtineri tunc poteſt quôd ius talium ſtatutorum dicatur pretorium ius eſſe.Et ideo ſi eorum officium ſit annale,non durabit vltra annum.Si verò ſit ſemeſtræ, non durabit vltra ſex menſes. inſti de perpe.& tempo actio in prin ſed ſi officium duraret ad eorum vitam,vt eſt officium epiſcopi,vel marchionis, vel

Statutum non habens procœmium non tenet.

Bar. dict. nõ videtur ſimpliciter uerum.

ad

ad beneplacitum ſuperioris: vt officium legati. aut alterius iudicis, cui datur hodie officium ad beneplacitum. Tunc tale ius erit ciuile, & ſic actio ex eo deſcēdēs erit ꝑpetua ſicut ſi naſceretur ex eo, & actio ex eo naſcēs erit perpetua. vt probatur inſti. de perpe. & tempo. actio. in prin. ſupra citato. à contrario ſenſu facit. l. ſufficit. ff. de cō di. & demonſtra. & l. iuriſperitos. ff. de excu. tuto. vbi per illum textum nota quod ſi princeps facit aliquem officiarium, ſic dicendo. quandiu placuerit, vel noſtre voluntati, quod dicitur facere perpetuo. quod bene nota. Et intellige Bar. dictum in his, qui non habent perpetuam iuriſdictionem, ſed delegatam aut temporalem, vt in c. quærēti extra de offi. dele. in quo Bar dicto ferme omnes errant, qui putant ſententiæ executionem non poſſe, poſt annū peti, aut cæteros actus iudiciarios nō durare. Ideo ad literas Regias (miſerorum refugium, & indoctorum) recurrūt. ☞ Adde Spe. tit. de emphiteoſi ver. 178. vbi dicit quòd ſi papa conceſsit tibi beneficiū tenendū vſq; ad ſuæ voluntatis beneplacitum, durabit donec per papam reuocetur. & per pari. de pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo. officiales vbi dicit quod officialis datus ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ eſt perpetuus quia ſedes nunquam moritur ſecus ſi ſit datus, ad beneplacitum papæ aut Regis noſtri quia eo mortuo expirat c. ſi gratioſæ de reſcrip. in vi allegat Bal. in dic. l. iuriſperitos, Nota pretērea quòd exiſtēs in officio gerit vicem duorum ſcilicet ſui ipſius & officii l. quæſitum. ff. de in ius vocan. de adop. l. ſi conſul & l. ſi plures. ff. de pac. & c. a collatione beneficii de appel. in vi. & glo. in c. ex literis de proba.

Officiū iudicis datur hodie ad beneplacitum

Princeps faciens aliquē officiarium quādiu placuerit vel ad beneplacitum dicitur facere perpetuo.

Exieſtens in officio gerit vicem duorum.

De ne faire citer gens laiz, en actions pures perſonnelles,

C'Eſt à ſçauoir, que nous auons defendu, & defendons à tous noz ſubiectz de ne faire citer ne conuenir les laiz par deuant les iuges d'egliſe, en actions pures perſonnelles: ſur peine de perditiō de cauſe, & d'amende arbitraire. Artic. ii.

Iudex poteſt prohibere ſubiectis.&c.

HVic ordinationi adſtipulatur, quod tradit Ioan.Fab. in.l i C.de offi. præfect.vrbis, quod iudex poteſt prohibere ſubiectis ſuis, ne litigent coram alio in ſui prę iudicium. Et eſt textus in c.tranſmiſſa, extra de fo. compe. poteritque (eum qui contra fecerit) iudex eccleſiaſticus licet fuerit iudex incompetens punire ſecundũ formam traditam hic. textus iuncta glo. in. c. vltimo extra de reſcrip.& Feli.in c.i.de iudi.& in.l tam collatores §. fina.C.de re milita.lib.xii.notat Anto Corſe. in ſuis ſingu.in verbo iuriſditio allegat textum in.c. fina . de reſcrip.& quod nota.in c.cęterum eo titu.lib.vi ex quibus nota, quòd iudex qui pronunciat ſe incompetentem, poterit agentẽ condẽnare in expenſis ☙ Aduertat tamen vt prius partem condemnet in expenſis q̃ ſe incompetentem pronunciet quia ſi prius ſe incompetentem pronunciet non poterit poſtea condemnare in expenſis, cũ non habeat iuriſditionem, ita notat Spe.titu.de expenſis. §.ſi ante ver. Nono in certis caſibus & ibi etiã notat ꝙ ſi iudex incompetens requiſitus in expenſis non condẽnet, de ſuo ſoluet, aliquid dixi infra ar.cix ☙ quid ſi laicus citatus conſentiat in iudicem eccleſiaſticum, an poſsit, videtur quòd ſic.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac. &.l.i. &.ii.C.de iudi.quibus licet vnicuique in non ſuum iudicem conſentire, & coram eo litigando eius approbare iuriſditionem à qua quidem regula omnes ferme iuris profeſſores, in dicta.l.ſi quis in conſcribendo, & in c.ſi diligenti. extra, de foro compe.ſolos clericos excipiũt, quos nec tacitè, nec expreſsè fori priuilegiũ ab ſe abdicare poſſe tradunt. ☙ adde Spe.titu.de renũ.& conclu.§.i. ver ſi cui autem iuri vbi plus dicit ꝙ iuramẽtũ ſuper hoc interpoſitum non valet nec tenet vt pred c.ſi diligenti cum ſimi. ☙ verum pari ratione idem ius ſtatuitur in caſu noſtro, vt laici non poſsint eccleſiaſticam iuriſditionẽ prorogare, & hanc prohibitionem poteſt facere princeps, cum illam papa admittat, vt in dic. c.ex tranſmiſſa iuncta glo.pulchra hic communiter approbata. & hanc ſententiam ſuadet, quòd papa in clericis ſtatuit, quòd nõ poſſint conſentire in iudicem non ſuum, niſi in alium clericum,

Iudex qui pronuntiat ſe incompetentẽ poteſt agentem in expenſis cõdemnare.

Princeps prohibere poteſt laicos ne iuriſditionem ec

cum,& de voluntate epiſcopi, vt in.c.ſignificaſti extra, de foro compe. qnod limita eſſe verum, quando clericus vult prorogare iuriſditionem iudicis penitus non ſui, quia tali caſu habet locum diſpoſitio.dic.c.ſignificaſti.ſecus autem ſi iudex prorogatus non eſt omnino ſuus iudex, quia tunc non eſt neceſſarius conſenſus ſui iudicis. notat. Ludo Roma.ſingu.738.[illegible] Adde.Io and.in titu. de cōpe.iudi.adi.§.generaliter ver ſed quid in delegato vbi dicit alleg. Guido de ſuz.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.om.iudi. ꝙ poteſt iudex ſuos ſubditos compeſcere ne prorogent aliorum iuriſditioně in ciuilib⁹, ſed poſtꝙ̄ prorogauerunt, nō poteſt impedire.ff.de acquirě.Rerū domi.l iij.et in verſi ſed nunquid dicit ꝙ iudex propri⁹ in criminalibus prorogationem non tenetur habere ratam ex quo de omni crimine iudex ex officio inquirere poteſt vt dixi infra arti.cxlv. Quid ergo ſi dictum fuit in inſtrumento vt quolibet loco & ſub quolibet iudice poſſim cōueniri & tu vis me cōuenire ſub prorſus extraneo dic ꝙ admittetur exceptio mea.l.ſi conuenerit ff. de iuriſdi.om iudi. Sed quid promiſi per ſtipulationem, ꝙ paterer conueniri ſub quolibet iudice & quolibet loco? dic ꝙ nō valet, quo ad cōuentioně, nec michi preiudicat niſi poſt litě conteſtatā imo ante litem conteſtatā poſſū voluntatem mutare & contra pactum venire.ff Solu. matri.ſi cum dotem.§.eo autem tempore Quid ſi ſit pactum vt vbique & vbicunque me inueneris tenear tibi ſoluere nullo tamen certo loco determinato dic ꝙ tale pactum non valet ſed operatur tale pactū, vt teneatur tibi ad intereſſe, quia factum videris ſtipulatum fuiſſe, & cum factum eſt in obligatione ad intereſſe agi poteſt. ff. de re. iudi l.ſi quis.ff.de verb.oblig l.quoties tenet Spe.titu. de cōpe.iudi.adi.§.generaliter ver quid ſi ſit pactū. Quero preterea nūquid poteſt declinare quis ei⁹ iudiciū in quě ſemel cōſenſit? dic ꝙ aut agitur de iuriſditione danda, vt cum duo conſentiunt litigare ſub iudice nō ſuo & tunc quilibet poteſt penitere ante litem conteſtatam vt. ff.de iuridi om iudi.l.ſi conuenirit Secundo quero quid ſi feci tibi pactum vt poſſis me coram quolibet iudice conuenire Spe. In dic.titu. ver ſed nunquid dicit alleg. vber. ꝙ ſi

cleſiaſticā prorogent.

Iudex poteſt prohibere ſubditis, ne prorogět iuriſditioně poſtquám prorogauerunt nō poteſt.

Si cōuětū ſit, quòd coram quolibet iudice poſſis me conuenire.

Si ſit pactum quòd vbique, & vbicunque me inueneris ſoluam tibi.

Declinare an quis poſſit iudiciū ei⁹ in quě ſemel cōſenſit

ſi oppono exceptionem iudicij declinandi,non audior ſi ſim laicus ſi vero oppono exceptionem loci fori,& territorii audior,priuilegio enim fori pacto renunciari non poteſt.iiii,quæſtio.vi.c.non liceat ex.de foro compe.c.ſi diligenti hoc tamen nota, ꝙ in prorogatione iuriſditionis non requiritur expreſſus conſenſus,ſed tacitus ſufficit vt notat imo.in.c.cum veniſſent de in integ. reſti. & Bar.in dic.l.ſi conuenerit & eſt textus in.l, i.§.conuenire.ff.de iudi vnde ſi æqua lance in poteſtatibus vtamur, eccleſiaſticus egré ferre non debet.Si princeps illud idē de ſuis laicis ſtatuit: equitate edicti poſiti quod quiſque iuris in rubro,& in nigro.Sunt enim hæ poteſtates expreſsè diſtinctæ,ita vt vnuſquiſque ſua ſorte contentus exiſtat.c.quoniam.x.diſtinct. & ita poteſtas ſecularis in cauſis prophanis,& ſecularibus,eſt tanti,quanti eſt eccleſiaſtica quoad clericos.l.deprecatio.ff.ad.l.Rho.de Iac.l. cunctos populos.C.de ſumma trini & fide catho. Si tamen fiat prorogatio cum iuramento in iudicem eccleſiaſticum,videtur quòd valeat.c.cum contingat,extra de iureiur. & quód non liceat pœnitere poſt iuramentú, etiā re integra ſecundum Ange.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.omnium iudi.E contra tamen videtur cum lex ciuilis, ſeu princeps poſsit remittere iuramentú iuſta ſubſiſtente cauſa,ita vt iurans obſeruare, iuſta cauſa ſubſiſtente, non compellatur lege ipſa prius lata, nec in periurium incidet tale iurameutum non obſeruans poteſtate dictæ remiſsionis legis.arg.l.fina.ff.qui ſatiſda.cogan. videtur caſus.Et glo.hoc formans in l.adigere.§. fina. ff. de iure patro.quam ibidem ſcribentes.& Bar non improbant. Poteſt tamen diſtingui.aut lex ciuilis ſimpliciter prohibet contractum, non tamen expreſsé remittit iuramentum.Si ſuper eo interponatur,& hoc caſu contractui prohibitorio iuramento firmato ſtari oporteat,prædic.c.cú contingat,& hic cum non expreſsé iuramentum remittatur,ſi in clericum conſentiat laicus iuramento, ſed vbi lex ciuilis nedum prohibeat contrahi:imo & contrahentibus iuramentum ſi quod præſtiterint remittatur iuſta cauſa prohibitionis exiſtente,tunc remiſsio iuraméti tenet,& contractui iurato ſtare compellitur.Ita vt hoc caſu

Iuriſditionis prorogatio nō ſolū fit expreſsè ſed tacitè,

Princeps poteſt remittere iuramentum iuſta ſubſiſtēte cauſa.

ſu princeps auctoritatem apoſtolicam teneat, per dictam glo. ſingularem Contrarium tamen huius diſtinctionis tenuit Butri. in dic. c. cum cõtingat & c. quemadmodum. eo. titu. dicens, quòd talis prohibitio, aut iuramenti remiſsio iuramento ſecuto nihil operabitur, & eccleſia iurantem ad obſeruationem iuramenti eccleſiaſtica cenſura compellet: tamen quia hoc ſtatutum eſt factum fauore Reip. ideo iuramentum ſuper hoc interpoſitum nihil operatur vt. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac. & l. ii. & l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. & per hoc ſequitur, quòd ſi per ſtatutũ aliquid diſponatur fauore publicę vtilitatis principaliter tali ſtatuto non poteſt præiudicari iuraméto. Vt ſingu. no. per Ioan. Pe. de Ferra in titu. de in inte. reſtitu. in glo. tunc iurauit bonum tamen eſſet ſtatuere, vt periuriũ ipſum euitetur, & ne ĩ aliquo honor in Deum iniurietur vt de cętero nullus iuret in contractibus, & cæteris actibus per ipſum perficiendis, exceptis his contractibus & diſpoſitionibus, in quibus pro ſubſtantiali forma ſacramentũ præſtari iubetur: vt in fidelitatibus, & ſibi ſimilibus & haberet hæc prohibitio, in minore, ac muliere ſummã equitaté, qui illa fragilitate & imbecillitate ętatis, ſeu ſex⁹ qua inducũtur faciliter, iura ſua perdunt eadé facilitate ſimiliter ad iuraméta inuitantur. l. doli. §. diuerſum. ff. de noua. ita vt omni ſuffragio tanto ſtudio iure prætorio & ciuili inuento, ne in captione maneant, poteſtate (proth dolor) dicti ſacramenti deſtituti inueniantur, quas quidem perſonas ciuilia quoque iura indiſtincté cõtrahere, & negotiari non prohibent, ſed tantum ipſis (eorum facilitate & plerũque ſecũ contrahentium interueniente) ſubuenit naturali quadã equitate. Itaque tale decretũ ſanctiſsimum videretur, & equitatem manifeſtam non ſolũ in minoribus haberet: ſed in mulieribus, quæ maximè decipiũtur in alienatione fundi dotalis, quam lex ciuilis infringit, vt l. i. ff de fundo. dota. & inſti. quibus alie. licet in prin. niſi iurauerit expreſsè non contrauenire quo caſu mulier repellitur ſecundum iura canonica, vt in prædic. c. cum contingat, quæ decretalis conſumpſit infinitas mulieres, circa quod deberet ſtatui: item & optimum foret, ſi in tali lege edictali ſtatueretur

Statuto fauore Reipublicæ principaliter introducto non poteſt præiudicari iuramento.

Mulier non poteſt cõtrauenire alienatiõi fũdi dotalis niſi iurauit, expreſſe nõ cõtrauenire.

lis ſi iurauit, expreſſe non contrauenire. tueretur, vt tabelliones non reciperent à contrahentibus iuramentum, & ita bene fieret ſi ſecularis poteſtas decerneret pro lege, vt laici qui ſubditi in eorum negotiis pertractandis, & perficiendis à iuramentis ſe abſtineant. Vbi etiam aliter obligationem aſſumunt: ne ipſi deierent & in aliquo altiſsimi omnipotentis honorem contènant, & iniuriētur. ☞ Quare dicit Bal in rubri. de rerũpermu. quòd ſi mulier minor & ruſticus in contractu iurent nõ obligantur quia cum iuramentum ſit captioſum & iniuſtum debet per epiſcopũ relaxari & dicit quod licet iuramentum repreſentet quem maiorem non tamen fingit eum prudentem & ſagacẽ ſicut nec mulier fingit ſagacẽ. ☞ Et quòd nullus laicus ſuæ iuriſdictionis prorogationem in iudicem eccleſiaſticum facere præſumereret: optimumque eſſe videretur eo decreto pœnali iudicio perſtringere actores, qui fraternis correctionibus, & monitionibus eccleſiaſticis ſimulatè, & nõ in charitate plerunque vtuntur, vt ita, facto. Poſtea inde occaſione ſumpta, ad eccleſiã ſub colore charitatis denunciatione ſeu monitione eccleſiaſtica decurrant: niſi prius iudices ſuos ordinarios adiuerint, & eorum defectu, & negligentia immediatum iudicem, arg. c ex tenore, extra de foro cõpe. & ſpecu. in titu. de compe. iudi. adi. (Hoc enim ita facto. c. nouit. de iudi.) practica remouetur ſub cuius colore plurimi ambitu, & vſurpatione eã ſibi ſub colore peccati iuriſdictionem in laicos, in damnationẽ ſecularis poteſtatis vendicare procurant, quod abſurdum eſt, in clericis, ſi periti iudices forenſium cauſarum eſſe velint l. conſulta C. de teſta. l. repetita. C. de epiſ. & cle. Nã ordo iuris confunditur, ſi ſua vnicuique iuriſditio non ſeruatur c. peruenit. xi. quæſt. i. Adde quod de hac monitione generali faciunt gloſ. & docto. mentionem in l. ciuile. C. de fur quare malefaciunt, qui ad eam ſe opponunt, ſed vt preſtent, ſeu ſatiſfaciant, quod eorum conſcientia debere impetrantibus putãt. Nam de iure pars que impetrauit tãlem monitionem generalem pro aliqua re ſua perdita, vel aliquo damno ſibi illato in ſuis bonis, & poſſeſsionibus, non poteſt citare, aut citari facere aliquem corã officiale, maximè ſi ille qui citabitur, nõ eſt de foro eccleſiæ,

Iuramentũ prohibere laicis cõtrahẽtibus bonum eſſet.

Minor mulier & ruſticus non obligãtur.

Monitiones ſub colore charitatis.

Monitioni opponi non debet ſed ſatisfieri ſecundum cõſcientiam.

Item

Item quia furtum rapina, damnum illatum impetranti, ſunt crimina eccleſiaſtica.vt c.cum ſit generale, de foro compet. Item ſic per indirectum eccleſia traheret ad ſe omnem iuriſditionem ſecularem, vt conſueta eſt facere contra c nouit.de iudi. Item tales literæ generales monitoriæ,& excommunicatoriæ fiunt ad conſcientiam, non autem ad effectum exactionis, vt quis poſsit inuitus trahi ad forum eccleſiæ. Item ſic agendo, quis eſſet monẽdus in ſpecie quod non eſt dicendum, vt in cap. ſi ſacerdos de offi.ordi.dicunt Hoſtien.Io An.& Butri.in.dic.c.nouit.quod quando fiunt tales monitiones generales ſufficit ad euadendum de manibus eccleſiaſtici, quod quis compareat,& dicat ego teneo rem illam, & ſi hoc dicat, amplius nõ poterit cognoſcere iudex eccleſiaſticus, ſiue hoc dixerit coram eo. ſiuè iudice ſeculari vt latius dicam infra. arti iii.& hæc eſt vna cautela ad impediendam eccleſiaſticorum iuriſditionem circa huiuſmodi generales monitiones quorum tota eſt practica in ſuis curiis quare conſulo,vt quis effugiat eccleſiaſticorum diras execrationes citet aut citari faciat aduerſarium ſuum coram iudice ſeculari. Et ibi quod ad ſuam conſcientiam ſpectat illius generalis monitionis, fateatur,& dicat. quare circa hoc bonum eſſet ſtatuere, vt qui ſe putarent conſcientia leſos, huiuſmodi impetrantibus ſatisfacerent. alias ſi contingeret illos in huiuſmodi mala conſcientia deprehendi, acriter punirẽtur per iudices ſeculares. quia quemadmodũ periuri pnuiuntur de eorum mala conſcientia, ita & iſti puniri poſſunt de eorum mala conſcientia. Et ſic eccleſiaſtici non eſſent forenſium cauſarum periti, vt dictũ eſt. ☞ Adde quod dicit Spec.titu.de ceſsio.§. actio. verſiculo quarto. preſumitur quod cleric⁹ ratione ceſsionis trahit.laicum in Francia coram eccleſiaſtico de conſuetudine regni Franciæ & dicit Io. And.de compe.iudi.adi.§.effectus autem ver. Item ſola aditio quod valet conſuetudo quod reus ſequatur forum actoris nec videtur iſta conſuetudo abrogata per limitationem poſitam infra. articulo iii. vbi dicetur. ☞ Præterea, nota quòd ſi laicus facit iniuriam clerico, iudex ſecularis cognoſcit ad hoc allegatur. l.de ordinario.C.de offi.prefec. preto.

Literæ monitoriæ generales, & excommunicatoriæ fiũt ad conſcientiam.

Cautela ad impediẽdã eccleſiaſticorum iuriſditionem.

Clericus in Francia ratione ceſſionis trahit laicum coram iudice eccleſiaſtico.

Conſuetudo quod reus ſequatur forũ actoris.

prǽto. Eſt quæ aduertendum. quòd clerici non gaudent regulariter priuilegio militum armatæ militiæ. Niſi qua tenus hoc ſit expreſſè à iure diſpoſitum Et ideo nõ gaudent priuilegio. l. ne paſsim. C. de iur. & fac. Igno. vbi hoc tenet Bar. ſimiliter non gaudẽt priuilegio quòd exigi poſſint, deducto ne egeant In. c. Odoardus extra de ſolu. & ibi nota. licet gloſ. & Bar. videantur ſentire contrarium in. l. miles. ff. de re. iudi. in prin. quinimo videtur plus dicere. Ricar. malum quòd equiparantur milites armatæ, & celeſtis militiæ: vnde ſecundum eum idem in priuilegio. l. i C. de iur. & fac. Igno quia dixit contrariũ eius, quod ibi dicitur. Nam ſecundum ipſum in dic. l. i. ſi datur aliquod priuilegium militi, vel alicui contra ius cõmune, non trahitur ad conſequentiam. ſed hoc eſt huiuſmodi, ergo &c. nonobſtante. l. fori. C. de aduoca. diuer. iudicio. quia illa parificat quantum ad dominium, non quoad alia priuilegia, quicquid ibi dicat. Bar. & an priuilegio quod, quis non poſsit conueniri, vltra quàm facere valeat, poſsit renunciari, dic quòd non, ſi conceditur perſonæ, vt. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matrimo. alias ſecus. l. & ſi fideiuſſor. cum. l. ſequenti. ff. de re. iudi. lege verũ. ff. ꝓ ſocio ſecũdũ Math. Math. ſingu. 61. adde caſus in quibus quis ſortitur forum non ſuum per Spe. titu. de compe. iud. adi. §. i. aduerte etiam quòd iſtud eſt generale dictum quod clericus in rebus propriis gaudet eo priuilegio quo eccleſia. vt in. c. fina de vita & honeſt. cle. glo. in. c. literis de pigno. xvi. quæſt. i. c. ſi mulier. & in cle. preſenti. de cenſi. & in. c. quanquam eo titu. lib. vi. canoniſte ponũt in c. ſi diligenti &. c. fina de preſcrip. modo pone, quod contra eccleſiam non preſcribitur, niſi annis quadraginta. vt in. c. de quarta de preſcrip. & in auten. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. Idẽ videtur in re clerici per dictam regulam, ſed contrarium eſt verum, quia fallit in præſcriptionibus. glo. eſt ſingularis. xvi. quæſt. iiii. c. poſſeſsiones. aliud nota quòd laicus poteſt eſſe rector hoſpitalis fundati auctoritate epiſcopi, vt in. c. quia cõtingit de relig. domi. Sed an poſsit coram iudice laico iſte rector conueniri? Dic quòd ſi eſt rector hoſpitalis fundati auctoritate epiſcopi, tunc non poteſt conueniri. niſi

Clerici quando gaudẽt priuilegio militũ armatæ militiæ.

Priuilegio quod quis non poſsit cõueniri vltra quã facere poſsit an poſsit renunciari.

Clerici an gaudeãt eo priuilegio quo eccleſia

Laicus poteſt eſſe rector hoſpitalis fundati.

niſi in foro eccleſiæ etiam ſi habeat vxorem.vt.quæ religioſis ff.de religioſis & ſune ſump.ſecundum Hoſtien.in ſũma titu.de reg.§.i.ver.quid de ruſticis do. Anto.refert in.c ii.de foro compe.Ludo.Ro.ſingu. 399. adde bonã glo.in lege clericus.C.de epiſco.& cle.quòd acta facta coram iudice ſeculari contra clericum faciunt fidem coram iudice ſpirituali. argumento, à contrario ſenſu hic ſumpto videtur, quòd in realibus iudex eccleſiaſticus ſit iudex laicorum, quod eſt fortiſsimum in iure lege.i.ff.de offic eius cui manda. eſt iuriſd. quia prohibetur laicus trahi, in puris perſonalibus, ergo in realibus, ſed dico, quòd ibi eſt, malus, ſubauditus. Ideo non intelligendus lege cum patrem.C.de condi.inſer.lege conuenticulam. C. de epiſc. & cle. adde quod argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis validum eſt in iure, ita voluit Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.& in l.nõ poſsibile.ff.de pac.quod intellige eſſe verum, niſi argumentum illud ſumatur, quod ſtatuentes inciderent in pœnã, gloſ. eſt vnica, & incognita, in l.i.in verbo.facere.ff.de vſur. ſecundũ Ludo.Ro.ſingu.105.de qua facit.Bal.feſtũ ſecundum eum, & non dicit vbi.tu dic in auten.ad hoc.C.de vſur.& in l.ſi eum.§.qui iniuriarium.ff.ſi quis cautio & non ſolum valet argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis, ſed etiam in reſcriptis.Pactis, & ſtipulationibus, ſententia, & teſtamentis, vt notat Anto.Cor.in verbo.argumentu m.& intellige hic textum, dum dicitur in puris perſonalibes, id eſt, in his, quæ non ſunt ſpiritualia, vt in ſacramẽtis, & ſimilib9, vt dicetur ĩfra articulo quarto QQ. Adde que dicitur actio perſonalis, & actio realis reſpõdeo realis dicta eſt a re. que petitur, puta quando quis nullo iure mihi obligatus eſt ſed volo quæſtionem ſuper aliqua. re.mouere, perſonalis dicitur quando perſona. obligata eſt: puta quando ago contra eum qui michi ex aliquo contractu vel maleficio, vel quaſi obligatus eſt inſti.de actio circa prin.titu.§.nãq; &.§.appellamus ſed certe ſecundum hoc videtur quelibet actio realis & perſonalis nam ſi peto rem per conſequens dico te obligatũ ad rem petitam tradẽdam ſeu reſtituendam, & habet locum realis & perſonalis, item ſi peto ate decem ex cauſa mutui,

autoritate epiſcopi.

Actio quæ dicatur perſonalis & quæ realis.

mutui dirigo actionem meam in ipſa decem et ſic. habet locum perſonalis & realis ad hoc reſpondeo conſiderandum eſſe, ex quo fonte prima procedit actio ſecundum initium & originem facti cenſenda eſt perſonalis, vel realis. nam in contractu vel quaſi maleficio vel quaſi, perſonalis prin cipaliter obligatur, & ideo tantum actio perſo nalis locum habet cum vero agit ad rem res principaliter tantum petitur & ideo realis tantum locum habet, ita notat Spe. titu. de actione ſeu petione.

De ne decerner telles citations.

Artic. iii.

ET auons defendu à tous iuges eccleſiaſticques, de ne bailler, ne deliurer aucunes citations verballes, ou par eſcript, pour faire tirer noſditz ſubiectz, purs laiz esdictes matieres d'actiõs pures perſonnelles, ſur peine auſsi d'amẽde arbitraire.

Iuriſditionem ſuã defendere pœnali iudicio unicuique iudici licitum eſt.

LIcitum eſt vnicuique iudici, penali iudicio ſuam iuriſditionem defendere, vt. l. i. ff ſi quis, ius dicen. nõ obtempe. & ibi Bar. Boniſa. de vitel in titul. de pœnis con demna. verſi. ſed nunquid iudex, etiam aduerſus non ſubditum, vt. c. dilecto, de ſenten. excommu. lib. vi. & in. l. nullum. C. de teſti. etiam cum armis, vt refert Pau. de caſtro, in dic. l. i. poteſt etiam iudex ſuam iuriſditionem interdicto vti poſsidetis defendere. vt notat Bar. in l. fina. ff. vti poſsi. Quæ remedia ad iuriſditionẽ ſuá defendẽdam ſunt multa quia poteſt etiam perſonam capere. l. cũ eo. ff. ad. l. iul. repe. & in. l. conſentaneum. C quomodo & quando iudex & l. plerique. ff. de in ius vocan. ſecundum Bar. in dic. l. i Quæro nũc, ſi iudex eccleſiaſticus citet laicum contra hanc legem edictalem, ſeu ſtatutum, an teneatur comparere, & videtur, quòd ſic allegaturus ſuum priuilegium. l. ſi quis ex aliena ff. de iudi. Contra tamen in. l. ff. ſi quis in ius voca. non ie. quia ibi forum eſt dubiũ: ergo

ergo non tenetur venire,ſed contra facit.Si laicus ſimpliciter citetur,id eſt,in citatione nulla cauſa expreſſa quæ iuriſditionem laici ſaltem in dubio eccleſiaſtico tribuat: quia dubium eſt,an ſit forum clerici,vel laici. Ideo tenetur venire,vt dic.lege ſi quis ex aliena attamé dico,quod laicus ipſe ita ſine cauſa expreſſa,& iuſta citatus,non habet eccleſiaſtico obtemperare: vti poteſtati ſeculari regulariter,& non eccleſiaſtico ſuppoſitus:eo quod regula & ius commune incompetentiæ eſt pro laico citato contra citantem. vt c.cum ſit generale,& c.ſi clericus laicú extra de fo.compe.lege iuris ordiné,& lege in criminali. C.de iuriſd.omnium iudi,quo fit,vt teneatur regulis, & iuri communi obtemperare,& non ſpecialitati,quod quodam aliquo caſu eccleſiaſtico iudici ſubiicitur,niſi caſus ille nominatim in citatione exprimatur , ſecundum ſignáter notata per Innoc.in.c.pręterea extra de dila Bar. Bal.Ange.& alios in dic.lege ij.§.i.ff.ſi quis in ius voca. non ierit.& dic.lege ſi quis ex aliena ff.de iudi.&.l.fin.ff. de iuriſ.omniú iudi.Quare ſi velo leuato,& cauſa minime cognita eccleſiaſticus laicos ad ſe euocare ſollicitet, vellét,que ſuis finibus non eſſe contétus:nedú poteſt ſecularis poteſtas eú punire ſuo arbitrio,vt hac noſtra lege edictali traditum eſt,ſed etiam contra tales exceſſus,& in iuſtitias iure reſiſtere,vt in lege prohibitú.C.de iure fiſci lege omnes.C.de digni.lib.xij.& lege deuotú.C.de meta. & epidime,lib xij.faciunt etiam nota in lege vt vim ff de iuſti.& iure,& in.c.i.de iudi lib.vi. Hoc tamen dictum quoad reſiſtentiá facti non caret ſcrupulo cum adſit eccleſiaſticus,qui ſuorum inferiorum errores, & exceſſus ordinaria via corrigere poteſt,propterea ad talia iniuſta euitanda huic decreto poſſet addi,quod nullus laicus citatus ab aliquo iudice eccleſiaſtico,debeat comparere,niſi in citatione, cauſa legitima exprimatur: de quo extat ordina.Ludo.xij.arti.xlv. Adde q prelati & clerici noſtri temporis multum ſunt nature indignâtis,& homo naturaliter appetit honorari, iuxta illud gloriam meam alteri non dabo yſa.xlij.&.xlviij.notat Spe.titu.de cita.§. Iam de cita.ver.porro & ibi.Ioan and.in addi. Sed

Laicus ſi ſit citatus ab eccleſiaſtico iudice habet ius incompetentię.

Laicus citatus á iudice eccleſiaſtico.&c.

Prelati & clerici noſtri tépori ſunt nature indigná

b quæ

quæ erit hic,& in præcedenti edicto iſta pœna. dico, quòd iudex debet illam arbitrari,vt vir bonus argu.lege vir bonus.ff.iudi ſolui,& no.per glo.& Bar.in lege ſi qua pœna.ff de ver.ſigni.quia hoc eſt generale,quod vbi certa pœna expreſſa non eſt, in iure arbitrio iudicis relinquitur,extra de offi.de leg.c.de cauſis. ff. de iure delib. lege.i. In fine tamen ab eius iniquo arbitrio poterit appellari,vel peti,quod reducatur ad arbitrium boni viri: ſecus,ſi pœna eſt expreſſa,in iure glo.in.c.ſuper his.in verbo arbitriũ,extra de accu glo.& Bar.in præd.l.ſi qua pœna Quæro nunc quando lege,vel ſtatuto imponitur pœna arbitraria,an tunc iudex poſsit arbitrari pœnam mortis, glo.ſing in.§.in ſumma iuſti de iniur.dicit ꝙ ſic quã glo. ſequitur imo, in .c.ex literis, extra de reſcrip. qui allegat illam glo.& ibi multum eleganter loquitur, eandem ſequitur Abb.in dic.c.ex literis allegans bonum textum, in hac materia in l ſacrilegij. C.ad l. Iul. pecul vbi textus imponit pœnã arbitrariã,& tamen narrat aliquando fuiſſe impoſitam pœnam mortis ſequitur imo,in.c. inquiſitionis extra de accuſa. Dicit tamen quod debet intelligi,glo,quando qualitas delicti hoc importat:aliàs nõ arbitrabitur tanquam bonus vir:allegat Bar. in dic. lege ſi qua pœna,& ſequitur.Bal.in.l.fina.ff.de rerum diuiſione,& Bal.in c.i.§.iniuria.de pace iura.firmã,& Bal.in l.i. C.de his, qui latro & poterit appellari. ☙ Vide Bal. in dic.c.i.§.iniuria de pace iur firman vbi dicit quòd pro iuria que cadit in atrocitate facti vt ſi quis dedit alapam poteſtati propter ſingularem iniuriam poterit capitaliter puniri,per dic.glo.in dic.§.in ſumma dicens ꝙ pœne arbitrarie extenduntur vſque ad mortem incluſiue propter facinorũ exceſſus per dictã glo. ☙ & intellige arbitrium boni viri,arbitrium viri diſcreti,& non indiſcreti, & fatui,per ea quæ habentur in.l.i.ff.de lege.ii. Si iudex arbitratus ſit mortẽ iniquo arbitrio,quã qualitas delicti, nõ ſuadet poteſt appellari vt no.glo.ſing.in dic.c. ſuper his,extra de accuſã & Bar.in dic.l. ſi qua pœna aduerte tamẽ quòd a pœna. legis non poteſt appellari vt dic.l.ſi qua pœna,& in.c.quia nos,& ibi glo.extra de appel.Ioã. An.in.c.ad noſtrã.eo.titu.ſed an à declaratore dicte pœnæ

Pœna quãdo arbitrio iudicis relinquitur.

Pœnã mortis an poſsit arbitrari iudex.

Iniuria facta iudici poteſt capitaliter puniri.

Arbitrium boni viri quod dicatur.

nę poſsit appellari.textus eſt.& ibi Bar. in lege eius qui delatorem.ff.de iur fiſci.quod ſic ſpecu.in titu.de recu.§. vlti.verſic.hoc.In principe autem omnes ſunt arbitrarię, & poterit arbitrari pœnam mortis,caſus eſt, in.l.i.C.de ſacroſanct.eccle.& faciunt,nota per Bal.in repet.ſua dic. l.i.& de hoc:uide per Ange.in tract.ſuo maleſi.in verbo, & ibi caput à ſpatulis amoueretur, & addi.ibi limita.hoc ſtatutum ſi,eccleſia velit aduerſus contractum initũ cum laico reſtitui,quia id poterit petere coram iudice eccleſi. dictum eſt Inno.in.c.cum ſit generale, de foro compet. ad fineallegat,duo iura quæ optimè probant.c i. de in in teg.reſtitu.c.penul.de rebus eccle. non alienam. Vide Rom.ſingu.centeſimo duodecimo,& idem dic in clerico,quod eccleſia etiam in patrimonialibus ſecundum dominum Antonium,in.c.conſtitutus, de integ. reſtitu.& hoc dicit quædam additio,ad Roma.vbi ſupra.

Pœnæ omnes ſunt arbitrariæ in principe.

Limitation.

ET ce par maniere de prouiſion, quant a ceulx dont le faict a eſté receu ſur la poſſeſsion d'en congnoiſtre,& iuſques a ce que par nous en ayt eſté autrement ordonné. Et ſans en ce comprendre ceulx qui auront obtenu arreſt, donné auec noſtre procureur general, s'aucuns y a.

Artic. iiii.

HIc articulus declarat & limittat præcedẽtem primo quòd non obſtante poſſeſsione per quoſdam eccleſiaſticos allegata trahendi laicos ad forum ſuum,ſeu quavis conſuetudine pręſcripta,hoc quod ſupra ſtatutum eſt habebit locum.niſi in his, pro quibus cum procuratore fiſci,generali areſto fuerit deciſum.videtur tamen de iure quòd ratione conſuetudinis antiquæ laicus poſsit trahi corã iudice eccleſiaſtico,vt.c.ſi clericus laicum extra

ſoro competen.&.c.conqueſtus.ix.quæſt.iij. licet hoc caſu quoad perſonas agentes,ſeu accuſantes contra ipſos conſuetudo antiquata in iuriſditioné ad eccleſiáſticum, ſe extendere non poſsit vt.c.quoniá decima diſtir. &.c. nouit de iudi. cum antiquata conſuetudo eccleſiaſtica, contra laicum ipſum propriam tribuerit iuriſditioné ,ac effecerit vt dicere verum ſit tali caſu conſuetudinario iuriſditionem,& cognitionem atque coerctionem ordinario iure ad ipſum eccleſiaſticũ pertinere,vt.c.dilecti, extra de arbi,l.i.& vlti. C. de emancipa.libe.l.ij. C.quæ ſit longa conſuetudo. Econtra dico,quod bene deciſum eſt hic,quia talis poſſeſsio eſt contra ius commune,& conſequenter odioſa,& alieni iuris priuatiua,& vltra caſus probatos non extendenda lege.i.§.ſi quis hoc interdicto, cũ ibi nota.per Bar.ff.de itine actu quę priua.Ideo ipſam allegantibus in præiudicium tempotalis poteſtatis contra ius commune incumbit onus probandi.cum multa de iure requirantur ad illam inducendam quæ per Innoc & alios traduntur in rubrica,&.c.fina. extra de conſuet. & in.c.poſſeſſor de reg.iur.lib.vi & per iuris ciuilis magiſtros,& profeſſores, in.l conſuetudinis. C. quæ ſit longa conſuetudo, & in.l.quod vero &,l.de quibus. ff. de legi. nec eſt noſtrum leges extendere.l.ſi vero.§.de viro.ff. ſolu.matri.quæ poſſeſsio, ſi qua eſt,inualuit negligentia poteſtatis ſecularis, quæ hactenus illam paſſa eſt, in graue præiudicium laicorum,vt dicit glo fina.in dic.c. ſi clericus laicũ vbi caſus enumerat. In quib'iudex ſecularis ſe immiſcet iuriſditioni temporali,in.c. licet extra de foro compe.Inter quos eſt negligentia, ſeu denegata petenti laico iuſtitia,& ideo bene faceret princeps, ſi hic adderet,quòd offert omnibus ſuis ſubditis bonam,& breuem iuſtitiam miniſtrare. Nam propter talem clauſulam negligentia ſuorum iudicum ſibi non noceret,vt videlicet eorum negligentia neglecta,ſeu recuſata iuſtitia eccleſia adeatur,vt in dic.ca.licet ex tenore &.c.ex trauſmiſſa de foro compe,& quod ibi notatur per Ioan.Andr.vbi approbat,quòd perſonæ miſerabiles ad eccleſiam decurrere non poſſunt, niſi prius de iudicis ſecularis negligentia conſtet. ꝏ Licet dicat Inno.in.c.bone.ii.de poſtu. prela.

Poſſeſsio cõtra ius commune eſt odioſa.

Perſonæ miſerabiles nõ poſſunt recurrere ad eccleſiã, niſi conſtet de negligentia ſecularis.

Preſcriptio non currit contra imperatorem.

prela.quod contra imperatorem qui pretendit ex inſtitutione diuina iuriſditionem temporalē non poteſt preſcribi arg.dic. c.bone notat Bal.in addi.ad Spe titu.de poſi.in rubrica.circa.finen. ☞ Ad de quod ſi ſtatuto cauetur,quod ſcolaris debeat tantum conueniri coram epiſcopo,& de conſuetudine eſt . quod rector contra eum cognoſcat,an per tale ſtatutū ſit derogatum iuriſditioni rectoris,quam habet ex conſuetudine,textū habes quod non,quem ad hoc notat Bar.in lege viros.C.de diuer,offi. libr.xij.ſecus ſi haberet à lege,ꝑ hoc facit,quod notatur in.c.i,de conſue.lib.vi.quod memoriæ commenda.& collige ex illo textu,ꝙ conſuetudo dat iuriſditionē ordinariam,ſicut lex.ita voluit Bar. ibi per illum textum iuncta gloſ.textum habes meliorem de corpore iuris,in c. cum contingat de foro competen.notat Anto.Cor. in verbo ſtatutum charta,cxci. Item ſi alio ſtatuto dicatur , quod ſcolaris non poſsit conueniri coram alio iudice , quàm coram rectore,tale ſtatutū non ſolū intelligitur in cauſa ciuili,ſed in criminali.& multo fortius in criminali. Ita dicit Bar.per illum textū in.l.ex eo.C.de agē.in reb.lib. xij.Et intellige tale ſtatutum habere locum , donec ſcolaris eſt in illa ciuitate,in qua degit ad ſtudium. ſed extra ciuitatem poterit per alium iudicem conueniri per dictam.l.ex eo quod nota cōtra iſtos ſcolares,qui ſub pretextu priuilegij,conantur trahere ſuos aduerſarios etiam extra ciuitatem ad locum priuilegij quod non poſſunt vt notat idem Cor.in verbo ſtatutum.fo. cxc. Secundo limittat dictus articulus proximū.In his eccleſiaſticis qui obtinuerunt arreſtum ſuper poſſeſsione,ſeu conſuetudine trahendi laicos ad forum ſuum cum generali fiſci procuratore , melius tamen foret vt generalis eſſet iſta regula,& ſine exceptione.quia abſurdum eſt iudices eccleſiaſticos forenſium cauſarum eſſe peritos.l.conſulta. C. de teſta.qua cauetur.Ne iudex eccleſiaſticus decernat citationem verbo,aut ſcripto,vt trahat laicos ad forū ſuum. Ordo enim iuris confunditur, ſi ſua vnicuique iuriſditio non ſeruatur.c.peruenit.xi.quæſtio.i.hoc facit auaritia clericorum , quæ intantum excreuit, vt non ſua ſorte

Statutū diſponēs quòd ſcolaris debeat tantū conueniri corā epiſc. & de conſuetudine eſt quòd rector contra eum cognoſcat.

Cōſuetudo dat iuriſdi. ſicut lex.

Statutū diſponēs quòd ſcolaris non poſsit cōueniri corā alio quā corā rectore

Auaritia clericorum excreuit.

Eccleſiaſticus iudex quomodo ſe immiſceat tēporali iuriſditioni.

contenti iuriſditionem ſecularem vendicare præſumant, immemores quod dixit IESVS CHRISTVS Reddite quæ ſunt Dei Deo,& quæ ſunt Cæſaris Cæſari: cui iuriſditioni temporali non debet ſe immiſcere eccleſiaſticus,niſi in ſubſidium. Cum iudex ſecularis eſt negligens,& cum vacat imperium,vt dicit Ber in cap. nouit, extra de iudi.ſed hoc prouenit ex benignitate, & dulcedine Regum,& Imperatorum, qui hoc paſsi ſunt ſecundum Ioan Pe.de Ferra. in libel. de actio.confeſſo. vide Pe Ia.in arb.ſucce.Reg Fran. vbi laté diſputat de iuriſditione eccleſiaſtica,& ſeculari,& Ioan.Fab.in.l.cunctos populos.C.de ſum.tri.& fide catho. per Inno.& alios,in c.nouit,de iudi. vnde occaſione ſumpta à laicis, qui ferè in omnibus per viam denunciationis euangelicæ reſtitutionem rerum ſibi ablatarum. & aliorum damnorum datorum poſtulant. Iſti eccleſiaſtici trahunt ad ſe laicos.

Excommunicare aliquem pro re minima periculoſū eſt.

Et pro qualibet re etiā minima excommunicant,quod eſt multum periculoſum, cum excommunicatio ſit eternæ mortis damnatio.vt.xi.quæſtio.iii. ca. Nemo epiſcoporum,Ideo non debet quis excommunicari pro cauſa leui, aliàs iniuſtè excommunicatur,vt in.c.epiſcopi.vi. quæſt. ii.& not.centeſima diſtinc.in.c.duo ſunt gladij. in gloſ. niſi pro mortali peccato,vt in d.c.c.nemo. Et nota extra de deci.in.c peruenit, per Henr.& Hoſtien & monitione præmiſſa, & ordine iuris ſeruato,vt in c.ſtatuimus de ſenten.excommu.vbi Archi enumerat pœnas,quibus puniuntur iudices indebitè excommunicantes. Vtinam ſeruaretur,quòd tales punirentur iudices,qui ſunt nimis faciles ad excommunicationum ſententias proferendas pro ſimplici citatione,vel pro quacunque leuiſsima cauſa cōtra iura prædicta: quia nulla pœna maior eſt in eccleſia. xxiiii.quæſtione.iii.capite corripiantur. & de exceſsibus præla.cap.i.& ibi nota, quòd propter eius magnitudinē epiſcopus,eam ſine conſenſu capituli ferre nō poterat: & per Hoſtiē.vbi ſupra,& non legitur.In actibus apoſtolorum Paulum,niſi bis vel ter excommunicaſſe,pro magnis, & grauibus cauſis, & delictis. Hic etiam ita maturè, & cautè,& tanta offenſa præcedente,quòd ſtatim demoniū intrabat corpus illius,vt recitatur.xxiii.quæſt.iiii.c. quid apoſtolus

apoſtolus & c quid elimam magum. Hodie autem non ſic,ſed facilimè,& pro leui cauſa,& ſine debita canſæ cognitione,& ideo viliſpenditur à multis, quare prouidendum eſſet & ſuper hoc ſtatuendum,vt ſupra dixi,de quo per ſupradictos doctores in locis prealegatis.Et per laco. de bel.viſu.in repe.§.contrahentes de foro compe.lib.vi Nota vnum ſatis notabile, quod ponit do. Abb. in c.ad audientiam de cle. non reſi. & ibi dicit. quod ſtatutum diſponens in materia iuris,& excipiens duos caſus alias à iure exceptos, non videtur includere alios caſus prorſus à iure exceptos.Et ideo hoc,quia ex quo diſponit in materia iuris,& non agit ſpecifice derogare iuri,recipit omnes iuris limitationes. Nam de iure non reſidentes priuantur fructibus, & excipiuntur infirmi, & exiſtentes in ſeruitio Papæ & epiſcopi. Statutum vero de quo in dic. ca.ad audientiam excipiebat tantum duos caſus, nec per hoc excludit tertium caſum.Imo intelligitur exceptus ſicut excipitur à iure communi, quod videtur mirabile cōtra illam regulam,quod exceptio firmat regulam in caſibus nō exceptis.xxxii.quæſt. vii.c. dominus.l. nam quod aliquid.ff de penu.leg.Ita in propoſito, ſtatuitur articulo præcedenti,ne clerici citent laicos in actionibus puris perſonalibus.Et in hoc articulo expcipiuntur duo caſus, niſi hoc habeant ex conſuetudine,vel areſto cum generali procuratore deciſum fuerit. nec per hanc limitationem excluduntur alii caſus.de quibus per gloſ.in dic.ca. ſi. clericus laicum optime facit textus in arg. in dic c. ad audientiam quod ſicut caſus exceptus i iure, extenditur ad conſimilem caſum propter identitatem rationis, vt c.cum dilecto de confirma. vtili vel inuti. notat gloſ. in l.i.C de cōdic.indeb.ita caſus exceptus ab ſtatuto, vbi ſtatutum diſponit in materia iuris. vt dic. c. ad audientiam ſi autem diſponeret contra ius, vel præter Forrè aliter diceretur ſecundū do Abb.In dic.c.ad audientiam. quia caſus expreſſe non prouiſus relinquitur diſpoſitioni iuris cōmunis l.cōmodiſſime ff.de lib.& poſthu.cū ſimili vnū non omitto,quod eccleſiaſtici dānabunt. Potiſſimum ignari, & idiotæ, quòd ſi aliquis accuſatur coram iudice ſeculari de adulterio,& hoc confitetur coram

Statutum diſponens in materia iuris:& excipiens duos caſus.

Regula exceptio firmat regulā

Caſus exceptus à iure vel ab ſtatuto ſtatuto diſponens in materia iuris extenditur ad conſimilen caſū.

Adulteriū qui confitetur corā iudice laico, &c.

eo: non debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum ratione incidentis quæſtionis matrimonii ſpiritualis, vt concludunt doctores emiſſa diſputatione, quia illud quod dicitur, quòd cauſa ſpiritualis remittitur ad iudicem eccleſiaſticum habet locum in iudicio contradictorio. vt in.c. tuam de ordi cogni. & in.c.lator, qui filii ſunt legitimi. Secus eſt in actu voluntario, vbi interuenerit confeſsio, quia nunquam habet locum remiſsio ad iudicem eccleſiaſticũ. Iſtud eſt dictum ſingulare ſpecu. In titu. de recõuentione. Et Bal. in. l. quotties. C. de iudi. quod notet imperitia eccleſiaſticorum qui volunt ſibi remitti reuelantes monitionibus eccleſiaſticis coram iudice ſeculari: & hoc debere fieri obnixè defendunt, & iudices renitentes punire volunt: & pro eis dicunt fuiſſe latum arreſtum, quod bene ridiculum eſt. Et ſi tale arreſtum ſit rectè latum, cogitent ſupradictis: ſubiungit etiam Bal. in. l. i. C. quomodo, & quando iudex. Adde quod notant Bar & docto. in. l. titia ff. ſolu. matrim. Abb. & alii in. l. cum ſit generale de foro compet. & in. l. tuam de ordi. cogni. quod ſi cauſa ſit ſpiritualis, vel incidens in ea, & ſit quæſtio ſuper iure de ea coram iudice ſeculari cognoſci non poteſt: tamen quando cauſa incidens eſt ſuper facto bene poteſt, ita aſſerunt antedicti doctores practicari. Idem tenet Ange. in ſua diſputaiione, quæ incipit Aſtenſis miles. Et ſubdit, quod ſi vſuræ peterentur, tanquam intereſſe, tunc etiam principaliter iudex ſecularis cognoſcere poſſet. quod etiam intellige, ſi reuocaretur in dubium per aliam partem quod illud non eſſet intereſſe, ſed vſura. quia attendenda eſt diſtinctio Bar. & doct. ſupra cita. aliàs perraro poſſet agitari, & terminari aliqua quæſtio coram ſeculari premaxime ſuper ſucceſsionibus, quia ſemper volens declinare, & dilatare negocium, poterit opponere de matrimonio non legitimo. Poſſet tamen dici non procedere, quando mota tali incidenti quæſtione pars immediate eccleſiaſticum iudicem adiret, & petet ſuper ea pronunciari, citando alteram partem, vt compareat coram eo ſuper examinatione, & cognitione talis quæſtionis. Et ſic antequam iudex ſecularis cognoſcere incipiat. Et ſic iſta eſſet bona practica, & pulchra cautela, quia tunc habet obſta-

Iudex ſecularis cognoſcere poteſt de cauſa ſpirituali, vel in ea incidẽti ſi ſit queſtio facti.

Iudex ſecularis cognoſcere poſſit de vſuris, principaliter quando petũtur tãquã intereſſe.

Cautela ad impediendã iuriſditionẽ ſecularem.

obſtare ipſi ſeculari non ſolum defectus iuriſditionis,ſed etiam pendentia quæſtionis præiudicialis coram ſuo proprio iudice. Et maxime hoc procederet, ſi eſſet facta inhibitio per ipſum eccleſiaſticum prout facere poteſt,per id quod notatur in dic.c,tuam. & ita fuit ſemel ſeruatum in quadam cauſa, vbi quidam recurrebat contra laudum arbitratoris, & pars aduerſa comparuit coram iudice ſeculari,dicendo illum audiri non debere, ex quo venit contra iuramentum in compromiſſo appoſitum, recurrens vero replicabat, quod arbitrator fuit in dolo, qui dolus futurus videtur excluſus à dicto iuramento, vnde ſtante tali diſcrepatione,pars contra quam recurrebatur, vicarium epiſcopi adiuit,& petiit, recurrentem pronunciari periurum & veniſſe contra iuramentum,& ſibi præcipi, & cogi ad obſeruantiam iuramenti, faciendo illum citati,& inhiberi, vt ſupra dictum eſt. quod valde nota Præterea. qui eſt iudex cauſæ præparantis, eſt iudex cauſæ præparatæ.l. ordinarii. C. de rei vendi.per quam.l. infert ibi ſingulariter Bal.in.ii.notabili quòd ſi aliquis dicturus inſtrumentum ſimulatum, vel vſuratium,vadat ad epiſcopum pro abſolutione iuramenti contenti in inſtrumento, quòd epiſcopus debet poſtea etiam in cauſa principali ſimulationis, vel vſurarie prauitatis procedere quod eſt ſingulariter notandum ſecundum eum.Facit textus in.c. plerunque de dona. inter vir.& vxor. vbi ratione matrimonii quod eſt ſpirituale, iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam de dote. Iſtud dictum Bal.ſequitur Alex. conſil,c. xcvii.in.ii.vol.quod incipit circa primum quæſitum ad finem & conſil.lxiii. incip.in cauſa vertente vol.iii. & in.l. quoties. C.de iudi. & ibi papien.& in l. nam. poſtea. §.ſi minor.ff.de iureiur. limitat ſingulariter Paulus de caſtro in dic.l.ordinarii quod ſemel habuit de facto in brixia.actor qui petebat inſtrumenti executionem,ne occaſione, iuramenti traheretur ad curiam eccleſiaſticam, vbi cauſæ nunquam finiuntur.Et ne appellaretur poſtea ad curiã Romanam,remiſit iuramentum,quod facere potuit,cum eſſet præſtitum ad eius vtilitatem, vt per Bar in.l. i.§. & poſt operis de ope.no nuncia.& in.l.labeo.ff. de iureiur. ſed pars non obſtante iuramenti remiſſione, ipſius iuramenti

Iudex cauſæ preparãtis eſt iudex cauſæ preparatæ.

In curia eccleſiaſtica cauſæ nunquã finiuntur.

Iudex ſecularis cognoſcit de cauſa ſpirituali quando q̄ ſtio fundatur ſuper ſtatuto ciuitatis.

menti petit abſolutionem ab epiſcopo, coram quo volebat poſtea principalem cauſam trahere, quod facere non potuit. quia ex quo iuramentum iam erat remiſſum, non potuit abſolutio fieri niſi de facto, ſed facti abſolutio iuriſditionem extendere non poteſt. arg. not. per glo. in l. ſi pater. C. ne de ſta. defuncto. & c. cum in plures. de offi. de leg. lib. vi. & licet iudex ſecularis de ſpirituali cauſa cognoſcere non poſsit, vt per Alex in. l. titia ff. ſolu. matri. tamen vltra limitationes datas per Papien. in. l. quoties. in. iii. col C. de iudi. vbi inter alia dicunt vnum valde notandum quod quando inſtrumentum ciuitatis præſumeretur vſuratium, & pars fundaret ſe ſuper ſtatuto dictæ ciuitatis, cum ſit quæſtio iuris municipalis, & non canonicalis poteſt iudex laicus cognoſcere. Ita referunt Pau. de caſtro conſuluiſſe conſil. lxxi. incip. viſis. & ponderatis. Et nota in practica ſecundum Alex. in dic. l. titia. quòd iudex ſecularis coram quo tales opponuntur exceptiones ad forum eccleſiaſticũ remittendæ, debet opponenti terminum ſtatuere, ad producendum coram eo capitula, quę vult probare in curia eccleſiaſtica, vt videat, an capitula releuent, & ſi nõ releuẽt, ad vlteriora procedat. Aduerte etiam qnod vbi ſummaria eſt cognitio non eſt iudici laico de ſpiritualibus prohibita cognitio Ita not. dicit Spe. titu. de primo decreto. §. Reſtat ver. quid ſi agatur actione preiudicaili & idem notat Bal. in. l. ii. C. de carb. edic. Et in autẽ ei qui iurat. C. de. bo aucto. Iudi. poſsi. notat hyppo. ſingu. 7c. & ad. prędicta adde. ꝙ ſi iudex. ſecularis eſt iudex cauſæ ita eſt iudex omnium quę dicte cauſæ adeſſe debent ſecũdum Bal. in. l. teſtamenta. C. de teſta.

Iudex eccleſiaſticus nõ poteſt cõdẽnare laicũ ad perpetuũ carcerem.

Summaria cognitio nõ eſt iudici laico in ſpiritualibbus prohibita.

Præterea quæro nũquid cũ iudex eccleſiaſticus de crimine eccleſiaſtico cognoſcit cõtra laicũ poſsit ipſum laicum punire vel afficere pœna perpetui carceris. ſecundũ ius cano. quilibet. diceret ꝙ ſic ex eo q̄a ratione criminis laicus effectus eſt, de foro eccleſię vt eſt notũ in. c. ſi duobus de appel. cũ ſimili. nihilominus veritas eſt in contrariũ. & ad. c. quanuis de pœnis. lib. vi. Reſpon. ꝙ habet locũ cum punitur perſona eccleſiaſtica, non laica dictũ eſt ſingulare verbũ Oldra cõſil. lxxxviii. & ſequitur Io. An. per eaſdem rationes in addi. ſpecu. in rub. de. offi. ord. & eſt

caſus

caſus rectè intuenti ſecundũ Ludo. Ro. ſing. clxxxiiii. in. c cũ epiſcopus eo. titu. de offi. ord. quod bene nota quia contrariũ vidi fieri de quodã quẽ dicebant luteranũ. Ideo cautela eſt ad euadendum perpetuum carcerem vt quis potius ſe dicat laicum quàm clericũ Quid ſi clericus producatur in teſtem corã iudice ſeculari, & deponat falſum coram eo Si accuſetur de falſo coram iudice ſeculari, non poteſt iudex eccleſiaſticus facere inhibitionem iudici ſeculari ne procedat in cauſa corã eo cœpta, & ita cõſuluit Fede. de ſenis: quia licet iudex eccleſiaſticus ſit ſuperior, tamen iuriſditio iudicis ſecularis non dependet à iuriſditione iudicis ſpiritualis, ſecundũ Bal. vbi ſupra not. Frãci. de Zaba. in. c. debitores extra de iureiur. Quid ſi quis conueniat aliquem in centum corã iudice ſeculari, & reus opponat eſſe inſtrumentũ de duplo veræ ſortis, & per cõſequens quod eſt cõtractus fœneratitius, & impetraret inhibitionem à iudice eccleſiaſtico fiendã iudici ſeculari, ne procedat in cauſa? Quia iſta cauſa ſpectat ad eccleſiam tanquàm eccleſiaſtica de vſura pendente: & de iſto dubio, an inſtrumentum ſit de duplo veræ ſortis, iudex eccleſiaſticus nunquam poteſt facere inhibitioné iudici ſeculari. Ita determinat Fran. Zaba vbi ſupra ita cõſuluit Fede de ſenis conſilio ſuo. xxxii. & eſt recta ſententia ſecundũ Lanfran. de oria. in repe. c. quoniã cõtra. in verbo cõfeſsiones nume xvii. pro quibus ego moueor tali cõſideratione. Nã iudex eccleſiaſticus non debet poſſe turbare iudicem ſecularé in iuriſditione ſua, quia nemo debet mittere falcé in meſſem alienam. Maxime quia iuriſditio iudicis ſecularis non dependet à iuriſditione iudicis eccleſiaſtici. Vnde cũ adhuc non conſtat, ꝙ contractus talis ſit fœneratitius, non debet poſſe iudex eccleſiaſticus facere inhibitionem ſeculari: ſed poſtquã conſtiterit, tunc poterit inhibere iudex eccleſiaſticus ſeculari iudici, quia modo cõſtat, ꝙ eſt cauſa eccleſiaſtica, & ꝙ ſpectat ad eccleſia. Aduerte tamé, ꝙ quoties intentatur cauſa vſurarũ principaliter, ꝙ tunc cauſa illa eſt cauſa eccleſiaſtica, & tunc poteſt iudex eccleſiaſticus ſeculari inhibere non obſtante præuentionæ cauſæ, verbi gratia, Ego peto à te centum pro decem ſeſtertiis frumẽti, quæ mihi pro illis debebas poſt aliquod tempus

Cautela ad euadẽdum perpetuum carcerem.

Cleric⁹ qui falſũ depoſuit corã iudice ſeculari.

Iuriſditio ſecularis non dependet à ſpirituali.

Iudex eccleſiaſticus quando poteſt inhibere ſecularẽ pro inſtrumento vſurario.

tēpus ſoluere etſi emiſſes à me, illa decem ſeſtertia ſolutis nummis habuiſſes pro decem. Certè hoc dicto apparet cō tractum vſurarium, de quo non poteſt iudex laicus cognoſcere. Ita notat Zaba. in cle.i.§. cæterum de vſur. in xviii. quæſtione, quē omnino videas. Pau. de caſt. & Alex. de imo. in l. ſi non ſortem in prin. ff. condic. indebi. Feli. in c. cum ſit generale, de foro compe. ſi autem agitur de vſuris incidenter, puta, Tu dediſti mihi mutuo decem corbes vini: & feciſti me obligare ad quindecim. Certè hoc quanuis edocto appareat contractum eſſe vſurarium, nihilominus quia de illo non conſtat notorie, tunc locus erit præuentioni, vt per Cardina in allegata cle.i. quæſt. xviii. Dic tamen quòd illo incidenti explicato poteſt iudex eccleſiaſticus illi laico iudici inhibere ne vlterius cognoſcat. Apparet enim tunc illum contractum eſſe vſurarium. Et ſic crimen eccleſiaſticum per ſupra allegata. Notat de hoc Bar. in l. quoties. C. de iudi. & in l. nouatio. C. de ſacroſanct. eccle. Fed. de ſenis conſilio. xcii. incipien. facta eſt lex. & conſ. ccxlii. incipi. do An. vbi dicunt iudicē ſecularem poſſe de vſuris cognoſcere, quando dicitur eſſe queſtio facti. Nota tamen vnum ſingulare dictū, in quo multi iudices errant, eccleſiaſticum iudicem nullo modo poſſe inhibere laico iudici, niſi ſit coram eo lis pendens, ſaltē p citationē, Ita not Alex. de imo. cō. ix. incip. Pręſtātiſsime domine doctor, in prin. vol. iiii. allleg. textum in. c. tua de ordi. cogni. & in. c lator. & in. c. cauſa m qui filii ſunt legitimi. ¶ Adde quod dicit Bal. in l. i. C. quomodo & quando iudex vbi quærit nunquid ſuperior poſsit inferiori inhibere ne in aliqua cauſa iudicet, & reſpondet quòd ſi inferior recognoſcit iuriſditionē à ſuperiore, tunc poteſt, vt l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. ſi vero ab alio non poteſt, allegat Hoſtien. in c. volentes de offi. dele. Et archi. in. c. perſona xi, quæſtio. i. & dicit ꝙ fede. de ſe. conſuluit quòd ſi clericus contra laicum falſos teſtes coram iudice ſeculari produxit, deinde accuſatur de falſo, coram epiſcopo, ꝙ poteſt propter litis pendentiam de falſo iudici ſeculari inhibere, ne ꝗ de falſo contra clericū cognoſcat, tamē hoc accidit propter magiſtratuū diuerſitatē, quorū quilibet habet iuriditionē principalē diuerſi

Superior an poſſit inferiora inhibere ne in aliqua cauſa procedat.

diuerſi loci & ſi epiſcopus propter hoc excommunicaret iudicem ſecularem,excommunicatio eſſet nulla cum incipiat a præcepto ipſo iure inualido ſecundum eum, quod dictum dicit eſſe notandum, prædicta tamen recipiunt limitationem niſi vnus iudex vellet alterius iuriſditionem occupare, vt puta ſi vnus iudex vellet procedere contra clericum,nam iſto caſu licet iudex laicus non habeat iuriſditionem à iudice eccleſiaſtico,poterit tamẽ iudex eccleſiaſticus ſibi inhibere, vt predictum eſt, & inhibitoria fieri poſsit parte nõ citata, an & quando iudex eccleſiaſticus poſsit inhibere iudici ſeculari,vide Anto.& Abba.in c.tuã de ordi.cogni.& in c. ſuper eo.1.& in c.cũ teneamur de appel.& in c.dilect⁹ filius de reſcrip. Fede.de ſenis conſi.ſuo ccc. incip.factum eſt tale debitor promiſit & c. Alex. conſilio ſuo ccc. incip. viſis actis. Adde an fideiuſſor clerici ſit conueniendus vbi & clericus, & ſi poſsit delinare iuriſditionẽ iudicis laici. Hæc quæſtio fuit originaliter Specu. in tit. de compe. iudi.§. regulariter ver.ſed pone clericus Bal.refert in rubrica C. de priuile.do.& dic quod non.nam exceptio declinatoria fori competens principali non competit eius fideiuſſori ſeu ceſsionario caſus èſt in lege ſi reus ff iudi.ſolui. & in lege ſed & ſi reſtituatur. §.ii.ff. de iudi. Item regula eſt quod exceptio quæ eſt in principali nõ competit fideiuſſori.vt lege exceptiones quæ perſonæ.ff.de excpt.& lege priuilegia,& in l.in omnibus.ff. de reg.iur. ſed hæc exceptio ineſt perſonæ clerici ergo non prodeſt fideiuſſori. l.idemque .§. generaliter. ff. manda. & lege tam mandatori.C.de non nume.pecu.licet alias. exceptiones competentes principali proficiunt fideiuſſori.l. ex perſona.ff. de fideiuſſori.etiam in ſpontaneo fideiuſſore non præcedentibus fideiuſſoris precibus caſus eſt ſingularis, in l.ſi mulier quæ precibus.ff.ad velle. An ratione delicti.quis ſortiatur forum pœnitentiale,vt ſacerdos alterius parochie poſsit iniungere pœnitentiam,Ludo. Roma.ſingu. 453.dicit quod non allegat glo.ſingu.xvi.quæſt. 1.c.1.pre terea quero an bononienſis epiſcopus poſsit iuramentum relaxare bononiæ vt mutinenſis. non ſoluat vſuras qui vſurarium contractum bononiæ iniuit. & videtur ꝙ non

Forum pœnitẽtiale quis non ſortitur ratione delicti.

poteſt

poteſt forenſis ratione contractus conueniri coram alio non ſuo iudice niſi ibi reperiatur de foro competen. c. Roma. §. contrahentes lib. vi. ſecundo quia hic non agitur ad contractus implemẽtum ſeu obſeruãtiam ſed ad ipſius contractus diſſolutionem & iura quę dant iuriſditionem ratione cõtractus loquũtur quando agitur ad contractus implementum vt notat lapus allegat. 10. allegat. l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matri. ego do. tibi caſum vnicum ſecundũ Ludo. Roma. ſing. 112. in l. contractus. §. in omni C. de non nume. pecu. tu tamen dic. contra quia hic non agitur ad finem vt quid detur vel fiat ſed ad finem extirpandi vitia quo caſu poteſt procedi contra abſentem vt notat idem lapus ea alleg. Nota præterea quod ſi eccleſia eſt leſa & velit aduerſus contractum initum reſtitui debet illud petere coram ſuo iudice dictum eſt inno. in c. cum ſit generale de foro compe. ad finem allégat. duo iura que optime probant in c. penul. de Reb. eccle. non aliæ & ita dicit ſe conſuluiſſe Ludo. Roma in dic. ſing. quod nota cætera vide in repe. mea l. eum quem temere. ff. de iudi.

Iuriſditio datur ratione contractus quãdo agitur ad ipſius cõplementum.

Eccleſia leſa petit reſtitutionem corã ſuo iudice.

En quoy l'egliſe a iuriſdition ſur les gẽs laiz, & les iuges laiz ſur les gẽs d'egliſe.

Artic. v.

SAns preiudice toutesfoys de la iuriſdition eccleſiaſtique es matieres de ſacremens, & autres pures ſpirituelles & eccleſiaſtiques : dont ilz pourront congnoiſtre contre leſdictz purs laiz ſelon la forme de droict, & auſſi ſans preiudice de la iuriſdition temporelle & ſeculiere, contre les clers mariez & les non mariez, faiſans ou exerceans eſtatz ou negociations, pour raiſon deſquelles

quelles,ilz ſont tenuz, & ont accouſtumé reſpondre en court ſeculiere, ou ils ſeront contrainctz de ce faire, tant es matieres ciuiles, que crimineles, ainſi qu'ilz ont faict par cy deuant.

Sic papa iudicis ſecularis iuriſditionem ſe minuere nolle teſtatur c.nouit de iudi. & alibi iubet quemlibet ſuis finibus eſſe contentum: vt in c.clericis laicos de immuni.eccle.lib. vi. facit glo in c.ſi duobus. in verbo credimus extra de appel & c.lator.extra qui filii ſũt legitimi. licet Rex Franciæ citra cenſuræ eccleſiaſticæ metum, eccleſiæ iuriditionem minuere vel turbare poſſet. Hoc tamen non intendit: imo ſuis finibus vult eſſe contentus, vt ordo iuris non confundatur. vt in c.peruenit.xi. quæſtio. 1. Nam hoc habet Rex Franciæ ex priuilegio à papa, vt nullam excommunicationis ſententiam latam à canone timeat nec incurrat in perſona ſua ſecundum Pe. Ia.in titu.de arbore ſucceſsio. regni Franciæ & Ioá. Ferran.in tractatu de iur. regni Franco. & lilio qui dicit regem Franciæ hoc habere ex priuilegio: vt à quocunq; maximè ſui regni antiſtite non poſsit excommunicari, nec excommunicatus declarari, quod non habét alii Reges & principes ſeculares, vt citra cenſuræ eccleſiaſticæ metum perturbare vel minuere eccleſię iuriſditionem iure communi vel antiqua conſuetudine aut priuilegio poſſent, pro cauſis & quæſtionibus, quarum cognitio ad forum eccleſiaſticum pertinet. Nam quod princeps hic ſtatuit non ad eccleſiæ inuidiam, & veluti ſibi infeſtam, id efficit: imo vt quod ſibi culmine regali creditum eſt, alter non ſubtrahat. quod enim abſurdum arbitramur precipué in clericis, quibus teſte legiſlatore, improbatum eſt, ſi foréſium diſcrepationum periti eſſe velint lege conſuita ſæpius allegata C. de teſta. pro hac etiam ordinatione vt licita debeat iudicari facit. ff. de condi. & demonſtra lege titio.§.1. Ibi aliud eſt enim lege

Rex Franciæ poteſt minuere iuriſditionem eccleſiæ.

Rex Franciæ non poteſt excommunicari ab antiſtite ſui regni.

Predia laicorum ſi ad eccleſiam tranſeant, pro oneribus ciuilibus remanent obnoxia.

l.1.§.ſicut.l.ii.§.Item Varus.ff.de aqua plu arcen l.proculus.ff.de dam.infec.aliter dici oporteret improbatum fore ſtatutum ſeculare defenſiuum,vt prædia laicorum licet in eccleſiam tranſeant,tamen onerum talliarum & cæterorum onerum ciuilium obnoxia remaneāt: quod quidem ſtatutum comprobat. Imo.in c. poſtulaſti. extra de foro compe.& Bar in l.reſcripto,in fine. ff. de muner. & hono.Ratio,quia in quibuſdā caſibus habet poteſtatem ſecularis clerum reſtringere.xxiii.quæſt.v.c. princeps. & ibi glo.enumerat,quam vide & nota. Adde quod notat Bar. in l.edicimus. C.de muri leg. lib. xi. vbi dicit. Statuto cauetur,quòd inter homines diuerſarum terrarū nō cōtrahatur matrimonium ſub certa pœna. An valeat? Videtur prima facie quòd ſic,per dic.l.edicimus.vbi prohibetur mulier monetaria nubere extraneis,& ibi Bar. dicit illam l.facere ad quæſtionem præfati ſtatuti tamen contrarium videtur verius,quod non valet: quia aufert liberam contrahendi matrimonium libertatem vt ff. ſol. matri.l.titia,& l. ſi diuortio:ſed dic ſecundum Bar.quod ſtatutum non valet,quantum ad hoc vt faciat matrimonium irritum,ſi contrahatur,quia cum ſit ſacramentum, & res ſpiritualis.vt notat glo.in c.veniens de tranſac. & glo.in §. ſed & notandum .i.quæſtio .i. laici non poſſunt ſtatuere contra illud,cum non ſit de iuriſditione ſua,ſed eccleſiæ.vt in c. cauſa matrimonii de offi, deleg.& c.ex literis de conſangui.& affini. Et ſic nota, quod non valet ſtatutum,vt matrimonium non poſſit fieri ſine conſenſu duorum propinquorum,quoad matrimonium,ſed quoad pœnam quod bene notent,qui matrimonium diſſoluunt, ſi contra fiat, quia non poſſunt. Videtur tamen quòd hæc ordinatio,ſeu ſtatutum reddatur nullum,in eo quod ſtatuitur vt clerici reſpondeant,& ſint de foro iudicis ſecularis vt.dic.c.nouit,& c.i.de cleri.coniung.lib.vi & ibi Archi.Item videtur quôd cōditor huius ordinationis & decreti, ſit excommunicatus, vt in c. nouerit de ſenten. excommunicationis, & quòd ſit nullius momenti auten. caſſa.C.de ſacro ſanct.eccle.& auten.ſtatuimus.C.de epi. & cleri.& ibi Ioan.Fab. Et dicit textus in auten.apud quos opor. cauſam dicere.§. fina. quod iudex ſecularis faciens

Statutū q inter homines diuerſarum terrarum non cōtrahatur matrimoniū an valeat.

Matrimonium ſi contrahatur cōtra formam ſtatuti non poteſt diſſolui,ſed poſſunt puniri qui contraxerunt.

Iudex ſecularis quādo dicitur iniuriā inferre diuinitati.

faciens citare clericum coram ſe dicitur iniuriam inferre diuinitati & punitur pœna decem librarum hoc tamen nota, quod clericus aſſaſin⁹ poterit per iudicem ſecularē puniri ſecundum lapum in.c. pro humani de homi. lib. vi.& dicuntur proprie aſſaſini qui pecunia corrupti delicta faciunt ſecundum Ang.in.l.i.de ſepul.vio.quem refert paris de puteo, in ſuo tractatu ſindi. in verbo dicit conſtitutio, poteſt tamen iudex laicus clericum delinquentem capere & ducere vel duci facere ad epiſcopum ſecundum Bar. in lege ſi quis in ſeruitute de fur.allegat Inno.in c.vt famę de ſenten. excom. & tenet Bal.in.l.ſi qua C.de epiſ.& cle.vbi dicit quod ſi clericus reperitur in proſtibulo vel in fraganti crimine poteſt capi per familiam poteſtatis vel ſimplicem laicum vt ducatur ad ſuum epiſcopū & dicunt Bal. Ang & Imo in lege quid ergo.§ ſi heres.ff.de leg.i.quod pater inueniens clericum adulterātem filiam ſi ipſum occidat non incurrit penā canonis de quo vide in c.ſi vero ad finem de ſenten. excommu.& ad prædicta facit ꝙ pro bono publico quiſque poteſt fugientem capere textus eſt in l. generali de decur.lib.x.& in l.fina.de malefi.& nota.per Bar. in lege neminem C.de exhiben.reis ergo quiſque capiet clericū, vt proprio iudici repreſentet,ne ſint delicta impunita in auten. de defen. ciui. §. nos igitur & in auten. vt iudi. ſine quoqno ſuffra §.neceſsitatis notat paris de pu in ſuo trac.ſindi.in c.clericus & ſequēti. Dic vt ſupra, quod rex Franciæ non poteſt incidere in ſententiam à canone latam,& hanc iuriſditionem habet in clericos ex conſuetudine.quæ conſuetudo venit ex hoc, quod naturaliter à principio mundi omnes clerici,nedum laici, erant ſub poteſtate & iuriſditione imperii,ſed Imperatorum benignitate & dulcedine fuerunt clerici dimiſsi ſub poteſtate papæ,& hoc tanquam ingrati malè ſciunt cognoſcere. Secundum Ioan.Pe.de Ferra.in forma actio confeſſo.pro ſeruitute glo.in verbo plenam.& Imo.in dict.c.nouit. & in.c.ii.de maio.& obedien.licet aliter ſentiat Ioan. Fab. in.l.cunctos populos. C. de ſumma trini.& fide catho. & Pe.Ia.in arbore ſucceſsio.reg.Fran. vide Ludo. Roma. ſingu.414.vbi dicit quod papa non poteſt facere legem,

Aſſaſini qui dicuntur.

Iudex laicus quando poteſt clericum delinquentem capere.

Pater occidens presbyterum filiā adulterantem.

Fugientem quiſque pro bono pacis poteſt capere.

Clerici ab initio erant ſub iuriſditione imperii.

quod clerici poſsint conueniri corã iudice ſeculari, quiã antequam eſſet Petrus, non erant clerici ſubiecti ſeculari per illud Dei, Nolite tangere, &c. glo eſt ſingularis xcvi. diſt. c. ſi imperator. Ergo non poteſt per papam tolli, vt. l. fina ſi contra ius, &c. Et hoc tenuit Franciſ. de Zaba. in repe c. perpẽdimus de ſenten. excommunica coram papa per illam glo. ergo multo magis prohibetur princeps ſecularis hoc facere per. l. multo magis. C. de ſacro ſanct. eccle. Quicquid ſit de iure in actione reali, de conſuetudine regni Franciæ, clericus reſpõdet corã iudice ſeculari, & in multis aliis caſibus, de quibus dicetur infra. Et ego cũ ſim de regno, leges regni nõ impugno, vt dicit Ioan. Fab. in. §. fina. inſti. de ſatiſda. & pro hac cõſuetudine allegant textum in. l. iii. §. ſi alter fundus. ff. finium reg. & in. l. qui aliena. § fina. ff. de neg. geſt. dicam tamen per ordinẽ in quibus eccleſiaſticus habet iuriſditionem in laicos, & ſecularis in clericos ex conſuetudine Et primo eccleſiaſticus habet iuriſditionem in laicos in cauſis ſpiritualibus, & ſpiritualibus annexis, vt in iure patronatus. c. decernimus, & . c. quanto extra de iudi. & . c. cõtingit extra de arbi. & hoc etiam ſi incidẽter ciuili quæſtioni & temporali inciderit , vt in. c venerabilem extra de elect. c. tuam. de ordi. cogni. c. cauſam qui filii ſint legi. Item in cauſis decimarũ & matrimonii. c. tuam de deci. & . c. lator de iudi. & in criminibus eccleſiaſticis. id eſt, quæ non ſecundum leges, ſed ſecundum canones puniũtur, vt in crimine vſurarum, cũ de hoc principaliter quæritur quia ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcit. vt in. c. cũ tu. & in. c. quia in omnibus extra de vſuris, & notatur per glo. in. c cum ſit generale, & in. c. ii. extra de foro compe. Incidenter tamen iudex ſecularis de crimine vſurarum cognoſcere poteſt, vt notat Archi in. c. quid dicã xiiii. quæſt. iiii. & per Ioan. And. in cle. diſpendioſam de iudi. & Bar in. l. Titia. ff. ſolu. matri. ☙ Adde, quod crimen dicitur eccleſiaſticum ꝙ principaliter pertinet ad eccleſiam ſecundũ Io. and. in addi. Spe. §. effect⁹ ver. itẽ ſola aditio de cõpe iud. adi. ❧ Sunt tamen aliqui caſus in quib⁹ licet cognitio pertineat ad iudicẽ ſecularem, poterit tamen iudex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa cognoſcere, quos enumerat Inno. & ibi per

Clericus in actione reali reſpondet coram iudice ſeculari.

Iudex eccle. in quibus habet iuriſ. in laicos, & econtra.

gl

glo.extra de foro cõpe.c.licet.Primus eſt,cũ ſuperior nõ inuenitur: Secundus cũ iudex ſecularis negligit facere iuſtitiã. Vt in dict.c.licet.verſ.dũmodo,&.c.ex tenore eod. titu. Tertius eſt,cũ aliquid ambiguum fuerit & difficile, & ĩter iudices variatur.c.per venerabilẽ qui filii ſunt legi circa mediũ. Quartus eſt in omni crimine eccleſiaſtico, puta vſura,ſacrilegio,& ſimilibus.vt vi.quæſtio.i. c.i. & xii.quæſtio.ii c.nulli liceat,& extra de vſur.c.quoniam. Quintus eſt,cũ per denunciationẽ criminis cauſa defertur ad iudicẽ eccleſiaſticũ vt dict.c.nouit. Itẽ ratione cõnexitatis,vt in dote extra de dona.Inter virũ & vxo.c. de prudẽtia alios vide in d c.licet Adde, quod notat Math. Math.ſingu.144.quod ſi in cauſa indiuidua aliquis velit cõuenire clericũ,& laicũ,vterque eſt conueniendus in foro eccleſiaſtico,quia magis dignum attrahit ad ſe minus dignum,vt in.c.quod in dubiis extra de conſecra.eccle. vel alta.& l.præcipimus.§.i.C.de appel. & hoc tenet ibi Bar.ſed ipſe ſenſit contrarium in l.iii ff de colleg. illici. & ibi dicit,quod ambo ſcilicet iudex eccleſiaſticus & ſecularis debent cognoſcere,vel pronunciare:vel quod ſecularis debet cogere laicum ad prorogandam iuriſditionem in iudicem eccleſiaſticum Sed primum eſt verius:& hoc vltimum eſt falſum,quia quis non poteſt cogi ad prorogandum,& ſi cogitur,prorogatio eſt falſa.l ii.ff.de iudi.& dicit.Salice in prædic.l.præcipimus Quod ſi cauſa prorogatur in clericum,& laicum,ſimul adeundus eſt epiſcopus ſuper reductione ad arbitrium boni viri,quia clericus trahit ad ſe laicum.Super quo vide plene' per Pe. de Ancha.in.c.cum c.laicus in ſecũdo dubio de foro cõpe.lib.vi.quid autem ſi conuenerit collegium illicitum, in quo ſunt mixti clerici & laici vide Bar.in. l. fina. ff. de colleg.illici.Et aduerte in materia prorogationis, quod ſi prorogo in iudicem,à cuius ſententia non appellatur, quod nõ poſſit ĩ prorogata cauſa appellari.textũ habes, de quo exclamat.Bar in.leg. epiſcopale. C. de epiſco. & cler.Et nota,ꝙ vacãte Imperio, iuriſditio papæ cõpetit. vt dic.c.licet de foro compe.ſed quid in legato ſedis apoſtolicæ?an ille poſſit idem?Et videtur quod ſic, quia legatus eſt de gremio papæ vt.c.ſub militibus ii.quæſt. vi.

Clericus & laicus ſi in cauſa indiuidua cõueniantur.

Iuriſditionem prorogare quis nõ cogitur.

Appellari non licet à iudice prorogato à quo antea non appellabatur.

Vacãte imperio iuriſditio papæ competit & quid de leg. & eius vice fungitur, ſed contrarium eſt verum dictum eſt ſpecu. titu. de leg. §. nunc oſtendendum, verſi. decimo nono. Ratio eſt, quia nemo debet manũ ponere auctoritate generalis concilii in his, quæ ſpeciali prorogatiua papæ competunt, vt in c. quod tranſlationem. ex. de offi. deleg. ſed hoc eſt papæ conceſſum in ſignum præeminentiæ ſingularis, ergo &c. Quid econtra? an vacante papali ſede ſuccedat Imperator in tẽporalibus & ſpiritualibus? *vacãte papali ſede, imperator nõ ſuccedit* Dic quod non, caſus eſt ſingularis in c. qualiter de iudi. canoni. in c. teſtimonium de teſti. Io. An. in c. cum c. laicus de foro compe. lib vi. & in. c. licet mulieres de iure iur. eo. lib. Do Anto. de Butr. in. c. cũ ſit. de foro competen. tenent, quod iudex ſecularis poteſt punire periurum, pœna iuris ciuilis. *Iudex ſecularis poteſt punire periurum pœna iuris ciuilis* Et ideo Bal. dicit alibi quod iuramentum non eſt fori mutatiuum, ſed accumulatiuũ. Vnde vterque iudex & ſecularis & eccleſiaſtic⁹ poteſt cognoſcere & hoc intellige, quando eſt clarum, quòd deierauit. ſed ſi eſſet dubium de iuramento, tunc non ſpectat ad iudicem ſecularem, vt in. c. venerabilem. de elect. & in. c. quãto de iureiur. ideo iudex ſecularis eſt iudex competens in declarando aliquem periurum. Ergo iudex ſecularis poteſt punire periurum, licet aliqui dubitent. Primò, quia lex punit periurum, ergo iudex ſecularis poteſt punire periurum, vt lege i. ff. ad turpil. Item propter periurium punitur quis pœna extraordinaria, vt. l. de periurio. ff. ad. l. Iul. pecu. *Periuri triplici pœna puniuntur.* Itẽ fuſtigatur, vt. l. ſi duo patroni. ff. de iureiur. Item efficitur infamis, vt. l. ſi quis maior. C. de tranſac. vide glo. in. l lucius. ff. de his qui notan. infa. & intellige. l. ii. C. de reb. credi. & iureiur. vbi iuriſiurandi religio ſatis deum vltorẽ habet in occultis, & vbi deieramentũ probari non poteſt alias punitur, vt dictum eſt, quod nota quia multi dixerunt mihi contrarium, & ita areſto deciſum affirmabant, Sed quid ſi reus habet duplex, vel triplex forum, quod fieri poteſt, vt not. glo. in. l hæres abſens in prin. ff. de iudi. an erit in arbitrio actoris reum conuenire corã quo iudice voluerit, & in quo foro voluerit? dic ꝙ ſic vt dic. l. hęres abſens. in fine. ad quod benefacit. l. i. ij. & iii. ff. de eo quod cer. loco. *Reus ſi habet triplex forum, in potestate actoris eſt eum conue-* Fallit in ſcholare exiſtente in ſtudio. vt auten. habita, ne filius pro patre. C. & ibi notatur.

tatur. In cuius eſt electione vt conueniatur. & ex his habes, quod ſi reus promittit ſoluere in pluribus locis, vt fit quotidie in inſtrumétis, quod eſt in electione actoris promiſſorem cõuenire, in quo loco ſibi placuerit. Et aduerte quod horum cognitio & diſpoſitio, quæ ad eccleſiaſticũ pertinent, de quibus dictum eſt ſupra, non cadunt in laicum. xcvi. diſtin. c. bene quidem & dic. c. tuam. in aliis autem criminibus eccleſia laicum non punit regulariter, præterquam in ſacrilegio vt prædic c. cum ſit generale, de foro competen. & in monitionibus & correctionibus, de quibus in c. ſi peccauerit. ii. quæſt. i. de quo quidem ſacrilegio poteſt etiam cognoſcere iudex ſecularis, & etiam de crimine vſurarum ſecundũ ſtatuta Regia Ludo. xi. arti. lxiii. & lxiiii licet de his fuerit cognitum per iudicem eccleſiaſticum, quia ſunt mixti fori. Nam vbicunque pœnæ ſunt imponendæ per diuerſos iudices diuerſi fori, vna per iudicem eccleſiaſticum, altera per iudicem ſecularem, vt in ſacrilegio. & crimine vſurarum, aut alio delicto mixto, tunc condemnatus in vno foro poteſt accuſari in alio. vt in c. fœlicis. §. per hoc quoque de pœ. in vi. vbi papa imponit multas pœnas capiétibus cardinales Et tamen dicit ibidem, quod non intendit adimere poteſtatẽ iudici ſeculari quominus poſsit procedere, & imponere pœnam legalem, per quem textum dicũt ibidem Io. An. & Domi. quod punitus criminaliter per iudicẽ eccleſiaſticum, poteſt etiam puniri criminaliter per iudicem ciuilẽ ex quo crimẽ eſt mixti fori. Et de hoc quæſtio. accidit de facto tempore Io. An. & Bal. vt ipſe refert in l. i. C. de ſacroſan. eccle. de quodam, qui cõmiſerat inceſtum, & adulterium cum conſanguinea nupta, quem epiſcopus condemnauerat ad perpetuos carceres. Et iudex ſecularis volebat eum punire, de quo ibidem per eum. & eſt bona glo. in prac. ſanctio. titulo de concubina. in verbo permãſuris. et vide Ange & ſuo tract. malefi. in verbo, & ibi caput à ſpatulis amputetur ☞ Adde que not. dicit Bal. poſt cy in l. ii C. de Spor. vbi dicit quod ſi de vno delicto puniunt diuerſi iudices ſi ille ad quem prima iuriſditio expectet non ſufficienter puniuit quia non potuit debet ſuppleri punitio per ſuperiorẽ per illum textum not. & fa-

nire in quo voluerit.

Criminaliter punitus per iudicem eccleſiaſticum, poteſt iterum puniri per iudicem ciuilẽ.

Idem delictum quãdo poteſt à diuerſis iudicibus puniri.

facit c. atſi de iudi. vbi dicitur ꝙ ſuppléda. eſt pœna que nó fuit ſufficiéter ĩpoſita accedat ꝙ not. dicit Ang. poſt Bar. in. l. qui de crimine. C. de accu. & in. l. ſi cui. §. idem eo titu. ff. quod ſi docetur de preuaricatione vel de colluſione primi & vbi punitio prima nó eſt recte facta iterú poteſt procedi per ſuperioré quia prima punitio iniuſta & indebita non abſorbet delictum. vere commiſſum ſicut nec ſolutio indebita extinguit veram obligationem lege ſi non ſorté. §. ſi centú de condic. in deb. & . l. denunciaſſe §. quid tamen de adul. ☞ Propterea ſubiicitur laicus iudici eccleſiaſtico pro quocunque contractu, & negocio iuramento firmato, c. nouit de iudi. c. venerabilem extra de electione de quo dictum eſt ſupra. alios caſus vide in dict. cle. diſpendioſam, per Hoſtien. in ſumma de iudi. in quibus iudex ſecularis habet iuriſditionem in clericos quanquam hoc durum ſit. Cum decretum pontificum principibus ſecularibus ſuper rebus ſpiritualibus diſponere prohibet, vt in dic. c. bene quidem. xcvi. diſtinc. & dict. c. tuam de deci. Et dico. primo quod in realibus iudex ſecularis regni Franciæ habet iuriſditionem in clericos. Quicquid ſit de iure, vt dicit Ioan. Fab. in dic. § fina. inſti. de ſatiſda. & in auten. ſtatuimus. C. de epiſc. & cle. & ibi vide per eum, & vide Archi. in. c. i. de cleri. coniug. lib. vi. Item habet iudex ſecularis cognitionem cauſarum ciuilium inter perſonas eccleſiaſticas in poſſeſſorio cauſarum ſpiritualium. vel annexam cauſam ſpiritualium habentium ex antiquiſsima conſuetudine, quæ conſuetudo iuriſditionem tribuit, vt. c. ſi clericus laicú extra de foro compe. etiam non capaci propter perſonæ excellentiam c. cum dilecti extra, de arbi. quam iuriſditionem regi Franciæ competentem nó eſt intentionis ſummi pontificis tollere, vel diminuere dic. c. nouit de iudi. qui quidem iudex ſecularis de pleno poſſeſſorio retinédæ poſſeſsionis in beneficialibus, & aliis cauſis ſpiritualibus cognoſcit, licet de iure cómuni clericus coram iudice ſeculari non ſit trahendus: & cauſa ſpiritualis vel ſpirituali annexa debeat coram iudice eccleſiaſtico tractari. in c. ii. de foro competen. extra. quod habet rex Franciæ

Iudex ſuperior poteſt iterum procedere cõtra delinquẽtẽ ſi docetur de preuaricatione & colluſione primi.

Iudex ſecularis habet in realibus iuriſditionẽ in clericos.

Iudex ſecularis de pleno poſſeſſorio retinendæ poſſeſsionis cognoſcit.

Franciæ ex priuilegio à Martino papa ſibi conceſſo. vt refert Ioan Ferrand. in dict. ſuo tract. de iur. regis Francorum, & liliorum: vbi vide multa priuilegia regis Franciæ. Item cognoſcit iudex ſecularis in clericos de portu armorum, & ſaluagardia Regis infracta, vt in ſtilo parlamenti quorum cognitio ſpecialiter pertinet ad Regem, & ibi Aufre, quod eſt durum ſecũdum eum hic, & in repe. cle. i. de offi. ordina. & per Pe. Ia. in arbore ſucceſsionis regni Franciæ, & in titu. de cõdic. ex lege vbi multum defendit eccleſiá. Mihi autem non videtur durũ, quòd infringens Regis ſaluagardiam puniatur à iudice ſeculari cum talis infringens debeat puniri crimine læſæ maieſtatis. textus eſt in. l. i. ibi vel aduerſus eius ſecuritatem committitur. ff. ad. l. Iul. maie. Adde Spe. titu. de recõuentione §, nũc dicamus verſi. ſed pone clericus vbi dicit, ꝙ ſi clericus cõuenit laicum coram iudice laico laicus poteſt eum reconuenire. l. quoties C de iudi. niſi. criminaliter fuerit accuſatus. Et pro euidentiori declaratione huius ordinationis eſt aduertendum, quòd duo ſunt genera hominũ, aliq ſunt clerici, aliq ſunt laici, & laicorũ aliqui ſunt puri laici, qui tonſurá nõ habent, alii qui tonſuram habẽt, nõ dicuntur puri laici: vt in c. duo ſunt genera. xii. diſtinct. tamẽ vtrique ſub noĩe laici cõtinentur; & hi qui tonſurá habẽt clerici quãdoque appellãtur. vt in. c. vnico de cleri. cõiug. lib. vi. & eximũtur à iuriſdi. ſeculari, licet fuerint cõiugati cũ vnica virgine. & gaudẽt priuilegio canonis ſi quis ſuadẽte. xvii. q̃ſt. iiii. vt in prædic. c. vnico cõtra quod facit quod hic ſtatuitur ſ ꝙ clerici cõiugati, & nõ cõiugati nõ ſolũ in ciuilibus, ſed in criminalibus ſunt de foro ſeculari, in quibus eiuſdẽ fori eſſe cõſueuerũt, vt ſupra dixi. Videtur tamen, ꝙ hoc. c. vnicũ de cle. cõiug. ſolũ cõprehendat ſuos, hoc eſt tẽporali iuriſditioni eccleſiæ ſubiectos: vt in ſimili dicitur in. c. ſi duobus ad finẽ de appella. de fide inſtru. c. cũ Ioãnes de teſta. c. cũ eſſes, & ibi expreſſè p Ber. Hen. & alios, & Hoſtiẽ. in ſumma de teſta. §. qualiter cõficiãtur verſi. Vnde ſuper hac magna, & tãgitur de cõceſ. prebẽ. c. auctoritate p Arch. lib. vi. aliàs ſi haberet locũ vbiq;, & vniuerſaliter intelligeretur. Videtur multũ abſurdũ, & ĩ preiud. iuriſ. ſecularis prima facie: qa tales cõ

Rex Franciæ, ſeu eius iudex ſecularis, in quibus cognoſcit in clericos.

Clericus cõueniens laicum coram iudice laico poteſt ibi recõueniri.

Hominum duo ſunt genera.

Laici, qui gaudẽt priuilegio clericali.

iugati tonſuram deferentes videntur omnino laici. lxix. diſtinct.c.quoniam vbi videtur textus formalis, quod tõſuratus ſimpliciter dicitur laicus, & notatur. lxi. diſtinct. in ſumma vbi dicitur, quod ille qui ordines non recepit, vel recepit repente, vel per ſaltum dicitur laicus, facit bene xxi diſtinct.c.cleros in prin.vbi dicitur quod clerici dicuntur, qui in eccleſia Dei ſeruiunt facit de præben. c.cum ſecundũ apoſtolum, & quod notatur per Inno. & alios in c ii.de maio.& obedien.vbi dicũt quòd papa per ſuã conſtitutionem potuit ſine cõſenſu imperatoris à ſua iuriſditione eximere clericos ſcilicet illos qui ſunt ſpirituales, & ex toto corpus, & animam dederunt in ſeruitiũ, & ſortem Chriſti.xii.quæſtio.j.c.cui.Conſtat autẽ quod coniugatus nõ eſt huiuſmodi: quia corpus ſuum dedit vxori extra de ſpon.duo c.j.cum ſimilibus.Item Apoſtolus ad Corinth vii.in prin dicit vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier.& contra. Item & poſt medium.c. annectit, qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſũt, quomodo placeat Deo.qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, & facit de cleri.coniug.c.debitum. Si igitur coniugatus eſt à ſortè, & ſeruitio Chriſti ſeparatus: qualiter dici iuridice poteſt ipſum beneficiis aliquibus clericorũ gaudere, cum propter officium debetur beneficium. Et qui non laborat, non manducet c.ii.extra, de æta. & qua. in cle.& ibi nota.ff. de damno infecto l. quamuis cum ſimilibus, ad quod optime facit de epiſco.& cle.l generaliter.quã omnino ad hoc videre placeat. Qualiter ergo potuerũt à iuriſditione tẽporali in aliquo eximi per dictũ. c.& in præiudicium iuriſditionis temporalis, illud cõdĩ vt effectum ſortiatur in aliis terris, quàm eccleſiæ, in temporalibus non ſubiectis, quantumcunq; veſtes, & tonſurã de ferãt clericales. Nam.videtur prima facie abſurdũ, de iudi. c.nouit. circa prin.& facit bene, qaod notatur de conſtitu.c quæ in ecleſiarum per Inno. nota de loca.c.ii. per eundem, & maximè quia textus alibi dicit, quod tonſura etiã clerici ſecularis exiſtẽtis in eccleſiaſtici myſterii vituperium, videtur redundare.de cleri.coniung.c.Ioan. ad finem.non ergo debet priuilegiari per eccleſiam, qui

Laicus dicitur qui eſt tonſuratus ſimpliciter.

Qui nõ laborat non manducat.

eam

eam vituperat.quod multũ facit pro ordinatione noſtra, quæ vult,vt coniugati,vel non coniugati facientes, & exercẽtes ſtatus,vel negociatiões ſint de foro ſeculari quia cum elegerunt vitam ſecularem ipſius vitæ debent ſubiici diſciplinæ. vt c.recolentes, extra, de ſtatu. mona. *Priuilegiari nõ debet per eccleſiã,qui eam vitupe rat.*

☞ Aduerte tamen quod per venditionem vnius rei non dicitur clericus negotiari ſeu mercari de conſecra. diſt. vi §.eiiciens & facit quod notat Bar. in lege.2.§.1. ff. de tribu.& in l.legatis de leg.iii. vbi dicit quod per vnam negociationem non dicitur quis mercator & in l.venditor circa medium de actio.empt. & vide in l.cætera. §.1. de leg.1.in glo.& dicit Bal.in l.ii.de conſtitu pecu.quod vna mercantia non facit quem mercatorem, ſed profeſſio exercitij ſicut per vnum actum non videtur quis fœnerator, nec luſor vt vbi per eum & in dic. l. legatis & ita dicit conſuluiſſe paris de pu.in ſuo tract. ſindi. in verbo officiales non poſſunt,fauore vnius officialis de vna mercantia accuſari ☞ ad quæ faciunt notata per Ioan. An. in quadam quæſtione , quæ ponitur in fine tractatus Bonifacii de vitel.Quam quæſtionem hic addo, quia eſt pul chra & vtilis & multum confert huic materiæ, quia ſæpe quærimus,& dubitamus de clericis habitum & tonſuram relinquentibus& cõtrariũ ordini clericali agentibus.Ad dubitationem omnium decretaliũ tollendã ſic diſtingue aut clericus clericaliter ducit vitam ſuam,aut non . Et ſi quidem viuit clericaliter,& delinquit in habitu quocunque modo , & qualitercunque non amittit priuilegium. nec poteſt capi detineri,vel puniri per iudicem ſecularẽ &percutiens,vel capiens incideret in canonem latæ ſentẽtiæ xvii.quæſt.iiii.c.ſi quis ſuadente.& in hoc caſu loquitur c.cum non ab homine, extra. de iudi. quod apparet ex verbis ipſius c.quod dicit ipſum eſſe clericum,& in ordinibus conſtitutum aſſertiue.Et hoc niſi fuerit incorrigibilis,& fuerit depoſitus per iudicem eccleſiaſticũ.Si verò clericus non viuit clericaliter diſtingue aut portat tõſurã & habitũ,vadit tamẽ negociando vel. tenet tabernã aut ſtat ad aliquam ſtationem adfaciendam aliquam mercantiam , & tunc non perdit priuilegium clericale, niſi poſt binam admonitionem,& in hoc caſu loquitur,extra

Clericus nõ dic itr nego ciator aut mercator vna negoci atione aut mercãtia.

Vnus actus non facit aliquem negotiatorem aut mercatorem.

de

BIBLIOTECA NAZ. ROMA. VITTORIO EMANUELE

de vita & honeſt.cle.c.fina.& ex hoc apparet,quod dicitur in dict.c.fina.quidá clerici.&c.& ita ponit aſſertiue. Et poſtea dicit in negociationũ quæſtibus per quod apparet,quod loquitur quãdo clericus mercator negociatur cauſa lucri & quæſtus:ſi verò accipit ſecundam vxoré vel viduam,vel facit ſe militem tũc ex toto amittit priuilegiũ clericale,quia in talibus non cadit caracter ordinis clericalis.vt lxxiiii.diſtinct.c.quiſquis ,& extra de Biga.c.ii.& iii.Si vero accipit vxorem vnicam,& virginem, tunc portando habitũ,& clericaliter viuendo. non perdit priuilegium,vt ex.de vita & honeſta.cle.c.clericus ſi tõſura dimiſſa vxorem acceperit & relinquit habitum clericalem, perdit preuilegiuum,vt extr. de cle. coniug.c.penul.&.c Ioãnes, & ibi not.Si vero non coniugatus & nõ portat veſtes nec habitum,nec tonſuram clericalem, & facit aliquid contrarium clericali ordini,vel relinquit tũc diſtingue:aut leuiter delinquit,aut aliquid facit contra clericalis ordinis regulam vt quia portat arma , vel ludit ad tabulas in viis,vel mutuat ad ludum, vel vadit venando , & tunc ſi aliquis ignorans eum clericum committat in eum non incidit in pœnam canonis ſi quis ſuadente,eum,percutiendo' ſecus ſi ſcienter c.ſacro. ii. & hoc niſi poſt trinam.monitionem quia tunc perdit omne priuilegium extra de ſenten. excommunicationis c.in audientia vbi dicit quod clericus portabat arma relicto habitu.& tonſura clericali.& in c.contingit interdum, dicit,quod clericus delinquit ſeculari luxu.Et ita quodammodo leuitatis cauſa delinquit , ſeu mutato habitu , perque apparet, quod in his capitibus loquitur,quando leuiter.delinquit, vel modice. Si vero relinquit habitum, & tonſuram , & immiſcuit ſe enormitatibus,vel ſæna exerceat , & in iſtis perſeueret ita quòd hoc faciendo fuerit deprehenſus per judicem ſecularé,vel offenſus fuit per aliũ,tũc nullo gaudet priuilegio vel beneficio & in his caſibus loquitur ex. de apoſta.c.1.& c.priuilegiis. & de exceſſ. præla.c.ex parte circa finé,& c perpédimus.Et eſt ratio manifeſta, quia cũ elegerit vitá ſecularem.ipſius vitæ debet ſubiici diſcipline iuxta illud dignũ eſt vt qui cũ aliis ſimilem vitá ſuſcipiunt

ſcipiunt, ſimilem in legibus ſentiant diſciplinā, vt dict.c. recolentes. Adde quod ſi clericus qui dimiſit habitū & tonſuram & commiſſo delicto reaſſumit habitum & tōſuram recuperat priuilegium clericatus ita dicit Io. And. in c. Ioannes in iiii. quæſtio. ex. de cle. coniug. quod dictū refert, & ſequitur Alex. cōſi. ſuo. c xlix. & ibi ſubdit ſatis eſſe, quod tempore delicti ipſe clericus reaſſumat habitū & tonſuram & dicit quod dato etiam quod poſt tempus delicti depoſuiſſet, hoc ei non noceret, quia ad cognoſcēdum ad quē forū ſpectet delicti cognitio attenditur ſtatus in quo quis erat tempore delicti, ita ſecūdum cum in propriis terminis ſingularirer decidit Bal. in l. affinitatis communia de ſucceſsio quod nota. Et idem dici videtur de c. ſi epiſcopus. de offi. ord. lib. vi. quia illa conſtitutio in hoc quod epicopo concedit captionem, & realem executionem videtur contra textum, in. §. ſi quis aliquem clericum, in auten. de ſantiſ. epiſ. col. ix vbi captio, & executio debent fieri per iudicem ſecularem, per epiſcopum requiſitū: & probatur etiā ratione, quia epiſcopus ſuo gladio ſcilicet ſpirituali, debet eſſe contentus, nō vtroq; vti, xcvi. diſtin. c. cū ad duodecim cūſimili. & decima diſtin. c. quoniā. Itē etiā corporalia neſcit arma, nec habet gladiū niſi ſpiritualem, ſaltē quoad executionē. xvi. quæſtio. iii. c. porro. xxxiii. quæſt. ii. c inter hæc in fine, in quibus eſt expreſſum cū cōcor nō videtur ibi bona deciſio: & facit bene ad premiſſa in auten. quomodo opor. epiſ. & cleri. in prin. col. vi. vbi videatur in textu. & glo. & ideo dicta decretalis x. diſtin. c. quoniam verſi. omnino nō ſeruatur in pluribus locis regni Franciæ, vbi ſūt peritiſsimi viri. Nō quæramus de alienis partib⁹, ſed videamus quid ſeruatur in Lōbardia, & Italia. Et ſpecialiter Romæ, & cæteris eccleſiis, inquibus pro maiori, non ſeruatur dictū c. nec etiā alia priuilegia clericalia quomodo ergo alii ſeruare debēt certè aliqualiter eſt excuſatio. de vſur. c. i lib. vi. cum ibi nota ad præmiſſa faciunt optimè xcvi. diſtinct. bene quidem, & c. cum ad eum, & c. duo, in hoc ſunt genera cum aliis concor. ſupra allega. in quibus ponitur expreſſe: quod ſicut Imperator, vel Rex iura pontificum vſurpare nō poteſt, nec conſtitutionem in ipſorum, vel iuris eorū præiudicium

Iura imperij, vel regni non debet minuere ſummus pōtifex, nec econtra.

Quecūque ligaueris ſuper terram quomodo intelligitur.

clericos ſolā tōſuram habētes, eſſe de foro ſeculari, bonū eſſet ſtatuere.

dicium decernere. Ita etiam ſummus pontifex iura Imperii, vel Regis tollere, vel minuere non debet, quæ ad longum videre placeat, & de hoc etiam per totam illam diſtinctionem cū ſequenti facit, de iudic. c. nouit. in prin. & c. quæ in eccleſiarū, & quod ibi notatur per Inno. & alios, & ſic conſtitutiones illæ, vel ſimiles, quæ in præiudicium temporalis iuriſditionis ſunt factæ, non videntur curiam temporalem obligare, bene facit, qui filii ſunt legitimi. c. per venerabilem. §. rationibus de maio. & obedien. c. inter quatuor, nec obſtat, ſi fortè opponatur de priuilegio dato Petro, & eius ſucceſſoribus quodcūque ligaueris ſuper terrā. Matth. xvi. & xx. diſtinct. in prin. xiiii. quæſt. i. c. quodcumque, & c. manet. & in dict. c. per venerabilem, & de re. iudi. ad apoſtolicæ lib. vi. quia intelligitur in ſpecialibus conſtitutionibus tantum, & præceptis circa ſpiritualia factis, quibus eſt obediendum, vt no. Inno. ad literam de conſue. c. quanto, ad finem. Item alio modo intelligitur, ſi ſecundum iuſtitiam, & iuſtè faciat claue non errante ſecundū glo. in dict. c. manet. & per Archi. xi. quæſt. iii. c cœpiſti. & in dic. c. apoſtolicæ per eundé idem Guil. in Spec. de pœni. & remiſ. ver. quod ſi in eadem perſona, & ſi ſic in præiudicium alterius fiat, non eſt iuſta conſtitutio: quoniam ſemper ſine præiudicio alterius debet fieri. & intelligi. ff. ne quid in loco publi. l. ii. §. merito, & §. ſi quis à principe. extra de reſcrip. c. mādatum, & c. quanuis, & c. ſi propter. eo. titu. lib. vi. & melius, & efficacius ad præmiſſa facit. c. ſuper eo de offi. deleg. extra. vt ergo omniū ſeruetur opinio vt dicit glo. ff. de mino l. iii. §. fina. vt ſeruentur decretales in foro beati Petri & leges in foro Regis. vt nota. C. de iudi. l. properandum. & Bal. hic, optimum foret ſtatuere, vt ex ſupradictis conſtat, vt clerici ſolum tonſuram habentes. omnino eſſent de foro ſeculari, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. & quod illa decretalis de cleri. coniug. ſeruaretur in ſuo foro tātum, vt ſit in prouincia, & in partibus Tholoſanis, & in multis aliis locis regni Frāciæ, in quibus ſunt peritiſsimi viri, ſecundum Iaco de bel. viſu in repe. §. contrahentes de foro competen. contrarium tamen ſeruatur in patria noſtra, vt ſæpe audiui fieri in parlamento Burdegalæ: & alibi, ſed

an

an hoc bene fiat. Ipſi videant nec diſtinguitur ab eis an habeant habitum clericalem, nécne, vt in dict.decre dicitur in fine, ſed multi iudices hoc faciunt, conniuentes ipſis maleficiis, & maleficia committentibus. Vtinam dominus Rex ꝓuideret, & malos male perderet: quia ſic maleficia remanent impunita, quod fieri nō debet. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. & l. ſi à reo. ff. de fideiuſſo. quia iſti eccleſiaſtici ſunt ita auari quòd nō curant niſi de pecunia imburſanda vidi multos eccleſiaſtico iudici per ſecularem remiſſos prætextu tonſuræ, qui ſuorum delictorum pœnam euaſerunt. Adde, quòd principes non cognoſcentes ſuperiorem in temporalibus ſaltem de facto poſſunt exercere ea, quæ ſunt Imperatori reſeruata in ſignū ſpecialis priuilegii vt legitimare, famę reſtituere, auctoritatē interponere in arrogatione, & ſimilia, hoc probat textus in dic.c.per venerabilem, de quo textu facit magnum feſtum do. Abb. Ibi ex quo infertur ſecundum eum, quòd ciuitates Italiæ quæ hodie non recognoſcunt ſuperiorem in tēporalibus. poſſunt exercere dicta iura. pro quo dicto vide quæ notat Bar. in. l. infamem. ff. de publi. iudi. in l. i. ff. de public. & in. l. i. de aqua plu. arcen. nota etiā quòd iura principi reſeruata in ſignum ſpecialis priuilegii poſſunt præſcribi tanto tempore, de cuius initio memoria non extitit textus eſt ſingularis & perpetuo mente tenendus, in.c ſuper quibuſdam: de verb. ſignifi. quem textum reputauit ſingularem, & dicit ſe alibi nō legiſſe do. Abb. ibi. & in dict. c. per venerabilem qui filij ſunt legi. ex quo dicto do. Abb. in dict. c. ſuper quibuſdam infert ibi. quòd domini inferiores, & ciuitates poſſunt præſcribere legitimandi poteſtatem, item reſtituendæ famæ, creandi tabelliones, & ſimiliá, quæ principi ſunt reſeruata. Limita tamen hoc ex vno notabili Bar. dicto in. l. ſi publicanus. §. vltimo. ff. de publi. vbi dicit tantum tempus requiri, quando præſcribitur contra principem, ſecus ſi contra priuatum. Qui acquiſierit iſta priuilegio, vel cōſuetudine quia tunc non requiritur tantum tempus, ſed ſufficit tēpus decem annorum cum titulo, vel triginta ſine titulo, ſicut dicitur de vſufructu præſcribendo. glo. not. in c. ad audientiam de præſcrip. & in. c. dilectus de capel. mona. Nota vnum

Eccleſiaſtici auari delicta impunita relinquunt.

Principes nō recognoſcentes ſuperiorem quid poſſūt.

Domini inferiores & ciuitatis poſſunt preſcribere legitimandi &c.

num ſingulare ſecundum Hippo. de marſi. ſing. clxxx. ꝙ ſi plures ſint ſimul capti, & inquiſiti à iudice ſeculari, quorum vnus eſt clericus, qui petit ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum iuxta c. iudex de ſenten. excommunica. lib. vi. quòd omnes laici debent remitti per l. ſi communem fundum. ff quemad ſerui. amittan. ne continentia cauſæ diuidatur, & ne ſequatur abſurdum, ſi in eadem materia variæ ferrentur ſententiæ, & forte contrariæ: & allegat Anto. de prato veteri in. l i in fine. ff. quæ ſenten. ſine appella. reſcin. & tenet maria ſoſi. in. c. ii. col. iiii. ver. viii. fallit de mutuis peti. & Fely. in c. placuit col. iiii. circa medium. extra, de præſcrip. vbi eum, vide vſque ad finem, & iſtud dicit nunquam fuiſſe practicatum. Nico. Boe. in titu. de iuriſd. om. iudi. §. i. in glo. fina. Adde fede. de ſenis in cõſilio ſuo. clxvii. incip. mulier accuſata vbi dicit ꝙ ſi mulier aliqua commiſit fornicationem cum ſacerdote ꝙ iudex eccleſiaſticus non ſecularis puniet ipſam propter ipſum ſacerdotem. Nota etiam aliud ſingulare in iſta materia, quod dicit Fely. in. c. exceptionem, extra de excep. quòd clericus permittens ſe à iudice ſeculari condemnari, & executionem fieri poſtea alleget ſuum priuilegium debet actori in expenſis condemnari ob exceptionem retardati, textus eſt in. c. exceptionem ex. de excep & tenet Cal. in conſi. xii. titu. de iudi. volens plus quòd talis ſententia valet: ſaltem debet iudicari, & cenſeri valida. Ex eo ꝙ non fuit allegatum priuilegium vt ibi, vide Nico. Boe. in titu. de iuriſd. iudi. §. xxi. qui credit, hoc eſſe verum quantũ ad expenſas, & pœnas Imperiales, nõ quoad principale quod bene nota. Præterea nota quod dicitur in fine huius ordinationis, quòd clerici reſpondent in ciuilibus & criminalibus ſub iudice ſeculari, pro quibus conſueuerunt reſpondere, an hoc præcedat de iure. Vide ſupra in hoc articulo. quid autem ſi opponitur, quòd inquiſitus eſt clericus, vel aliquid aliud: cuius cognitio ad iudicem ſecularem non ſpectat, & quid de eo, qui poſt delictum fecit ſe clericum. Vide per Ange. in ſuo tractatu maleſi. in verbo comparent dicti inquiſiti, & quilibet eorũ. verſi. quid autem, & ibi adde, vbi faciunt multas remiſſiones, & vltra eos, vide Alber. de gand. in ſuo tracta. maleſi. titu.

Præſcriptio longe minori tempore currit cõtra priuatum quã contra principem.

Cleric⁹ qui patitur condemnationẽ & executionem iudicis ſecularis nõ poteſt demũ priuilegiũ allegare.

titu.de Pœ.reo.verſi. In nomine Domini,vbi latè pro,& contra diſputat iſtam quæſtionem,quam dicit habuiſſe de facto peruſii coram ſe,dum erat iudex appellationis communis & per pari. de pu. in ſuo trac. ſindi in. c. clericus Quare dic breuiter, quòd ſi laicus commiſerit delictum: & formata in eum inquiſitione, vel ſequuta cõdemnatione efficiatur clericus,vel religioſus, per talem fori mutationem non impeditur ſecularis iudex eum punire.vt per Bar.& alios in.l.cum quædam puella.ff.de iuriſdi. om.iudi.& in l.i.ff.de pœ.facta prius degradatione à iudice eccleſiaſtico.de qua degradatione,& quomodo fieri debeat. vide in.c.degradatio.de pœ.lib.vi. & vide glo.ſingularé in.c. ad abolendam. in verbo relinquatur, extra de hære. quæ dicit quòd in tribus caſibus poſt degradationem quis relinquitur curiæ ſeculari. & vide per Ange. in ſuo tracta.malefi.in glo.& ibi caput numero.xxxv. Limita tamé ſingulariter, quòd dictum eſt, niſi feciſſet votum clericatus. vel intrandi religionem antequam votum committeret.tũc nullo modo poteſt puniri per iudicem ſecularem: quaſi votum trahatur retro. ita ſingulariter tenet Bal in. l.i.C.an ſeruus ex ſuo facto. quod valde nota in practica, quia poſſes quem euadere à pœna mortis maxime,quia in hoc caſu ſtaretur iuramento ſuo, an votum emiſerit ante commiſſum delictum ſicut ſtari debet iuramento in aliis, quæ dependent à voluntate,vel conſcientia.glo.& docto. in.§.alie.inſti.de actio.glo.in c. ſignificaſti.in verbo ſi eſt ita.de homici.Bal in.l.interdum in.§ qui furem.ff.de fur. vbi ſingulariter limitat. ℞ Addé ꝙ clericus trahens clericum corã iudice ſeculari debet cauſam id eſt rem petitã perdere per ſententiã:& dabitur conuento. & priuari cõmunione ſacramentorum vel etiã fidelium,quia excõmunicabitur.niſi. ſuper hoc ſatisfacere velit.vt extra de foro cõpeten.ſi diligenti & xi.quęſt.i. inolita ſed nunquid idé eſt in laico clericũ corã ſeculari trahente vt debeat perdere cauſam dico ꝙ ſic vt C.de epiſ.& cler auté.ſtatuim° notat.Spe.titu de cõpe.iudi adi.§.i.verſ.& breuiter ſcias.

Laicus ſi poſt delictũ fiat cleric°.

☞ *En quoy,& contre qui les gens d'egliſe pourront paſſer oultre.nonabſtant l'appel comme d'abus.*

Que

Artic. vi. QVe les appellations comme d'abus, interiectées par les preſtres, & autres perſonnes eccleſiaſtiques, es matieres de diſcipline, & correction, ou autres pures perſonnelles. & non dependentes de Realité, n'auront aucun effaict ſuſpenſif. Ains nonobſtant leſdictes appellations, & ſans preiudice d'icelles, pourront les iuges d'egliſe paſſer oultre cõtre leſdictes perſonnes eccleſiaſtiques.

Appellare tãquam ab abuſu quis dicatur.

VNde nota, quòd appellare tanquam ab abuſu dicitur, qui appellat tanquam ab eo, quod factum eſt cõtra communem vſum, & iuris rationem. c quiſquis. extra, de elec. & c. quòd ſicut. verſi. nec appellatio. & ſonat abuſus in malũ. extra de reſcriptis. c. nonnulli. de rap. in archiepiſcopatu. xxxvi. quæſt. i. §. cum ergo de conſue. c. ex parte cum ſimili quandoque in bonum notat Archi. in. c. priuilegium xi. quæſt. iii. & glo prac. ſanct. in titu. de his, qui in miſſa in ver abuſum. Hæc tamen ordinatio videtur facta, quemadmodum & aliæ multæ, contra decreta pontificum, quibus prohibetur principibus ſecularibus ſuper rebus ſpiritualibus diſponere. vt. c bene quidem. xcvi. diſtinct. c tua de decimis. Imo hoc ſtatuere, nihil aliud eſt, quàm falcem in meſſem alienam mittere. c. venerabilem. extra de elect. facit. c. nouit. extra, de iudi. & c. quod in eccleſiarum & quod ibi notatur per Innoc. de conſtitu. extra, hodie tamen vides ꝙ hæ appellationes ab abuſu paſſim emittuntur & illarũ pretextu trahuntur eccleſiaſtici coram ſecularibus & lites tribus aut quatuor annis latis ſententiis ſopitæ regio procuratore ad ſuprema tribunalia trahuntur, quod non poſſe aut debere fieri tradit Bal. in Spe. titu. de accuſa. ver. quid ſi iudex vt dixi ſupra art. cxlii. non tamen inficior quòd ſi docetur de preuaricatione vel colluſione primi iudicis & vbi punitio prima

Appellationes ab abuſu.

non

non eſt recte facta quin poſsit iterum procedi per ſuperiorem quia prima punitio iniuſta & indebita non abſorbet delictum vere commiſſum ſicut nec ſolutio indebita non extinguit veram obligationē l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condic.indeb. & l.denunciaſſe.§.quid tamen.ff. de adul.de quo aliquid dixi art.præcedenti indiſtincte tamen ſuprema tribunalia ſub pretextu huiuſmodi appellationum in eccleſiaſticos & ſeculares procedūt quod fieri nō debet ſed ad ſuos ſuperiores puniēdos maxime iudices qui cauſam huius edicti &cōmittēdi hos abuſus dederūt, remitteret niſi iuriſditio hos reprimēdi ad ea ſpectet quare bonum eſſet ſtatuere vt ſuperiores tam eccleſiaſtici quā ſeculares curam haberent & obnixe intēderent ſuper adminiſtranda ſuis inferiorib⁹ iuſtitia & ad tales abuſus preuaricationem & colluſionem reprimenda aliter lapſo tēpore ſtatuto ſuprema tribunalia procederent tam contra ſuperiores quam inferiores eccleſiaſticos & ſeculares vt c. irrefragabili de offi. ordi. & pro hoc adduco tibi textum & Glo.in.§. ſancimus in auten. quomodo oporteat epiſco. vbi querit glo. an imperator poſsit ſtatuere ſuper ſpiritualibus & dicit quod ſic ſacras regulas recitando & eas obſeruari faciendo, quia tunc reipub. ſtatum tuetur cum reipu.interſit ſacerdotes eſſe honeſtos, à quibus penitentiam peccatorum petamus vt C. deſumma trinitate lege finali & eccleſias in quibus peccatorum veniam petimus in.§ quia vero in auten. vt liceat matri & auie quod notent ſupremi iudices & regii procuratores

Imperator an poſſit ſtatuere ſuper ſpiritualibus.

☞ Iuxta quod quæro, an ſtatuta, & conſuetudines ſint ſeruanda in foro epiſcopi? Cy. tenet, quod non. in l. ii. col.vlt.verſic.iii. Quæritur & ibi Ioan. Faber. C.quæ ſit longa conſue Bar.in l.i.col.ix. verſi.v. Quæritur. C.de ſumma tri. & fide catholi. dicit, qnod vbi talia ſtatuta, vel conſuetudines, non tendunt contra libertatem eccleſiæ, vel perſonas eccleſiaſticas, & ea, quæ eis in eorum priuilegium ſunt conceſſa: dum tamen iuſta & honeſta, ſunt ſeruanda in foro epiſcopali, pro hoc allegat textum in cap. cum veniſſent. de eo qui mitti in poſſe. & in cap. cōſtitut⁹.& ibi Abb.col.ii.verſ quinto nota de in inte.reſti aliàs ſecus.vt auten.caſſa.& ibi docto.C.de ſacroſanct.

Statuta, et conſuetudines an ſunt ſeruāda in foro epiſcopi.

eum. Non enim mutat ſubſtantiam rerum, nonneceſſaria verborum multiplicatio. ff. de auro, & argé. leg l. pediculis. §. labeo. ff. de regu. iur. l. non ſolent. ergo ſtatutum valebit, licet nihil addat argu extra, de fide inſtru. c. paſtoralis. Et hæc eſt veritas: poteſt enim vtile eſſe ſtatutum, quando concordat cum iure ciuili, aliàs communi. Conſtat enim ſtatuto agi condictione, ex lege, ſicut ex qualibet lege nouiter indicta. vt. ff. de condic. ex le. l. vnica. Vnde agendo ex forma ſtatuti, non eſt dignum, quòd agatur condictione illius legis, cui cócordat imo agitur condictione, ex lege ſtatutaria. quod poteſt prodeſſe ad multa, quia condictio non infamat, etiá ſi ex famoſa cauſa deſcendat. ff. de actio. & oblig. l. ceſſat. Dico tamé, quòd verba ſtatuti poſſunt referri ad intellectum correctionis iuris communis, ac etiam ad concordantiam ipſius, debemus potius interpretari, vt corrigat, vel addat, quàm vt concordet, quia verba ſimpliciter prolata, debent referri ad eum caſum, qui dubi rationem continet. ff. de carbo. edic. l. quod labeo. & de leg i. l. talis ſcriptura. Alia verba ſtatuti ludibria, & ſuperfluè poſita eſſent, quòd eſſe non debet, vt ſupra dixi. Ratio redditur in textu, & glo. in dic. cap. ad noſtram. Quare non appellatur à correctione: quia remedium appellationis non eſt inuentum, vt ſit iniquitatis vinculum, ſed oppreſſorum leuamen. cap. cum ſpeciali. §. porrò. extra, de appella. & ff de mino l. præfecti pretorio ſicut iuramentum non eſt iniquitatis vinculum. cap quanto. Et ſic habes, quòd à correctione, non appellatur. vt dic. iuribus, quæ loquuntur in regularibus vt in dic. cap. cum ſpeciali In fine, fallit tamen, ſi excedat modum in corrigendo: quia tunc poteſt appellari cap. de priore extra, de appella. & de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. nos autem & l. ab executore. C. quo appella non recip. vnde cum hoc ſtatutum diſponat id quod ius commune debet intelligi, ſecundum ius commune. c. dilectus. extra, de conſue. & ibi caſus. c. ex parte extra, de verb. ſigni. & ibi, do. Anto de Bu. l. ii. C. de noxa. Adde quòd licet vxorem delinquentem marito leuiter corrigere, & verberare vt l. conſenſu. §. i. & auten. ibi poſita & ibi docto. C. de repu.

Verborum multiplicatio, nõ neceſſaria ſubſtãtiam rerum non mutat

Ex ſtatuto agitur cõdictiõe ex lege.

Verba ſimpliciter prolata vbi referantur.

Vxorẽ delinquentem maritus, poteſt leuiter corrigere & caſtiga

per cano. in. c. quemadmodum de iureiur. vii. quæſt. i. ca. ſicut alterius. carcerare autem non licet, ſecus in clerico per textum. & gloſ. ſingularem in. ca. placuit. xxxiii q. ii. de quo vide per paridé de pu. in. ſuo trac. ſindi. in erbo officiales dicit tamen ſingulariter Abb. in. c. literas in vltimo notabili extra de reſti. ſpo. ꝙ vxor non eſt marito reſtituenda, ſi non poteſt ſecure cũ eo morari abſque periculo, nec remedio cautionis poteſt ſufficienter prouideri. imo hæc eſt ſufficiens cauſa eam ab eo auferendi, & ſeparandi matrimonium quoad totum. Et idem dicit in marito reſpectu vxoris, vt ſi inſidietur vitæ mariti. & eum veneno interficere tentauit. neque veriſimiliter refrenari poteſt, à marito auferri, & petenti reſtitutionem obſtabit exceptio. Idem tenet Abb. in. c. 1. de diuor. Ita notat Bal. in l. quáuis C. de leg. nota etiam, quòd ſi maritus expulit vxorem, & vult eam poſtea recuperare, debet iurare quòd eam non percutiet. glo. eſt in. l præſenti in. §. ſane in verbo interuentione C. de his qui ad eccle. confugiunt. item permittitur magiſtris leuis caſtigatio. l. Item queritur. §. item Iulianus verſi. quamuis enim magiſtris. ff. loca

Quero nunc an ſi abbas inquirat de exceſsibus monachi monachus debeat habere expenſas pro aduocatis, & alios ſumptus litis, cum nõ habeat proprium Spe titu. de inqui. diſtinguit, aut abbas procedit ad inquirendum de criminibus monachi ſecundum regularia inſtituta, quod fit de plano & ſine figura iudicii, quo etiã caſu nullus ordo requiritur, nec appellatio admittitur, vt iam dictum eſt: tunc nullas debet habere expenſas, quia nullas facit, nec admitteretur ad faciendum, hæc probantur in dic. c. ad noſtrã & extra de accu. c. qualiter. ii. in fine alias ſic, ſi procedit ad correctioné ſecundum formam iuris. c. ex parte de appel. & de accu. c. pe. §. fina. idem dic in clerico ſi nihil habeat. Idé tenet paris de pu. in ſuo trac. ſind. in verbo expenſæ vbi dicit quòd diues litigans cum paupere ſoluit expenſas pauperi ratione paupertatis & inopie dic. c. ex parte & idem poſſet dici ſi litigaret cũ fiſco. arg. l. i. §. quòd & ſi fiſcus. ff. de carbo. edic. idé dicit Arg. auten. iuſiuran. quod preſtat ab his in prin. quòd cauſæ pauperũ ſunt gratis per officiales agitande ſine ſolutione ſpor.

Monachus litigans cũ abbate an debeat habere expenſas.

Diues litigãs cũ paupere ſoluit ſibi expẽſas

ſpor nota hic,in verbo Preſtres,quod hic eſt argumẽtũ, quod appellatione clericorum, non veniunt presbyteri, canonici,& monachi.Quod eſt verum in materia odioſa, & reſtringibili,ſed in materia fauorabili & indifferenti. ſecus Panor,in rubri.de vi.& honeſta. cle.glo.in. c.non liceat.de præben.gloſ.pracma.ſancto.in loco ſupra citato in proximo articulo. *Magiſtris permittitur leuis caſtigatio.*

20. Amende de fol appel(comme d'abus enuers le roy)ores que ledit appel ne ſoit ſoubſtenu.

QVe les appellans comme d'abus,qui ſe deporteront en iugement de leurs appellations releuées payeront l'amende ordinaire du fol appel: & hors iugement la moitié de ladicte amende, & plus grande ſi meſtier eſt, a l'arbitration de noſdictes cours ſouueraines,eu regard a la qualité des matieres, & des parties. *Art.vii.*

QVia appelans videtur eſſe in mala fide.cum preſumitur pro ſententia,vt leg.ingenuum ff. de ſtatu. homi.&l.Res iudicata.ff.de re.iudi & notat Bal. in conſil.cclxix volu.iiii.& fundatur hæc ordinatio,in.l.ii.C. de epiſ.audien & in l.ab executione.§ fina.C.quo.appel. non recip.vbi iniuſtè,& mala fide appellans condemnatur,vltra condemnationem expenſarum,in quinquaginta libris argẽti, quæ errogantur pauperibus vt in dic leg. ii & ibi Bar.& docto.& non fiſco vt hic dicitur: ſed illa lex loquitur in ſuo caſu,ſcilicet in clerico,ſecus in laico. vt dicit Bal,quia applicatur fiſco,quia epiſcopus non debet imburſare emendas pecuniarias,ſecundum Ioan.Fab. & Bal.ibi de quo per Bar.& Ange.& Alexan. in addi.in. l.i.& ibi Ioan.de pla.C.de iure fiſci.lib.x.Sed an hæc ordinatio, habeat locũ de iure canonico.Bal. dicit ibi,quod non per glo.in.l.i.ff.à quib appella non licet. Et ita cum *Appellans preſumitur eſſe in mala fide.* *Epiſcopus nõ debet imburſare emẽdas pecuniarias.*

ſuiſſet quæſtio de facto peruſij. ſuit determinatum vide Abb. ſiccu. Phili. Peru cardina. Alexan. & Feli. in. c. ii. de appella: & textum, qui decidit hanc quæſtionem, inter canoniſtas. in titu. de friuo. appella. in §. quodque vbi friuolè, & iniuſtè appellans condemnatur in quindecim florenis aureis, de camera parti appellatæ. vide ibi gloſſã. in verbo appellatæ, quæ, eſt ſingularis. textum Bal & Sali. in l. cos. §. ne temere. & in. l. à proconſulibus. C. de appel. Sed de cõſuetudine curiarum ſpiritualium metropolita. Regni Franciæ friuolè appellantes non comdemnantur ad emendam. vt refert Nico. Boe. in tit. de iuriſdi. om. iudi. c. xxviii. conſuetu. Bitur. Sed poſito quòd iudex eccleſiaſticus poſsit pecuniariam pœnam imponere. de quo in. c. ii. de pœ. & c. ii. de delic. pue & per Ioan And. in c. pro humani. de homici. lib. vi. in nouella cui hæc pœna applicabitur? dic, quòd medietas eccleſiæ, & medietas ſibi. vt in c. ii. de pœ. quod bene nota quia iſti epiſcopi, & officiales ſibi, & ſuis meretricibus, famulis, & conſanguineis applicant eccleſiæ, & pauperibus nihil.] eſt enim hec emenda que hic vocatur ordinaria, in ſupremis curiis. lx. librarum pariſienſium, in aliis inferioribus curiis. lx. ſolidorũ. cui detrahitur aliquando tertia pars. Et vltra nota hic, quòd ſi non fuerint releuatæ iſtæ appellatiões, non ſoluitur emenda: quia, qui vnum dicit, de alio negare videtur. l. cũ prætor. ff. de iudi. c. nonne. extra, de preſump. Limita dicta iura non procedere, ſecundum do. Anto. Butr. in. c. tranſlato. de conſtitu. vbicunque eſſent duo connexa, quia eo caſu expreſsio vnius operatur expreſsionem alterius dic. c. tranſlato. item limita ſecundũ do. Anto. in cle. i. de reſcrip. quando prohiberetur vnum quod eſt frequẽtatum, quia prohibitum videtur id, quod non eſt frequentatum. & per hoc deciditur vna queſtio, quòd ſi dominus fundi fecit pactum cum colono, quòd habeat quartam partem vini de vitibus per eum plantandis toto anno, & colonus plantat alias arbores. dominus debet conſequi fructus aliarum arborum, quia de vitibus fuit expreſſum propter nimiam frequentiam. Iſtud fuit peregrinũ dictũ. Ioan An. in addi. ſpecu. titu. de loca. §. i. poſt princip. Facit glo. multum ſolẽnis, in. c. ii de cõfeſ. lib.

Appellãtes friuolè in curiis ſpiritualibus non ſoluunt emendam.

Eccleſiaſticorũ emendæ cui debent applicari.

Emenda ordinaria in ſupremis curijs eſt. lx. librarum pariſien.

Expreſſo magis frequentato in

lib.vi vbi diſpoſitio illius.c,loquens in reo habet locum in actore. Et ideo potius textus ibi expreſsit de reo quàm de actore,quia erat magis frequentatũ. Et allego textum in c.1.§.ſi quis ruſticus.de pace tenen. & Bal. ibi quòd licet prohibitio illius textus loquatur in ruſtico. nihilo minus habet locum in aliis perſonis. Et ideo expreſsit de ruſtico propter frequentiam. Facit glo.in.l i.C.de rap. virgi. quæ dicit idem in muliere rapienti iuuenem. textus enim ibi expreſsit de maſculo propter frequentiã. Et ibi Ang.dicit ſe de facto vidiſſe Florẽtiæ quandam meretricem cõburi. Et pro iſtis allegatur textus in l·ſcire oportet.§.fin ff de excu.tuto notat Anto.Cor.in verbo argumentum.& in verbo frequentia. Præterea nota,quod poſitio quæ continet duo , quia commodaui tibi codicem & volumen tu reſpondes non credo de codice.videtur tacite fateri de volumine. Et hoc intelligo ſolũ ad præſumptionem,& quoad ſemiplenã probationem, quæ inducitur ex illa tacita confeſsione.vt in.c.nonne de præſump. vbi hoc videtur eſſe de mente. glo.& docto iunctoc.fina.de iureiur. quod nota quia quotidie accidit. Idem etiam ſi extraiudicialiter interrogaui te ſic. nonne ego commodaui tibi codicem,& volumen , & tu dixiſti, non eſt verum de codice perdic.c nonne &c.vt in noſtro textu. Et punitur hic perſeuerantia lege conſentaneum. C. quomodo,& quando iudex.l,iii.C.de epiſc.audien. quẽadmodũ,& alibi contumacia:quia creſcente contumacia, creſcere,debet,& pœna.l. relegati.ff.de pœ c.provt de dolo,& contumacia,& dicitur ſententia abuſiua.quæ expreſſum continet errorem:& dicitur etiam talis ſententia nulla,cum ſit euidens iniquitas ſecundum Lanfran.de oria,in repe.c.quoniam contra.extra , de proba. in prœmio,circa quod vigilare debet iudex , ne eluſorii,& fruſtratorii corã eo fiant actus,vt dicit Rom. cõſi cccl xxvi. & Bald.in.l.exceptionem C.de proba.text us eſt in c.i. de ele.lib.vi.vide quod dicam infra art.xxiiii.circa Finem.

telligitur minus frequentatum

Poſitio que cõtinet duo quia cõmodaui tibi codicem & volumen.

Sententia abuſiua qua dicatur.

Autre amende enuers partie.

Art. viii. ET en amende enuers partie, pour leurs ſubterſuges & delaiz & proces retardé. Ceſt aſſauoir de vingt liuresparisis en iugement & hors icelluy, de dix liures pariſis.

FAcit text⁹, in.l.properãdũ.§.ſinautẽ reus. C.de iudi. & in.l.non ignoret.C de fruc.& litium expen. &.c. pia.§.ſi quis igitur in fine de excep.lib.vi.Et nota in ſuper quod talis appellans facit contumeliam iudici: ideo magis punitur.l.litigatores.ff.de recep.arbi.

Autre amende en cas de ſoubſtenement, de tel appel, & qu'il ne ſoit trouué bon.

Art. ix. ET quant aux appellations plaidées, & ſoubſtenues par leſdictz appellãs, ilz ſoient condemnez oultre l'amende ordinaire en vne amende extraordinaire enuers nous, & la partie, ſelon l'exigence du cas, ſi la matiere y eſt diſpoſée.

NOta quod dicitur hic, quod appellantes tanquã ab abuſu vltra emendam ordinariam (de qua ſupra dictum eſt arti. vi.) alia emenda extraordinaria, id eſt, arbitraria plectuntur ſecundum facti qualitatem non ſemper ſed ſi res hoc exigat, vt ex qualitate facti pœnã penſemus, vt l.vnica.C.ſi quis impera:male.&.l.argento.& lege aui bus.ff.de leg.iii.de rebus dub.lege.i.de pecu.leg.id quod vnde nota, quod vbi duplex pœna imponitur diuerſis legibus, vna tantum debet puniri, vt.l.ſenatus, & quod ibi nota.per gloſſ. & Bar.ff. de accuſa. ſi in eadem lege, vel ſtatuto: & tunc copulatiuè, vt hic: & tunc poteſt imponi vtraque.vt.l.nemo la.ii.C.de epiſco.audien: aut alternatiuè & tunc vna tantum.vt.l ſi fugitiui. C.de ſer. fug. aut imponitur

Vbi duplex pœna impo nitur diuer ſis legibus, qua debet

imponitur abſolutè,quia non eſt copulatiua, neque diſiunctiua cuniunctio, & tunc dicit aſſumendam benigniorem interpretationem,& vna tantũ imponitur,vt.l.ſi de interpretatione.ff.de leg.vide Ang.in ſuo tractatu male. In verſicu.& ibi caput à ſpatulis amputetur. Adde quòd ſi ſtatutum dicat,quod ſi quis turbauerit aliquem in poſſeſsione ſua, incidit in pœnam centum quorum dimidia applicatur fiſco,& alia parti turbate.oritur ex illo duplex via agendi, ſcilicet ciuiliter, & criminaliter per notata in lege.iii.§.i.ff.de ſepul.vio Et ſic ſequitur.quòd ſimul non poterunt intentari lege.i.quando ciuilis actio crimini præiudi.& lege.ii.§.i ff.vi.bono.rapto cum ſimili. ſecus ſi dicat ſtatutum,ſi quis fecerit ſic, condemnetur in centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & alia accuſatori.vt dicitur in textu noſtræ ordinationis. *Ibi ſoient condemnez oultre l'amende ordinaire en vne amende extraordinaire enuers nous & la partie.*&c. Et articu.xii.xiiii. xxxv.xxxix.&.xli.quia tunc erit merum iudicium ciuile in totum.& reus condemnabitur in totum ad ſoluendam totam pœnam fiſco,& fiſcus exiget eam.ſed poſtea contra fiſcum accuſator regreſſum habebit ad dimidiam vt ponit not.Bar.in.l.ſenatus.§.ſenatus Adriani.ff.de iure fiſci.Quid autem ſi dicat condemnetur in centũ?quorum dimidia applicetur fiſco,& alia offenſo debeatur.Puto quod adhuc habeat locum dictum.Bar.quia nõ poteſt dici,quod ante condemnationem nata ſit, & queſita aliqua actio offenſo.quia ſtatutũ dirigit verba ad iudicem, & ſic iudicis officio nobili fit condemnatio in centum.& ſic per viam inquiſitionis,vt inſti.de publi. iudi. in prin. alias ſi diceremus contra.oriretur iudicium ciuile,& criminale,& non poterunt ſimul intentari vt dictum eſt per dic.l.i.C. quando ciuilis actio crimina præiudicet. Item pro hoc vltimo facit illa regula,quod eadem clauſula debet determinare duo determinabilia pariter.l.iam hoc iure.ff.de vul.& pupil.notat Math.Math.ſingu. 70. Nunc quæro cui quæratur pecunia,quam quis accipit,vt committat delictum.glo.variant,quia aliquãdo dicunt, quod fiſco,vt.l.lucius.ff.de iure fiſci &.l claudius de his quib. vt indig.aliquando parti,ſed quæ eſt verior?dic,quod ſecundum

quis puniri.

Differt an ſtatutum loquatur per hec verbã incidat in pœnã vel cõdemnetur.

Pecunia quam quis accipit vt cõmittat de

lictum cui quaritur. cundum quod regulariter applicetur parti textus eſt in.l.& generaliter.§.illud & l.ſi quis ab alio §.ſi vt filio familias.ff.de calum.Præterea nota, quod licet pœna applicanda fiſco in delicto conſiſtente in committendo, non poſsit ſibi auferri.vt in.l.trãſigere.C.de tranſac.per Bal.& in.l.omnes.§.recte.ff de fur. tamen ſi illa pœna venit ex delicto conſiſtente in omittendo, poteſt priuatorum pacto fiſco auferri glo.eſt ſingu.ſecundum Dy.in.l.ii.ff.ad ſille.refert,& ſequitur do An.barba.in.c.Raynaldus.de teſta & adduco tibi gl.in l.auxiliũ ff de mino. quam Ang.reputat ſingu.in tracta.de inuentario.vbi voluit, ꝙ minor omittens facere inuentariũ, reſtituitur in integrũ ex quo illud delictum conſiſtit in omittendo. bene facit glo.aurea in.l.ſi mora.ff.ſolu.matri.

Pœna quãdo per vactum poteſt fiſco auferri.

Adiournemens ſeront faictz à perſonne, ou domicile en preſence de recordz.

Art.x.

QVe ſuyuant noz anciennes ordonnances, tous adiournemens ſeront faictz a perſonne,ou a domicile, en preſence de recordz. & de teſmoings,qui ſerõt inſcripts au rapport, & exploict de l'huiſsier ou ſergent,ſur peine de dix liures pariſis d'amende contre ceulx qui ſeront trouuez en faulte,

SImilis extat ordinatio Ludo.xii. articulo quinquageſimo primo.videtur tamen eſſe ſuperfluum,quod hic ſtatuitur,videlicet quod fiat citatio ad perſonam, vel ad domum:quia idem iure communi diſponitur.vt.l.i.§.i.ff.de libe.agnoſ.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excu.tuto.dico,quod verba iuris debent intelligi ſecundum ſuum ordinem,quod quis debet primo citari perſonaliter,ſi reperiatur,& ſi nõ reperiatur,tunc ad domum,Dy.& Bar.in lege

Citari quo modo quis

l.iiii.§.prætor.ff.de damno.infect.Bartolus. & Sali. poſt *delat.*
Guil.de cug.in lege conſentaneum.C.quomodo,& quando iudex.ſi tamen ſtatuto cauetur,quòd quis debet citari perſonaliter,vel ad domum.& poſset incipere à citatione,vt fieret ad domum,etiam ſi reperiri poſſet perſonaliter.Iſta ſunt verba Dy.& Barto.in dic.§.prætor.& hoc vt ſtatutum operetur aliquid vltra ius commune. argu. lege ſi quando.ff.de leg.i cum ſimili.ex quibus eſt dicendum,quod ſufficit citationem fieri domi,etiam ſi reperiri poſsit vt noſtra ardinatio aliquid operetur vltra ius commune.Nec opus eſt apponere in relatione ſeruientis,vt fiebat olim,quòd perquiſitus, & non inuentus eum citauit domi.Ideo dicit Ioan.Fa.quòd curia Franciæ indiſtinctè admittit citationem factam domi. Veruntamen Mathe.ſingu.lxxxv.videtur tenere contra Dy. & Barto.Anto.de But.in.c.cauſam:extra,de donat.qui videtur eos ſequi,vbi ſupra & dicit,quod hoc dictum ſemper ſibi diſplicuit,quia ſtatutum loquitur per hæc verba,per quæ ius commune.Ergo debet recipere interpretationem iuris,quia videtur mere recitare ius commune.l.ius autem ciuile.ff.de iuſt.& iur.facit.l.ii.C.de noxa.& ſic. debet perſonaliter requiri. Secundò,ſi non poteſt reperiri,debet citari addomum.l.j.§.j.ff.de liber.agno & dic. l.ſcire.§.ſufficit.& vide Angelum in ſuo trac.male.in gl. iudex commiſit.verſi.quæro,qui ponit,an ſufficiat domi citari de iure.& addit ibi:Sed quæro de qua domo intelligatur,nunquid poterit quis citari ad apothecam, in qua ſingulis diebus ſtat ad laborandum?dico quod non imò debet citari in domo,in qua habet familiam ſuam ita tenet Bar.in.d.§.prætor.Ibi,illic vbi latem matrimonio collocauerat.Quid,ſi habeat plures domos,vnam in ciuitate,& aliam ruri,& in vtraque conſueuit habitare, in vna parte anni in vna:& in alia pte anni,in altera.puta de hyeme,in æſtatem:& de æſtate in hyemen?dico quod debet fieri citatio in illa domo,vbi pro maiori parte anni habitare conſueuit.per textum. in c.cum cauſam de dolo,& contuma.& in loco habitationis portæ ſuæ. Ita tenet Bartolus in dicto.§. peætor & ſi habitet æqualiter in duabus domibus,inhærendo opinioni Barto. citabitur

Citandus. in qua domo debet citari.

Citatio fieri debet in domo qua citatus degit & larem fouet.

citabitur in illa, in qua habitat de præſenti, vel ſecundum Ioan. And. citabitur in vtraque. vt per eū notatur, in dic. c cum cauſam. ☙ Adde quod citatio fieri debet in domo in qua degit & larem fouet. ff. de libe. agno. l. i. & dic. l. iiii, 6 pretor. C. de anna. excep. l. vt perfectius tenet Spe. titu. de appel §. generaliter ver. terminus & in titu. de accu. §. qualiter ver. & aduerte. ❧ Quid autem ſi nullam habeat habitationem? vt ſunt iſti vagabundi, de quibus loquitur lex, hæres abſens. ff. de iudi. tunc fienda eſt citatio, in loco rei quando eſt quæſtio, de immobili: & debet affigi ſchedula illius rei domo, vel prædio, vt in dic. § prætor ait in textu, & glo. aut eſt quæſtio, de re mobili, vel pecuniaria, aut de aliquo delicto: & tunc debet fieri citatio in eo loco, in quo frequentius conuerſari conſueuit vt in l. ii. & ibi notatur. C. vbi de crimine agi oportet, ad quod faciunt notata per Inno. in c. quapropter extra, de elec. ☙ Quid ſi vagatur, & modo eſt in ciuitate & modo in dioceſi, hinc inde nec habet domicilium. ff. ad munici. l. penul. & l. labeo & l. aſſumptio quæritur vbi poterit conueniri An in dioceſi an in ciuitate Spe titu. de reſcrip. preſentatione. §. rationem verſi. quid ſi vagatur dicit ꝙ vbi magis aſsiduæ cōuerſatur ibi conueniri poteſt l. ii. C. vbi ſena. vel clari. Quid ſi non diſcernatur vnde ſit vel vbi habeat pergulam? dic quod cogendus eſt eligere certum locum vt ſatiſfaciat x. quæſtio. iii. c. nec numeris quod ſi nolit facere conneniendus eſt vbi inuenitur. ❧ Et nota, quòd citatus ad vnum actum, adiecta certa qualitate, ſi aliud fiat, vel idem ſub diuerſa qualitate, nō valet: neque ad illud reſpondere tenetur citatus vt in l. aut qui aliter, & ibi Bar. ff. quod vi aut clam, qui dicit illum textum debere ſcribi literis aureis, & eo modo redderetur actus nullus, ſi fuit factus alia hora quā citationis, argu. in. l. fin. ff ꝙ vi, aut clam. & ibi nota. ☙ Adde Bal. titu de citatione in addi. Spe. §. dicto. verſi. citatus vbi dicit qnod citatus ad vnum actum non tenetur ſuper alio reſpondere de offi. de leg. c. licet per Inno. & nota ꝙ actus factus alia hora quam citationis eſt nullus & non valet, quia hoc caſu dicitur factus parte non citata, ita dicit Bar. per illum textum in dic. l. fina. §. fina. ff. quod vi. aut clam & ideo memorie

Citatio contra uagabūdū vbi fieri debeat.

Citatus ad vnum actū non tenetur ſuper alis reſpondere.

rie

riæ commenda quod ſi iudex dicit ſed velle facere actũ vel ferre ſententiam tali die & ego conſtituo procuratorem ad illum actum pro illo die vt puta ad audiendã ſententiam, & iudex non tulit ſententiã illo die ſed alio die citato tamen procuratore meo. talis ſententia non valet, ſed dicitur lata parte non citata quia mandatũ per me factum illi procuratori meo pro illo die finito, ipſo die expirauit, ita ſingulariter notat Io. And in tit de procur. §. ratione autem formæ ver. quid ſi ſic conſtitutus eſt. &c. Et ideo dico, quòd in citatione debet comprehendi, dies locus, hora, nomen iudicis citantis, & citati. vt in illa nulla appareat obſcuritas. vt in dic. l. aut qui aliter. Præterea non valet citatio, ſi citetur quis, qui non poſsit venire ad iudicium: ſecundum Bar. in loco proximè allegato. & ibi bonus textus. Nam ſolet dici, quod ſi citetur quis abſens, & impeditus iuſto impedimento, & citans hoc ſciat, citatio ſit nulla. Vbi autem iudex ignoraret, tunc valet citatio, & actus ſubſecutus virtute dictæ citationis. Ita tenent docto. maximè Barto. in. l. quæſitum. ff. de re. iudi. & eſt bona gloſ. in. l contra maiores, eo titu. Eſt etiam notandum, quod citatus ad locum notorié non tutum, non arctatur vigore talis citationis. & cautè faciet, ſi mittat excuſatorem. vt notat. per Inno. in c. præterea. de dila. & in c. præſenti. de reſcript. & facit textus in c. ex parte. extra. de appel. & in cle. paſtoralis de re. iudi. tenet Bar. indiſtinctè citatum non arctari, loco citationis exiſtente non tuto vt in l. omnes. §. ſi vero apparitor. c. de epiſc. & cler. Item eſt notandum, quod citatio fieri debet ad inſtantiam partis. vt in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & in lege. properandum. C. eo titu. Et eſt ratio, quia citare eſt facti. & cómiſsio citationis eſt iuris. Et iudex nó poteſt ſupplere de facto perſonaliter. vt in rubro, & in nigro. C. vt quæ deſunt aduo. iudex ſuppleat. Nunquid autem citatio valeat, ſi non appareat facta, ad inſtantiam partis? Dico quod nó quia iſtud requiritur pro forma, vt pars inſtet: vt in iuribus ſupra allegatis Ita tenet Bar. in l. iiii. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Item quæro, nunquid præſens citari debeat? Quidam dicunt, quod ſic. ſed Bar. Bal. & Ange. in l. i. ff. de in ius vocan. tenuerút cótrarium, quod imo

Sententia lata alia hora quã citationis eſt nulla.

Citatio, quid cõprehendere debeat.

Citatus ad locum non tutum.

Citatio fieri debet ad inſtantiam partis.

Citari an debeat qui eſt præſens. imò præſens non debet citari ea ea ratione freti,quia per præſentiam habetur finis,& effectus citationis: & effectus eſt comparitio. Tamen Anto.de butrio dicit, quod ſi præſens dicat,ſe non fore inſtructum, & velit tempus ad deliberandum,quod tunc non poteſt compelli reſponde re: quia ſibi debet ſtatui terminus ad reſpõdendum,quod eſt æquiſsimum. Ita tenet ipſe in c.ſi,extra,de iudi. pro hac ſententia Barto.& ſequacium facit quod habetur in ſimili. Nam vbi citatio eſt nulla ratione alicuius defectus,ſi citatus compareat,actus tenet,non ratione citatio nis,ſed ratiõe præſentiæ:adeo quod poterit ad vlteriora procedere: quod non poſſet,ſi citatio eſſet nulla Iſtud eſt dictum ſingulare Bald. in auten.ſi omnes.C.ſi vt ab hære.ſe abſtine. & extat ordinario regia. Adde quod *Citatio nulla quandoque tenet.* dicit Ludo.Ro.ſing.ccccxcvii.quod vbi alias citatio non eſt neceſſaria ſi illa fiat non rite(non viciatur actus)faciunt que volunt doc.in l. ſi ſtipuler §.finali.ff.de verbo. oblig. Sed quod teſtes ſunt neceſſarii in citatione, quæ fit ſecundum formam hic traditam,pluralis locutio duorum numero eſt contenta c. pluralis.de regulis.iur. lib.vj.&.l.vbi numerus.ff.de teſti.Et ſic hodie non creditnr ſoli nuncio,licet videatur contra c.cum parati.extra,de appella.l.magis.§.illud.ff.de reb.eo.qui ſub tuto. vel cur.ſunt glo.in.c.quoniam in verbo citationes extra de proba Bar.in ſua compendioſa: titu. de cita. & dila. quæſtio.x & ſequenti, vbi dicit nuncio eſſe credendum in citationibus tantum,& non alias, vt ſi dicat ſe verberatum fuiſſe vel percuſſum,ſi non probet, non creditur.& allegat textum in l.i.C.de decu.& in l ea quidem C.de accuſa.ff. de cuſto.reo.l.diuus.ſi tamen quis dicat, ſe non citatum, & vult probare, eſt admittendus ſecundum Bald. vbi ſupra,qui à legat Guido de ſuza.hoc tenere:&no.iii.quæſt.iii.c.teſtis & plene in c.venerabilis §.porro in ver.in iudicio,licet in contrarium inclinet Bald.ibi. ſed primum tene per textum in l.optimam.C. de contrahen.& comitten ſtipu. Adde Spe titu.de cita.§. ſequitur verſi. ſed nunquid & ibi Ioan.Andr.qui recitat quatuor opiniones,an credatur ſoli nuncio & hic probatur opinio vincentii poſita per gloſſ.Ioan.in dic.

c.quoniam contra in verbo. citationes qui dicit citationem eſſe legitime probandam duobus teſtibus vel publicó inſtrumento. Sed que eſſet eorum vtilitas ſi eis non credatur & ſemper cogatur habere teſtes quos etiá non ſemper poſſunt habere nec eos cogere adeſſe, ita dicit Spe. tenendo ꝙ ſoli nuncio credatur, ego tamen credo ꝙ in minimis cauſis in quibus creditur vni, credatur ſoli núcio hoc ſtatuto non obſtante in aliis nó. C. de teſt. l. iuriſiurandi quia licet forma citationis à iure data ſit ſeruanda in minimis tamen & paruis cauſis nimia ſolemnitas non debet ſeruari. vt dixi infra. ar. xvj. & cl. Sed quid núcius retulit ſe citaſſe talem mandante titio titius negat mandaſſe iſtam queſtionem vidi bis. & tu imperite illam neſciebas diſcutere. dic. ꝙ creditur núcio titiú mandaſſe poteſt tamen titius ꝓbare cótrariú. vt patet ex his, que ſupra dixi. aliam queſtioné Format. Io. And. ti. de inſtr. edi. §. reſtat verſi ſed ſi alij de notario actorú, qui ſcripſit præconem retuliſſe ſe talem citaſſe. & præco reſiſtit ſe nec citaſſe, nec retuliſſe, & dicit hoc ex qualitate perſonarum diuidicandú vnde ſi tabellio eſt ſuſpectus ex prius geſtis addito vnius teſtis dicto huic ſuſpitioni ſibi nó credetur: ſed duo hec imperfecta facient vnú perfectum. C. de teſt. l. ſancimus de proba. l. rationes alias in dubio ſtatur ſcripture. ff. de libe. cauſ. l. diui fratres de legitimis tuto. l. legitimos ℞. Præterea quæro, an ſufficiat citatio nuncij, ſine iudicis commiſsione? dico, quòd nó, de iure, quo nemo eſt citandus ſine præcepto iudicis. ff. de in ius vocan l. ſed ſi has. §. prætor. Item nemo eſt iudicio adhibendus, niſi quem iudex mandauit adhiberi. C. de exhiben. reis. l. nulli. & l. néminem. C. qui accuſare non poſſunt. l. iii tamen hodie, de ſtilo curiarum aliter ſeruatur quo ſeruientes ſine præcepto, ſeu cómiſsione iudicis, citát ꝙ eis permittitur ab initio dum præſtant iuramentum & valent citationes ſic factæ, quia ſtilus curiarum eſt ſeruandus. ff. de teſti. l. titia. §. fin C. de aquæ duc. l. penul. & de ve. iur. enu. l. i. §. ſed ſi quę, leges, &. c. conſtitutus. extra de in integrum reſtitu. notat. Iacob. de bello. viſu, in ſua practica. titulo de fuga. reo. vide tamen infra

Nuncio an credatur ſi pars neget ſe citatum aut mandaſſe.

Notario actorú an potius credatur quá núcio.

Citatio rú tú ſine iudicis commiſſione.

Stilus curiarum eſt ſeruandus.

infra.arti.lxxxix.& quod ibi dicá multæ quæſtiones poſſent fieri, quæ tamen parum operarentur : quia in quolibet municipio fiunt citationes , ſecundum eorum ſtatuta & prouiſum eſt per ordinationes Regias in multis, circa has citationes, vt habemus hic & infra , & in antiquis ordinationibus, que tanquam leges ſunt ſeruádæ l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure ſecundum Bal.in dic.titu. ii. quæſt. & nona in fine. ℚℚ Adde quod iudex viua voce citat. ſi citandum inuenit & valet, & arctat talis citatio , ſi legitime fiat ná aſsignãdo partibus terminum ad comparendũ vel procedendum citare intelligitur & habet iſta citatio ſeu monitio iudicis parti preſenti facta vim trine citationis gloſ.& ibi docto. in c.cóſuluit de offi.deleg.Abb. in c,eccleſia extra de conſtitu.Quandoque fit citatio per notarium ſeu tabellionem arg.xxiii.quæſtio. v.c. circuncelliones in prin.Nam ſi hoc poteſt.per nuncium multofortius per iſtũ qui eſt publica perſona & iurata alias credo ꝙ non poſsit citare, qui nó eſt publica perſona ſeu iurata quod eſt contra ſtilũ illorũ iudicũ quorũ actuariorũ ſeu notariorũ actorũ ſcribe.& clerici citãt vide per Spe. titu. de citat.§. ſequitur ℚ quis puniet ſeruientes, ſi defecerint ſecundum formam hic traditam? Dico, quod eorum iudices, qui habent cognitionem ſuorum ſeruientiũ & officialium.& debent eis remitti, ſi in officiis delinquãt & ſic tenet curia Franciæ ſecundum Ioan Fab.in l.fina.C. de offi.profect.vrb.Pe.Ia.de condi ex lege.inſti de actio. §. quadru.Dicit etiam Ioan.Fab. quod ſeneſchali nó poſſunt auferre officia ſeuientibus, vel officialibus , qui non habét ab eis, ſed a principe, in l.i.C.de offi.præfect. Aug. & Pe.Ia. vbi ſupra, vbi etiam dicit, quod ſeruientes, qui delinquunt in ſuis officiis, & aliqui ſubditi inueniuntur damnificati ex illo delicto: periculum erit præſidis, vel baronis, vel alterius iuriſditionem habentis.mala enim electio eſt in culpa.ff.commoda.l.eum qui in fine.& l. ſequẽ cum ſimili, & ſic ipſi debebunt emendare damnum paſſis de ſuo proprio ſi illi ſeruientes non ſunt ſoluendo , & fecit de códi.in publi.horreis l.ii.lib.x.& in auten. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.eos, colla.ii.Item ad emendandũ tene-

Iudex viua voce citat.

Publica perſona tantũ citat.

tenebuntur ex quaſi delicto : quia vſi ſunt opera malorum hominum.vt inſti.de obli.quæ ex quaſi delicto, circa finem. ⁋ Adde paridem de pu.In ſuo trac ſindi . In verbo poteſtas quoad primum dictum vbi dicit ſecundum Bar.In.l ſi quis forte.§.ſi quos.ff.de poe. ꝙ. Iudex poteſt punire ſeruientem vel alium officialem delinquentem . In officio vel ipſum amouere quando ipſemet iudex eum elegerit,vel amouerit: ſicut ſi fuerit creatus a principe vel ab alio ſuperiore. Etin verbo poteſtas præcedenti dicit etiã ꝙ poteſtas tenetur de delicto ſuorum officialium per textũ In l i.C.de execu.Et exac.

Touchant les recuſations.

QVand les recuſations propoſees, ou baillees ſeront friuolles ou non recepuables,le iuge les pourra telles declarer, & ordonner que nonobſtant icelles paſſera oultre, ſelon la forme de droict. *Art.x.*

QVia facta citatione plerũque recuſatur iudex à parte aduerſa cõparente.Sequitur ergo de materia recuſationis,licet alius ſit ordo iuris : quia primo ponũtur dilatiões, quàm recuſatiões, eo ꝙ facta citatione plærũque datur dilatio aduerſario,vt in.c. quoniam contra,de proba ſed quia dilationũ materia his ordinationibus amputatur,vt ſupra dixi ĩ procemio,ideo nõ curatur ille ordo.l.nec enim ordo.ff de ſolu . eſt tamen aduertendum, ꝙ exceptio recuſationis debet opponi ante litẽ conteſtatã,vt in.l.apertiſsimi.C.de iudi . Plus dico , ꝙ debet eſſe prima exceptio,quæ opponitur: adeo ꝙ ſi alia opponeretur,nõ poſſet poſtea opponi illa , quæ per oppoſitionem alterius oppoſitionis videtur cõſenſiſſe in iudicem ita tenet Inno.in.c.inter monaſteriũ extra,de re. iudi . Ita tenet Bar in.l.quidã cõſulebat.ff.de re iudic. hanc eandem ſententiã tenet Bal.in.l.fi.C.de iudi. Verũtamẽ ſi plures exceptiones eſſent oppoſitæ,& in ordine literæ , alia exceptio,quàm recuſatio foret prima,puta , quia ſic agens

Recuſatio debet opponi ante litẽ cõteſtatam.

nõ poteſt ſtare in iudicio: quia minor, vel quia infamis, ſeu infans Itẽ dico, ꝙ vos domine iudex nõ eſtis iudex cõpetẽs. Itẽ dico, ꝙ habeo vos iudicẽ pro ſuſpecto: tamen valeret. Intelligitur præpoſita exceptio recuſationis, nõ attento ordine literæ, vt in. l. tale, in prin. ff. de heræ. inſti. Ita tenent Bar. & Bal. in locis ſupra allegatis: interdũ tamen poteſt opponi exceptio recuſationis poſt litẽ cõteſtatã, videlicet quãdo ſuſpicio eſt orta poſt litẽ cõteſtatã. vt eſt textus in. l nõ diſtinguemus. §. cũ quidã ff. de arbi. &. c. paſtoralis. extra, de excep. & creditur iuramento iurantis ad notitiã ipſius perueniſſe, poſt litẽ conteſtatã: vt dic. c paſtoralis. facit etiã textus in. l Iulianus. ff. de iud. & tenet Ang. in. l. fin. ff. de iuriſdi. oĩm iudi. imò etiã poſt cõcluſionẽ in cauſa poteſt recuſari iudex. vt notat Panor. in dic. c. paſtoralis, in verſic. item requiritur, & Domi. de ſancto Gemi. in. c. iudex, de offi. deleg. lib. vi. Præterea dico, ꝙ quanuis iſta exceptio debeat prior opponi ſecũdũ doctrinã glo. & docto. in dic. c, paſtoralis, & in. dic. l. fina. C. de iudi. ſi tamen aliæ exceptiones proponantur. & iſta per errorem omittatur, non videtur conſentire in iudicem. & ita notat Bar. in l. fidei commiſſum. §. quoties. ff. de iudi. vnde doctores in l. ſi per errorem, per illum textum, ibi nihil valebit, quod actum eſt. ff. de iuriſdi. oĩm iudi. dant vnam cautelam, vt reus conuentus coram incompetenti iudice nihil dicat, donec ad finem proceſſus, vbi excipiat de imcompetentia iudicis: quia hoc modo poterit trahere actorem ad concordiam: quia poteſt iſta exceptio incompetentiæ quãdocunque opponi prout notat Bald. in. l. exceptionem numero. xv. C. de proba. & illam cautelam ponit Cy. in. l. vnica vt quæ deſunt aduo. licet dicat ab ea fore abſtinendum in foro conſcientiæ Adde pro hac cautela facere, quod in ſimili dicitur: quando actor producit libellum obſcurũ, vel incertum, vel alternatiuum, non debet reus petere, vt declaretur, ſed debet ſimpliciter opponere, quòd libellus non procedit, quia male conceptus eſt Ita magiſtraliter notat ſpecu. in titu. de libel. concep. §. fin. verſi. cautus ſis tamen: quod nota. quia procuratores cõiter errant.] Nota inſuper, quòd

Recuſatio quando opponitur poſt litem cõteſtatam.

Incompetẽtia poteſt quandocunque opponi

forma

ſorma recuſandi iudicem de iure talis eſt:nam allegans iudicem ſuſpectum debet cauſam iuſtę ſuſpicionis corá eo in ſcriptis aſsignare,qua recuſatione porrecta eligi debent per partes arbitri ilico,hoc eſt infra triduum,& ſi aduerſarius non ſit:quia iudex procedit ex officio,cõtra aliqué per iudicé & parté,quibus quidẽ arbitris iudex poteſt ſtatuere terminũ:vt infra illũ cõcordét,vel,tertiũ aduocét,alioquin iudex In principali negocio procedere poteſt:& hæc habétur,& notantur in.l.apertiſsimi. &.l.fi.C.de iudi.c.ſecũdo requiris.§.tertio,& c cũ ſpeciali.extra,de appella.&.c.legitima eo.ti.lib.vi.Eſt tamẽ differentia inter ius canonicũ,& ciuile:quia de iure canonico ſiue delegatus,ſiue ordinari⁹ recuſari poteſt vt in dic. iuri.& cap.ſuſpicionis.extra,de officio deleg,& dict.§. tertio.de iure ciuili ordinarius non recuſatur,ſed ei adiungitur epiſcopus vt in autenti. ſi cõtigerit.C.de iudi. quæ nõ ſeruatur de cõſuetudine ſecundũ Bal.hic eſt alia differentia,quòd licet per exceptionẽ recuſationis de iure ciuili non ſint cauſæ ſpecialiter exprimendæ:ſed ſufficit coram arbitris illas proponere,& probare.vt notatur in dic.l.apertiſsimi.attamen iure canonico ſeruatur contrarium.vt in dic.c.ſuſpicionis,& ca.cum ſpeciali,& no.glo.in cap.ii.vt lite non conteſta.quæ opinio probatur in.l.ſi pater.ff.de libe.cauſa.Nota hic inſuper,quód iudex cognoſcit de cauſis ſuſpicionis,quemadmodum de alia incompetentia,quod de iure non permittitur: ideo quia cũ allegatur alia incõpetentia, non aggrauatur eius fama,vel cõditio:ſecus,cum allegatur ſuſpicio,quia eius fama,vel conditio aggrauatur.argu.in.l.præfecti.ff. de mino.& iſta poteſt eſſe ratio,quare iudex cognoſcit,an ſint legitimæ cauſæ recuſationis nècne?quia iudex in iure dicitur vir bonus vt.l.vir bonus.ff.rem ratam haberi. Ideo ſuo arbitrio relinquitur diſcutiendum:poteſt tamẽ à ſuo iniquo arbitrio appellari,vt.l.ab arbitro.cum.l.ſequenti.ff.qui ſatiſda.cogan ſecundum glo.notabilem in c.Roma.§.quod ſi obiiciatur de foro compe lib.vi.Eſt tamen aduertendum,quód arbitrator non poteſt,tanquàm ſuſpectus recuſari arbiter,autẽ de iure ſic.iſta eſt ſenten

Recuſan li form i.

Iudex cognoſcit de cauſa ſuſpitionisquem admodũ de incompetẽtia.

Iudex dicitur vir bon⁹

Arbitrator non poteſt recuſari tãquam ſuſpectus.

tia Guil. de cug. in, l. ſi quis ex conſenſu C. de epiſco. audien. Item merus executor non poteſt recuſari, tanquàm ſuſpectus. vt eſt caſus in c. nouit extra. de appell. ſecus eſt in mixto vt ibi tenet glo. Cõſultor autem & aſſeſſor tanquàm ſuſpecti poſſunt recuſari, quia ex eo apparet, quòd aſſeſſor debet eſſe confidens vtrique parti vt eſt textus in c. ſtatutum. in §. aſſeſſorem. de reſcrip. in vi. Item notarius examinator teſtium poteſt, tanquam ſuſpectus recuſari. ita tenet Bal. in. dic. l. apertiſsimi. §. ſæpe, glo. eſt ſing. in auten. de trien. & ſemiſ. §. quoniam ſæpe. Item poteſt ordinarius recuſari ratione præteritæ aduocationis. Item vbicũque eſt ſuſpectus, ec quòd non eſt veriſimile, quòd eſſet ſibi contrarius. vt in. l. cos. C. de appellatio. Ita notat Barto. in dic. l. apertiſsimi. Sed quæro quæ ſunt legitime cauſæ recuſandi iudices ſuſpectos? Philip. Franc. in. c. poſtremo. extra, de appella ponit quadraginta, quas longũ eſſet hic inſerere. ideo ponam infra ſcriptas cauſas, quas inuenio ſolum in iure expreſſas. Prima. ſi iudex fuerit affinis. vel conſanguineus alterius partis. Secunda, ſi fuerit inimicus alterius partis. Tertia, ſi fuerit affinis inimici mei: hæ cauſæ probantur in. c. accedens in. ii. vt lite non conteſta. extra. Quarta cauſa, ſi iudex ſit ſuffraganeus alterius partis, puta, quia cauſa vertitur inter archiepiſcopum Medeolanen. & epiſcopum Papien. vnde ſi cauſa ſit delegata epiſcopo Cremonenſi poterit epiſcopus Papiẽ. recuſare epiſcopum Cremonenſem. vt eſt textus in. c. accedens. vt lite non conteſta. Quinta cauſa, ſi iudex eſt dominus, vel ſuperior alterius partis. vt eſt textus in. c. cauſam quæ. extra, de offi. deleg. Septima eſt ſimilitudo cauſæ ſi iudex delegatus habeat vnam conſimilem cauſam, & eſt in ſimili gradu, in quo eſt altera pars, vt eſt textus in. c. cum cauſam. extra, de iudi. Octaua, ſi fuerit familiaris alterius partis vt in. c. inſinuante. extra, de offi. deleg. Nõna, ſi duo ſint ciues, qui ſint eiuſdem ciuitatis, qui reperiãtur in territorio Forenſi, & alter litigat cum ciue illius loci. cum quo ſe reperit, ſi alter detur iudex pro altero, poteſt recuſari tanquã ſuſpectus, ita intelligũt docto. textũ in. dic. c. accedens. Si vnus forenſis litigat in hac terra, &

Recuſari[a] poteſt notarius examinator teſtiũ item iudex ordinarius.

Recuſationis cauſa legitima.

ra, & detur vnus iudex in hac terra, poterit recuſari vt ſuſpectus alias cauſas vide per Philip. Franc. vbi ſupra quæ Licet in iure non ſint expreſſæ, tamen ſi aliæ reperientur cauſæ legitimæ quę inducunt cauſã ſuſpicióis licet nõ ſint expreſſæ tamen debent admitti, & omnes illæ dicuntur cauſæ legitimæ, quæ ſunt difficilioris expreſſionis in iure. Iſtud eſt dictum Inno in. c. cum ſpeciali. extra. de appella. & hoc reſidet in arbitrio iudicis, ſecũdum Inn. qui plus dicit in dic. c. cum ſpeciali. qnòd ſi legitima cauſa recuſationis propoſita. & ꝓbata pronunciarent arbitri, hoc modo: Pronunciamus talem cauſam ſuſpicionis propoſitam, non eſſe admittendam: talis ſententia eſt nulla: quia eſt contra ius ſcriptum. ſecus, ſi pronunciarét hoc modo Pronunciamus talem, qui propoſuit talem cauſam ſuſpicionis. non eſſe admittendam: quia tunc ſentétia valeret & tráſiret in rem iudicatam, niſi appelletur, quia talis ſententia eſt contra ius litigatoris huius ſententiæ. differentia probatur per textum in. l. ii. C. quando prouo. nõ eſt neceſ. idem dic in iudice, qui fungitur loco arbitrorum iuris, intellige inquantum dixi illam ſententiam nullam in primo caſu, videlicet quando fuit aliqua cauſa ſuſpicionis ex cauſis expreſsis in iure. ſecus, ſi fuit alia exceptio legitima, ſed nõ expreſſa in iure. Item dico, quod ſi altera pars eſt locuta iudici ſecrete in aure, ꝙ ex hoc ſolo poterit recuſari tanquam ſuſpectus. vt tenet Specu. in ti. de po. §. ſeptimo ver. certe iudex idé Io. de Imo. in dic. c. accedés. ii. vt lite nõ cóteſt. Vlterius quero, ſi altera pars ꝓpoſuit cauſam ſuſpicionis. & dubitatur verũ ſit legitima, vel non, quis debet cognoſcere? dico, quod de iure arbitri. vt dicit glo. in. dic. c. cum ſpeciali quam ſequũtur docto. ſed hodie iudex (vt hic patet) cognoſcit. Adde quod locus examinandi teſtes poteſt reprobari vbi in illo loco poſsit inferri metus. textus eſt in. c. hortamur. iii queſt. ix. & in. l. iii. §. finali. ff de teſti. notat Ludo. Rom. ſingu. 732. ver. Adde & intellig. hanc conſtitutioné, ꝙ iudex poteſt reiicere friuolam recuſationem, & eam non admittendam dicere: ſecundũ gl. ii. queſtio. vi. c. quoties & iii. queſtio v. quia ſuſpecti ſi ſit notorie friuola quia in notoriis. iuris

Arbitri quomodo pronũciare debẽt in cauſa recuſationis.

Recuſatur iudex ſi pars locuta eſt ei ſecrete in aure.

Locus examinandi teſtes poteſt reprobari.

Recuſationẽ friuolam quomodo poteſt iudex reiicere.

iuris ordo non attenditur.c.ad noſtram de iureiur.adeo ꝙ notorium excuſat à propoſitione eius ꝙ ante litẽ conteſtatam proponi debebat quia plus eſt eſſe notoriũ quá litem fore conteſtatam vt notat. vin. c. propoſuit in fin. de appel. Et ſic notorium a recuſationis effectu repellit, quæ poſt litem conteſtatá proponi non poteſt hoc idem ponit Spec. In titu. de pet. & poſſe. §. ii. In prí. & nota. ꝙ iudex debet exprimere cauſam in ſententia quare recuſationem non admittit vt quando repellit exceptionem prima facie concludentem & iure approbatam vt notat. Archi. de reſti. ſpo. c. frequens libr. vi. Et exprimendo cauſam dicet ꝙ eſt notorie friuola vt in exceptionis reiectione cauſam reiectionis exprimet ꝙ eſt notorie falſa, allegat dictum Pauli in cle. ei quem de conceſ. prebẽ. notat lapus alleg. i.

De paſſer oultre, nonobſtant ſentence donnée ſur cauſes de recuſation pourueu. &c.

Arti. xi. ET s'il y en a appel, ſera nonobſtant iceluy paſsé oultre, non pas par le iuge recuſé, mais par celuy qui a acouſtumé tenir le ſiege en ſon abſence ſoit lieutenant particulier, ou le plus ancien aduocat: tellement que pour la propoſition de la dicte recuſation, & appellatiõ ſurce interiectée, la pourſuyte, & procedure ne ſoient aucunement retardeés, ou delayees.

DE iure aliter ſeruatur. nam electis arbitris principale negocium conquieſcit, donec de recuſatiõe cognitum fuerit, an ſit admittendum, vel non: & nó habent arbitri iuris cognoſcere ſolum ſuper hoc articulo recuſationis, in quo habent omnem iuriſditionẽ, quæ ad hũc articulum pertinet, vt in. c. cũ ſpeciali extra, de appel. & nota per glo. in. c. ſuſpicionis. extra, de offi. deleg. Videtur tamen hæc ordinatio continere iniquitatem, quãtũ ad

ad iudices ordiuarios, qui poſt appellationé interpoſitá ab ipſis, quando declarant accuſationem non fore, vel fore admittendá: quia alius procedit in principali, nulluſque proſequetur appellationé, & ſic illudentur iudices, & eorú iuriſditiones: vt notatur per glo. in dic. c. ſuſpicionis, & in. c. legitima, de appel. lib. vj. quod fieri nõ debet, vt ſtatim dicam, et per hoc datur cauſa malitiis hominum, quibus eſt obuiandú. c. ſedes. extra, de reſcrip. &. l. in fundo. ff. de rei vendi. licet maximam contineat vtilitatem circa lites breuiandas arg. c. finem litibus. extra, de dolo, & contuma. &. l. properandú. C. de iudi. &. c. diſpendia litium. de reſcrip. in. vj. Quare bonum eſſet ſtatuere, vt infra certum terminú talis appellatio terminaretur vel iudici recuſato relinqueretur ſtatuédú: quemadmodum dicitur de arbitris, quibus de iure ſtatuitur terminus per iudicem recuſatum, infra quem decidant de recuſatione corá iudice recuſationis propoſita, alioquin ipſe in cauſa principali procedat, vt in dic. c. ſuſpicionis, &. c. legitima. Nam iudex recuſatus redderetur ſuſpectus, ſi corá ſuperiore, ad quem eſt appellatum, ſe partem faceret. vt notat Innocen. in. c. cum ſpeciali extra, de appella. quare illuditur ipſe, & ſua iuriſditio, quod eſſe non debet. l. cum pretor. ff. de iudi. &. l. fin. ff. ne quid in loco public. C. de bo. quæ lib. l. fina, §. nos auté. adde ꝙ appellatio & recuſatio comparãtur. c. ſuper eo extra, de appella. ℚ Quero præterea an ſola. recuſationis propoſitio cum cauſa legitima ſuſpendit indicis iuriſditionéadeo vt ꝓceſſus ſit ipſo iure nullus poſtea ſubſequu Inn. videtur tenere. ꝙ cú de ap. c. cú ſpáli in cõtrariú allego. gl. Ber. ibi quæ dicit recuſationé ſuſpédere iuriſdi. & idé dicit glo. de offi. deleg. ſuſpitioné. Et hoſt. d. c. cú ſpeciali. Et dicit Io. An. poſt hoſtié. de appe. c. legitima ꝙ appel. recuſatio & relatio cõparãtur vt dictú eſt de appel. & recuſatione quia cuiuſque pédétia iuriſdi. ſuſpédit vnde ſicut excõicatio nõ tenet poſt appel. ſic nec poſt recuſationé ꝙ eſt notatu dignú noſtra tamé cõſti. Inno. opinioné videtur approbare vt ſit neceſſãria appel. quá intelligo poſtquá fuerit reiecta recuſatio quia ſi ſemel fuerit admiſſa, & iudex poſtea procedat proceſſus eſt ipſo iure nullus, ſup-

Hæc ordinatio continet iniquitaté quãtú ad iudices ordinarios.

ſuppoſita ergo opinione ꝙ ſit neceſſe appellare propoſita recuſatione, Et quia non admittitur ſit appellatum, proceſſus poſtea habitus deſerta appellatione validetur, an ſit nullus. Et videtur quòd ſit aliquis, ex quo non fuit oblatata probatio de appel. cũ interpoſita & de teſti. c. ex parte adæ in contrarium videtur, quòd proceſſus remaneat nullus, quia ipſe de recuſatione non habet cognoſcere, ſed is de quo loquitur hæc conſtitutio, ante quam arbitri cognoſcebant, vt dictum eſt. Et eo quòd non voluit hunc ordinem obſeruare patet quòd grauauit. Et fecit contra iura. Et licuit appellare. Et eo quòd appellauit. Iuſta fuit appellatio, ſecus in aliis exceptionibus quarum cognitio ſpectat ad ipſum quas licite repellit, ſi eas putat non veras. Et hoc caſu non iuſtificatur appellatio, niſi probentur exceptiones, vt dic. c. ex parte adę & dic. c. interpoſita deſerta vero appellatione proceſſus remanebit nullus quia appellatio iuſta trãſfert iuriſditionem ad iudicem ad quem, & ſic non remanet penes iudicem a quo, quia indiuiſibilis. Et penes duos inſolidum eodem modo eſſe nõ poteſt. xxj queſtio. i. c. loquitur de iure pa. c. i. ff. de ſerui. l. via cum ſi notat glo. de offi. deleg. c. prudentiam actus ergo nullus non ſuſcitatur ex deſertione appellationis, nec obſtat de appel. c. romana. cum ſi. quia loquitur in appellatione interpoſita poſt actum, quæ nõ reddit actum ipſo ipſure nullũ, ſed ſuſpenſum allego. ad hoc glo. ordinariam de ſenten. excõi. c. licet lib. vj. In verbo conualeſcant. Et ibi archi. qui allegat. de conſue. c. ad noſtræ C. ſi a non compe. Iudi. Et idem concludit lapus allega. i. ſi appellatione pendente ab interlocutoria aliquis ſit factus actus per iudicem vel ad aliam interlocutoriam proceſſum pendente fatali, ſi poſtea deferat, vel renuncietur appellationi, quòd tales actus non valent, eadem ratione & poterũt per viam nullitatis retractari, de quo dicetur infra arti. 65. ☙.

Appellatione poſt appellatione deſerta vel recuſationẽ an ſit proceſſus nullus.

☙. Amende du fol appel interiecté par le recuſant.

ET s'il a eſté ſurce friuollement appellé, & la partie vueille acquieſcer, ſi c'eſt hors iugement, ſera condamné en quarante liures pariſis d'amende, moytié a nous, & moytie a la partie: & la moytie plus, ſi c'eſt hors iugement, & s'il playde & ſuccumbe en l'amende ordinaire, qui ne pourra eſtre moderee, & en la moytie d'icelle enuers la partie. *Arti.xii.*

QVando dicatur friuola appellatio, vide articulo decimo ſupra, videlicet quãdo nõ eſt expreſſa in iure, vel aliàs legitima, vt ibi dixi, & nota in verbo, *moderée*, ꝙ verbũ moderari, ſeu modificare, eſt diminuere quod inducit grauamen, & reducere ad æquitaté. moderationis verbum diminutionem ſignificat, non augmentum. vt c. fina. extra, de verbo. ſignifica. glo. in c. j. in verbo moderationem, de iure patrona. libro. vj. Sed quero de vna notabili quæſtiõe, quia in textu dicitur, quòd iudex non poterit moderari illam emendam ordinariam, an iudex poſsit, ſi aliqua cauſa ſibi videatur, pœnas certas à lege ſtatutas augere, minuere alterare, aut in aliam ſpecié commutare. Et videtur dicendum, quòd non, niſi hoc faceret de expreſſo principis mandato: quia iudex eſt miniſter legis, & iuſtitiæ, & non habet auctoritatem ſupra legem. imò debet illas ad vnguem ſeruare, & ſecundũ illas in omnibus cauſis iudicare, nõ autem illarũ diſpoſitionem alterare: quia dicitur, quòd facti quidem quæſtio, in arbitrio iudicis conſiſtit: ſed pœnæ impoſitio, & perſecutio in facultate legis. l j. §. i. ver. nã ſi quidem. ff. ad turpil. l. omnes, in prin. ff. ad municip. ij. quæſt. iii. c. ſi quem. § notãdum vbi dicitur, quòd facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ autem perſecutio nõ eius voluntati mãdatur, ſed legis auctoritati reſeruatur. pro quo facit textus in. l ſeruos, in fine. C. ad l. Iul. de vi. pub. vbi expreſsè dicitur, quòd non licet iudici pœnam certam, à lege

Appellatio friuola quãdo dicitur.

Moderationis verbum diminutionẽ ſignificat

Iudex an poſsit penã à lege ſtatutam cõmutare.

Facti queſtio eſt in arbitrio iudicantis.

lege ſtatutã minuere aut mollificare.vt.l.ſi operis. C. de pœnis.vide gl.notabilẽ in dic.c.ſi quẽ.in ver.volũtati.in cõtrariũ eſt textus in.l.& ſi ſeuerior,& ibi glo.C.de his, qui notã.infa.&.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.eo tit.& ibi gl Bar.& alijvbi omnes cõcludũt,ꝙ poteſt iudex pœnã certã à lege ſtatutã in ſentẽtia ſua,ex iuſta cauſa augere,vel diminuere,aut in aliã ſpeciẽ mutare:ita ꝙ vbi lex irrogat pœnã pecuniariã pro aliquo crimine,iudex ipſe poteſt imponere corporalẽ ex iuſta cauſa:& hãc facultatẽ & arbitriũ iudex ipſe hz à lege,vt quotieſcũque ex qualitatibus,aut aliis circũſtãtiis delictũ videtur enormius,aut turpius:vel ex eo imminet ſcãdalũ nõ modicum,vel alia ſimili iuſta cauſa cõcurrẽte.lex dat arbitriũ iudici.vt in ſentẽtia ſua poſsit ex cauſa,huiuſmodi pœnas certas à lege ſtatutas,augere,minuere,vel in aliã ſpeciẽ cõmutare, quod qdẽ arbitriũ nõ ſolũ habet,quo ad pœnas principales,verumetiã quo ad acceſſorias ſcilicet infamiæ:quia iudex poteſt diſpẽſare cũ infamia quæ reo venit ex crimine irrogãda.vt eſt gl.in dict.l,quid ergo.§.pœna grauior.ff. eo.ti.& ibi Bar.hoc ibi etiã dicũt expreſsè Bal.& Sali.& in.l.& ſi ſeuerior.C.eo.ti.& ꝙ tale arbitriũ iudex habeat à lege.probatur in.l.aut facta.§.ſi.&.l.hodie.ff.de pen.& dic.l.& ſi ſeuerior.& dic.l.quid ergo.§.pœna grauior. Et ratio iſtius arbitrij poteſt eſſe,quia delicta cũ diuerſis circũſtãtiis,& qualitatibus perpetrãtur,ex quibus crimẽ quãdoque fit excuſabile,quãdoque magis atrox,& odioſum,quas circũſtãtias,& qualitates.omnes lex ipſa exprimere nõ potuit,ſed quaſdã expreſsit.vt dic.l.aut facta.§. fina & dic.§.pœna grauior,& per hoc iudex nõ dicitur venire cõtra legẽ vel ab eius diſpoſitiõe recedere,ſed potius legẽ ſeruare.quæ ita vult,atque diſponit.ꝙ probatur etiã per illam regulã iuris,qua dicitur,ꝙ pœna debet cõmẽſurari delicto.vt.l.ſancimus.C.de pœnis.& in:c.ſicut dignũ.extra,de homi.&.c.vt clerici de vita & honeſta.cleri.& eſt cõmunis cõcluſio,vt ſupra dixi,quã tenet Bar,poſt glo.in.dic.l.quid ergo.§.pœna grauior Bal.Cy. & Sali.in dic.l.& ſi ſeuerior.Sed nunc quæro,quando iudex auget,mutat,vel minuit pœnam à iure ſtatutam,an teneatur

Iudex poteſt diſpẽſare cũ infamia irrogãda.

Delicta cũ diuerſis circunſtantiis et qualitatibus perpetrantur.

Iudex an teneatur in ſentẽtia exprimere cauſam mutationis pœnæ.

teneatur exprimere cauſam in ſentẽtia?quia iſta materia eſt maxima,& docto.& gl.vario modo loquũtur.Ideo breuiter dico.ꝙ in cauſa ciuili nõ eſt neceſſe cauſam apponi quæ mouet iudicẽ.vt no.in.c.cõſuluit,de re.iudi.& in.l.ii.§.fin.de his qui notá infa.& plené Ange.& Imo.in.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.oblig.in criminali tamen videtur,ꝙ cauſa ſit inſerẽda,ſicut dicimus in ſentẽtia excõmunicatiõis,quę nõ valet.niſi in ea inſeratur cauſa.quare excõmunicetur,vt habetur in.c.j.de ſenté.excõmunica.lib.vi.& ibi no.allego.Bal.in.c.ſicut nobis.extra de re.iud.qui dicit,ꝙ in cauſa criminali,cauſa eſt inſerẽda:ꝙ tẽperandũ eſt,cũ iudex vult recedere à pœna legali.Tene tamen mẽte quę dicit abb.in.dic.c.ſicut nobis.extra,de re iudi.& eleganter referunt moder.in.l.properandum.§.illo.C.de iudi,vbi latiſsimé ſcribunt,quòd in illis caſibus ſpecialibus allegatis à doctoribus,qui ponũtur,quòd cauſa exprimi debet in ſententia,tamen ſi non exprimeretur,teneret ſententia,& pro hac cõcluſione bene facit,quod dicit Bart.in dic.l.quid ergo.§.pœna grauior in.ii.col.vbi dicit,quòd licet iudex in ſua ſentẽtia,vbi auget,vel minuit pœnam in criminalibus,debeat facere cum cauſa:tamen ſi in ſentẽtia ſua nõ exprimat cauſam,ſententia ſua tenet.Alber.de roſa.in dic.§.illo indiſtinctẽ dicit,quòd in criminalibus cauſa debet inſeri in ſentẽtia,& dicit,quòd ita cõtinué ſeruatur de facto:quia iudices maleficiorum ponunt in ſententiis ſuis,quoniam talis accuſatus fuit de tali maleficio contra eum inquiſitum:& dictum eſt per teſtes,vel eius confeſsionem ipſum maleficium commiſiſſe,Ideo eum cõdemnamus.vel quia non eſt repertus culpabilis,Ideo eum abſoluimus.eſt tamen opinio Barto.verior,& ſeruatur in practica,vt quotidie videmus.vide de hoc Ange.in ſuo tractatu malefi.in glo.dictum ſempro.& ibi addi.cõcluſio tamen prima,quòd iudex ex cauſa poſsit mutare,augere vel minuere pœnam à iure ſtatutam,recipit nonnullas limitationes.quas per oppoſitiones breuiter declarabo Et primo oppo.de.l.moris.§.iſte ferę ff.de pœnis.vbi dicitur,quòd iudex non poteſt aliquo modo mutare ſententiam ſuam, qua

qua pronunciauit decurionem eſſe relegádum, quia iura id prohibent expreſsè:ſed debet principem conſulere, vt reſcribat quid agendum in hac re. Idem diſponitur in. l. i.§.fin.ff.de quęſtio.& l.i.§.ſinautem.ff.ad turpil.Sol. ibi iam iudex pronunciauerat.hic non.& verum eſt, quod iudex poſtquam tulit ſententiam,non poteſt illam, & pœnas in illa expreſſas ampli⁹ permutare,vt ibi dicitur, quia functus fuit ſemel officio ſuo.l.iudex poſtquam.ff.de re. iudi Et ideo limitatur iſta concluſio habere locum,antequam feratur ſententia ſeu in ipſa ſententia, non autem poſt ſententiam,& propterea Bar.in dic.l.moris,in §.iſte ferè.reprehendit quoſdam iudices, qui apponunt certas clauſulas in fine ſententiarum ſuarum,poſt verbum,condemnamus.&c.quia nihil valent.Itē oppono de l. diuus, ff.de iniur.vbi non valet ſententia lata contra iuris diſpoſitionem: quando non fuit ſeruata pœna iuris. Sol. ibi per errorē, & ſine cauſa fuit alterata pœna iuris hic aūt ex certa ſciētia.& ex cauſa,& ratione vt l.hodie.ff.de pœnis,& ita ſoluit Salicetus iſtud cōtrariū in dic.l.& ſi ſeuerior.Ideo ſecundo limita cōcluſionem prædictam: quando iudex ex certa ſcientia facit,& ex iuſta cauſa, aliàs nō poſſet.Sed quęro,an ſit neceſſe,quod iudex exprimat iſtā cauſam in ſētētia quod ideo imponit iſtam pœnam propter talem cauſam ſpecificatam auget,vel minuit:& breuiter dico,quód non ſed an debeat in genere exprimere cauſam dicendo ex iuſtis cauſis animum noſtrum mouētibus Bar.in dic.l.quid ergo.§.pœna grauior dicit,quod ſi iudex exprimeret cauſam in genere nō errat.vt dictum eſt tamen,ſi nullam exprimit in genere nec in ſpecie,per hoc non vitiatur ſententia: dummodo ex actis apparet, quòd fuit iuſta cauſa,quæ mouit iudicem ad ita pronunciandum:aliàs ſi nulla eſſet cauſa,nec appareret ex actis ſententia,poſſet dici nulla,tanquam lata contra ius conſtitutionis:vt per expreſſum iuris errorem.vt.l i.que ſenten.ſine appella.reſcin.& Barto.in dic.§.pœna grauior. Item oppono de.l.finali.C.de fideicommiſ.liber &.l.vt fundus ff.communi diuidun &.l.ſeruos.§. finali. C.ad.l. Iul.de vi.publi.vbi dicitur,quod quotieſcunque ſententia non eſt cōformis libello,& quod cōtinet aliud,quàm petitur

Iudex an debeat exprimere in ſētentia cauſam quare pœnam iuris mutat.

petitur, nulla eſt. Sed hic aliud habetur in petitione, & libello accuſationis: vbi petita fuit certa pœna, quā ius declarat, in illo caſu. & aliud in ſentētia continetur, merito, &c. Sol. dicit Salice. in dic. l. & ſi ſeuerior, quòd illud habet locum in cauſis ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus non eſt neceſſe apponere concluſionem certæ pœnæ in libello accuſaionis: ſed ſufficit concludi, ꝙ reus pœnis à iure ſtatutis puniatur. vt dicit Bal. in prædic. l. & eſt textus, in l. j. §. i. ff. ad turpil. & in hoc differt libellus ciuilis, à criminali, vt notatur per Laufran. de oriano. in repe. capitis, quoniam contra in verbo, petitiones. extra de proba. vt infra dicam. art. cxlvii. & cxlvi. & iudex excedendo pœnas certas dicitur legitimè procedere, vt ſupra dictum eſt Item oppono de. l. ſi operis. C. de pœnis. & .ii. queſtio iii. c. ſi quem. §. notandum, vbi dicitur, quòd facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis; pœnæ autem perſecutio non eius voluntati, ſed legis diſpoſitioni mandatur. Sol. illud eſt verum, quòd iudex non poteſt pœnas iuris immutare ſine cauſa: ſed cum cauſa bene poteſt facere. vt ſupra dictum eſt & tenet Spe. titu. de accuſa. § ſecundo loco verſi. item ordinariam & per hanc concluſionem tolluntur omnia contraria, quæ ſuperius adducebantur, poſtquam vidimus limitationes ipſius concluſionis, per oppoſitiones prædictas videamus modo illius extenſiones, quæ erunt multum vtiles. Et prima extenſio, ſiue declaratio eſt. quòd iſta concluſio non ſolum habet locum in iudiciis, ſiue cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinariis: ſed generaliter in omnibus ordinariis. Ita tenet glo. notabilis communiter approbata. in dic. l. hodie ff. de pœnis quam ſequitur ibi Barto. & idem Bar. in. dic l. quid ergo. §. pœna grauior Bal. & Sali. in. dic. l. & ſi ſeuerior. In primo notabili vbi expreſsè dicit, quòd iudex in ſententia poteſt ex cauſa pœnam ordinariam permutare. Secundo, ampliatur iſta concluſio, vt habet locum etiam in acceſſoriis pœnis ad principale, ſicut eſt infamia, que ex illo crimine oritur, ſeu infertur, vltra alias pœnas principales. Ita etiam diſpenſare, & permutare poteſt pœnam infamiæ. Ita tenet gloſſ. in dic. l. & ſi ſeuerior quam ſequuntur ibi Baldus. Sali. & alii.

Iudex pœnas iuris nō poteſt immutare ſine cauſa.

Tertio

Tertiò ampliatur, vt non ſolum procedat iſtud de iure communi, ſed etiam de iure municipali Ita quòd ſi ſtatutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine, iudex poteſt illam ex cauſa permutare vt in caſu noſtro. & eſt textus in.l.illicitas.§.fina.ff.de offi.præſi.& in.l. fina. C. de modo mulcta .vbi iudex poteſt emendam diminuere, propter ipſius ſoluentis paupertatem.Bal.in .l. certa ratione.C.quando prouocare non eſt neceſſe.Bar. & Ange.in dic l.quid ergo.nam ſicut emenda ex cauſa poteſt augeri, vt dicitur in textu noſtræ ordinatiõis, ita ex cauſa poteſt minui.& alibi dicit glo ſingu.in.c.niſi.extra de offi.lega. quòd iudex ratione amicitiæ poteſt remittere pœnam gratis licet non poſsit per pecuniam, quod non putant multi ignari, & timidi iudices. & quod dicitur in textu, quòd non potetit talis emenda ordinaria moderari, intellige ſine cauſa: nam cum cauſa poteſt, vt ſatis ex ſupradictis colligitur : & hoc poteſt fieri etiam ſi iudex iurauerit ſeruare ſtatuta illius loci, ſeu ordinationes regias, vt faciunt iudices in principio ſui officij in autenti. iuſiurandũ quod præſta.ab his, colla.ii.Ita dicit expreſsé Sali.in dic.l.& ſi ſeuerior.in.iiii.coll.verbo.quæro quarto: vbi primo arguit, quòd non poſsit, quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris . l. conſtitutionibus.ff.ad municipa. & propter iuramentum, quod debet ad vnguem ſeruari. vt in. c.licet mulieres, de iureiu.libro.vj.c.cum contingat.extra, eo titu.deinde quatuor fundamentis comprobat dictum ſuum, quod poteſt.Et primo quia ſtatuta recipiunt interpretationem declaratiuam à iure communi. l.ij . C. de noxa, & per Bar.in.l.omnes populi.in quarta quęſtione principali.ff.de iuſti.& iure.Secundo quia illa lex, quę dat populo poteſtatem condendi ſtatuta illa eadem dat poteſtatem iudici pœnas ex cauſa permutandi, aut minorandi.vt.l.hodie.ff.de pœnis, &.l.aut facta §.fina. eo. tit. iuncta.l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure. Tertiò, quia hoc permittitur iudici ex cauſa, & ſic in ſupplementum legis, quæ culpas, ac caſus, & fauores Reipublicæ ſigillatim excogitare non potuit.Sed hæc ratio habet locum etiam in ſtatutis: quia ſtatuentes ipſi non potuerunt omnes

Iudex remittere poteſt pænam ratiõe amicitiæ, licet non poſsit per pecuniã

Statuta ſũt ſtricti iuris

omnes cauſas cum ſuis qualitatibus.adhærentiis, & circũ ſtantiis exprimere,aut cogitare.Ideo vidẽtur iudicis arbitrio commiſiſſe,vt pœnas ipſas iuxta facti contingentiam,& qualitates ex iuſta cauſa permutare poſsit. dic.l. hodie & l.aut facta.§.fina.ff. de pœnis.Quarto dicit, ꝙ pro iſta opinione facit ſingulariter dictum Inno. in.c.j. de cõſti.vbi dicit,quòd licitum eſt iudici ratione caſuum emergentium leges tranſgredi. Et nõ obſtat illud quod dicitur de iuramẽto,quia iudices ſicut ſtatuta,ita& leges iurant ſeruare.vt.l.rem non nouam.C.de iudi.& in autẽ. iuſiurandum quod præſta.ab his:tamen non obſtãte tali iuramento,poſſunt cũ cauſa minuere, & augere pœnas, & ſic faciendo non lędunt,neque tranſgrediũtur leges: ſed illas obſeruant, quia ſic fieri mandantur, & per hoc etiã nõ dicitur iudex incurrere periurium: quia in omni iuramẽto ſemper intelligere excepta auctoritas legis,aut ſuperioris.vt.l.fina.ff qui ſatiſda.cogan.Ita tenet Bal. & Franciſcus Are.in dic.l.& ſi ſeuerior.vbi dicit Bal.quòd iudex non incurrit periurium alterãdo pœnam legis, vel ſtatuti,iuſta præcedente cauſa,quia illud facit lege permittente,& ex poteſtate ſibi à lege conceſſa. argu. dic.l. hodie,alibi tamen dicit Bal.in auten. hodie. C de iudi. quòd illud,quod vult Inno.in.c.i.extra de conſtit. quòd ex cauſa licitum ſit tranſgredi leges propter enormes caſus emergentes,habet locũ in maioribus magiſtratibus tantum,quibus iſtud licet:ſecus eſt in minoribus magiſtratibus,qui habent ſeruare ſtatuta ad vnguem. quod dictum perpetuo eſt mente tenendum ſecũdum Iaſo. in.§. ex maleficiis,in.iij.col.iuſt de actio. In ſũma not ꝙ qñque plures ſimul vnũ delictũ cõmittunt & tamẽ iudex eos diſſimiliter punit,puta vnũ in. v. aliũ in.x.nec mirũ nam licet omnes deliquerunt tamen vnus potuit magis alio delinquere l.diſtinc.c.contumaces &.xxxii. diſtinc. c.omnium & argumentum C. de in offi teſtamento.l. cum duobus ponit hyppo.ſing.144. Quero ſi iudex auget,vel minuit pœnae ſine cauſa,quomodo debet puniri?tu ires ad ti.de pœnã iudi q male iud.C.ſed hoc eſt vnũ dictum legiſtis incognitũ,canoniſtis aũt cognitũ ſe

Iuramento intelligitur excepta auctoritas legis,aut ſuperioris.

Pluribus delinquentibus vnus magis alio aliquando punitur.

cundũ

cũdum leges noſtras quod eſt noſtrum maximum dedecus, dictum eſt Hoſtien. vnicum in mũdo in. c. de cauſis, de offi. deleg. relatum per Ioan. And. in nouella, quòd iudex incurrit infamiam mouetur per textum bene notabilem vbi eſt caſus in. l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi. pub. & miror de legiſtis quod non notent in prædic. locis. Item eſt alia pœna quam omiſit ibi Ioan. An quia iudex punitur ea pœna qua debebat puniri ipſe reus: textum habes vnicum in. l. fina. ne ſauc. baptiſma ite. C. notat ſingu. Ludo. Ro. ſingu. 77. Et ideo quando iudex auget vel minuit pœnam debet ſcribi facere in actis cauſam puta propter paupertatem vel ſimilem Spe. tit. de ſenten. §. i. ver. eſt autẽ. quem refert & ſequitur paris de pu. in ſuo trac. ſindi. In verbo licet vbi querit an quando pœna debet mitigari a iudice, pars debeat hoc petere, ad effectum ꝙ ſi non concedatur, poſsit appellari. Et dicit ꝙ ſic argu. l. i. §. permittitur. ff. de aqua quoti. Et quod not. In Spe. de offi. iudi. §. expedit ver. quid ſi iudex nam id quod expeditur per iudicis officium poteſt peti per partem. l. iiii. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Et ſi pars non petat in criminali poteſt iudex ſuo motu impendere Bal. In. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. Infa. de quo latiuis dicam infra art. xxxvj. preterea aduerte quod ſi iudex non inſerit cauſam quãdo auget, vel minuit pœnam, ei incumbit probatio cauſe glo. xxx. quæſtio. fina. c. Iudicantem quã, glo. refert idem paris in dic. ſuo tract. in verbo licet.

Iudex quãdo auget vel minuit pænam debet cauſam exprimere. Appellari an poſsit a pæna mitiganda quã iudex mitigare recuſat.

Forme de proceder ſur recuſation admiſe.

Arti. xiii.

ET ſi leſdictes cauſes de recuſatiõ ſont trouées legitimes, ſera baillé vn ſeul delay pour les prouuer, & verifier, non pas par le iuge recuſe, mais par celuy qui doibt tenir le ſiege en ſon lieu comme dict eſt, lequel a faulte de ladicte

verificatio

verification au dedans dudict delay, & apres iceluy eſcheu, & paſsé, & ſans autre declaration ne forcluſion deboutera le propoſát deſdictes cauſes de recuſatiõ

Hic ponitur practica recuſationis, quæ inuenitur legitima, dũ proponitur de iure, tamen propoſita recuſatione ſtatim ſunt ligatæ manus iudicis, ita ꝙ vltra procedere non poteſt, donec fuerit cognitũ, an ſua ſit iuriſditio, aliàs proceſſus erit nullus, vt notat Arch. in. c. cũ plures, de offi. deleg. lib. vi. licet non fuerit appellatum. hoc tenẽt Hoſtien. &. Anto. de bu. in. c. cũ ſpeciali. extra, de appella. clarius tenuit Bar. in. l. quia poterat. ff. ad trebel. qui allegat caſum, & ibi Bal. in. l. i. C. ſi quacum. predi. poteſta. Idem tenuit Gemi. de hoc latè diſputans in. c, iudex, de offi. deleg. lib. vi. poſt cæteros, & aliquid in. c. legitima, de appella. eo libr. dicens ꝙ poſt recuſationem omnino impeditur exercitium iuriſditionis, & proceſſus factus per iudicem recuſatum, eſt ipſo iure nullus, dicit tamen Ol. ꝙ in notoriis iudex non recuſatur, vt ſuſpectus Ludo. Ro. conſi. xx. & ſi fuerit appellatum à recuſatione non admiſſa conſtat appellationem eſſe interpoſitã ex legitima cauſa: quia vbi plura grauamina aſsignantur in appellatiõe, ſufficit alterũ probari, dummodo quodlibet per ſe ſit ſufficiens. Ita dicit gl. vltima quã ſequũtur ſcribentes, in. c. exhibita. extra de iudi. cum cauſa recuſationis non admiſſa ſit ſufficiẽs, & legitima, vt in. c. poſtremo, extra, de appel. Specu. in titu. de appel. §. i. col. v. ver. ſed quam dices cauſam rationabilem, & debet eſſe talis cauſa recuſationis, quæ ſi probata foret, legitima reputaretur. extra, de appella. c. cum ſpeciali. Et eſt aduertendũ, quòd quando iudex admittit recuſationem tanquam legitimam, recuſator illam habet probare coram. iudice, qui datur hic vt in. c. ſuſpicionis. extra, de offi. deleg. ĩfra terminum, quem ſibi præfiget iudex recuſationis, aliàs iudex recuſatus procedet, vt in dic c. cũ ſpeciali, &. c. legitima: quod non eſt correctum per has ordinatiões, ergo

Recuſatiõe propoſita, ligatæ ſunt manus iudicis.

Appellanti ſufficit vnũ grauamen probare.

Recuſatione nõ admiſſã à iudice debet recuſator probare

f ſtare

ſtare non prohibetur. l. ſancimus. C. de teſta.

Amende de calumnieuſe recuſation.

Arti. xv.

ET lequel propoſant ſera pour chaſcun faict de recuſation, calumnieuſemēt propoſée en noz cours ſouueraines, cōdāné en vingt liures pariſis d'amende, enuers nous, & moytié enuers la partie de. x. liures pariſis auſsi par moytié cōe deſſus, en noz iuſtices īferieures.

Calumniātium tres ſunt ſpecies

QVando dicatur calumnioſa recuſatio proponi, eſt aduertendū pro faciliori notitia iſtius materiæ, ꝙ tres ſūt ſpecies calūniantium principaliter, quidā dicitur calūniator, quidā præuaricator, & quidā tergiuerſator. Calūniator eſt, qui ſcienter & doloſé falſa crimina proponit in accuſatiōe, vel inquiſitiōe. Præuaricator eſt, qui vera crimina diſsimulat. Tergiuerſator autē eſt, qui in vniuerſum ab accuſatiōe recedit. vt not. in. l j. in prin. ff. ad turpil. his ſic præſuppoſitis quæro, an eo ipſo quòd quis nō probauit crimen, vel recuſationē propoſitā dicatur calūniatus fuiſſe, ita ꝙ de calūnia condénari poſsit? quidā dixerūt ꝙ nō: ſi iudex pronūciat in cauſa calūniæ cōtra accuſatorē & reliquos, nō probaſti: per iſta verba, nō dicitur eſſe cōdemnatus de calumnia, ſed potius abſolutus ibi: dū dicit pepercit ei &c. ſi verò nō pronūciauerit, calūniatus es, eo ipſo incidit in turpillianā legē vt in dic. l i. § ſed nō vtique, ver nā ſiquidē. ſed cōtra prædicta facit. l. i. § i de aduo. diuer. iudi. vbi dicitur ꝙ eo ipſo, ꝙ quis defecit in probatione dicitur calūniatus fuiſſe, & vt calumniator condemnari poterit pœna calūniæ, quæ calūniantis pœna eſt ſimilitudo ſupplicii, vt eſt gl. ī dic. l i. C. de aduo. &c & ibi Bar. pœna vero ſenatuſcon. turpilliani eſt quinque librarum auri fiſco applicandarum, vt. l. iii. § fina. ff. de preuari. & ibi glo. Ad contrarium ſupra formatū, ita reſpondetur, quòd reperiuntur quædā perſonæ, quæ compelluntur aliqua iuſta de cauſa ad accuſandum quarum quædam ſunt quæ ratione ſanguinis, vt vendicent necem defuncti, ſicut mater, quæ agit de morte

Pœna turpilliani.

te filii,& econuerſo,vt.l.calũniantes.C ad turpil. & per gl.in.l.athletas. §.penul.in verſi ex vtraque.ff.de his qui notan.infa.quædam ſunt,que ratione officij compellun-tur ad accuſandum vt ſunt tutores,curatores, & ſimiles. vt.l.ii.C.qui accuſa.poſſunt.Quotieſcũque enim ſunt hu iuſmodi perſonæ exceptæ, quæ veniunt ad accuſandum ex quadam neceſsitate,vt diximus,illæ excuſantur á prę ſumpta calumnia:& ideo eo ipſo quòd non probauerũt, non dicuntur calumniati fuiſſe,ſed potius præſumuntur erraſſe,& iuſto errore ducti fuiſſe: niſi expreſsè probe-tur contrariũ,quòd doloſé & malitioſè venerunt ad ac cuſandum,& ideo in iſtis perſonis quando pronunciatũ fuit,non probaſti,iudex pepercit ei, quia præſumunt in eis,quòd potius iuſto errore,& iuſta de cauſa moti fue-rint ad accuſandum quàm doloſè,vt ſupra dixi,& pro-batur in.l.mater.C.de calũnia,& dic.l.ii.C.qui accu. nõ poſſunt.& ita intelligitur textus in dic.l.i.§.ſed non vti-que.ff.ad turpil.& quod ibi notat Bar. Ita etiam intelli-git glo.illũ textum,in.l.athletas.§.penul.ver. in vtraque ff.de his qui notan.infa.& ꝙ textus in dic.l.i.ff.ad turpil loquitur in perſonis exceptis,textus vero in dic.l.i.C.de aduo.diuer.iudi.loquitur regulariter ĩ perſonis priuatis & non exceptis,in quibus procedit alia regula: quòd eo ipſo,quòd quis non probat,videtur calumniari, & iura præſumunt illum calumniatum fuiſſe. & de calũnia con demnari poterit vt in caſu noſtro:niſi euidẽter probaue rit,quòd aliqua iuſta de cauſa motus fuerit ad accuſandũ vel cauſas recuſationis proponendum, quæ poſſet illum excuſare à præſumpta calumnia. Et ideo bene dicit Bar. in dic.l.i.in prin.ff.ad turpil. quòd iudex debet ſtatuere terminum huic reo,infra quem probet,quòd habuerit iu ſtam cauſam agendi,infra quem niſi probauerit, poterit merito de calumnia condemnari iuxta terminos dic. l i. C.de aduo.diuer.iudi.& quod ibi notãt.gl.& Bar. & di-citur iuſta cauſa iuſtus error, & eſt iuſtus error fama pu blica.l.miles.§.mulier.ff.de adul.vel ſi audiuit à perſonis fide dignis,vt notat Bart. in dic.l.athletas.§.calũniator, & vide Barto.& Sali.in.l.iij C.de calumniatoribus,& ibi

Calumnia tores præſũpti,quia nõ probant.

Error iuſt⁹ dicitur fama publica

Recuſator præſumitur calũniator, eo ipſo quod non probat

Bal. qui notabiliter diſtinguit, an publica fama excuſet à præſumpta calumnia: & eſt communis opinio doctorum, quòd recuſator ſeu accuſator præſumitur calũniator, eo ipſo quod non probat Ita eſt gloſſa communiter approbata, in c. fina. de calumnia & ibi per canoniſtas, Abba. & moder vbi dicũt eam eſſe communem, fallet populum in multis caſibus quos vide ibi per Henr. & Sali. & gloſſ. in dic. l j. ff. ad turpil. & ibi Bart. qui format hanc quæſtionem, & Ange. in ſuo tracta melefi in ver. & ad querelã. & addi. ibi Adde quod voluit Bartol. in. l. ii. ſi ſeruus, vel liber ad liber. aſpira. lib. xj quòd ſi aliquis infamatum publicé accuſauit, & deficit in probando, quod non debet puniri pœna talionis, vel calumniæ, quia excuſatur propter infamiam præcedentem: quæ eſt iuſta cauſa, quod menti commenda, & pro illo dicto optimo facit. c i. de elec. lib. vi. ſecundum do Abb. in. c. cum contingat, de reſcrip. vbi refert illud Bar. dictum, ex quo Bar. dic. iuncto dic. c. i. circa finem, infero quod cauſa probabilis & iuſta excuſat quem à calumniæ vitio, quod nota. & aduerte ꝙ calumniatores appellantur qui per fraudem & fruſtrationem alios vexant litibus inde & cauillatio dicta eſt l. ſi calumnietur. ff. de verb. ſigni. Nota preterea quod ſi actor probauit per teſtes qui ſunt repulſi propter infamiam aut excommunicationem excuſatur a calumnia & expenſis ſecundum Bal. in auten. generaliter C. de epiſ. & cler.

28. De paſſer oultre par le iuge de la recuſation admiſe nonobſtant icelle.

ET voulons en oultre, que nonobſtant ladicte recuſation, & delay baillé pour la verifier ſoit paſſé oultre au principal par deuant le iuge non recuſé, qui aura baillé ledict delay & qui acouſtume tenir ledict ſiege au lieu dudict recuſé.

DE iure aliter fit, vt ſupra dixi, quia prius deciditur de cauſis ſuſpicionis per arbitros, quàm de principali cognoſcatur, & ſi cauſæ ſuſpicionis ſunt legitimæ, alius eius loco ſubrogàtur, de partium conſenſu: quæ ſi non poſſunt concordare, iudex dat vnum neutri parti ſuſpectum hæc habentur, & notantur in textu, & glo. in. c. ſuſpicionis, de offic. deleg. & in. c. cum ſpeciali de appella. extra, in. l. apertiſsimi. C. de iudi.

Que tous adiournemens ſeront libellez.

QVe tous adiournemens pour faire, & intenter nouueaux proces ſeront libellez ſommairement, & contiendront la demande & moyen d'iceluy en brief, pour en venir preſtz defendre, par le defendeur au iour de la premiere aſſignation. *Art. xvi.*

HAEc practica ſumpta eſt ex Inno. in. c. præterea, extra, de dila. vbi dicit quod ſi citatio libellũ actionis contineat, reus ſtatim reſpondere tenetur. & prodeſt etiã ad interrumpendam præſcriptionem Nam citatio libellũ continens preſcriptionem triginta, vel quadraginta, annorum interrumpit. textus & ibi Ioan. Fab. in l. ſicut C. de preſcrip xxx. vel. xl annorũ nota tamen quod ad hoc vt citatio interrumpat preſcriptionem requiritur quod ſit valida & legitima vt eſt text' ibi gl. i c bone, ii. de elec. voluit. Bar. in. l accuſatoris. ff. de adul. & in autẽ. offeratur circa finem & ibi Bald. C. de litis conteſta & quod non fuit circundicta puta quia pars ad cuius petitionem emanauit citatio non comparuit. in termino. illius citationis vt habetur in l. poſt edictum. §. circundicto. ff. de iudi. aut quia non fuit accuſata contumacia iſtius citati vt in l. properandum §. i. in verbo incuſante C. de iudi & ple per Bar. in. l. ſi finita §. iulianus circa prin ff de dam. in-

Citatio ſi continent libellum, re' ſtatim reſpõdere tenetur & inter rumpitur preſcriptio.

ſec quomodocunque citatio fuerit circundicta nũquam ex ea interrumpitur præſcriptio nec inducitur litis pendentia ita dicit Bal. in. l. fina. de eo per quem factum erit ff. & in dic autenti. offeratur adeo quòd quando citatio facta foret tempore ferato aut ſi eſſet defectus perſone que eſſet minor his caſibus per citationem non inducitur litis pẽdẽtia vel interruptio preſcrip. vt dicit Bal. in dic. l. fin. Quare dicit Spe. tit. de actore. §. i. vero quid ſit filiuſſa. ꝙ ſi filiuſſ. egit actiõe iniuriarũ ſine patris cõſenſu. Et fuit lis cõteſtata demũ ꝓnũciatur ꝓceſſus nullus, per legẽ cũ nõ ſolũ §. i. C. de bo quæ liber per talem litis conteſtationem non eſt lis perpetuata quòd cum non ſit legitime conteſtata pro non facta habetur argumen. eorũ quæ notãtur ĩ dic. c. vt debitus & l. ſi pater C. ne de ſtatu defunc. Nota etiã quòd per citationem non interrumpitur preſcriptio niſi de tali citatione ſit facta relatio per nuncium iudici & talis relatio ſit in ſcriptis redacta ita dicunt dicto. In cle. ii, vt lite penden. dicit Pe. de Ancha. ibi hoc eſſe ſingulariſsimum & refert illud audiſſe à Bal. viua voce dicentem. hoc tenere Guil. de cug. In l. ſicut C. de pręſcri. xx. ãno. quod dictũ refert Iaſ in. §. penales inſti. de actio. Ang. in ſuo tract. maleſi. in verbo iudex commiſit, dicit, quòd vt plurimum ex forma ſtatutorum loci requiritur, quòd copia inquiſitionis vnà cum citatorio tranſmittatur, quæ forma ſeruanda eſt, quinimò dicit Ange. quòd etiam iſtud videtur eſſe de iure. Nam ſicut in ciuili quando quis ad reſpondendum libello citatur. ſemper cum citatorio, videtur quòd debeat mitti copia ad reum, aliàs autem non eſſet reus ſufficienter inſtructus, ad quid citaretur ad actoris petionem, & ſi non compareret, non eſſet contumax, nec contra eum vt contra contumacem poſſet procedi, vt videtur textus in autentica de litigio. §. ad excludendas in princi. coniuncto. §. finali & notãt plene Barto. & Imo. in. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & ibi Imo. ſed quid in criminali, quia textus noſter nihil dicit hic, nec alibi Angelus dicit, quòd idem erit in criminali cauſa, in qua ad ſimilitudinem ciuilium proceditur. vt lege abſentem

ſentem ff.de pœnis. Et quòd in criminali debeat copia totius inquiſitionis vnà cum citatorio mitti, notát.glo. & docto.in ca.præterea de dilatio. & ſeptima quæſtione ſecunda ca.ſi primates.quod intellige generaliter, videlicet quòd compareat ad reſpondendum ſuper tali delicto. non autem requiritur, quòd explicité delictum in citatione deducatur per circunſtantias loci, & temporie, vt lege prima.C.de exhiben. reis, vbi dicitur, quòd poſtquam reus citatus venerit, iudex debet explanare delictum, & dicere quare citatus fuerit: ex quo manifeſtè apparet, quòd in hoc citatorio non fuit expreſſum, ita dicit Barto.in extrauaganti ad reprimendum, in verbo per edictum, & Pet.de Ancha in cle. j. Sed forte quia in cõmuniter tenetur, quòd in ciuili non ſit neceſſe, quòd copia libelli tranſmittatur cum citatorio, vt notat Bart.in dic.l.Iulianus, & Cy In autenti. offeratur, quæ concluſio an ſit vera, videamus. Franciſcus Tigri. in rubrica.C.de eden. per notata ibi per gloſã in rubrica ibi gloſa dicit, quòd illa editio, de qua in illo titulo, eſt præparatoria iudiciorum, quòd ibi glo.erat in terminis, quòd copia libelli debebat mitti ipſi reo in citatione. quia in illo titulo tractatur de editiõe libelli, vt lege edita.C.de eden.& voluit Dy. in dic.§. ad excludendas, & Guil.de cug.in dic.l.edita.licet Barto.in dic.rubrica. C. de eden.aliter videatur ſentire, & ideo gloſ. & docto. in dic.c.ii.extra de libel. obla. videntur velle, quòd miſſio copiæ libel.cum citatorio non ſit neceſſaria: imò quòd teneat illa prima citatio abſque miſsione libelli. bene verum eſt, quod Pau.de caſt.in dic. §. Iulianus, dicit quod ad hoc vt poſsit perueniri ad primum decretum, opus eſt quod copia libelli mitatur in citatorio. primam tamen partem tenuit Ioan de deo.vt refert Ioan. And. in addi. Specu. In titulo de citatione.§ iam de citatione, ver. viſo. & ibi dicit Specu. quod ad cautelam tenor libelli debet inſeri in citatione: ſed ad hunc finẽ vt reus cõuentus non habeat amplius inducias deliberatorias, nõ ad finem comparitionis, & ita intelligo iſtam ordinationem. prout notatur infra articulo.xx.quã concluſionem limitauit An-

Reo comparente debet iudex explanare delictũ & dicere quare citatus fuerit.

Libelli copia an trãſmitatur cũ citatione.

An.de Bu in dic.c.præterea,extra de dila pro opiniõe tamen contraria multum facit textus in.l.finali.C.de anna. excep.inducendo illum textum à ſpeciali prout ponderabat Ang.& ibi erat caſus ſpecialis,in quo requiritur ꝙ citatio contineat in ſe libellum.alter caſus dicit ipſe,eſt in.l.fin.C.de duobus reis & per docto.ibi & glo.in contrarium eſt ius commune,pro alia opinione videtur textus in l.fina.C.de iure de.impe.quem põderabat ibi Bal. Imò quòd opus erit quod in citatione mitteretur copia libelli ad hoc,vt citatio cõprehẽderet citatũ Ange.vero in.l.ſi ſeruum.§.nunc videamus.ff.de verb.oblig.in prin multũ exclamabat ibi in hac materia de illo textu,quod ibi erat caſus,quod licet in citatione non debet mitti copia libelli,tamen quo ad hoc vt fiat interruptio præſcriptionis opus eſt,quod in citatione mittatur copia libelli. caſus eſt ibi in dic.§.nunc videamus.de quo textu Ange. ibi faciebat maximum feſtum,licet dicat Ange.ſecundũ Cy.in dicta,l.ſicut.C.de preſcrip.xxx.vel.xl.anno.quod de conſuetudine non ſeruatur,quod copia libelli mittatur cum citatorio,& Iac.Butri.ibi dicat quòd de iure mero debeat mitti copia libelli omnino.vide Ange.in dic. l ſicut in criminalibus non eſt neceſſe de iure,quod cum citatorio mittatur copia inquiſitionis ſecundum Ange. in dic.ver.ſi iudex commiſit,niſi modo vt ſupra dixi ſecundum Bar.in dic extrauaganti ad reprimẽdum,in verbo per edictum:ſed ſufficit ſi citetur,quod veniat reſponſurus inquiſitioni contra eum formatæ,vt etiam notat Bar in.l.inter accuſatorẽ,ver.pro declaratione.ff de pub iudi.& ibi vide Imo.Sed communiter ex forma ſtatutorum ſemper copia inquiſitionis cum citatorio,& ita practicatur ſecundum eundem Angelum & hæc obſeruantia fundatur ex gloſſ.in dic.c præterea.ſed Sali.in dict.l. abſentem.C.de pœnis,ver.quæro tertio an in ſcedula.tenet.quòd ſufficit,vt citetur quod veniat reſponſurus inquiſitioni contra eum formatæ per dic.l.i.C.de exhibi. reo.Et hoc fuit vtilitatis cauſa,ne rei ſcientes crimen de quo ſunt inquiſiti fugam arripiant.Sed cauti iudices prouident,ꝙ habita quali quali ĩformatiõe de delicto iubẽt

reum

plerumque errant multi. Adde quod ſi deferatur iuramẽtum, non habet locum euictio ſecundum Bal. in. l. manifeſte. ff. de iureiuran fallit quod dictum eſt, ſi fiat compromiſſum, non habet locum euictio, niſi ſiat cõpromiſſum in venditorem ſecundum Spec. titu. de arb. §. penul. ver. ſed pone: & habet locum dic. §. ſi cõpromiſero, in eũ qui conſenſerit in iudicem non ſuum. glo. eſt ibi ſing. quam ſequitur Ludo. Ro. ſing. xii. nota tamen quod ſi vendorem, & dico, quod nolo teneri de euictione, teneor ad precium. l. emptor. §. qui autem. ff. de actio. emp. quod verũ eſt, quando in genere factum eſt pactum, à quocũque euinceretur. ſecus ſi ſpecificatur, puta Sempronio, tunc enim precium non reſtituitur. caſus eſt in. l. qui libertatis in prin. ff. de euic. In tribus ergo præmiſsis caſibus, videlicet ſi non denunciauit, ſi non fuit per iudicem ſuum iuſte condemnatus, & ſi compromiſſum fecit, non agit emptor de euictione. Quartus caſus eſt quando non agit, ſi fuit abſens tempore latæ ſententiæ. vt in. l. ſi ideo. ff. de euictio. quod nota. Quintus caſus eſt, ſi habuit inexpertum, & imperitum aduocatum. vt no. per glo. in. l. quod ſi nolit. §. mancipium. in verbo culpam, ff. de edil. edic. Sextus eſt caſus neceſſarius, vt agi poſsit de euictione, quod res fuerit in executione ſentẽtiæ ablata ipſi emptori nõ per violentiã, quo caſu ſi per violentiam eſſet ablata non agitur de euictione. l. euicta, §. i. &, l. habere licere. ff. de euictio. coniuncta. l. fina. & ibi per Cy. C. de actio. emp. Septimus, ſi nõ appellauit, dato quod haberet malam cauſam. vt dic. l. herẽnius. ff. de euictio. Octauus eſt, ſi ſuccubuerit iniuſte in cauſa per obiectum, & obſtaculum alicuius exceptionis, quæ ab ipſo emptore contraxit originem. vt in. l. hoc iure. cum. l. ſequenti, & . l. ſi rẽ. §. ſi duplę ff. de euictio. Et procedunt præmiſſa, niſi per pactum ſpecialiter fuerint hæc omnia a venditore remiſſa. vt. l. quæritur. §. ſi venditor: ff. de edil. edic. & in dic. l. herẽnius. in principio cum ſimili vel niſi venditor ſpecialiter conuenit, ne pro alieno facto teneatur, ſed pro ſuo tantũ: quo caſu ſolum tenetur, ſi ipſemet alij prius vendidiſſet, vel obligaſſet, vt. l. de ſuo. ff. manda. de quo facto ſuo loquitur

Euictio ceſſat in multis caſibus.

tur textus,in.l.i.in prin.ff.de hære.vel actio.vendi. quod nota.Nam plerúque,vt cautius ſuccurratur emptori,ſolent notarij in inſtrumentis apponere huiuſmodi pacta, & remiſsiones quæ in vulgari appellantur pacta vtilia. Adde tamen quòd per illam dictionem taxatiuam nó videtur excludere factum ſui auctoris. iſtud eſt ſingulare dictum Bar.in.l.ſi ſeruus.ii.ff.de condic.fur.refert & ſequitur Ludo.Ro.in.l.ſtipulatio iſta,in prin.ff. de verbo. obli notat.Fran.cre.ſingu.31. Nunc quæro ſi in contractu vel aliqua ſcriptura aliquis pmittit,nó īferre moleſtiã necvim alicui,de qua moleſtia ītelligatur,an de moleſtia īuris,an dem oleſtia facti.dic ꝙ de moleſtia facti gl.habes ſingularé inl.ſeruũ.§.prætor.ff de acqui.hære.de qua facit feſtũ Bal.in.l.i.C.de iis quæ pœnæ noīe,vbi dicit: teſtator priuauit hæredé, ſi moleſtauerit legatariũ,ītelligitur de facto,ſec9 auté de iure: dicit idẽ Bal in l.j.C.de vſu fruc.quòd ſi teſtator priuauit hæredem, ſi moleſtauerit vxorem in vſufructu,quòd nihilominus poterit heres petere cautionem ab ea de vtendo & fruendo vſufructu,arbitrio boni viri:quia intelligitur de moleſtia facti, & nõ iuris,facit quod voluit Io de Imo.in l.paterfa. ff. de hære.inſti teſtator,inquit,grauauit hæredem de reſtituendo fideicommiſſo.& de non moleſtando fideicom. nihilominus poterit exigere quartam trebel.nec propter hoc dicitur illum moleſtare:refert & ſequitur And.Barba.in repe.c.Raynaldus,de teſta.in Ioannina,in. lxiii. charta, vbi adducit glo.in.c.pro illorũ,in verbo contradictores, de præben.quæ dicit,quòd ſi in literis papalibus dicatur, amoto quolibet contradictore:intelligitur de contradictore facti,& non iuris facit quod not.in.c.iii. de reſtitu.ſpo.& in.c.audita,eo.titu.vbi do.Abb.dicit nota ſingulariter ex iſto textu,quòd hæc verba,reuocetis in irritum quicquid immutatum fuerit in tali cauſa à tali tempore reſtringuntur ad mutationem illegitimè factam.limita prædicta non habere locum ſi ex mente. l. veniret vtraque moleſtia,vt.l.vnica.C. de nundi. ꝗ Vnum tamen nota quòd quando inſtrumento venditor promittit emptorem defendere de iure & de facto.Et quòd plus eſt

Promittens non inferre moleſtiã,de qua intelli gatur.

Teſtatur ſi prohibuerit hæredi,non moleſtare l gatarium vel vxoré.

Clauſula in literis papalibus amoto quoli bet contra dictore.

Clauſula reuocetis in irritum.

ſe obligat, etiam ſi per iniuriam iudicis euincatur hoc pactũ tantũ intelligitur quando per ignorantiam iudicis iuris vel facti euinceretur ſeruato iuris ordine. ſecus autem ſi iudex pretermiſſo iuris ordine procederet & res euinceretur quia hoc caſu vigore dicte promiſsiõis venditor nõ obligaretur ita ſingu. dicit Ang. in cõſi. cxxix. ꝙ nota quia hodie iudices ſunt temerarij & beſtiales & nullum iuris ordinem ſeruant, imò ex capite ſuo nouas leges faciunt de quo aliquid dixi infra art. cxliii. Poſt hæc quæritur re euicta poſt ſententiã agit emptor de euictione contra venditorẽ, & producit ſententiã latã, tam in cauſa principali, quàm in cauſa venditionis. Quæritur an hoc ſufficiat ad plenũ fundamentũ ſuæ intentionis, an vero ſit neceſſe, ꝙ producat totũ proceſſum, vel vniuerſa acta cauſę? Et arguendo ad partes, videtur ſufficiẽs probatio, ipſa ſola ſentẽtia, abſque alio proceſſu: quia res iudicata, pro veritate habetur. vt in. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & in. l. ingenuũ. ff. de ſtatu homi. omnia præſumuntur ritè. rectèque facta poſtquam ſic eſt lata ſententia, vt in. c. bone. extra, de electio. & in. c. in præſentia extra, de renun & quod nota per Cy in. l. quod emancipatiõe. C. de fide inſtr. & in. l. ſiue poſsidetis. C. de proba. & per Inno. in. cum iure extra de offic. deleg. in contrariũ facit: quia non viſo proceſſu apparere non poteſt, an iure, vel iniuria fuerit condemnatus, licet præſumatur pro ſententia quia eſt iuſte lata inter eos, inter quos eſt lata, non tamen ſic inter alios. l. ſæpe. §. i. ff de re iudi. cum ſimi. Finaliter in hac quæſtiõe, omiſsis alijs, reperio, quòd Iaco. de are. tenuit, quòd ſufficiat producere ſententiam ſine proceſſu: cuius opinionem ſequitur pract. Papien. Tu autem latius, & melius ſic diſtinguendo conclude, aliquãdo venditor in inſtrumento vẽditionis expreſsè renunciauit, ne poſſet allegare ſententiã nullã, vel per imperitiam latam, vel ex alio ſimili vitio iniuſtam: & tunc ſufficit emptori producere ſententiam, cum per hanc remiſsionem, & generalem renũciationem ceſſant omnia, per quæ poſſet impugnari ſententia, quod multum nota, & non obliuiſcaris. Aut non renunciauit ipſe venditor prædictæ

Euictionis nomĩe agẽs anteneatur totum proceſſum producere.

Euicto quãdo ſufficit producere ſententiam ſine proceſſu.

prædictæ clauſulæ,& tunc aut conſtat de legitima denũ ciatione eidem facta,aut de ea non conſtat . primo caſu, aut in ſententia nulla ſit mentio de proceſſu,& tunc non præſumitur pro proceſſu:ideoque opus eſt illum produ cere cum ſententia.argu.eorum,quæ notantur in.c quo niam contra.extra de proba.& in. l . hi. qui ad ciuilia.C. de appella aut in ſententia ſit mentio de proceſſu,& tũc aut ſententia eſt lata de proximo,aut de longinquo.ſi de proximo,aut fuit lata,venditore præſente , & præſumi tu pro proceſſu:& imputet ſibi,ſi nõ appellauit,nec ideo eſt opus emptori proceſſum producere,arg. dic.l. ſæpe. §.ſcientibus,& in.l.ab eo.C. quomodo & quando iudex licitũ tamen eſſet hoc caſu ipſi vẽditori producere proceſſum & impugnaret ipſam ſententiã vitio huius proceſſus,vt no.Io.cal.& Io.An.in.c.quoniã cõtra falſam.extra de proba.& in.c.in præſentia extra de renun. & per hoc patet,ꝙ eius præſentia eũ grauat in onere probãdi errorẽ,ſeu defectũ proceſſus pro quo præſumitur , ſicut in ſimili dicitur de eo,qui renũciauit nõ numeratæ pecuniæ.vt nota.in.l.ſi ex cautione. l . generaliter , & . l. in cõtractibus.C.de nõ numera pec.aut fuit lata,ipſo vẽditore ignorãte,vel abſente,& nõ præſumitur pro proceſſu,niſi producatur per emptorem,in dic.c.quoniã cõtra. ſi vero ſẽtẽtia fuerit lata de longinquo,tũc præſumitur pro proceſſu,& ſufficit producere ſententiã iuxta doctrinam Hoſtien.& Io.An.in . c. cum in iure peritus extra, de offi.deleg.& per Cy.& alios,in.l.quod emancipatiõe. C.de fide inſtru.Secundo caſu principali quando nõ apparet de aliqua renunciatione,tunc non ſufficit producere ſolam ſententiam,cum tunc nullã fidem faciat contra venditorem vt dic.l.emptor fundi in prin . & in l.ſi controuerſia.C.de euictio.ad quod optimè facit.l. ſi parentes.in fine,&.l.ſi cum quæſtio.eo.tit.Sed quæro em- *Euictionis*
ptor agit de euictione contra venditorem, vel contra ſi- *actio ceſ-*
deiuſſorem offertur eidem ipſa res vendita,ſimul cum in *ſat, ſi offera*
tereſſe,an ceſſabit actio,& iudicium ſuper euictiõe ? dic. *tur res eui-*
quòd ſic,vt in.l.ſi fideiuſſor.ff.de doli excep.& in.l.em *cta cum in*
ptori,& ibi nota.ff.de euictio. Ita ſingulariter notat Io. *tereſſe.*

Pe. de Ferra. in forma libel in cauſa vendi. Adde ſupradictis caſibus, in quibus venditor non tenetur de euictiõe, ſi eſt euicta nuda poſſeſsio, vt notat Bal. in l. i. C. de commo. & peri. rei vendi & in. l. ſi cum venditor in prin ff. de euictio. Bar. omnino in. l. ratio. ff. de actio. empt. quod nota pro iſtis areſtis quærelæ quæ quotidie intentantur, vt non habeat locum euictio. In primo capite vbi contenditur de nuda poſſeſsione, & ita prenunciaui dum eſſet quæſtio coram me. vide in ſtilo parlamenti titu. de dila. quæ datur pro garendo. §. i. &, §. item ſciẽdũ per Aufre. Et tu iudex maior ſententiam bene latam in peius reformaſti, vt ſoles damnando quod non intelligis. ſed quid ego miſi laboratores in fundum titii volẽs eum de fundo deiicere, contra quos agitur interdicto vti poſſidetis, an laboratores teneantur? an ego qui eos miſi Gandi. format iſtã quæſtionem tit. de pœnis reorum, & dicit quod ſi fuerint ſcientes & in dolo, quòd ipſi tenentur cum domino, nam ſerui in delictis nó tenentur domino ſuo obedire: vt C. ad. l. Iul. de vi pub. l ſeruos, & ff. de ſer. manumiſſ. ii. de quo not. ff. ad. l. aquil. l. liber homo, in pri. ſed ſi fuerint ignorantes, qui eos ducit tenetur. ff. de eo per quem factum eſt. l. i. §. i. & l. in rem. §. tignũ. ff. de rei vendic. per gloſ. ſequitur Bar. in. l. non ſolum. §. mandato. ff. de iniur. & practi. papien. in forma libel. pro turba. poſſeſſ. in glo. animo & intentione.

De l'execution des iugemens, qui ſeront donnez contre les garens.

Art. xxi. QVe les ſentences, & iugemens donnez contre les garens ſeront executoires contre les garantiz, tout ainſi que contre les condamnez, des deſpens, dommages, & intereſtz : dont la liquidation, & execution ſe fera contre le gared ſeulement.

SEcundum ſtilum parlamenti,ſi ſuſcepta euictiõe, ſeu garendia condemnetur garendus, fiete xecutio cõtra illum,qui ipſum petiit in garendũ,vt in.l.i.C.vbi in rem actio.& in ſtilo parlamenti,titu.de dila.quę datur pro ga rendo.§.itẽ ſi ſuſcepta.contrariũ tamen eſt de iure: quia executio ſentẽtiæ latæ contra emptorem in cauſa euictio nis fieri debet in bonis venditoris, non cõtra emptorẽ, ſecundum glo.Bar.& doct.in l.venditor,in prin.ff.de iu di.& per Bar.Bal.& Salice.In autẽ.qua in prouincia. vbi de crimi.agi oportet,& Bar in.l.ſi procurator.§. ſi igno rantes.ff.manda.niſi in fructibus & expẽſis, in quibus fit executio contra emptorem ſecundum docto . in alleg l. venditor,quod intellige,vbi ille, qui vocatus eſt in garen dum,non eſt ſoluendo . Ita Ioan . Fab.in §.fina.Inſti.de ſatiſda.pro quo facit auten.qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet,vbi cõdemnato procuratore fit exe cutio in bonis domini,ſi procurator nõ eſt ſoluendo, vi de ibi Bar,Io.Fab.Bal.& Salic. Aliter ſtatuitur in hac or dinatione,quòd condemnato garendo fit executio con tra eum , qui ipſum petiit in garendũ perinde ac contra ipſum,pro quo facit glo.in c.querelam. in verbo œcono mi.extra,de electione:vbi dicit,quòd licet doctores anti qui fuerunt varij in hoc,an procurator,vel dominus de beret condemnari tamen ſecundum vſum curiarum vter que condemnatur,& ſic omnium ſeruatur opinio . alibi dicit glo.in c.licet,extra de proba.in verbo cõmune, ꝙ eccleſia non multum curat de hac ſolẽnitate,in cuius per ſona feratur ſententia,nec nos hodie de cõſuetudine cu riarum in quibus fertur ſẽtẽtia dumtaxat in perſona do mini,de quo in.l.i.C.de ſenten.& inter.omn.iud. & per nota.In auten.vt omnes obe.iudi.prouĩ.§.ſed aliter col. vi.& poteſt eſſe ratio quare hic ſtatuitur,ꝙ feratur ſen tentia in perſona garendi,non illius, qui vocauit ipſum in garendum , vt ſupra dixi de domino, & procuratore: quia iſte garẽdus cenſetur procurator in rem ſuã, id eſt, in commodum,& vtilitatem ſuam,& in propria cauſa di citur eſſe defenſor,eo quòd emolumentum , & damnum ad eum pertinent.l.i §.in propria cauſa ff. quãdo appel-

Garendus cẽſetur procurator in rem ſuam.

h iii landũ

Sententia lata contra venditorem laudatũ an debeat exequi contra emptorẽ laudantem.

laudum ſit,&.l.Plautius.ff.de procur.& per hoc deciditur quæſtio antiquorum doctorum,apud quos fuit dubitatio,an ſententia lata contra venditorem laudatum debebat exequi contra emptorem,vel contra ipſum emptorem laudantem:& videbatur exequenda contra defenſorem.l.ſi obtulerit,§ i.ff.de re iudi.& dic.l.plautius. ff.de procu.&.l.ſi procuratorem,eo titu.ſed forte contra defenſum.ff.de do.pr ę leg l.pater:& leges prio allegatæ loquuntur,quando quis defenſionem alterius recipit, ſine eius mandato & voluntate.gloſ.tamen Bar. & docto . videntur velle,quòd in venditorem fiat executio (vt ſupra dixi)in.l.venditor,ff,de iudi.Inſti.de ſatiſda.§.fina. ideo bene ſtatuitur hic,quòd poſsit fieri executio cõtra vtrũque:quia aliàs multæ ſequerentur fraudes. Nã multi laudarẽt inopes,& illos qui occupaſſent res alienas ad fines, quòd ré poſſent habere pro pecunia,quod eſſet iniquiſſimum ſecundum Ioan Fab.in dic.§.fina. limita. tamen prædicta,niſi venditor actore cõſentiente animo nouandi, & ſic reum liberandi cauſa ſuſcepiſſet defenſionem, vt.l.ſi mandato.§.i.verſi.aut ſi nolit.ff. manda. quo caſu fiet executio in ipſum venditorem,ita Iaco.de Ra.Pe. & Cy.Bal & Salice.in alleg.l.i.C.vbi in rem actio. & Iaco. Butri.in l.liberto.§.i.ff de neg.geſt. ☙ Adde textum in.c.qm̃ frequẽter.§.ꝙ ſi ſuper vbi dicitur ꝙ contra nominatum non contra nominantem ſit agendum & datur dilatio ad eum requirendum. ☙ Subſequenter textus ponit vnam limitationem, ibi *ſauf des deſpens demmages & intereſtz*, contrarium tamen tenent doctores, in dic.l.venditor.ff.de iudi. quòd emptor in expenſis condemnari debet non venditor qui defendit,de quo in.l.i. C.vbi in rem actio.vt dicitur in.§.item vbi vocatus. In ſtilo parlamenti titu.ſupradict. tenetur tamen venditor ad omnes ſumptus, & expenſas in hac lite, & iudicio factas, & eas emptor ab eo recuperabit ſiue obtinuerit ſiue non,vt.l.i.C.de euictio,&.l.venditor.ff.de ver.obliga.& ibi Barto & Ange.Abb,& docto.in.ca.fina.de emptio.& vendi.& Ange.are.in.§.omnium.inſti. de actio. col. xix. & intellige de ſumptibus quos feciſſe legitime demonſtrabit,

Euictare tenetur vendi tor ad omnes ſumpt⁹ & expẽſas litis.

demonſtrabit,& hoc verum ſi denũciauerit debito modo litem motam.aliàs ſecus, & re empta euicta in caſibus,in quibus tenetur de euictione, tenebitur venditor emptori in ſimplum:& ſi fuit culpa vendentis,tenebitur etiam ad intereſſe.vt.ff.de euictio.l.ii.&.l.emptor. Bald. in.l.cum venditorem. C.de actio. empti. & ibi ad quod & quale intereſſe teneatur, & vtrum ſoluendo intereſſe liberetur à traditione rei nota.per Bal.in.l.ſi traditio in prima quæſtio.eo.titu. quòd ſic ſaluis tamen limitationibus,quas ponit idem Bald.in repetitione leg. emilius, col.ix.verſi.ego cogitabam defendere,glo ff.de minoribus& ibi ponit quibus caſibus cogatur venditor præciſe ad venditionem rei de quo etiam per Panor. & Feli.in.c.cum Ioannes,in prin extra de fide inſtru. Ita notat Aufre.in dic.§.item vbi vocatus.aduerte tamẽ,quòd de prædic.ſtilo parlamenti, vbi garendus eſt condemnatus ad rem reſtituendam.actori,eo ipſo videtur condemnatus ad intereſſe illius qui rem poſſidebat, & ipſum vocauerat in garendum:& eſt condemnatus ex eadem ſententia,& virtute illius mandabitur inquiri ſummatim de intereſſe poſſidẽtis,ſi dubitetur ad hoc vt ſciatur in quãtum contra ipſum garẽdum fiat executio pro præmiſsis: facta inquiſitione fiet executio,in eo quod reperietur.ff. de fideiuſſo.l.græce.§.i.vt in dic. ſtilo titu. de dilatione quæ datur pro garendo.§.item vbi garendus,& ibi dicit Aufre.quòd in dic.l.eſt quæſtio an ſententia lata contra principalem,poſsit executioni mandari contra fideiuſſorem,ſine nouo proceſſu,de qua late per Bar.in.l.i.ff.iud. ſolui.& communis reſolutio eſt ſecũdum eum, quòd in fideiuſſore contractus non poteſt fieri ſine nouo proceſſu.probatur in dic.l.græce.§.ſi à debitore.ff.de pig. &.l. à ſententia.ff.de appella.&.C.de his qui ad eccle. confu. l.præſenti.§.adiiciẽtes.quod tenet Specu in tit. de execu.ſenten.§.ſequitur,verſi.ſed quid ſentẽtia eſt Cy.Bar. Bal.Fa.& Salice.in.l.fina.C.de vſur.rei iudi. ſed in fideiuſſore de iudicato ſoluendo glo in præallegata .l. fina. dicit quòd fiet executio,ſine nouo proceſſu, & videtur textus in præallegata.l.græce.§.i.quoniã ſecũdum Bar.

Garendus condẽnatus rẽ reſtituere actori cẽſetur condẽnatus ad intereſſe ſui emptoris

ibidem quando fideiuſsio facta fuit in iudicio, tunc ex clauſula quam verbum ſonat, fiet executio ſine nouo proceſſu, quod probatur per textum, in dic. l. fina. §. fina vbi dicit Bar. quòd verbum, ſtatim ſummariam ſignificat cognitionem abſque ordine iudiciario, vt. C. vnde vi. l. momentaneæ. ergo patet quòd non debet fieri nouus proceſſus ordinariè propter verbum ſtatim, ſeu confeſtim, quod importat, vt non requiratur ſententia, vt in auten. de inceſtis nup. §. i. col. ii. & ibi not. quid autem de fideiuſſore de iudicio ſiſti, vide per Bald. in li. ii. §. fina. ff. qui ſatiſda. cogan. in donatione autem non habet locum euictio, niſi fuerit per pactum promiſſa, vt l. ii. C. de euictio. & ibi Bal. nec in delictis aut exceſsibus, de quo vide per Aufre. vbi ſupra §. item ſi ſuſcepta, &c. §. item in delictis, vſque ad finem tituli. Aduerte præterea quòd appellatione damnorum non veniunt expenſæ, cum ponátur tanquam diuerſa. c. in noſtra, extra de iniur. not. in ca. ſi canonici. de offi. ordi. lib. vi. Bar. in. li. i. & iii. ff. de alie. iudi. mutan. cauſa fac. Bal. in. l. terminato. C. de fruc. & litiũ expen. vide bonã glo. in pracma. ſanctio. titu. de friuo. appel. §. quodque, & de materia intereſſe per Cy. & Bar. in l. i. de ſen. quæ pro eo quod inter. Spec. titu. de fruc. & intereſſe. §. nunc dicamus. de quo dicam infra, art. lxxxix.

Expenſæ nõ veniunt appellatione damnorum

20. Des defaulx contre les garands, & proffit d'iceulx.

Art. xxiii.

QVe en vertu de deux defaulx, bien & deuement obtenuz contre le garend, ſera donné ſentẽce, ou arreſt apres la verification.

FAcit quod habetur in ſtilo parlamenti, titu. de dila. quæ datur pro garando. §. item ſi garendus vbi dicitur: Item ſi garendus citatus ad ſuſcipiendam garẽdiam compareat, & dicat ſe nolle ſuſcipere garẽdiã: vel etiam ter citatus non comparet: non habet reus eũ defendere, niſi

niſi voluerit. ſed ex his ſolum competit ſibi actio, contra garendum pro euictione, ſic in hoc caſu, virtute duorum defectuum contra garendum obtentorum, dabitur ſententia, ſeu areſtum contra ipſum garendum, facta tamen prius probatione per actorem eius, quod petit: ad quod optimè facit textus in lege hæc autē.§.i.ff.quib. ex cauſ.in poſſeſ. ea. ibi non defendi pupillum conſtare debet, liqueréque prætori, nec aliter eum habet defendere, nec appellare pro eo. ſecus ſi compareat, & dicat ſe nolle ſuſcipere euictionem, ſeu garendiam, quia lex hoc non exprimit, & vltra caſum ſuum non eſt extendenda contra ius commune.l.ſi vero.§.de viro. ff. ſolu. matri. Nam de iure ſi lite mota, & denunciatione venditori facta, vt defendat, facere nolit, habet emptor in iudicio ſtare, & defendere: alioquin de euictione non aget. C. de peri. & commo. rei vendi. l. i. in fine & l. emptor. C. de euictio. ex quo enim non defendit, videtur magis propter abſentiam, quàm propter malam cauſam condemnari. ff. de euictio lege ſi ideo, & c. fina. de empt, & vendi. in glo. in verbo contumaciter. & ſentit Bal. in dic. l. i. C. de peri. & commo. rei vendi. quod intellige niſi eſſet notorium, quòd ipſe emptor foueret iniuſtam cauſam, quia tunc poſſet cedere liti, nec teneretur expectare ſententiam contra ſe, non autem quando lis eſſet dubia. l. ſi cũ quæſtio. & ibi Bal. Ioan. Fab. & Salice. facit. l. emptorem. ff. de actio. empto. Ioan. Fab. in. l. cum tibi. C. de euictio. Barto. in. l. vtique. C. de rei vendi. de quo per docto. in. l. atqui. natura. §. cum me abſente. ff. de nego. geſt. & Bart. in dic. l. emptorem. vbi dicit, quòd emptor non defendens in cauſa euictionis quando eſt notorium, quòd res eſt euincentis, nihilominus agit contra venditorem. aduerte ꝙ de prædicto ſtilo: ſi garendus non compareat, ſed ob hoc procuratorem mittat, ad hoc vt per procuratorem recipiatur, requiritur, quòd habeat expreſſam poteſtatem garendiſandi, vel refutandi garendiam: & ſunt hæc verba ad hoc apta in gallico, *donnant, & octroyant audict procureur plein & ſpecial pouuoir & auctorité de faire adueu, ou deſaueu ſur garantie*: aliàs mandatum non teneret, vt dicitur

Lex extra caſum ſuũ nõ eſt extendenda contra ius commune.

Procurator garendi debet habere procurationem expreſſam ad garendiam accipiẽdã, vel refutãdam.

dicitur in dic. ſtilo. titu. ſupra cita. §. item ſi garendus. licet iſte caſus non inuenitur expreſſus inter alios, ſpeciale mandatum requirentes, poſitos per Specu. titu. de procura. §. i. ver. item opponitur quòd licet habebat generale mandatum, qui etiam continentur in gl. in. c. qui ad agendum eo. titu. lib. vj. in verbo, vel paciſci, & per Ioã. Fab. inſti. per quos agere poſſumus §. procurator. vbi dicit idem eſſe in quibuſcunque magnis, & arduis cauſis in quibus maior, aut ſaltem ſimilis ratio militat, ſicut in dictis caſibus expreſsis. vnde dicit Bal. in. l mandatũ ii. col. C. manda quòd procurator generalis non poteſt prorũpere ad actus obligatorios, ſine libera, allegat. l. quam tuberonis. §. ſunt quidam, verſi. alia eſt cauſa. ff. de pecu. Ita notat Aufre. in dic. §. item ſi garendus Præterea nota, ꝙ lite non conteſtata proceditur ad diffinitiuã, virtute duorum defectuum. Secus eſt de iure, quo, lite non cõteſtata, non proceditur ad diffinitiuã: ſed fit miſsio in poſſeſsionem contra eum contumacem, & non cõparentem. nam probata re petita ſemiplene in pœnã contumaciæ ad inſtantiam partis iudex miti iubebat actorem in poſſeſsionem rei petitæ l. cũ proponas, & auten. ei qui iurat. C. de bo. aucto. iudi. poſsi. c. quoniam frequenter. §. quòd ſi ſuper rebus. extra, vt lite non conteſta. fit tamen miſsio in perſonalibus pro menſura debiti declarati, vt dic. auten. ei qui iurat in reali fit miſsio in poſſeſsionem rei petitæ tantum l. ſi quis emptionis. §. penul. C. de præſcrip xxx. vel. xl. anno dic c. quoniam frequenter. §. in aliis, & iſte iuſſus iudicis dicitur primum decretũ, id eſt, primus iuſſus iudicis, per quem actiõe perſonali actor commodum ſolius corporalis poſſeſsionis acquirit & reus amittit in pœnam ſuæ contumaciæ: in reali vero plenam poſſeſsionem acquirit, ad ſecundum decretũ peruenitur, ſi iudex iterum citat reum ad inſtantiam partis, & iſte in ſua contumacia perſeuerer: & dicitur ſecundum decretum, id eſt ſecundus iuſſus iudicis, quo mediante actor conſequitur ius pleni dominij, vel quaſi: reus autem illud amittit in augmentum pœnæ propter perſeuerantiam & auctã cõtumaciam. pertinet enim ad officium iudicis punire contumaciã

Procurator generalis non poteſt obligare partẽ ſuã.

Iudicis primus iuſſus dicitur primũ decretũ

tumaciam non obtemperātis.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.l.j.& hoc ita fiebat quia propter abſentiam rei lis non poterat cōteſtari,nec perueniri ad diffinitiuam,dic. c.quoniam frequenter,&.l.j.C.de litis conteſta.hodie tamen prouiſum eſt in pœnam contumaciæ in non reſpondendo vt lis habeatur pro cōteſta.& procedatur ad diffinitiuam contra abſentem & cōtumacem,virtute duorū defectuum,licet de iure requirātur tres defectus.& trina citatio vel vna peremptoria pro omnibus.vt.l.ad peremptorium.cum.l.ſequen.ff.de iudi.& olim dabantur quatuor defectus de conſuetudine generali:quæ eſt abrogata his ordinationibus vt dicetur infra arti.xxiiiii.ex quo *Defectus quatuor olim dabantur.* patet,quod miſsio in poſſeſsionem de qua dictum eſt ſupra,non habet hodie locum.quia vbi remedium ordinarium habet locum,non recurritur ad extraordinarium.l. in cauſæ.ff.de mino.& ceſſante illa cauſa propter quam fiebat miſsio.In poſſeſsionem ex primo & ſecundo decreto iudicis,ceſſat effectus,id eſt,miſsio.l.non dubium. C.de leg.c.cum principalis cauſa,de regul.iur.lib.vi.

De laiſſer copie des commiſsions, & adiornemens.

Art.xxiiij.

QVe de toutes commiſsiōs & adiournemens ſeront tenuz les ſergens laiſſer la copie auec l'exploict aux adiournez ou a leurs gens & ſeruiteurs,ou les attacher a la porte de leurs domiciles encores qu'ilz ne fuſſent point demandez,& en faire mention par l'exploict,& ce aux deſpens des demandeurs & pourſuyuās, & ſauf les recouurer en fin cauſe.

Aliàs non tenetur cōparere citatus, ſeu adiornatus, niſi ſibi relinquatur commiſsio,& adiournamentū, & ideo

& ideo cauti iudices delegatī.ſolent[in citatione copiam delegationis inſerere textus eſt in c.prȩterea extra de di la.& ibi hoc tenent Inno.Anto. de Bu.& Ioan.de Imo. Bar.& Ange.in.l.ii.ff.ſi quis in ius voca.non ierit,tamen ſi compareat talis citatus non inſerta copia commiſsiōis & dimiſſa valebit.& tenebit vt dixi ſupra arti.xvij.& de hoc ibi vide. ❧ idē tenet Spe.tit.de cita.§.ſequitur ver. vtrum vbi diſtinguit an mittatur ab ordinario & tunc ci tatus ſibi credere tenetur ſine literis citationis,ſeu commiſſionis arg' in c.prudentiam extra de offi.deleg.ibi literatorie an'delegato & tunc debet tenorem citationis inſerere vt reus poſſit inſtrui & deliberare quid debeat in termino reſpōdere extra de dila.c.proterea tamē hec conſtitutio non diſtinguit.nec nos diſtinguere debemus l.de precio ff.de publi.& l ſi ſeruum §.non dixit ff.de acqui here.ideo forma citationis à iure data eſt ſeruanda ff. de damno infecto.l.iiii.§.pretor alias non valet l.diligen tur ff.manda.& l.ſi quis pro eo notat Io.Andre.in addi. Spe.titu.de ſecundo decreto.ff.nunc dicamus ver. ſi autem in minimis autem cauſis iſta ſolennitas non debet ſeruari C.de iud.l.ſancimus auten.qui ſemel C.quomodo & quando iudex tenet ſpe.titu.de cita.§.ſequitur verſi. & nota. ❧ Cuius expenſis hoc debeat fieri,textus dicit hic quod expenſis actoris.Ita dicit glo.in cle.cauſam, in verbo porrecto,extra de electio.& in cle.quamuis.in ver bo oblatos,de appella.& in cle.ſæpe,& ibi Ioan.Andr.de verb.ſigni Domi.in.c,fin.de litis cōteſta.lib.vi.Pe.Ia.in titu.de conſtitu.pecu.verſi.deinde.quæ opinio probatur per textum in auten.offeratur,de libel.obla.nam offerre eſt non petenti dare,vt.l.Iulianus.§. offerri.ff. de actio. empt.& in.l.fideicommiſſa..ſi rem.ff.de § lega.iii. quia igitur offert actor libellum,vt abſtringat reum inuitum in iudicio ſtare,vt.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum.ff.de ver.oblig.merito non debet grauari reus onere illius,vel expenſis,quas ſubit inuitus:licet Cy.in dic.auten.ſentiat contrarium.

Solennitas iuris in qui bus cauſis debet ſerua ri & inqui bus non.

❧ Que les parties eſliront domicile,des la premiere aſsignation.

Nous

Nous ordonnons que tous plaidans ſe rons tenuz au iour de la premiere aſ ſignatiom,en perſõne,ou par procureur ſuffiſamment fondé, declarer, ou eſlire leur domicile au lieu ou les proces ſeront pendans,autremẽt & a faulte de ce auoir deuement faict, ne ſeront receuables, & ſeront deboutez de leurs demandes,de-fences,ou oppoſitions reſpectiuement. *Art.xxiiij.*

Sta practica ſumpta eſt ex Inno.in.c.auditis,& in.c.cõ ſtitutus.extra,de procur.& Io.de Imo.in.l.qui ante ca lendas.ff.de verb.oblig.& Bar.in extrauag.ad reprimen dum,qui ibi ita conſuluit.Nota tamen quòd ſecũdũ hoc ſtatutũ neceſſario hoc habent facere litigantes:quia ver-bũ,tenebuntur,vt dixi ſupra arti.xvi neceſsitatem impor tat,ſufficiat glo.in cle.per hoc,de here.lib.vi.Nec eſt ve rum,ꝙ aliqui voluerunt dicere,ꝙ ſi omittatur tacitè,& altera parte non petente,nõ habet locum quod hic ſtatui tur,quéadmodũ in iuramento calumniæ vt.C.de iureiu. ob calum.dan.l.i.§.i.&.c.i.eo titu lib.vi.Multa enim poſ ſumus,ad quæ non poſſumus nos abſtringere pacto.ff.de procur.l.filiuſfamilias.§.veterem, &.C.de pac.l vltima, & dic.l.ii.§.i.glo.in c.ſi diligenti.extra,de foro compe-ten.quod probatur.Nam in textu dicitur,quòd partes te nebuntur eligere domicilium prima die aſsignationis,& poſtmodum in fine ſubiicitur,ſi hoc obſeruatum nõ fue rit,non recipientur,& excludentur à ſuis petitiõibus,de fenſionibus,vel oppoſitionibus viciſsim,& ſic ſtatutum dat certam formam producenti ius ſuum in iudicium,& vltra illam formam traditam vlterius procedit annulando factum,ſi ſit contra eum : ergo cũ forma ſit ab ſtatuto tra dita,quód partes tenentur eligere domicilium,prima die aſsigationis,

Verbum tenebuntur neceſſitatẽ importat.

Multa poſſumus ad quæ non abſtringimur pacto.

aſsignationis,partes non poſſunt renunciare formæ per legem traditæ,neque ſolennitati.Iſtud eſt dictum Barto. in.l.nemo poteſt.ff de leg.i.&.l.i.ff.de vſucap.& in.leg. aquilius regulus·ff.de dona.& idem tenet Bald.in auten. offeratur.C.de libel.obla.& in.l.illud.C.de ſacroſan.eccle.quòd firmo ex eo quod dicit Ludo.Roma.ſingu.viii. & quòd dicit papa in.c.nonnulli,de reſcrip.quòd ſi agere volens pluribus actionibus impetrauerit diuerſos iudices,vnum in qualibet actione,talis impetratio eſt nulla. pone.quod reus patiatur ſe conueniri,an valeat proceſſus;videtur quòd ſic,per nota per Inno.in.c.ii.de conſti. contrarium eſt verum, nam parte etiam non opponente non valet proceſſus,gloſ.ſingu.in.c.diſpendia.in verbo proceſſus valeat,de reſcrip.lib.vi.quam perpetuo nota.quia omnes fermè errant in hoc.Adde nam vbicumque lex diſponit,& apponit clauſulam decreti irritantis conſenſus priuatorum non poteſt diſponere,quòd actus aliter factus teneat,dictum eſt Inno.quod cõmuniter reputatur ſingulare.in.c.dilecto,de præbend.do. Anto. in c.prudentiam, in.§. adiicimus,de offi.deleg.& Ioannes Andr.in Addi.ad Specu.§.vt autem ver.quandoque vbi dicit quod factum contra ſtatutum quod non ſolum, prohibet ſed annullat non valet & Bal.in Addi.eiuſdẽ titul. de execu.ſententié ver.Bannum vbi dicit quod cauti ſint aſſeſſores quando dant formam qualiter procedatur ad banniendum quendam quod illam formam ſeruent.alias bannum,& quidquid fundatur ex eo ipſo iure eſt nullum idem tenet Petrus girardus de ſancto Petro in ſuis ſingularibus.iiii.vbi diſputat,an libellus obſcurus, generalis,& incertus parte non opponente procedat.vbi tenet quòd non,multis rationibus.Deinde quæro de vna quæſtione,in qua ſuccubui propter imperitiam iudicium,An ſi quis non eligat domicilium, prima die aſſignationis,admittatur purgatio moræ:& videtur dicendum,quòd ſic:vt communiter tenent docto. vſque ad litis conteſtatio.ff de arbitris.l.ſi cum dies,in fine:dummodo ius actoris ex mora non ſit factum deterius, vt eodem titulo,l.vtique,ſed Cy.dicit quòd hæc non ſunt abſolutè vera.Et ideo ſic diſtinguit,aut opponitur pœna in

Proceſſura nulla nõ cõfirmatur ſi pars nullitatem oppo nere omiſerit.

Domicilij nõ electi an poſſit purgari mora.

In iudiciis, aut in contractibus primo caſu, aut cõtra præparationem, aut contra finem. ſi contra præparationem, poteſt purgare quandocunque ante litis conteſta. vt. l & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. ſi contra finem, ſubdiſtingue: quia aut adiicitur dies à lege, aut ab homine. ſi à lege, vt puta quãdo iudex, vel arbiter non adiicit diem: nam tũc intelligitur tempus decem dierũ, licet non ſit adiectum. ff. de cõſtitu. pecu. l. promiſſor, & no. in dic. l. ſi cum dies. §. fina. quando dies leg cedit. l. cum ſine, & . l. ſi penum. & ff. de ver. obli. l. ſi inſulam. Sed cum dies adiicitur ab homine, tunc ſemel commiſſa non purgatur. vt. ff. de arbi. l. celſus, in prin. ratio diuerſitatis eſt: quia nõ fuit adiectus dies, ſed à lege ſubauditur, & ideo vſque ad litis cõteſtationem pœna poteſt ſemper purgari. Itẽ quia melius agitur cum lege, q̃ cum homine: tamen ſecũdo caſu, ſcilicet quando in contractibus, ſi in cõtractu adiicitur pœna, & dies. tunc pœna ſemel commiſſa non purgatur, vt. ff. de actio. & obli. l. traiectitiæ. §. de illo. C. de contrahen. & cõmitten. ſtipu. l. magnam, & ibi nota. Si autẽ in contractu adiiciatur pœna, & non dies, & tunc purgatur vſque ad conteſtationẽ. vt. l. ſi inſulam. & l. cõtinuus. §. cũ quis, & l. qui Romę §. flauius. ff. de verbo. oblig. Et idem quando addiicitur, dies nõ pœna, quia purgatur mora ſuper intereſſe vſque ad litis conteſtationem. ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis. § ſed ea. & . ff. de doli excep. l. apud celſum. §. labeo. de quo intereſſe dic. vt dic. l. vtique ita dicit Bal. in ſua practica titu. de cautelis. & remediis quæſtiõe ſexta decima. In cõtrarium facit, quòd nõ admittatur purgatio moræ, in caſu huius ordinationis poſt lapſum diem aſsignationis: gloſſ. in. c. cupientes. in. §. quòd ſi per viginti. ſuper verbo, expectati, de electio. lib. vi. & Inno. in. c. tua extra qui matrimo. accuſa. poſſunt, & Bal. in. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hære. inſtituẽ. & in auten. ad hæc. C. de vſur. quod etiam ſequitur Bar. in. l. qui ob rem. ff. de condi. indebi. & Ange. in. dic. l. & ſi poſt tres. & huius eſt ratio, quia quando in diſpoſitione ineſt dies cũ pœna, non admittitur purgatio moræ vt in dic. l traiectitie. §. de illo. & ita tenet practi. Papien in forma excipiendi contra poſitio

Mora ſuper intereſſe purgatur vſque ad litis cõt. ſtationẽ

tio.acto. Ibi primo quia elapſa ſunt tempora. Item faciẽ verbum, tenebũtur quod neceſsitaté importat, vt in principio huius articuli dixi, & iſta eſt veritas, quod nouum apud imperitos habebitur. vide quod dicam infra artic. xxxix. Prætorea quæro, an partes non eligentes domicilium, prima die aſsignationis, ſint excluſæ ipſo iure, vel per ſententiam excludendæ dic. quod quoties in lege, ſit mentio de priuatione, & commiſſo alicuius rei, ſi lex loquitur in præſenti datur intelligi, quod ipſo iure, nec indiget declaratione, quãdo loquitur iu futuro tẽpore, vt hic datur intelligi, ꝙ per ſẽtẽtiã, vt notatur per gl. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam circa medium, gloſ. &. in. l. commiſſa. ff. de publi. &. C. ne filius pro patre auten. habita ſuper verbo. habeatur, &. ff. quod metus cauſa. l. cum duobus. §. idem reſpondit & de hære. c. cũ ſecundũ leges lib. vi. ſunt & aliæ gloſ. quæ loquuntur in futuro. vt. C. de iure emphi. l. fina in fine ſuper verbo, cadat, & in auten. nullum credi tenere illius terram. Item reperio glo. quæ dicit per ſententiam, & tamen textus loquitur in tẽpore præſenti. vt in auten. de non aliæ. §. œcononum in verbo excludit, ſecundum Iaco. de bel. viſu in ſua prac. titu. de mortuis in carcere. ver. ſed quæritur, & vide Pe. Iaco tĩ de ea actione, ſi agatur contra empto. verſi. eſt enim differentia & plene per Specu. titu de iure emphi. §. i ver. quadrageſimo. ſeptimo Lud. Romanus. ſingu. i. &. ii. & Matthæi, ſingu. cxii. & cxv. Fran. Cræmen. ſingu. vii. Dic. idẽ in verb nõ valeat: ꝙ vbi reperitur intelligitur per ſẽtẽtiã, quia cũ ſuper hoc debeat cognoſci, ergo & pnũciate arg. C. de preci. impe. offe. l. vniuerſa notat Abb. in. c. nonnulli. §. ſane & Alij. ex. de reſcrip. in ver. nõ valeãt ex quo hoc verbũ eſt futuri tẽporis & nõ preſentis nõ inducit nullitaté ipſo facto idẽ do Abb. in nomine domini ex de teſti in vltimo notabili. vide gl. & Inn. in cle diſpẽdioſam in verbo valeat, de iudi. & facit ad ſtatutũ diſponẽs quod ſi contrahentes non ſoluant gabellam contractus non valeat, intelligitur ope exceptionis. vt dicit Bar. in. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. notat Anto. cor. in verbo valeat negatiua præcedẽte] Quæro inſuper vtrũ hæc

Domiciliũ nõ eligẽtes prima die, an ipſo iure vel per ſententiam excludantur.

Verbũ non valeat intelligitur per ſẽtẽtiã.

Statutũ diſponẽs quod ſi cõtrahẽtes nõ ſoluãt gabellã, cõtractus nõ valeat, intelligitur ope exceptionis.

hæc ſtatuta regia,& alia ſtatuta ciuitatis,& terrarum recipiant interpretationem,vel non? ita quòd ſolú intelligantur,vt litera iacet, Alber.de gandi.in ſuo tract.malefi.titu.de obſeruantia ſtatutorum diſputat hanc quæſtionem,pro,& contra.Imprimis itaque videtur, quòd nullum ſtatutum poſsit interpretari pluribus rationibus, & cauſis quas ipſe allegat,quarú nónullas hic ponam. Nam regula eſt in iure noſtro,in his quæ ſunt ſtricti iuris.vt in ſtatutis terrarum,& inſtitutis,quòd id,quòd non eſt expreſsè cautum,habeatur pro omiſſo.vt.ff.de verb.obli l. quicquid.i.reſpon.vbi niſi palam verbis exprimatur,&c. &.ff.de condic.ob turpem cauſam.l.fina. accedit ad hoc. ff.de iniuriis.l.item apud Labeonem.§.ait prætor. ff.de reg.iuris.l.expreſſa.Præterea ſtatuta terrarum ſunt ſtricti iuris,quòd patet ex eo,quòd ex ſtatutis oritur condictio ex lege.vt.ff.de condic.ex leg.l.vna, actiones autem ſunt bonæ fidei,aut ſtricti iuris,quæ autem actiones ſunt bonæ fidei habes inſti de actio. §. Actionum,vnde cum condictio ex.l. non ſit ibi connumerata per locum à diuiſione,eſt ipſa condictio ex.l.& ſtatuta ſtricti iuris vnde ſi ſtatuta ſunt ſtricti iuris,quia ſunt,ergo ſunt ſterilia, ſicut mulieres quæ non pariunt, & ſic nullam interpretationem recipiunt, ſed eorum verba iuxta grámaticalem intellectum,ſicut iacent ſtricte,& rigide, ſunt intelligenda,& ſecúdum rudem,& propriam ſignificationem: vnde licet ſint perquam dura,tamé ita ſeruanda ſunt vt.ff. qui.& aqui.manumiſ.non fiant.l.proſpexit.&.ff de exerci.l.i.§.ſi is & facit.ff.de mili.teſta.l.quod conſtitutú eſt. Item verbis edicti eſt ſtádum,& legitur,vt notatur. ff.de leg.iii.non aliter.& in dubio melius eſt verbis edicti ſeruire,& ideo interprætationi locus non eſt, vt dic. l.non aliter,& dic.l.i.§.ſi is.ff.de exerci. & facit. ff.de inſtito.l. ſed & ſi pupillus.§.i.econtra videtur,quòd ſtatutú poſſit interpretari.primo quia ſi deberemus, táquam iudei, inhærere literæ ſtatuti loquentis, ꝙ quicunque fecerit homicidium moriatur iam infans,vel furioſus ſi homicidium committeret,puniretur,quod eſſet iniquum, quia ſenſu carent. vt.ff.de iur.& fac igno.l. fina.C.de fal. mo. l.i

Statuta an recipiát interpretationem.

Statuta terrarum ſunt ſtricti iuris

Malefi. a voluntate & propoſito diſtinguuntur.

l.i.in fine, quia carent dolo.& voluntas,& propoſitũ diſtingunt maleficia.vt.ff.de iniur.l qui iniuriæ. per legem enim non punitur infans de homicidio. ff.ad.l. corne de ſica.l.infans,nec etiam furioſus.ff.de offi.præſi .l. diuus. bonum eſt ergo.quòd interpretetur ſtatutũ , vt dicatur, ſi aliquis occidit aliquem,ſcilicet dolo. Item ſi ſtatutum nõ interpretaretur,iam puniretur, qui ad ſui defenſioné occidit hominem,quod eſſet iniquum,quòd homo pateretur occidi vt de iuſti.& iure.l.vt vim.&.C.vnde vi l.i. &.C.quando lice.vni Quid plura? lex eſt expreſſa quæ loquitur in ſtatutis terrarum,quòd poſſunt interpretari.vt ff.de muner.& hono.l.vt gradatim . ſed de iſtis ſtatutis Regiis non eſt dubium, quòd poſsint interpretari, cũ a principe ſtatuta,cum beneficia principis pleniſsimè ſunt interpretanda.vt.ff.de conſtitu.prin.l.beneficia. ergo & ſtatuta terrarum , cum princeps ſit maioris auctoritatis quàm populus.vt.C conſu.l.ii.lib xii. & in auten . quomodo opor,epiſco.in prin. & .C. de leg. & conſtitu.l i. Item lex principis eſt communis,& generalis. ſed ſtatutum non eſt generale : niſi in ciuitate illa,in qua eſt factum,vt.C de leg.& conſtitu.l.iii.vnde. lex cõmunis debet preualere.vt in auten.de non alienam .§. quia vero. ergo quia lex interpretationem recipit,multomagis ſtatuta ſunt interpretanda. Sit ergo concluſio , iſta ſtatuta Regia,& alia ſtatuta terrarum , recipiũnt intepretationem,ſubauditionem,& declarationem , ſi ambigua fuerint & obſcura:& trahuntur ad ſimilia, niſi eſſent contra leges,contra iuſtitiam,& æquitatem : quia tunc non ſunt amplianda,ſed reſtringenda.l.de quibus. ff. de leg. ita dicit Gandi vbi ſupra,& vide Alexand. conſi. lxxx.i. lib.& conſi.ccliiii.ii.lib.Franciſ.Are.conſi.xix. per Paul. de caſtro conſi.cccxlv.& Cepo.conſi.lxxii.& conſi.lxxx.

Statuta poſſunt interpretari.

Lex principis eſt communis & generalis.

Statuta regia & alia terrarũ recipiunt interpretationẽ & trahũtur ad ſimilia, niſi ſint cõtra leges.

20. *De deux defaulx en tout, ou lon ſouloit vſer de quatre.*

QV'en toutes matieres ciuiles & criminelles, ou lon auoit accouſtumé vſer de quatre defaulx, ſuffira d'en auoir deux bien & deuemẽt obtenuz par adiournementfaict a perſonne, ou a domicile: ſauf que les iuges ex officio en pourront ordonner vn troſieme, ſi leſdictz adiournemens n'ont eſté faictz a perſonne, & ilz voyent que la matiere y feuſt diſpoſee. *Arti.xxv.*

NOta ꝙ citationes debẽt fieri in criminalibus, ſicut in ciuilibus. Ná bonũ eſt argumẽtũ de ciuilibus ad crimina.l.abſentẽ.ff.de pœ.i.reſpõ.&.ff.de cuſt.reo.l.ii. §.vl.& Azo.in ſumma de accu.& Gand.in ſuo tract.maleſi.ti.vtrũ procurator in maleſi.inter. Adde ꝙ termin᷒abſenti aſsignatus nõ currit niſi à die notitie C. de excuſa.tuto l.quáquam & ſufficit notificari ad pſoná vel ad domũ & ibi not.& de lib. agn.l.i.§.i. Et ĩ textu ibi a pſone ou domicile not. p Bal.ĩ addi.Spe.tit.de poſ. & ad hanc ordinationẽ faciunt, quæ notat Barto. in dic. l. abſentem.in quæſtione principali, vbi dicit valere ſtatutum, vel conſuetudinem, quòd iudex condemnet, & procedat contra contumacem. quæ cõſuetudo viget in toto Regno Franciæ.& notat Aufre.in titu.de cõtuma. & de fectu.§.item aduerte, plura ſunt ſimilia ſtatuta, & conſuetudines in Italia, vnde dicit Ioan.Fab.in.l. cunctos populos.C.de ſumma tri.& fide catho.quòd in curia dominorum præpoſitorum conſeruatorũ priuilegiorũ Regiorũ Pariſi.& Aurelianen.eſt cõſuetudo.quòd procedatur ad diffinitiuam in contumaciam partis etiam lite non conteſtata, quod videtur iuterlocutoria, quod intellige ſecũdũ Cepo.vero, in conſi.xli.col.vlt.ſi talis contumax debebat *Citationes debent fier in crim ina libus ſicut in ciuilibus*

condemnari ſecus ſi erat in via abſolutionis, quia ipſum contumacem non debet condẽnare, ſed abſoluere, & ſic debet intelligi ſtatutum, vel conſuetudo, & pro hoc allegat. c. veniens. extra de accuſa. notat Nico. boe. tit. de iuriſdi. om. iudi. §. xxi. Notat. Spec. titu. de accuſa. §. ſequitur in prin. ꝙ licet de conſuetudine pluriũ locorum abſens contumaciter pro confeſſo habetur, laudaret tamen in talibus, ꝙ prius teſtes reciperẽtur quàm aliquid diffiniretur argu. l. abſentem de accuſa. Idem notat in. §. ſequitur eo. titu. ver. ſed pone & ibi Io. And. In add. Pro cuius latiori declaratione quæro, an valeat tale ſtatutum, quòd contumax habeatur pro conuicto, & confeſſo. vt eſt in tota Italia, & vigebat olim in Francia, vt in ſtilo parlamenti titu. de defectu ſuper actione perſonali ver. Item aduerte & ibi Aufre. hodie ſecus per hec ſtatuta Regia, vt infra dicam. Iſtam quæſtionem format Specu. & ibi Ioan And. titu de accuſa. §. ſequitur. & ibi tenent, quòd tale ſtatutum, vel conſuetudo valet, & idem tenet Io. An. in c. veritatis de dolo. & contuma. & Bar. titu. de pace iur. firman. §. iniuria facit quod nota. in. l. gallus. §. & quid ſit tantũ. ff. de liber. & poſtu & pro hoc allegat gl. ordi. in. l. locorũ. C. de omni agro deſer. lib. xi. vbi dicit, quòd talis contumacia eſt ficta probatio, facit quod no. per Bar in. l. omnes. ff. de iuſti. & iure. in terminis videtur gloſſ. in. l. ii. §. ſenatus. ff de iure fiſci, quæ videtur velle, quòd contumax habeatur pro confeſſo. de iure bonus textus in. l. arrianus. eo. titu. Sed in cõtrariũ multum faciunt, ea quæ no. Ro in l. cornelia. ff. ad ſille. qui diſputans illum articulum, an per ſtatutũ poteſt induci, quòd per fugam inducatur vera probatio dicit, quòd de iure habemus vnam glo. ſingularem. iii. quæſtio. 1. in ſumma, quæ dicit, quòd propter contumaciam quis, non poteſt condemnari ad mortem quam gloſ. Bal in. l. data opera ſolebat dicere quòd alibi non reperiebatur. Si ergo contumacia vera non poteſt facere, quod quis condemnetur ad mortem, quomodo ergo iſta confeſsio ficta reſultans ex tali contumacia, operabitur hoc quod quis poſsit decapitari? quando ſtatutum dicit in criminalibus, quod contu

Sẽtentia fertur cõtra cõtumacẽ qui nõ eſt in via abſolutiõis.

Contumax an habeatur pro conuicto.

Contumax nõ debet cõdemnari ad mortem.

contumax habeatur pro confeſſo, cum non poſsit plus fictio, quám veritas vt no. in. l. ſi is qui pro emptore. ff de vſur. non obſtant illa iura, quæ ſunt allegata pro illa parte, quod contumax habeatur pro confeſſo: quia vt dicit Ange. in dict. l. locorum hoc non eſt regulariter, ſed ſolum in caſibus expreſsis. Ideo Roma. in. dic. l. lege cornelia concludebat non valere ſtatutum in criminalibus, quod per fugam inducatur vera probatio: quia illa fuga, qua eſt abſens, inducit contumaciam: & propter contumaciam quis non poteſt puniri capitaliter: & ideo in caſu iſto erit caſus expreſſus in iure ciuili, poſtquam ſtatutum hoc expreſſe dicit. & ſic militabit doctrina Angeli in dic. l. locorum ad illam glo. ſingularem. iij quæſtio. i. Reſponde. vt pulchrè dicit Imo. in. c. ii. de maiori. & obedien. vbi late examinat materiam illius gloſ. in illo articulo cum dicitur. qui non obedit principi, morte moriatur, ideo bonum eſſet addere huic ſtatuto, quod abſens cõtumax haberetur pro cõuicto & cõfeſ. vt in Italia Sed aduertendum eſt quod licet contumax, ex fictione ſtatutorum, habeatur pro confeſſo, tamen requiritur declaratoria. vt eſt textus, & ibi Bar. in. l. eius qui delatoré. ff. de iure fiſci, & eſt textus cum glo. in. c. cũ ſecundum de hære. in. vi. & hoc etiam tenet Bal in. l. tranſigere in fine. C. de tranſac. & in l. iubemus. §. œconomus C. de ſacroſan. eccle. vbi plene, & in vſi feudo quibus modis feudum amitta c. i. & in. c. i. de feud. ſine culpa non amitten, Anto. de bu. in c. cum dilecti. extra de dolo, & contuma. in. vii. col. ibi vltimo aduerte, ponderabat ibi eſſe bonũ textum ad hoc, dicens, quod aduertendum eſt ad illam glo, quæ dicit, quod Papa ibi illum reputauit contumacem ex quo habes iudicem debere eſſe cautum, quando procedit contra aliquem, vt contumacem, vt ante omnia eum reputet contumacem vel aliquid interloquatur, per quod oſtendat eum eſſe contumacem. vt ſic oſtendat ſibi de contumacia liquere: nam non ſufficit eum contumacem eſſe, niſi ſibi liqueat de contumacia allegat. l. hęc autem. Ibi non deffendi pupillũ conſtare debet liqueréque prætori. ff. quib. ex cauſ. in poſſe. ea. allegat Bar. in. l. iiii. ff.

Fictio plus non poteſt quam veritas.

Abſẽtia rei non ſufficit niſi liqueat iudici de cõtumacia.

ff.de dam.infect. ¶ Et ideo ſcias ꝙ ſtatutum pmittens bannitũ poſſe. impune occidi non cõprehendit bannitũ per contumaciã nec de illo intelligitur ſed ſolum de bãnitis ex veris probationibus delicti ita ſingulariter dicit Alex.in .l. omne delictum de re mili . allegat hoc voluiſſe Bal.& Ioã.de Imo.in.l ſi mora.ff.de ſoluto. ¶ Teneas tamẽ ꝙ licet dicta ſua cõtumacia hoc operetur, debet tamẽ in actis hoc prius apparere , antequã deueniatur ad cõdẽnationẽ.nã licet eſſet citatus , & ſtatutus terminus ad cõparendũ,& ipſe in veritate nõ cõparuit.ſi tamen hoc nõ apparet ex actis. vel quia notarius nondum ſcripſerat,vel nũcius nondũ fecerat relationẽ, tũc iudex nunquã deueniat ad cõdẽnationẽ, quoniã talis ſententia nõ valeret.argu.nota.in predic.l hęc autẽ.§.i.& in.l.multum.ff.pe condi.& demõſtra.Sit igitur multũ caut⁹ iudex,ꝙ ordinatè faciat proceſſum ſuũ. nã licet ex tali cõtumacia habeatur pro cõfeſ.& conuicto.Magna tamẽ eſt differentia inter verã & fictã cõfeſsionẽ:nã quãdo iudex habet reũ,qui ſponte cõfitetur , tunc etiã ex inordinato proceſſu ſecurè poteſt condẽnare.vt notat Bar. in.l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſto.reo tamẽ quãdo eſt ficta confeſio, nunquã ex tali cõfeſsione ficta poterit dãnari : niſi proceſſus fuerit rite & recte ordinatus,& formatus.& ſi fuerit cõdẽnatus talis ſentẽtia ex inordinato proceſſu , ipſo iure, nõ valet.Ita dicit ſingulariter Bal.in addi.ad Specu in titu,de accu § & nota.ꝙ accuſatio.ver.& nota ꝙ vbi libellus facit quod notat Bal.in.l.error.in fine.C. de iuris , & facti igno.& quod notat Bart.in dic.l.abſentẽ. Secundo dicta illa cõfeſsio habet aliũ effectum , nã licet vera probet vere delictum.vt dic.l ſi confeſſus . & in.l.i. &.iii. ff. de confeſ.&.l.inde neratius.ff.ad.l.aquil.tamen ficta cõfeſsio nunquã probat vere delictũ:ex quo ſequitur, ꝙ ſi vnus notarius damnatus ſit de falſo ex confeſsione vera, vel conuictus,quòd nunquam poterit amplius inſtrumẽta,conficere:vt in auten,de tabel.§.fina . & notat Bar.in l.eadem §.i.ff ad.l.Iul.repe . & tamen ſi eſt dãnatus propter contumaciam non perdit inſtrumentorũ confectionem.Ita notabiliter dicit Bar.in.l.ſi ideo in princi.ff. de edili.

Confesio vera multum differt a ficta.

Confeſsio ficta non vere probat delictum.

Notarius conuictus

edili.& Bal.in.l.tranſigere circa mediũ.C.de tranſac. magis enim propter contumaciam & abſentiam ſuam dicitur eſſe lata ſententia,quàm quod maleficiũ commiſerit. vt.l.qui repudiantis in fine.ff.de in offi.teſt. habet & tertiũ effectum.nam licet ſententia lata contra vere,& ſponte confitentem,& conuictum faciat illum inhabilem, & infamem quoad omnes.vt dic.l. ſi confeſſus.ff. de cuſto. reo.&.l.quoniam.ff.de his qui notan.infa. tamen quãdo eſt lata in contumaciam, & ſic ex ficta confeſsione talis ſententia non facit fidem, nec condemnatio præiudicat,nec ipſum inhabilitat:niſi quoad illã perſonã,ad cuius inſtantiã fuit dãnatus.Ita ſingulariter dicit Bart. in.l. eius qui delatoré in fine.ff.de iure fiſci per caſum in. l.ii. §.fina.ff.eo.dicit tamen Bar,conſi.xcvj.incipiente domino Cy.de bononia, qnòd licet contumax haberi debeat pro confeſſo,tamen quando iudici conſtaret ipſum non eſſe culpabilem,quòd debeat abſoluere,& non condemnare.& vide in conſi.ſuo.cii qui ponit ſtãte ſtatuto prædicto,an iudex poſsit recipere informationes quoad abſolutionem,vel condemnationem,de quo per Angel. in trac.ſuo malefi & addi.ibi in gl qui Dominus iudex. Ité eſt notandum in verbo,ex officio, quòd iudicis officium eſt triplex ſecundum Bal.in ſua practica titu. de officio iudicis,vbi late loquitur.primũ quod principaliter intétatur,& per hoc reſtitutiones petũtur.ff.de mino.l.quod ſi minor §.fina.& ſalaria conſtituuntur aduocatis,vt no. ff.de va.& extraor.cogni.l i.i.reſpõ.&.C.de ſuffra.l,vnica.aliud eſt quod inheret arbitrariis actiõibus,& hoc perit per eum & actione perſonali.ff.de eo quod certo loco.l.centũ capuę.&.l.fin.Aliud quod inheret actionibus bonæ fidei.& hoc perit ſimiliter cum actione. vt.ff.de actio.emp.l.qui per colluſionem,& de vſuris.l in bonæ fidei.quandoque tamen non perit.vt nota.ff.de aqua plu. arcen.l.i.in glo.damnum facit.& de re iudi.l.proculus.i. reſpon.& prædicta notan.C.depo.l.iiij.Alii dicunt officium iudicis duplex in genere, ſcilicet nobile, quod ab aliquibus merum appellatur,& mercenarium. differentia autem eſt inter vtrũque,quia officium nobile, eſt il-

de falſo non poterit inſtrumentũ recipere ſecus ſi ficte confeſſus.

Sẽtẽtia ĩ cõuictum,aut ſpõte cõfeſſum inhabilem,& infamẽ reddit.

Contumax quandoqne venit abſoluendus.

Iudicis officium eſt triplex.

Iudicis officiũ duplex in genere.

lud quod per ſe ſubſiſtit nulli actioni, vel exceptioni deſeruiens. vel adherens, ſed ſui ſolius nobilitate gaudens à cuius ſimilitudine, nomen traxit officium nobile. & de iſto loquitur textus noſtræ ordinationis. officium vero iudicis mercenarium eſt illud quod adheret actioni, vel exceptioni non potens ſtare per ſeipſum, vnde famulando deſeruit alij. ſicut mercenarij ideoque tali nomine appellantur: quia nomina debent eſſe conſonantia rebus, vt in. §. eſt & aliud inſti de actio. Officiū nobile eſt duplex, quoddam quod tendit, ad coadiuuāum. quoddam quod tendit ad impugnandum ius commune de primo ſunt ſupra exempla in primo membro, de ſecundo tendente ad impugnandum patet exemplum in reſtitutione in integrum per quam reſcinditur vel reſcindi poſtulatur contractus ſententia vel preſcriptio aliàs de iure valida, vt patet in titulo de minoribus, &. ff. ex quibus cauſis maio & C. ſi aduerſus venditionem cum titulis ſequētibus: & notatur in. l. in cauſę. ff. de mino. de officio mercenario exēpla ſunt in fructibus intereſſe. ac litis expenſis, & cæteris occurrentibus, poſt libelli obiationé. vt in dic. l iiij. C. depo. lde quo per Inno. in. c. ii. extra de offi. iudi. & per Bar. in. l. i. ff. de iuriſdi omniū iudi per Spec. titu de offi. iudi. Ioan. Pe. de ferra. in forma libel. in actione reali, in gloſſ. quatenus ex officio veſtro. & dico, quod quando iudicis officium competit, debet miſericorditer implorari. glo. eſt ſingularis in rubrica de interroga. actio. & ibi de iudicis officio latiſsime, & ratio eſt talis, quia oportet, quod miſericordiam impetret, & obtineat, nec id quod vult, dicit ſibi deberi Sed iudex ex officio eius, gratia, & humanitate, vt ita dixerim miſericordiam debet facere actori, vt illud pręſtetur. vt dicit Bar. in dic. l. i. & licet miſericorditer dicatur debere impetrari, tamen ſi aliquādo petatur à iudice, & iudex denegat dare, videtur partem grauare ſecundum Bar. in dic. l. i. ſecus dicit ipſe ſi reſideret in mero iudicis arbitrio: quia tunc poſſet iudex denegare & tunc denegando non dicitur partem grauare, ſecundum eundem Bar. in dic. l. i. pro dicto Bar. videtur caſus in. l. videamus. §. i. & fina. ff. de in litem iur. quod nota,

Nomina debent eſſe cōſonantia rebus.

Iudicis officium mercenarium in quibus actionibus locum habet.

Iudex grauat partē ſi officiū ſuū mercenariū neget.

ta,ſingulariter,pro ſtatutis,vel legibus quæ aliqua remit tunt iudicis arbitrio.vt hic in textu noſtro, vnde ſi competit iudicis officiũ,& grauat partem ipſe iudex , poteſt appellari,& ſi iudicis officium denegatur.C. ſi ſæpius in integrum reſti.poſt.Cum ergo miſericorditer imploret actor officium iudicis non eſt opus libello.vt in.l.de ſub merſis.C.de naufra.lib.xi.Bal autem in dic. l.i. de iuriſdi.om.iudi.dicit,quod aut officiũ iudicis imploratur ad exceptionem cauſæ,vel petitur incidenter,& non requiritur libellus.Ita intelligitur glo.in dic.l.de ſubmerſis & glo.in rubri.de inter.actio . aut principaliter petitur , & requiritur libelli oblatio auten.offeratur.C.de litis conteſta.& de hac pulchra,& vtili materia vltra ſupradictos vide pulchre per Bal.in.l.iii.C.de pigno.& melius,& plenius per Do.Rapha.Fulg.in.l.nec quicquam.§.i. de offi. procon . & leg. vbi pulchra membra facit , ego reperio glo.in.l.ii.§.dies.quis ordo in poſ.ſer. quæ optime facit has differentias.Præterea nota ſecundum Bald.in dic.titu.de offi.iudi.quod officium iudicis non eſt actio.vt nota.ff.de dam.infec.l.inquilinus,licet large actio valeat appellari , & quod iudicis officium non ſit actio patet . ff. de admi.tuto.l.quoties.§. item plerumque ſed eſt quoddam ius extraordinarium.vt not.ff.de nata.reſtitu.in rubri.C de ſuffra.l.vnica.&.ff.de adminiſtra tuto. l.i. &.ii. Et intentatur,quoties extra ordinem poſtulatur aliquid vt nota C.de liber.& eo.lib.l.i & penulti. & multis aliis caſibus quos ponit ibi Bal.& vide per Iaſo. in.§ ſupereſt in.xii,&.xiii.colla.inſtitu. actioni . vbi concludit , quod officium iudicis,& actio non ſunt idem.bene verum eſt, quod appellatione actionis large ſumpto vocabulo venit officium iudicis.l.actionis verbo.ff. de verbo . ſignificatio.& ponit tres differentias inter actionem, & officium iudicis,inter quas eſt iſta , quod licet per interpellationem extra iudicialem,in his quæ veniunt iure actionis conſtituatur pars in mora.vt eſt gloſſ.in.l. qui Romæ.§. cohæredes.ff.de verbo obliga.in gloſ.paruula . in verbo teſtato.& gloſſ.magna.in princi.in.l.vinum.ff. ſi cer.peta . tamen per interpellationem extra iudicialem factam parti,quando cõpetit ſolum officium iudicis,non conſti

tuitur

Iudicis officium nõ eſt actio,ſed quoddã ius extra ordinarium.

Actio differt ab officio iudicis.

tuitur pars in mora. vt eſt textus ſecundum Bar. ibi ſingularem in. l. cum poſtulaſſem ff. de dam. inſec. Nota tamé q vbi iudex viderit aliquid nõ eſſe faciédũ vel actoré nulliter agere tunc ex officio nemine petente poteſt repellere ne eluſorij ſint act' gl. eſt in c. i. de elec. ĩ. vi. ĩ ver. abſentia in fine quá, ſequitur Bald. in. l. exceptionem c. de proba. & Ang. in l. inter quos. §. aliena de damno inſec. & hoc probat glo. in. l. i. de officio aſſeſo. & in. l. i. vt quæ deſunt aduo. Et. l. qui eum §. ſi libertus ver. calumnioſe de bo. liber. Et. l. vbi pactum. C. de tranſac. Et videtur caſus in. l fina. in fine. C. vt nemo priua. & in. l. ſicut de ſac. paga. Inno. in. c. examinata de iudi. & c. i. ad finem de offi. vica. Spe. titu. de primo decreto. §. ſequitur verſi. quid ſi conſtat & hoc habet locum & ſi reus non opponat vel ſi non poſſet aliquam exceptionem opponere ex forma ſtatuti ex notatis elegáter p Inno. in. c. cum olim de céſi. ſequitur do. Ant. in. c. cũ dilectus de cõſti. & Bal. in rub. de manumiſ. dicés, q ſi reo ex forma cõſtitutionis denegetur defenſióis copia iudex ex proprio officio nulliter agenté repellit & pro hoc videtur caſus. ff. de peti. hære. l. plane & l. fina eo. ti. dicit præterea Bal p illá. glo. in dic. c i. de elec. in. vi. q iudex nemine poſtulãte poteſt quærere an legitime ſint perſone in auten offeratur. C. de litis conteſtata. in. l. quemadmodum ff. de iud. & in. l. quos prohibet. ff. de poſtu. quæ ſingulariter nota.

De deux defaulx en matiere criminelle, & du profit diceulx.

Art. xxvi. QVe es matieres criminelles par vertu du premier default donné ſur adiournement perſonnel ſera donné priſe de corps, & s'il y a deux defaulx, ſera dict que a faulte de pouuoir apprehender le deffaillant, il ſera adiourné a trois brefs iours, auec annotation & ſaiſine de ſes biens iuſqus a ce qu'il ayt obey.

Hic

HIc caſus videtur contrarius præcedenti, concordat tamen cum iure còmuni alias non, quia de iure communi non proceditur contra abſentem, niſi infra relegationem, ſupra relegationem non vt. l. abſentem. ff. de pœ ſed fit annotatio bonorum iure noſtro ſtatutario, & conſuetudinario, aliter fit vt ſupra, dictum eſt. & vide Aufre in ſtilo parlamenti titu. de contuma. & defect. §. item aduerte. præterea eſt aduertendum, quod abſens contumax non habetur pro conuicto & confeſſo hodie in hoc regno, vt hic patet, quia alias iſta ordinatio eſſet contraria, tali ſtatuto, & cõſuetudini, qua cauetur, vt bona abſentis contumacis annotentur: & hanc ſume differentiam inter hunc caſum, & præcedẽtem, vt hic habeat locum, vbi plenè non conſtat de crimine contra abſentem quo caſu annotantur eius bona, & poſtea tribus edictis vocatur, hoc eſt tribus breuibus diebus iuxta textum. l. i. & . ii. C. & . ff. de requiren. reis. Ille vero habet locum vbi plenè conſtat de crimine quia tunc proceditur ad diffinitiuam modo, quo ſupra dictum eſt, quod nota quia difficiles ſunt iſti duo caſus, quare dicit Ioã Fab. in. dic. l. i. C. de requi. reis. quod vbi abſens non poteſt damnari, quia non plenè cõſtat. de crimine, tunc eius bona annotantur, poſt duo edicta, ſeu duos defectus, aliàs non fit annotatio bonorũ: & debet hic ordo ſeruari antequam perueniatur ad annotationẽ. Primo, quòd citetur duobus edictis, & poſteà eius bona annotẽtur, hoc eſt in ſcriptis redigantur, & de eis fiat inuẽtarium per curiam iuxta formam traditam in. l. ſi quis. C. de bonis proſcrip. Secũdo requiritur ꝙ de nouo citetur tribus edictis, quæ hic appellãtur tres breues dies. citatio iſtorũ trium breuium dierũ. qualiter fieri debeat, vide Guido. pa. q. ccccxxix. Alber. de gandi. titu quid ſit agendum reo abſente, dicit, ꝙ annotatio debet fieri hoc modo, quia iudex cum notario veniat ad domũ accuſati, & inquiret de bonis ipſius, & ipſa bona faciet deſcribi per ordinem, forma tradita, in dic. l. ſi quis. quæ bona ſic deſcripta debent collocari in aliquo tuto loco, vel perſonis idoneis aſsignari ☞ notat Spe. ti. de accu. §. ſequitur ver. ſed qualiter. ☜ Poſt hæc iterũ ille accuſatus debet vocari

Abſẽte reo non proceditur cõtra eũ, niſi infra relegationem.

Abſentis bona quando annotãtur.

citatio triũ breuiũ dierum quomodo fiat.

Annotatio

ſiſcátur,& illi' requiſiti leditur,& grauatur opinio apud bonos,& graues,non quidem efficitur infamis per ſententiam,nec ipſo facto.vt.ff.de his qui nótá.infa l.i.&,l. athletas.&.ff.de requi.reis.l.i.in fine Notat idem Spec. in dic.ti ver.cũ enim Itẽ,ita demũ cõfiſcátur illa bona,ſi à procuratore fiſci capiantur.vt ff.de requirẽ.reis.l.anni ſpatium.&.ff.de diuer.& tẽp.præſc.l.hodie de illis bonis in patria iuris ſcripti:aliter obſeruatur,quia ipſa bona dãnatorũ,ſeu proſcriptorũ cõſeruátur filiis,& aſcẽdẽtibus vſque ad tertiũ gradũ.vt in autẽ.vt nulli iudi.§.ſi colla. viii.vnde ſumpta eſt auten.bona dánatorũ.C.de bo.pro ſcrip.l.in omnib'. Sed quid ſi cõtumax nõ habeat bona, quæ poſsint annotari; Alber.de gand.in dic.ſuo ti.dicit. ꝙ contra eũ fortè indicetur mulcta,per illud edictum, ſi quis ius dicenti non obtempe.& proderit,quia licet ſit pauper,tamen ſi poſtea capiatur,luet pœnam in corpore ſuo vt ff.de pœ.l.ii.Notat Idẽ Spe.dic.ti.de ac.§.ſequitur ver.cũ enim & ver.ſequenti ꝙ no.Sed dicit Gádi hic,ꝙ de conſuetudine generali non ſeruatur contra contumaces,quod dicitur de annotatione bonorum,& quod accuſatus expectetur per annum:imò cum fuerit citatus ſolẽniter ponitur in bãno communis,& poteſtatis,& poſtea ſuper illa accuſatione,& banno condemnatur,& ita dicit obſeruari in lombardia Mar.& Tuſcia.& alibi per totam Italiam,vbi viget ſtatutum,de quo dictũ eſt in precedenti articulo ſcilicet quòd abſens cõtumax habetur pro conuicto,& confeſſo,quod non eſt in hoc regno,vt ex predictis patet,proceditur tamen contra abſentem contumacem ad diffinitiuã licet videatur quod lite non conteſtata non poſsit contra accuſatum ſentẽtia diffinitiua proferri:tamen contrarium eſt,quia quælibet poteſtas, & iudex poteſt ſuam iuriſdictionẽ pœnali iudicio defendere,vt.ff.quis ius dicen.non obtempe.l.i.& maxime ſecundum Accurſium,qui notat quòd etiam lite non conteſtata poteſt procedi contra abſentem ad comdemnationem,imponendo pœnam relegationis.& infra.vt.ff.de pœ.l.abſentem.C.de accuſa.l.abſentes vltra autem relegationem in abſentem pœna non infertur vt in legibus prædic.ff.de requiren reis.l ii.hoc enim bannum, quod fit

niſi infra annũ cõpareat.

Infamiam nõ irrogat annotatio bonorum.

Contumax habens bona mulctatur.

ſit de conſuetudine,& condemnatio,quæ ſubſequitur, loco pœnæ relegatiõis ſuccedit,cũ ipſæ pœnę hodie nõ ſunt in vſu. vt notat Accurſius ,quibus modis ius patriæ po.ſol.§.relegati inſti.& hoc dicit ſeruari de conſuetudi ne,quod eſt verum in illis locis,vbi viget tale ſtatutum Et aduerte etiam,quod iſta annotatio bonorum non habet locum hodie.niſi in bonis mobilibus ſecundum Bal. in.c.i.de pace tenenda,qui dicit Iaco,de bel viſu ita tenere,contrarium tamen ſeruatur de quo vide per Angel. in ſuo tract.malefi in verbo qui dominus iudex.ibi & te ne mente & addi:ibi Ioan.pe.de ferra.in forma inquiſi- verſi.vlterius quæritur,& per Iaco de bel.viſu in ſua practica titu.de fuga reo.ver & ſi tale crimen.

Annotatio habet locũ in bonis mobilibus tantum,

20. Le *ny qu'on ſouloit permettre aux defaillans aboly.*

EN toutes actions ciuiles,ou y aura deux defaulx,ſera par vertu du ſecond le defendeur debouté des de fences,& par meſme moyen permis au demandeur de verifiet ſa demande, & apres l'enqueſte faicte ſera la partie adiournée pour veoir produire lettres & til tres,& bailler contreditz ſi bon luy ſem ble,& prendre appoinctement en droict ſans ce qu'il ſoit neceſſaire ordonner que le defaillant ſoit adiournué pour bailler vn ny,

HIc aboletur ille vſus,quo adiornabatur reus ad vidẽ dam litem conteſtari,ſeu adiudicari vnum ny,poſt quam eeciderat à ſuis defenſionibus:quia ſatis eſt illum eſſe contumacem,propter cuius contumaciam procedi- tur

tur contra eum ad diffinitiuam, lite non conteſtata: cum quilibet iudex poſsit pœnali iudicio ſuam iuriſditionem defendere. vt dixi articulo præcedenti. & dicit Ioan. Pe. de ferra. in forma reſpon. rei glo. in termino, quód in pœnam contumaciæ in non reſpondendo libello, lis habetur pro conteſta. quod eſt prouiſum in quibuſdam locis per ſtatuta terrarum, & admittitur actor ad probandum, & verificandum facta ſua. Sed quæro quare citatur reus, vt hic dicitur poſtquam eſt contumax, cum hoc non ſeruetur in criminali? & bonum eſt argumentum de ciuilibus ad crimina. vt per. l. abſentem. ff. de pœnis. credo ꝙ iſta eſt ratio, quod in ciuilibus contumax litis dãno coercetur, & amplius non auditur in ſuis defenſionibus. l cõtumacia ff. de re. iudi. abſentia enim rei, Dei præſentia repletur l properãdum. §. cum autem C. de iudi. & infra articulo. xxvii. ſecus in criminalibus, quia contumax auditur ſuper crimine quandocumque redeat. vt in articulo præcedenti dictum eſt. Ange. tamen dicit in ſuo trac. maleſi in glo. qui iudex commiſit, quod de conſuetudine non auditur. Adde quòd non piget errorem noſtrum corrigere. c. qualiter. i. ex. de accuſatio. & vt dicit textus in auten. de nup. §. nos autem non enim erubeſcimus ſi quid in melius etiam horum quæ ipſi prius diximus adinueniamus. hoc ſancire & competentem prioribus correctionem imponere nec ab aliis expectare corrigi nam reus contumax citatur in criminali ad audiendam ſententiam, ſicut in ciuili, nam quod diſponitur in cauſa ciuili trahitur ad cauſas criminales: vt notat Tancredus de cor. alias Bal. in titu de ſtatutis quæſtio iiii. Et debet fieri iſta citatio in cauſa criminali quod niſi citatus infra talem terminum veniat ferretur ſententia condemnatoria contra ipſum gl habes. not in. l ſi apparitor C. de cohar. lib. xii. & ibi Barto idem dicit in ciuili vbi lite non conteſtata poteſt ferri ſententia, vt iure noſtro ſtatutario, vt contra contumacem fiat comminatio modo prædicto, aliàs non nocebit ſecundum eum ego dico, quòd iſte modus citandi optime probatur, in. c tum ex literis. ex. de in integrum reſtitu quod bene nota.

Pœna cõtumaciæ in nõ reſpondẽdo.

Cõtumax in ciuilibus litis damno coercetur.

Citatio in cauſa criminali cõtra contumacẽ ad audiendam ſententiam quomodo debet fieri.

Citatio in ciuili cõtra cõtumacem fit eodẽ modo quo in criminali.

Aduerte

Citatio bina ſufficit ad perẽptoriũ habẽdũ,

Adde quod ſecundum Spe. titu. de cita. §. viſo verſi. item iudex quod iſta comminatio ſi non comparuerit non eſt de ſubſtantia citatiõis tenet tamẽꝙ vbi quis eſt cõtumax poteſt contra eum ſine citatione procedi dic. §. verſi dicunt etiam quidam aliter tamen hic ſtatuitur. Aduerte inſuper, ꝙ ex forma huius ſtatuti ad peremptorium habendũ, ſufficit bina citatio, licet de iure trina requiratur, vel vna pro omnibꝰ cũ verbo perẽptoriè, vel equipollenter & olim requirebantur quatuor. vt arti. xxiiii. dicitur & requiritur illud perẽptoriũ ad actus infraſcriptos. Primo ad ſentẽtiã diffinitiuã. Secũdo ad mittẽdũ actorẽ in poſſeſsionẽ, etiã ex primo decreto. Tertio vt reus poſsit abſolui ab obſeruatiõe iudicij, id eſt ab inſtãtia l. ea quæ &. l. tres denũciatiões, &. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. &. l. properandum. §. ſi quid. C. de iudi. l. cũ ꝓponas, cũ auten. ibi poſita. C. de bo. auctoritate iudi. poſſi. Sed ad alia media cauſę quęlibet citatio dicitur peremptoria, puta, citatio ad videndum produci exceptiones, vel replicationes, vel inſtrumenta, vel capitula ad videndum iurare teſtes, vel publicari eos. vt. l. ſi quando. C. de teſti. & in c. ii. de teſti. & in auten. de teſti. § penul. & hoc tenet Egidius. vt refert Io. An. in c. conſuluit de offi. de leg & hoc ſentit Inno. in. c. ad petitionem. extra, de accuſa. & hoc tenet Barto. in. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & in. dic. l. conſentaneum, & in extra ad reprimendum ſuper verbo edicto Specu. tamen in titu. de dila §. videndum. poſt prĩcip. dicit, quòd non meminit ſe legiſſe, quòd quęlibet citatio à media cauſa dicatur peremptoria quod poteſt dici, quòd etiã requiratur citatio peremptoria ad alios actus paris, vel maioris preiudicii illis qui ſunt ſimpliciter expreſsi, puta ad interlocutoriam anaotationis bonorum in cauſa criminali. l. i. ff de requi. reis ad interlocutoriam quæ finitur officio iudicis, puta, quia pronunciauit ſe iudicem competentem, vel libellum eſſe ineptum.

Citatio à media cauſa poteſt dici peremptoria.

De ne donner ſentence par contumace, ſans preuue de la demande

Que

QVe au parauant que donner aucunes ſentences contre les defaillans contumax, & non comparens, le demandeur ſera tenu faire apparoir du contenu en ſa demande. *Artic. xxviii*

NOn enim ſufficit ſemiplenē probare, vt in miſsiōe in poſſeſsionem, vt. l. cum proponas. & auten. ei qui iurat. C. de bo. autori. iudi. poſsi. & c. quoniam frequenter. §. ſi vero. extra, vt lite non conteſta. de qua dictum eſt ſupra arti. xxii. ſed plenè debet conſtare iudici, antequam abſentem contumacem damnet. l. hæc autem. §. non defendi. ibi conſtare debet, liquereque pretori. ff. quib ex cauſis in poſſe. ea. Et ſic videtur quòd conſuetudo regni Frāciæ circa vtilitatem defectuum (cuius meminit Ioan. Fab. in. l. cunctos populos. C. de ſumma tri. & fide catho. hodie non habeat locum: quia de ſtilo curiarum ſecularium regni Franciæ contumax habebatur pro cōfeſſo, vt ſupra dixi articu. xxv. & dicebatur cōtumax dūtaxat poſt quatuor edicta, ſeu quatuor defectus: quæ conſuetudo viget per totam Italiam: cuius etiam meminit Nico. Boe. ti. de iuriſdi. omnium iudi. §. decimo nono. in conſue. Bitur. & pro vtilitate illorum defectuum, lucrabatur cauſam actor per. l. apparitor. C. de cohar. lib. xii. ſecūdum Ioan. Galli. in ſtilo parlamenti areſto. cxlv. & areſto. clxi. & Aufre. in ſtilo parlamenti titu. de defectu. ſuper actione perſonali in verſi. itē aduerte hodie ſecus, quia debet probari, quod petitur, alias iudex non damnabit reum abſentem, & contumacem: & hic eſt textus. Imo ipſum abſoluet, per textū in. l. actor. C. de proba. cū ſimilibus. vbi habes quòd actore non probante, reus debet abſolui [illegible] quia nec hodie debet iudex aliquem comdemnare niſi eum iuſte viderit condemnandum in auten. de iudi. §. oportet nota Specu. titu. de expenſis. §. nunc videndum ver. illud autem. [illegible] Adde quia hic agitur de probatione facienda quod regula vulgaris legiſtarum eſt, quòd confeſsio ſine cauſa facta parte preſente extra iudicium non valet ad obli-

Contumax nō debet cōdēnari, niſi probatio ſit plena.

Cōfeſſio facta extra iudiciū parte preſente inducit ſemiplenā probationem.

gandum, debet intelligi, ꝙ non valeat ad fidẽ plene probationis, tamen inducit ſemiplenã ſiue ſit facta interueniente ſcriptura, ſiue nõ. Et poteſt poni exẽplum quotidianũ ego dixi tibi da mihi illa decẽ, quæ debes tu dixiſti, verũ eſt, ſed expecta me per mẽſem, ſi enim probo per vnum teſtem verũ mutuũ, & ad cõfirmationẽ deduco illam confeſionẽ ſine cauſa, eãque probo per duos teſtes, obtinebo. Item illa confeſsio ſola ſuficit ad delationem iuramenti neceſſarii. l. inſtrumenta. C. de proba. Et hoc fuit de mente Marti. de fano & ſpecu. in ti. de confeſsio. §. nunc videndũ verſi. ſed quæ eſt ratio & do. Ant. ponit in. c. ſi cautio. de fide inſtru. pro quibus allego. duas gloſ. vnam in. l. ii. §. eiuſdẽ. ff. de teſti. aliam in. l. fina. C. de conue. fiſci debi. lib. x. Aduerte ꝙ licet cõfeſsio facta parte abſente nõ plene probet, vt in. l. certũ. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & l. fin. ff. de interrog. actio. probat tamen ſemiplene ſecundũ Bar. in. l. admonendi. ff. de iureiur. & Spe. titu. de confeſ. §. nunc videndũ ver. ſed nũquid & ita debet intelligi quod dicit Ioannes And. in additionibus Spe. titu. de inſtru. edi. §. nunc videndum ver. regulariter vbi dicit ꝙ cõfeſio extra iudiciũ ſine cauſa non præiudicat & Bal. in dic. addi. titu de confeſ. ver. confeſsio fallit in ſolutione nã confeſsio ſolutionis facta in aduerſarii abſentia probat licet non probet obligationẽ l. aurelius. §. fina. ff. de libe. lega. niſi fiat in iudicio aduerſario citato quia tunc iudex ſuppletlocũ abſentis. C. de appel. l. ampliorẽ. §. i. & niſi illa confeſsio ſit in libello inſerta ita dicit Bal in dic. ver. cõfeſsio Bar. ĩ l. cũ precũ. C. de lib. cauſ. multos alios caſus in quibus valet confeſsio parte abſente ponit feli, In c. olim de reſcrip. notat Hypp. ſing. 207. Præterea nota ꝙ ſi apparet iſtrumẽtũ in quo mutuo tibi cẽtũ quæ dico habuiſſe depoſita à titio & poſito ꝙ ille titius eſſet abſens an poſtea ille titius veniens ex tali inſtrumẽto habeat fundatã intentionẽ ſuã cõtra illũ depoſitarium qui aſſeruit pecuniã eſſe titii quilibet diceret quod nõ quia res inter alios acta. &c. Et ita etiã quia confeſsio facta abſente parte nõ probat. l. certũ. §. ſi quis abſente. ff. de cõfeſ. in cõtrariũ eſt caſus ſingularis de quo ibi exclamat Bal. in. l. deſideriũ. C. depo. quẽ Bar. not. in. l. admonẽdi. ff. de iureiur. Tertio no. ꝙ lz cõfeſsio prętex

confeſſio ſola parte præſente ſufficit ad delationẽ iuramenti neceſſarii.

Cõfeſsio facta abſente parte, aliquando probat,

Cõfeſsio li- ... ſit

ſu erroris non poſsit reuocari poſt ſenten diffi. vt in.ca. fi.de cõfeſ.& in.l.error.C.de iur.& fac.igno. tamẽ reuocari poteſt preceptũ ꝑ iudicẽ factũ de ſatiſfaciendo poſt cõfeſsionẽ,præceptũ ergo factũ ꝑ iudicẽ poſt cõfeſsionẽ ante litẽ cõſtatã nõ habet vim diffinitiuæ. iſtud dicit gl. fi.valde not. iũcta theorica do.Ab.ibi.in.c.ex parte.i. ex. de ver.ſigni.ibi & adhuc poteſt allegare errorẽ ſuũ.hoc etiã not.Bar.in l.nõ fatetur.ff.de cõfeſ. quod tamen limitat niſi præceptũ fuiſſet cũ cauſæ cognitiõe,vtputa quia fuiſſet datus terminus ad allegãdũ,quia tũc cõfeſio non differret mandati executionẽ argu.in.l.penul ff. eo.titu. Adde de iſto præcepto per Io.And.in addi.ad Spe. titulo de ſententia .§ i. verſi .eſt quoque vbi ponit quæſtionem ſolemniter diſputatam vt ipſe refert, an præceptũ quod ad meã petitionẽ fecit iudex titio vicino meo, ne procederet in quodã opere per eũ inchoato,donec videretur,an id de iure facere poſſit,ad petitionẽ titij,ſtatim tolli debeat,& ſoluit,ꝙ ſicut factũ ſine cauſe cognitione fuerit,ſic etiã erat reuocandũ de reg.iur , nihil tam naturale ex eo.tit.c.i. tamẽ quãdo periculũ eſt in mora. iudices frequenter à pręcepto incipiũt,&poſtea illud iuſtificant per examinationẽ cauſe vt no. in.l.de pupillo.§. meminiſſe.ff.de no.ope.nũcia.& tenet Io. And . In dic. ver,ꝙ vbi periculũ eſt in mora . ne partes veniant ad arma,ꝙ iudex poteſt facere præceptum ſine alia cauſę cognitione,licet poſtea ceſſante periculo debeat reuocari, quare Dy.dicit in.l.filius ĩ.§.diui quẽ ibi Bald. refert,& ſequitur ꝙ ſi iudex facit aliquẽ citari corã ſe,& ſibi mandat.ꝙ iuret obedire ſuis pręceptis,ſi iſte nõ obtemperat, nõ eſt cõtumax quia eſt nudũ ſine cauſa argu.de leg. iii. l.pater.§.iuſſu &.l lucius & dicit Bal in dic.§.diui quòd preceptũ dicitur nudũ quod in ſe iuris remedia non includit in.l.quoties.C.de fideicõ. dicens ꝙ paria ſunt eſſe nudũ,& redire ex poſt facto ad nudũ,& ibi ſubdit,ꝙ pręceptũ minori factũ de nõ , alienãdo donec eſt in minori etate eſt veſtitum per.l ii. ff.pro emp. idem ſi fiat eccleſiæ per textum in autenti.de alie . & emphi . ſanctiſsimas dicens ꝙ cauſa legitima erit,ſi perſona ſit aliàs alienari prohibita & dicitur etiã ſubeſſe cauſã ſi ſit perſona

reuocari poſt ſententiam, poteſt tamẽ præceptum de ſatiſfaciendo. Præceptum factũ per iudicẽ poſt cõfeſsionẽ ante litẽ conteſtatã nõ habet vim diffinitiuæ.

cuius fauore fiat prohibitio aliàs dicitur nudum & ſine cauſa l. peto. §. fratre. ff. de leg. ii. dicitque ꝙ ſuficit, & tacita cauſa, ex coniectura ad validum præceptum, ſicut expreſſa, dicitur etiam nudum quando eſt contra legem arg. de leg. i. l. ſi quis. §. fina. nec præter legem per dic. §. diui. Et. l. cerdoné de oper. liber. quia requiritur ꝙ præceptum ſit lege validum & non ſit contra ius. Et ideo ad tollendum omne grauamen, quod poſſet pretendere per huiuſmodi precepta, quæ incipiunt à precepto ãte litem conteſtatam, & cauſa non cognita, debent iuſtificari per clauſulam ſi ſenſerit ſe grauatum compareat recepturus iuſticie complementum ſecundum Bal. in. l. iuriſgentiũ §. ſi paciſcar. ff. de pac. vbi Bart. & in dic. §. meminiſſe ꝙ quidem præceptum iuſtificatum. ſi ſit inualidum reſoluitur in comminationem, ſi vero ſit validum eo comparente reſoluitur in citationem ſecundum Innoc. in. c. tua de coha. cle. & in c. ex parte de verb. ſigni. & Bart. in dic. §. meminiſſe & Io. Fab. in. §. omnium inſti. de pœna temere litig. ſi vero non compareat, tunc mandatum ſtat firmum & nihil poteſt iudici imputari quia mãdatum fuit iuſtificatum. l. ea quidé. C ſi mancip. ita fuerit alie: ſecundum Bal. in rub. C. commi. vel epiſto. Et vide Ioan. And. in addi. Spec. §. i. ver. non eſt etiam omittẽdum & ſi non apponitur talis clauſula tale mandatum non tenet per nota. In dic. c. tua & in. l. i. cómi. vel epiſto. & per Inno. in. c. cũ veniſſét de in integ. reſti. tamé dicit Bar. in. l. i. de rela. quòd ſi iudex faciat mandatum quòd nó valeat, & pars taceat & non proclamet, mandatur executioni conſulens quòd ſtatim fiat proclamatio & contradictio & in actis ſcribatur. l. fina. C. quod cum eo Inno. in. c. cum cauſam de teſti. & facit. l. i. C. de poſtu. licet Bal. dixerit in addi. ad Spe. titu. de citatióe ver. inhibitio quòd mandatum iuſtificatum quod factum neceſſario grauat puta tradas poſſeſſionem nõ valet, etiam ſi dicatur ſi ſenſeris te grauatum & dicit idem Bal. in. l peremptorium. ff. de iudi. licet preceptum iudicis poſsit iuſtificari, per hanc clauſulam ſi ſenſeris te grauatum. Et. c. eſt verum niſi citatio ſit nulla, ipſo iure, quia tũc non poteſt iuſtificari arg. l. quedam mulier

Mãdato iudicis inualido debet ſtatim pars reclamare.

mulier.ff.fa.her. Et det eſta tute.l.iure noſtro & talia pręcepta iuſtificata parte comparente habent vim ſimplicis citationis per glo ſingularem in.c.ex parte de ver. ſigni. notat late paris de pu.in ſuo tract.ſindi.in verbo quia ſepe. ¶ Quarto nota quòd confesio extra iudicialis qua ego confiteor dominiũ rei meæ eſſe ſuum nonpræiudicat mihi l cui falſa.C.de iur.& fac igno. ſed ſi eſſet facta in iudicio eſt ſecus licet ſit facta ſine cauſa.ita notat Bar. per illum textum.in.l.rura.C de omni.agro.deſer lib.xi. quia propter colorẽ iudicii omnis diſpoſitio fortificatur vltra ſuam naturam.vt.l cum oſtendimus.§.fina. ff. de ſideiuſſo.tuto.& ad hoc allegant ſcribentes dic. l.& l i. in prin.ff.de verb oblig. Quinto nota quòd in cauſis breuioribus probatio per vnũ teſtem idoneũ intelligitur plena eſſe probatio & ſic non eſt neceſſariũ deuenire ad iuramentũ neceſſariũ & ſimiliter fama videtur habere vim plene probationis.l.vbi.C.de iur do.& hæc regula videtur eſſe de mente Bar.in.l.de minore.§.tormenta. ff. de quæſtio & do. Anto.de Butri.in.c.veniens de teſti. Sexto nota quòd in poſſeſſoriis videtur agi de leui præiudicio & ideo probatio per famam vel per vnum teſtem videtur habere vim plene probationis Bar.in.l.i.C.quo bono, & in.l.i.in fine.C.vbi in rem actio. Et ſic non eſt neceſſe deuenire ad iuramentum neceſſarium licet Barto.videatur ſentire contra in l.admonendi.ff.de iureiuran.in vltima charta. & extrauaganti ad reprimendum in verbo ſummariæ. ¶ Nota vnum ſingulare ad intellectum l. manifeſte turpitudinis.ff.de iureiur. quòd illa lex non habet locũ vbi non eſt aliquid probatũ vel præſumptũ pro actore ita ꝙ non poteſt cogere reũ vt iuret vel iuramẽtũ referat ſi nihil eſt per ſe probatũ vel preſumptũ niſi in caſibus in quibus lex defert iuramentũ reo licet actor nihil probet vt.C.de his qui ad eccle.confu.l.fin.§. ſane quod dictũ Spe.in tit.de iureiur.eſt verum ſecundũ leges communis tamen ſtilus contrariũ ſemper obſeruat a quo non eſt recedendum.l.minime.ff.de leg.per textum in. l. generaliter.§.ſinautem.C.de reb. cred. & iureiuran. & ita tenet Alexand.in dic.l. manifeſte nec enim habet locum

Probatio per vnũ teſtem idoneũ in breuioribus cauſis eſt plena.

Probatio per vnũ teſtem in poſſeſſoriis vel per famam videtur eſſe plena.

dic.l.manifeſte vbi elapſum eſt tempus iuris ita ꝙ poſt lapſum biennij non defertur iuramentũ ꝙ pecunia fuerit numerata.l.in contractibus.§ illo. C.de non nume.pecu. aduerte in hac materia ꝙ iuramentũ non eſt deferendum in ſupplementũ probationis quando ſemiplena probatio nõ probatur vere vel neceſſario ſed prꝫſumptiue vel quã do ipſa ſemiplena probatio eſt eliſa aliqua probatione in contrariũ ita dicit Bal.in.l.i.C.qui & aduer quos & hoc iuramentũ in ſupplementũ probationis non tãtum venit deferendũ vbi eſt ſemiplene probatũ, ſed etiã vbicũque actor habet pro ſe tales teſtes qui ſolũ præſumptionẽ idu cant vel aliquas cõiecturas propter quas iudex inducatur ad ſuſpicãdũ vel opinãdũ pro parte actoris ita dicit Bar. in.l.admonendi in v.col ver.poſt limitationẽ de iureiur. Nota ñ caſum in quo deffertur iuramẽtũ nulla præcedẽte ſemiplena ꝓbatiõe ſi eſt facta probatio, ꝙ ego mutuaui vbi pecuniã, nõ tamẽ eſt probata quãtitas, certe hoc caſu potero petere ꝙ mihi deferatur iuramẽtũ de quantitate,& ſtabitur in hoc iuramento meo,ita ſingu. dicit Ray.deforliuio ĩn.l.i ff.de in litẽ iurã quem refert & ſequitur Bar.cep.cautela ſua.ccx.incipiẽte aliquis mutuauit bi pro hoc dicto allegat nõnulla iura & dicit ꝙ Ray. de forliuio credit ꝙ iudex poſſit refrenare tale iuramentũ iuxta illud quod videtur ſibi veriſimile de quo vidie ibi latius per eũ & hoc dictũ etiã refert philippus decius cõſilio.cxlvj. vbi etiã dicit ꝙ hoc idem videtur voluiſſe Bar.cõcurrẽtibꝰ aliis cõiecturis in dic l.admonẽdi ver.q̃ro quid ſi teſtis.ff.de iureiur. pro quo dicit philippus ꝙ facit textus in.l.titius & in.l.creditor.ff.de actio.emp.& in.l.prædiis §.titio.ff.de leg.ii.Bar.Et alij in.l.fina. C. de eden. & quod notat Inno in ſimili in.c. cũ clamor ex. de teſti. ſcias tamẽ ꝙ tale iuramẽtũ in ſupplementũ probationis non defertur etiã ſtante ſemiplena,probatiõe quãdo veriſimiliter debent poſſe inueniri plures teſtes illius rei ita Not.dicit Bar.in.l.admonẽdi.ff.de iureiur.in ver. item hoc intellige verum & idem voluit Bal.in.l. in bone fidei.C.de rebus credi.& in repe.l.de quibus ff de legi pro quibus facit glo.not.in.c.ſtatutum in §. cum vero

in verbo ſaltem de reſcrip.in.vj.quæ dicit quòd ad iura mentum recurritur vbi aliàs fides fieri non poteſt quod nota. Aduerte præterea quod teſtis domeſticus nõ inducit præſumptioné vt ex eo.deferatur iuramétũ in ſupplementum probationis ſecũdũ Spe.poſt Iac.Bal.titu.de teſte.§.i.ver.qiud ſi teſtis domeſticus de hoc iuramento in ſupplementum vide infra arti.c.

Vray contumax ne ſera receu comme appellant.

QVe les vrays contumax ne ſeront receuz comme appellans,ainçoys quand par la deduction de leurs cauſes d'appel,& defences au contraire il appert que par vraye deſobeiſſance & contemnement de iuſtice,ilz n'ayent voulu comparoir, ſeront declarez non receuables comme appellans, & ordonné que la ſentence, dont a eſté appellé, ſortira ſon plain, & entier effect, & executée, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques. *Art.xxxii.*

HIc eſt vnus caſus,in quo non admittitur appellatio, & concordat cum iure ciuili.vt.l ex conſenſu.ff. de appella.&.l.poſt edictum.§.fina.ff.de iudi.&.l. properandum.§.ſinautem reus C.de iudi. licet regulariter poteſt in quacunque cauſa appellari. niſi ſpecialiter reperiatur prohibitũ,vnde in caſu non expreſſo in iure, ꝙ nõ poſſit appellari permiſſa intelligitur appellatio textus eſt in l.& in maioribus.C.de appel.Ita tenent gl.& Ange.in.l. qui rem.ff.de rei vendi.Hæc regula fallit in pluribus caſibus,quos vide per Fran.in ſuo aureo reperto,in ver. appellatio.

Appellarĩ poteſt ĩ quacũquecauſa niſi ſpecialiter reperiatur prohibitum.

pellatio.& per Bal.in conſi.cxl vol.i.& conſi.cccxxxvii i. eo.volu.Bar.ſoci.in ſuo tractatu fallen. regula. ccvi.per Lanfran.de Oriano in repe.c.quoniam contra.in ver.interlocutoriæ,& appellationes.ibi quæro, in quibus cauſis dicitur verus contumax?ſi duobus edictis, vel tribus, aut vno perẽptorio vocatus,noluerit venire,& cauſa ſua cõtumacia quæ Dei præſentia repletur.vt in.§. cũ autẽ. ſupra allegato fuerit terminata, ſecundum formã traditam art.xxvj.vt.ff.de re iudi.l.cõtumacia.cũ ibi.no. iunctis his quæ notantur.l.ab eo,&.l.ea quæ &. l. conſentaneum.C.quomodo,& quando iudex,& l.iii C.de his qui accuſa.non poſ.ad peremptorium autem peruenitur aliquando,ſolo edicto iudicis,vt ſi iudex citet partem,tũc illud edictum,ſeu illa citatio dicitur peremptoria,nec requirunt alia edicta,ſeu aliæ citationes ad peremptorium obtinendum,ſecundum glo.in dic.l,ab eo. quam ſequitur Bar.& doctores hic,vide in.l.ad peremptoriũ cũ quatuor ſequentibus.ff.de iudi. dicitur enim contumax non veniens ſpernere iudicem,vt,l.litigatoribus.ff.de recep. arbi.aliquis tamẽ contumax dicitur verus,aliquis fictus. verus contumax dicitur,quando inuẽtus perſonaliter dicit ſe nolle venire:ſi tamen lata cõtra eum ſententia veniat admittitur ad appellandum.vt not. in.l.i.&.l. diuus. ff.de in integ.reſti.nec eſt iterũ citandus, vt dicitur in.l. fina.eo.titu.fictus cõtumax dicitur,vt quia fuit citatus ad domum admittitur,tamen appellans, ſi veniat quã citius peruenerit ad eius noticiam.vt.l ii.§. fin.ff. quãdo appellandum ſit. In illo autem,qui eſt dubius,quia inuentus in perſona nihil dixit,reſtituitur ad appellandum iudice ſedente pro tribunali,vel infra tempus fatale.vt dic.l.diuus ff.de in integ.reſtitu.& cle.i de dolo,& contuma. de quo plenè per Bar.in dic.l.ex cõſenſu in.§.fina. & per.Cy.in dic.l.properandum.§.ſinautem,& per Guil.in Spe. titu. de contuma.§.i.verſi.& nota ſunt tamen opiniones quatuor de vero contumace,& de ficto totidem, an recipiatur appellans,vt no.per gl.in dic.cle. i. tamen ſecundum mentẽ huius textus, ille dicitur verus cõtumax, qui fuit inuentus,vel ad quẽ citationes peruenerunt. & iſta fuit

Contumax verus in quibus cauſis dicitur.

Contumax verus aut fictus quomodo dicitur.

tertia

tertia opinio de vero,& ficto cōtumace:licet prædi.glo. illam non approbet,neque Cy.in dic.l. properandum.§. ſi autem reus.& pro hac opinione facit quod nota . in dic.l.i.§.fina.ff.quando appellandū ſit. Adde quod actor miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ propter nimiam contumaciam lucratur ſibi fructus,& illos facit ſuos tex tus eſt ſingularitis in. l.fulcinius.ff.quib.ex cauſ. in poſſe.ea.& ibi vide Bar.& alios,& notatur in.c.cōtingit, de dolo.& contuma.& in.c.quoniam frequens .§. penult.vt lite non conteſta.& licet in cauſa ciuili non ſit locus remiſsioni tamen propter nimiam contumaciam reus remittitur textus eſt ſingularis ſecundum Bal.ibi in.l.conſentaneum.C.quomodo,& quando iudex refert:& ſequitur do.And.Barba.in repe.c.Raynaldus de teſta. Et poteſt judex propter nimiam contumaciam denegare contumaci audientiā in omni ſua cauſa . textus eſt vnicus & ſingularis in.l.ſed & ſi per prętorē.ff ex quib.cauſ.maio. in inte.reſtitu . de quo facit feſtum dic . Barba . in dic.c. Raynaldus,poteſt etiam iudex contumacem excommunicare ſingu.eſt gl.apud leges in.l.in actionibus. ff.de in litem iur.cum quælibet contumacia etiam minima ſit digna excómunicatione ſingularis eſt glo.in.c.ſi duo.xcvi. diſtinct.quam reputauit ſingu.do.Abb.in . c. ex parte.i. de verbo.ſignifi.poteſt etiam iudex facere dirui domum contumaci propter nimiam contumaciam. l. ſi is cū quo ff.communi diuidium. *Pena contumacie.*

Remede en cauſe d'appel,au contumax,s'sil y a doubte en la contumace,& il a apparence de bon droict.

ET s'il y auoit quelque doubte ſur la coutumace,& que l'appellant alle-gaſt aucunes deffences perēptoires, dont il feiſt promptement apparoir, a tout le moins ſommairement, luy ſera donné vn ſeul delay pour informer plai-nement *A arti.xxx.*

nement de ſeſdictes defences, tãt par lettres, que par teſmoings: & ſa partie au cõtraire a ſes deſpens, pour le tout rapporté, leur eſtre faict droict ſur la cauſe d'appel, ſans autre delay, ne forcluſion.

Contumax quandoque auditur appellans.

QVia contumax appellans dicit ſe inuentũ non fuiſſe, neque citationẽ ad eum perueniſſe, vtputa quia erat abſens, & ſic non eſſe verum cõtumacẽ. & ſuper hoc eſt dubium, quia non cõſtat iudici an citatio ad eũ peruenit. auditur allegãs defenſiones peremptorias. & iſta fuit ratio glo. quare ille non dicitur verus contumax, ad quẽ citatio poſtmodum peruenit. in c. i. de dolo. & contuma. & Cy. in. l properandum. §. ſinautem. C. de iudi. in. viii. quæſtione, ver. ſed quid, ſi citatus allegat? quia id iudicialiter non conſtat iudici, & ex præſumptione iudicamur, habemus illũ pro ficto contumace. Præterea eſt notandũ, quod triplex eſt ſpecies exceptionis, ſeu defenſionis: licet ſit differentia inter exceptionem, & defenſionem quã ponit glo. in. c. i. in verbo defenſionis. de litis cõteſta lib. vi. & Lanfran. de Oria in. c. quoniam contra in verb. exceptiones. quædam ſunt declinatoriæ iudicij. vt excipiendo, vos non eſtis competens iudex, & tu non potes eſſe procurator. & iſtæ debẽt opponi ante litem conteſtatam, aliàs fruſtra opponuntur, vt. l. fina. C. de excep. quod eſt verum, niſi fuerit orta illa exceptio poſt litem conteſtatã: quia túc opponi poterit. vt in. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi & in. l. ii. C. de conſor. eiuſdem litis & in. c. inſinuante. extra. de offic. deleg. & in. c. paſtoralis. de excep. quædam ſunt dilatoriæ ſolutionis, vt eſt pactum de non petendo vſque ad biennium. & iſtæ ſimiliter debent opponi ante litis conteſtationem. vt in. l. exceptionem. C. de proba. quædam ſunt peremptoriæ. vt eſt exceptio pacti, de non petendo, ſolutiõis, doli, mali, iuramẽti. de non agendo, vel accuſando, & iſtæ poſſunt opponi vſque

Exceptio differt à defenſione.
Exceptionũ diuiſio.

que ad ſententiam, dumtamen non ſit concluſum in cauſa. vt in. l. peremptorias. C ſenten reſcindi non poſſe, & dicuntur peremptoriæ quia intentionem agentis perimunt, poſt concluſionem in cauſa nihil poteſt allegari, & proponi. vt in. c. cum dilectus. extra, de fide inſtrumen. & dicitur eſſe concluſum. vbi partes renunciauerunt omnibus exceptionibus, & allegationibus facti, & iuris. Ita tenuit Inno. in. c. paſtoralis. extra, de cauſa poſſe. & propriè, & ibi Abb. & idem gloſſa. in. §. quia vero. in verbo. concluſerint in auten. de teſti. colla vii. quam ibi ſequitur Ang. ☞ Adde Spe. de renũ. & cõclu §. i ver. & ſcias vbi dicit, quod poſt concluſionem nulla admittitur exceptio vel allegatio facti, neque teſtis vel inſtrumentum niſi aliqua euidens ratio moueat iudicem vt in dic. c. paſtoralis &, niſi in exceptione excommunicationis vt ex. de excep. c. pia. lib. vi. & c. exceptionem & niſi iudex ex officio ſuo aliquid inquirat vel interroget ſuper iam actitatis & niſi aliquid iudicis negligentia ſit omiſſum vt ex. de teſtit. per tuas & niſi papa vel princeps per ſe de aliqua exceptione cognoſcit ſecũdum Inno. ex. de accu. c. ad petitionem poſt renunciationem etiam non poteſt aliquid fieri ſuper eo ſuper quo renunciatio facta eſt. C. de condi. inſer. l. penul. eo enim ipſo quod eſt allegationibus renunciatum intelligitur eſſe concluſum vbi autem ſolum eſſent publicatæ atteſtationes poſſet de nouo noua exceptio opponi & probari. Iſtud eſt dictum Baldi in l. legi officium. ff. de rei vendicatione. & in hoc tacite aſſentit Ange. & eſt ratio prædictorum, quia poſt publicationem atteſtationum prohibetur productio teſtium, timore ſubornationis in auten. qui ſemel. C. de proba. & in cle. fina. de teſti. cum autem nulli fuerint teſtes recepti, vel producti ſuper præſenti exceptiõe, nulla poteſt timeri ſubornatio. Ergo poſſunt produci ſecundum Lãfran. vbi ſupra. & glo. in. c. exceptionem extra, de excep. Nota in fine huius ordinationis, quod actor probat cõtra cõtumacem reum appellantem expenſis rei. ná contumax damno litis coerceri debet vt. l. contumacia. ff. pe re iudi. l properandum. §. ſinautem reus de iudi. C. Adde vnum

Cõcluſum in cauſa quando dicitur.

dictum

Citatio ad perſonam facta dicitur peremptoria. dictũ ſingulare. Inno, in. c. ad petitionem de accuſa. quod vbicunque fuit aliquis perſonaliter citatus ſiue reſponderit veniam ſiue nõ: illa citatio dicitur peremptoria, quod dictum videntur ſequi do. de Ro. deci. xciii. & Fran. cur. in. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex vbi dicit ſic cõſuluiſſe, ſed illud ſolet communiter reprobari in illo qui nihil reſpondet per dic. l. tres denũciationes. & l. contumacia. §. fina. ff. de re iudi. & in. c. conſuluit de of. deleg. notat Bar. in. l. ſi finita. §. iulianus. ff. de dam. infec. & Io. An. in addi. ſpecu. titu. de contuma §. i. ver. & nota. poſſet tamen ſaluari Inno. dictum ſuum reſtringendo ad illum qui præſens fuit. monitus à iudice in iudicio nam hæc monitio habet vim peremptorię citationis glo. *Citatus perſonaliter nõ eſt amplius citãdus pro illo actu.* in. l. ii. C. quomodo & quando iudex & in hoc eſt ſingularis & non eſt alibi ſecundum docto. dictum inno. communiter tenetur quod ipſe non eſt amplius citandus pro illo actu. & ſic illa citatio habet vim peremptorie, & cum Inno. concordat gloſſ. xxiiii. quæſt. iii. c. de illicita, & in. l. ex conſenſu. §. fina ff. de appell. & in l. penul. §. fina. ff. de in integ. reſtitu. quod bene nota.]

Sentences par contumace qui ſeront executoires nonobſtant l'appel.

Art. xxxi.

QVe les ſentences par cõtumace, dõnées apres la verificatiõ de la demãde, ſeront executoires nonobſtant l'appel, es cas eſquelz elles ſont executoires ſelon noz ordonnances, quand elles ſont données parties oyes.

Sententie multa executioni demãdari poſſunt. CAſus in quibus ſententiæ poſſunt executioni mãdari, nonobſtante appellatione, vide in ordina. Caro. viii. arti. xlviii. li. & lii. & Caro. xii. arti. lxxii. in aliis autem caſibus ſi fieret executio pendente appellatione, tanquam attentatum reuocaretur per iudicem appellatiõis, non

non expectato fine ipſius litis.& hoc ſiue ſit facta innouatio pendente appellatione interpoſita,ſiue ſit facta pendente appellatione interponēda.puta,quia executio ſit facta infra decem dies appellationis.textus eſt ſingularis in c.non ſolum de appella.lib.vi.& gl.in.l.vnica nil nouari appellatione pendente.ff ſecus eſt in attentatis,pendente appellatione interponenda ab interlocutoria:quia nō retractātur attentata,niſi ſecuta victoria appellatiōis ſecūdum Ange.in.l.per hác.C.de tempo.& repa.appella.Nā ſi fuiſſent attentata,pendente appellatione interpoſita ab interlocutoria cui appellationi detuliſſet iudex à quo nihil tunc poſſet innouari.& ideo idem eſſe dico de attēta to,pendente appellatione,interpoſita ab interlocutoria: quia cū iudex a quo detulerit appellationi,ligatæ ſunt ſibi manus.adeo quòd vlterius non poteſt procedere ſecūdum Ange.in dic.l.per hanc.vbi etiam iudex nō detulit appellatiōi ab interlocutoria.tūc poterit fieri innouatio, & attentata non reuocabuntur:niſi ſecuta victoria in appellatione talia geſta poſt appellationem legitimam ſunt nulla ipſo iure,licet ſint aliqua in opinione donec cognitum fuerit appellationem fore legitimam vt dicta decre.non ſolū vel donec fuerit exceptū de nullitate & probatur ad hunc finem & effectum, appellationem iuſtam fore,& licet dictum c.non ſolum dicit differendam attentatorum retractationem ad tempus iuſtificatę appellationis non per hoc negat interim ſuſpenſam iuriſdictionem,nec attentata permittit nec iuriſditionis ſuſpenſionem impedit ſed ſolū differt actum retractandi ad tempus,ex his infertur quòd ſi iudex appellatione interpoſita ex cauſa legitima proceſſit vſque ad ſententiam excluſiue,& ante ſententiam ſit deſerta appellatio, ſi aliqui actus ſubſtantiales preceſſerunt ad ſententiam non tenebit ſententia niſi illi iterentur ſi actus non ſubſtantiales prececeſſerint tenebit notat lapus allegatio.i.de quo aliquid dixi ſupra articu.x.circa finem.☙ & hoc eſt verum niſi inhibitio facta fuiſſet iudici à quo, per iudicem appellationis.nam tunc omnia attentata poſt inhibitionem ſtatim per viam attentati reuocarentur.caſus eſt in dic.c. non

Attētata pēdente ſententia interlocutoriaquādo retractātur.

Appellatione delata ligate ſunt manus iudicis.

Attentata poſt inhibitionem.

non ſolum. quia poſtquam cauſa eſt introducta coram ſuperiore nullus inferior ſe impedit. ex. de appel. c. vt noſtrum & quod ibi notat Inno. E debent per viam attentati reuocari, quia ſicut de facto attentata fuerant, ita etiam de facto reuocantur, ante omnia abſque vlla cauſæ cognitione. & notatur ſecundum Ange. in dic. l. per hanc. quod iudex à quo, tenetur deferre appellationi ab interlocutoria, vbi cauſa expreſſa in appellatione reputatur legitima, ſiue vera. vt eſt textus in. c. Romana. §. cum autem. de appella. lib. vi. hæc omnia dicta procedunt in appellatione ab actu iudiciali, ſecus autem in appellatione ab actu extraiudiciali. quia attentata pendente appellatione interpoſita non reuocantur per viam attentati, ſed expectatur finis victorie Ita dicit Inno. in c. cum inter canonicos extra, de elec. Certe. cum epiſcopus vellet eligere titium in archipresbyterum alicuius plebis, ſeius vadit ad epiſcopum, & dicit ei: Domine epiſcope ſentio voſ. velle eligere talem in archipresbiterum, non eligatis, quia eſt criminoſus, & ſi intenditis eligere, ex nunc appello. Si epiſcopus nonobſtante hac appellatióne procedat ad electionem, non reuocabitur electio, ſed expectabitur victoria litis: & ſic videtur vna differentia inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem. eſt & alia differentia inter huiuſmodi appellationes: quia vbi appellatur ab interlocutoria in iudicio, quicquid eſt attentatum poſt appellationem emiſſam recipiens cauſam, & ſi non recipiat articulum, ſuper quo eſt emiſſa appellatio reuocatur per viam attentati. ſecundum quod ſupra dixi, vel expectatur victoria cauſæ ſecundum diuerſitatem caſuum de quibus etiam ſupra dixi vbi autem appellatur ab actu extraiudiciali attentatum poſt appellationem decernés articulum ſuper quo emiſſa eſt appellatio retractatur ſolũ, & non aliud, licet reſpiciat cauſam principalem. Iſta eſt pulchra doctrina Inno. in. c. cum à nobis. extra de electione, quem ſequuntur cæteri doctores. pone exemplum cum iudex vellet recipere titiũ in teſtem, compareo, & dico. non recipiatis talem teſtem: quia eſt infamis, & appello. certe ſi poſt talem appellationem

Appellatio iudicialis differt ab extraiudiciali.

nem receptus ſit titius in teſtem, & etiam ſint recepti alij teſtes, reuocabuntur omnia dicta ipſorum teſtium per iudicem appellationis. ſed cum quis vellet eligere titium in archip. ego appello. Si eligatur titius poſt appellationem, & etiam ſeius: reuocabitur ſolum electio facta de titio non autem de ſeio. quòd dixi quando appellatur ab actu extraiudiciali non reuocari poſſe tunc attentata per viam attentati: fallit in duobus caſibus: Primus ſi appelletur coram iudice habente iuriſditionem, veluti ſi aliquis appellet á confimatore volente confirmare electum. Secundo fallit, ſi poſt appellationem partes ex communi conſenſu, eligant iudicem appellationis, nam attentata reuocabuntur per viam attentati ſecundum Inno. qui ita no. in dic. ca. cum inter canonicos. ſubiiciens, quòd ſi epiſcopus volens eligere aliquem, & ab eo appelletur, ſi electio facta eſt per eum nonobſtante appellatione valebit, nec poterit reuocari per viam attentati: quia licet epiſcopus ſit iudex ordinarius communiter, hoc non poſsit, tanquam iudex in iudicio, ſed proceſsit tanquam iudex extra iudicium. Conueniunt tamen appellatio, ab interlocutoria extrajudiciali, & iudiciali: quia in vtraque terminus appellandi eſt decem dierum, & debet in appellatione exprimi cauſa in ſcriptis. textus in. c. concertationi de appella, lib. vi. Ita dicii Lanfran in repe. c. quoniam contra. in verbo interlocutorie, & appellationes. Adde ad regulam quod nihil appellatione pendente eſt innouandum, ſed omnia debent in ſuo ſtatu permanere vt l vna. ff. nil. no. appel. penden. c. appellatione. ii quæſt. vj. & dic. c. non ſolum. Limita non habere locum, quando appellans eſt perſona ſuſpecta, vel fructus dilapidat. ſiue res ſit mobilis ſiue immobilis vel fructus ſequeſtrauit. l. ab executione. C. quorũ appel. non recip. iſtud voluit gl. in dic. c. appellatione & voluit Bal in. c. i. §. ſancimus, in titu. quo tẽpore miles inueſti. pete. debet. Dilapidare ſecundũ Bal. dicitur ibi ſi cõſumit in ſuos vſus cõuertendo, maxime prodigaliter viuendo Archi. vj. quæſt. i. quia res. Limita ſecundo prædictam regulá non habere locũ, quãdo appellatio eſt expreſsè iuri contraria. vt no. in. c. paſtoralis in nouel. de offi.

Appellatio propter receptionẽ teſtis infamis

Cauſa debet exprimi in ſcriptis in appellatione interlocutoria & extra iudicia.

Limitationes ad regulam quod nihil eſt appellatione pendente innouandum.

Dilapidare quis dicitur

offi.deleg.Bal.in dic.c.i.§.ſancimus.Limita .tertio , niſi appellatio eſſet friuola.c.cũ appellationibus friuolis.lib. vi.Limita quarto regulam eſſe verá , quoad partes ſecus quoad tertium.in prin.ſecundũ Bal.in.l.ſi quis filio.ff.de iniuſto rup.teſta.& hoc expreſsé voluit Gemi.in dic. ca. non ſolum,ſuper glo.fina.de appel.lib.vi.Limita quinto, regulam eſſe veram in eadem cauſa ſecus in diuerſa iſtud dicit do.Abb.in.c quia fruſtra de vſur.Limita ſexto præ dictam regulam & dicas eam procedere reſpectu iudicis & non reſpectu partis,ſecundum Inno.& Abb.in.c.dilecti,in ver.tertio oppono de excep.tamen de veritate huius dicti,vide Abb . Plenè ibi diſputantem hunc paſſum poſt Hoſtien.Adde etiam quòd innouatum in cauſa appellationis non reuocatur ſi extrinſecus aliquid ſit geſtum,quod in litis præiudicium non vergat , vt ſingulariter notatur in.l furti.§.i.ff.de fur.Item non reuocatur, quod legitime factum eſt ſecundum litis exigentiam. textus eſt vnicus in iure in.l.poſtquã.§.Imperator.ff. vt leg. no.caue. talia innouata nõ impediunt executionem.ff.de adminiſtra.tuto.l.chirographis.§.i.ff.vt in poſſe. leg.l.is cui.§.qui in poſſeſsione . Limita ſeptimo illam regulam quod lite pendente,&c.non habere locum in caſu.c. accuſatum de ſimo.& ibi Abb.in.ii.not.Limita octauò, ſi maritus carnalis copulæ habebat poſſeſsionem in matrimonio quod de iure non valebat,pendente lite poteſt prohiberi,ne inuicem rem agant,poſt litem cõteſtatã teſtium publicationem,ſeu probationes caſus eſt ſingu.ſecũdum do.Anto.de Butri.in.c.laudabilem ex.vt lite penden.refert & ſequitur Ludo.Ro.ſingu.411. Adde nouum caſum qnando res erat tempore peritura.ita not. dicunt domini de ro.in antiquis deci:ti de teſt.in ii.deci.vbi dicunt quòd non obſtante appellationis pendentia ſi aliqui ſunt teſtes abſuturi vel breui morituri qui cómode conueniri non poſſunt quòd poterunt tunc appellatione pendente per ipſum iudicem examinari,ne probatio pereat,quod dictum refer. & ſequitur Do.feli.in.c.quoniã frequenter vt lite.non conteſta. vbi ſubdit ꝙ pars petẽs examinationem non videtur appellationi renũciare

Innouatum quando non reuocatur.

Nota

Nota caſum in.c.inter de purg.cano.in quo lite pendente quis priuatur quaſi poſſeſsione beneficii,& officij.& intellige illum textum,quando accuſatus erat infamatus de ſimonia,vt in glo.nam per atrocitatem delicti concurrente infamia,fit ſuſpẽſio donec cauſa finiatur vt dic. c.inter.& idem dic.in alijs magnis criminibus concurrente infamia facit,quod not. Io.An in dic.c inter.& in.c.i. de accuſa.lib.vi Imo.& Abb.in.c.cum.M.in glo.fina.de conſtitu. Aduerte etiam quod idem operatur tempus datum ad appellandum quod ipſa appellatio ſing eſt gloſſ. ſecundum dy.in.c.ex iudiciorum in verbo ſententia ff. de accu.pro qua dico fore caſum meliorem de corpore iuris legiſtis incognitũ in.c.non ſolũ,de appel.lib.vi.ex hoc infero quod ſicut pendente appellatiõe nihil poteſt innouari dic l.vna nihil.no.appel.penden ita & intra tẽpus datũ ad appellandũ nihil poterit innouari licet adhuc appellatũ non ſit per gl in dic.l.ex iudiciorũ.& in dic.c. non ſolũ:& dicit Bal.in dic.c.venientes.ex.de iureiur.ꝙ infamis non eſt interim ipſe appellans.l.furti §.i.ff.de infami.nec deſinit eſſe ciuis Romanus vnde interim teſtari poterit vt.ff de iniuſto teſt l.ſi quis filio.§.hi autẽ omnes,& nota quod appellatio debet interponi infra decem dies,auten.hodie C.de appel.& c.concertationi,eo titu. lib.vi.nec partium pacto tale tẽpus prorogari poteſt.ſecundũ Bal.in dic.auten.hodie,& auten.ei qui.C.de tẽpo. appel.ſed per ſtatutũ vel cõſuetudinẽ bene poteſt prorogari per glo.ſingu.ſecundũ Bal.in l.ii C ſi contra ius vel vtil.publi.Tempus autẽ proſequende appellatiõis bene poteſt prorogari,ſecundũ eundem in l.fina.C.de tempo. appel.refert,& ſequitur Ludo.Ro.in ſua ſolenni repe.rubri.de arb vide Ange.Peru.in.l.ii.ff.de re iudi.& licet iudex deferat appellationi,nihilominus poteſt præcipere parti,ne attentet id propter quod appellauit,& ſic appellatio non tuetur appellantem,vt poſsit id facere propter quod appellauit.textus eſt iuncta ſua glo.in.c ex literis, in verbo diſtrictius de matri cõtrac.cõtra inter eccle.& de illo textu iuncta ſua glo.facit ibi feſtum do.Abb.hoc idem tenuit Io.An.in c.cum appellationibus friuolis de

Tempus ad appellandũ idem operatur quod ipſa appellatio.

Tempus x. dierũ datũ ad appellãdum pacto partiũ non poteſt prorogari ſed proſequẽde appellationis tempus ſic.

Iudex à quo poteſt omnia tẽdentia in faciliorẽ cauſe exitum.

exitum appellatiõis attẽtare nõ cognoſcẽdo de viribus appellationis. appel. li. vj. & ex præalleg. glo. colligit, ibi do. Ioan. And. iudicem à quo poſſe attentare omnia tendentia in facilio rem cauſæ exitum appellationis, nõ in cognoſcẽdo de viribus appellationis pro hoc eſt textus in. c, qua frõte de appel. & ibi do. Ab. Nota quòd ſi actor qui egit poſſeſſo rio vel petitorio appellauit à ſentẽtia diffinitiua vel interlocutoria lata in fauorẽ rei & appellatione pẽdẽte ſpoliauit reum poſſeſsione rei de qua erat quæſtio intelligitur renũciaſſe appellationi. Idem ſi iniuſtæ turbauit reum in poſſeſsione ſua, vt in. c. cũ teneamur, de appel. notat Mat. Math. ſing. 17. appellatione enim ſentẽtiæ venit diffinitiua glo. eſt quæ cõmuniter reputatur ſingularis, in. l. i. §. biduũ. ff. quãdo appel. ſit & glo. in. cle. i. de re iudi. & not. in. c cũ olim, de teſti. & in. c. cũ olĩ, de cauſa poſſe. & propriè. Nota etiam ꝙ licet in appellatiõe ab interlocutoria ſit neceſſaria cauſæ expreſsio fallit in appellatiõe à diffinitiua, fallit quãdo tertius pro ſuo intereſſe appellat, vt. l. à ſentẽtia, & ibi Bar ff. de appel, l. cũ ſup de re iud. nã tũc eſt neceſſaria cauſæ expreſsio etiam quando appellatur à diffinitiua, ſed quid ſi appellãs à diffinitiua expreſsit cauſam, ſed friuolã an propter hoc ſit nulla appel ipſo iure & dic ꝙ ſic. Iſtud eſt ſingulare dictum Ioan. An. in. c. cor di, in vlti. col. de appel lib. vj. Et mouetur quia cauſæ appoſitio licet non ſit neceſſe apponi, ſi tamen apponatur eſt falſa & vitiat contractum ergo ſimile in appellatione allegat notata in. c. fina. de condi. appo.

Appellans ſpolians reũ pẽdente appellatione intelligitur appellatiõi renunciaſſe

Tertius appellãs a diffinitiua debet exprimere ſua appellationis cauſam.

Contre les ſentences donnees par forcluſion n'y aura remede que par appel.

Art. xxxi i. ET quant aux ſentences donnees par forcluſion ne ſeront miſes au neant, mais ſe vuyderont les appellations, an bene vel male, par appellation verbal le, ou proces par eſcript ſelon ce que la matiere y ſera trouuee diſpoſee.

Et

ET iſta poteſt eſſe huius ordinationis ratio,quia repellitur modo obiiciés,quod áte obiicere potuit vel debuit,quia quod eſt.ei imputetur.C.de adul.l.quamuis in dubitati.non enim poſt tépus probationis vel ſentétiam prolatá quis admittitur.l poſt ré.ff.de re iudi.C. de fruc. & litiũ expen. l.terminato.perfectũ enim negociũ poſtea códitioné nõ capit.C.de do.quæ ſub modo l pfecta. quia lapſus terminus tacitá renunciationem inducit,ff.de acquiren.hære.l.quamdiu.in fine la.iii. & ita dicit Bal.in ſua practica ti.de ſtatutis in quadá quæſtione,quam facit de offendente exbannitum quæſtiõe octaua de iure ſuo poterat oſtendere in proceſſu arg.l.iii.§. fi. de rei vendi. &.l i.§ ſi quis argentum.ff.depo.ſecundum Bal.hic.Nota tamen,& bene intellige huuc articulum, quia aliàs dubitaui ꝙ omnis terminus à iure præfixus vel ab homine ad probandũ oppoſitiones vel ad opponédũ tantũ in cauſa principali,nõ refertur ad cauſam appellatióis,imo etiá concluſio facta in cauſa principali non habet nocere voléti opponere,& probare in cauſa appellationis,vt.l.eos. C.de appel.&.l.per hanc.C.de tempo.appel. cum ſimili. & hanc doctriná ponit Dy.in dic.l per hanc.&.Io. And. in.c.cú veniſſet,de teſta.& in c.cú dilectus,de fide íſtru. Spec. in titu.de inſtru.edi.§. nunc videamus in prin. & Bal.in auten.qui ſemel.C.de proba.notat Matth Matth. ſing.1 3 & ſic excluſio in cauſa principali de iure nõ nocet in cauſa appellationis & ita eſt intelligédũ hoc regiũ ſtatutũ cũ ſtatutũ eſt intepretandũ ſecundũ ius commune.cap.dilectus,de conſue.&.l.ii.C . de noxa.non tamen condemnatur in expenſis appellans vel appellatus ex nouis probationibus vel noua productione ſi ſtatim quod certus eſt quòd debet ſuccũbere ex illa noua probatione vel productione,renunciat liti & cauſæ aliàs ſic ſi expectaret finé ſententiæ arg.l.ſi quis inficiatus,& ibi Bar.ff. depo.& Clarius in.l.properandũ §.ſinautem. C. de iudi. ☞ Adde Spe.titu.de renũ.Et conclu.vbi dicit ꝙ renũciatio,vel cócluſio in cauſa principali facta non extenditur ad cauſam appellatióis,nec credũtur partes de hoc cogitaſſe ſi autem cogitaſſent . Et expreſſe dixiſſent nos

Negotiũ perfectũ conditionem non capit.

☞ renunciamus vel concludimus quod de cetero nec de iure nec de facto in cauſa principali vel appellationis aliquid dicemus talis renumtiatio bene preiudicaret. ☜

☞ *Vn ſeul delay pour informer, ou faire enqueſte.*

Ar. xxxiii.

QVe tous delays de prouuer, ou informer ſeronr peremptoires pour tout, ainſi que ſeront arbitrez par les iuges, tāt de noz cours ſouueraines que autres, ſelon la qualité des matieres, & diſtance des lieux, lors que les parties ſeront appoinctées a informer.

Dilatio probatoria de ſui natura eſt peremptoria.

FVndatur iſta practica ex notatis per Bar. & Ange. in l. fina. ff. de fe vbi dicunt, quòd omnis dilatio probatoria de ſui natura eſt peremptoria ☞ Spe. titu. de dila. §. videndum ver. item nota vbi dicit quod ſi data eſt dilatio partibus ad probandum, intelligitur peremptoria licet dictum non fuerit. ☜ pro inueſtigatione materię dilationum Quæro de pluribus, & primo quot dilationes debent dari ad probandum, Reſpondeo ſecundum Bar. Bal. Guil. & Ange. in l. fina. ff. de fer. quod de iure in cauſis ciuilibus non poſſunt dari, niſi duæ dilationes. In cauſa autem criminali dantur duæ accuſatori, & tres accuſato: Iſte eſt textus ad literam in dic l. finali. ff. de feriis. Et eſt aduertendum quòd in ciuilibus probato, & allegato impedimento, datur ſecunda & tertia dilatio: ſed in criminalibus dantur omnes dilationes, etiam nullo allegato impedimento, ſecundum Bart. & Bald. in dic. l. fina. aliter ſtatuitur hic & infra. Secundo quero, núquid in ciuilibus detur ſecunda dilatio, ſine cauſę cognitione; Dico, quòd non. imo nulla, etiam prima poteſt eſſe ſine cauſæ cognitione ſaltem modica, vt in. l. 1. & in. l à procedente. C. de dila. tamen vbi dilatio, nullā vel modicam

Dilationes ad probādū tā in ciuili quàm in criminali.

Dilatio videtur quot requiruntur.

cam requirit cauſæ cognitonem,& tractaretur de leuiſſimo præiudicio poſſet dari dilatio à iudice non ſedente, alias ſecus. Ita dicit Io de Imo.in.c.præterea.extra de dila. Adde Spe titu.de dila §.fina.ver.in ſumma nota,& præterea nota quod ſi iudex procedat contra aliquem quem ſciebat iuſte impeditum quia infirmus vel citatus ad maius tribunal proceſſus eſt nullus Barto.in.l.ii.ff.de cuſto. reo.& in l.queſitū & l.cōtra.§.qui minus ff.de re iud. ☞ Sed differentia eſt in dando primam dilationem in ciuilibus,& in dando ſecundam:nam datur prima dilatio cum leui cauſæ cognitione ſecunda requirit magnam cauſæ cognitionem vt in articulo ſequenti,& ibi dicetur. Et ideo tangendo textum noſtræ ordinationis quæro,quot requirūtur in pri͂a leui cauſæ cognitiōe,ad hoc vt iudex debeat dare primā dilationē? Ang.q meli⁹ ceteris dicit í hoc ar. dicit ꝙ tria copulatiuè req̄rūtur ad dādā primā dilationē Primo ꝙ conſideretur diſtantia loci.vt in.l.i.C. de dila. Secundo,quòd iudex aſpiciat an probatio releuet probantem,alias dilationem concedere non debet. vt in.l.ad probationē.C.de proba.pro quo eſt gl. ſingularis ſecundum Bal.ibi in.c.cum contingat.in verbo nihilominus extra de offic.deleg. Tertio quòd non petatur per euidentem calumniam. Item requiritur quòd petatur à parte dilatio,alias dari nō debet vt in dic.l.i.in verbo poſtulatum.C.de dila.vbi tamen vtraque pars eſſet præſens,poteſt iudex dare dilationem,etiam nemine petente. ſi autem altera pars eſſet abſens,tunc non poſſet dare ipſe iudex dilationem,niſi parte præſente & petente. Ita dicit Bal.in.l.vnica.vt quæ deſunt aduo vbi autem datur ſecunda dilatio,quæ requirantur,dicetur articulo ſequenti ☞ Adde.quod nihil probanti in primo termino non debet ſecunda dilatio dari niſi probato impedimento,notat Spe.titu.de proba § i.in prin.& Bal.in addi ad ipſum in dic.titu.& in titu.de dila.fallit in iudice, nam ſi ſtatutum imponit pœnas iudici non expedienti cauſam infra menſem ſi iudex ipſe non expedierit dictam cauſam infra menſem,lapſus termini nō excludit eum a cognitione & pronunciatione ipſius cauſę ita nota.di-

Dilatio ſecūda differt à prima.

Dilatio vt detur quot requirūtur.

Dilationem dat iudex partib⁹ præſentib⁹ etiā nō petētib⁹

cunt Iac.de are. Oldra. Bar.& Bal.in . l. properádum in prin. C. de iudi.& eſt textus & ibi Bal.in.l.fi.in fine.C. vt omnes cauſæ tam ciuiles quàm criminales. Illud eſt etiam ſingulariter attẽdendum, quod omnis dilatio quæ datur à lege, vel ab ſtatuto non recipit miniſterium iudicis, vt ſupra dixi:& eſt peremptoria. vt in.l. mancipiorũ. ff. de optio. leg. & in.l. peremptorias. C. ſenten. reſcindi non poſſe. Iſtud eſt dictum ſingulare Ang.in.l.fina.ff de feriis. exẽplum eſt in appellatione. nã lex dat decem dies ad adpellandũ : ideo nõ poterit elapſis decẽ diebus alius terminus aſsignari. Nota præterea ꝙ terminus de partium cõſenſu præfixus habet vim peremptorii niſi nouum & inexcogitatũ emergat impedimẽtũ. vt notat Spe. titu. de ſententia. §. nunc videndũ ver. Illud autem & ibi Bal.in addi.in rubrica de dila. Eſt quoque hoc dictũ ſingulare,& mente tenendũ, videlicet ſi quis probauerit intentionem ſuam per teſtes, vel excómunicatíonem, vel aliud ſimile:& perdiderit acta, etiam ſi caſum probaret, nulla eſt amplius danda dilatio. Ita ſingulariter inquit Inno.in.c. prudentiam extra, de offi. deleg. Item dico, ꝙ ſi per iudicem vel ſtatutum præfixus ſit certus terminus, puta decem dierum probandi,& probatũ habendi, quòd hæc dilatio, non porrigitur ad probationem fiendã per teſtes. qui ſunt ĩ remotis partibꝰ: maxime quia impoſsibilitas, vel abſurditas non dicitur in lege, vel diſpoſitione comprehendi argu.in l fina.ff.ad exhiben.& in. l. filiusfamilias apud Marcellum verſi. abſurdum. ff. de leg.i.&.l. fina.ff. quę ſenten. ſine appella. reſcin.& in.l. cum iure C. qui petant tuto.&.in.c. quanto extra, de iureiu. notat practicus Papien. in forma produc. inſtru. in verbo in termino Quare dicit Bal. notabiliter in.l. ſi cum ipſe.ff. de excu. tuto quòd ſi ſtatutum ſit in ciuitate, quòd infra tres menſes cauſa decidatur,& aduerſarius cauſa teſtium producendorum exiſtentium in longinquis partibus petierit dilationem quæ vltra tres menſes extendatur quòd nihilominus poterit iudex teſtes examinatos ſuſcipere, & de cauſa cognoſcere etiam poſt tres menſes. Tamen ſi iudex dubitat, an pars malitioſe petat hanc dilationem

Dilatio non eſt danda propter perditionem actorum.

Iudex vltra tempus ſuæ iuriſditiõis aliquando cognoſcit.

tionem ſcilicet cauſa prorogandi litem: poteſt ſup hoc iuramentum exigere cum materia dãdarum dilationum ſit amputanda ita notat Specu.titul.de dilatio.§.i.in prin adhuc ſtat vna difficultas an iſta prima dilatio que datur ad probandum ſit communis vtrique parti. Ita quòd poſt eam non audiatur reus ſi nihil fecerat in prima illa dilatione Spec videtur tenere quòd ſic in.§.i.in prin. de proba.& ibi Io.And.in addi.Et faciunt leges.ff.eo.tit.l.quidã & C.ad.l,cor.de fal.lege vbi.Et de abo.lege fallaciter ſi id in criminibus fortius in ciuilibus & facit ca.licet de probatio.Et ca.cum cauſam de teſti. ſed contrarium videtur notare idem Spe.dic.titu. §. probare ver. ſed vbi vterque,vbi dicit.quòd teſtes actoris prius debent recipi & examinari ſup ſua petitione quàm rei ſup ſua defenſione ne reus inutiliter fatigetur laboribus,& expenſis.C.de probatio.exceptionem,ſed dic quòd aliter ſtatuitur hic & arti.ſequenti ſcilicet procedat dilatio cõmunis termini vt infra illum actor actionem probet & reus defenſioné bene verum eſt ꝙ actor prius debet probare vt dixi infra arti.xlv. ne reus ipſo nõ probãte fatigetur, non tamen debet fieri terminorum diuiſio,vt poſtquàm actor probauit,detur alia dilatio ipſi reo adprobandum, & ita intellige quod dic.art.dixi.vtinam fieret princippaliter conſtitutio, qua deciderentur doctorũ varietates, vt dixit infra artic. cxxxv. Sed videtur,quód tunc fraus poterit committi,nam ſi talis terminus datus eſt vtrique parti,actor malitioſe differret teſtes ſuos vſque ad vltimam horam finalis diei ipſius termini vt ſic reus ſuos infra terminum nequeat producere, qui etiam poſt terminum non admittetur,ſed tunc debet dari reo noua dilatio ad probationem ſuam faciendam,vt notat Spe.dic. titulo .&. §.i.ver.poteſt etiam. ☙ Aduerte tamen ad id quòd idem Baldus dicit in lege certi condictio. § . ſi nũmos.ff.ſi cer. peta. quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd debitum non poſſit probari per teſtes ſed per inſtrumentum ſi ego feci examinari,teſtes ſuper debito meo,& non oppoſuiſti de ſtatuto,videris renunciare ipſi ſtatuto & amplius non poteris opponere iſtud eſt ſingulare dictum.

Non opponẽs de ſtatuto tempore quo celebratur actus videtur ipſi renunciare

renũciare. Bal in prædicto loco idem dic in hoc caſu quòd ſi contra hoc ſtatutum produxi teſtes & tu non oppoſuiſti certe amplius tu non potes opponere, quod bene nota. ☙ Bal. tamen in. l. non dubium C. de leg. & dic. l. ſi eum in prin. ff ſi quis cautio. hoc intelligit ſi non conſtat iudici de lapſu temporis alias ſi conſtat iudici proceſſus eſt nullus quem refert paris de pu. in ſuo tra. ſindi. in verbo dicit conſtitutio. ❧

❧ Prouiſion d'autre delay en cas de diligence ſommairement verifiee.

Articu. xxxiiii. ET n'y aura qu'vn ſeul delay pour informer auſſi moderé & arbitré comme dict eſt: fors que ſi dedans ledict delay il eſtoit trouué que les parties euſſent faict leur debuoir & deligence, & n'euſſent eſté en contumace & negligence, on leur pourra donner, & moderer autre delay pour tous, faiſant preallablemẽt apparoir, a tout le moins ſommairement, & en premiere apparence de leurſ dictes diligences, & purgeans leurdictes contumaces & negligences.

Dilatio ſecũda vt detur, quid requiritur. VBi datur ſecunda dilatio. Requiruntur illa quæ dicta ſunt ſupra de prima dilatiõe. Et vlterius requiritur, quod ille qui habuit primam dilationem. & non probauit, ꝓbet de impedimẽto. vt hic dicitur ☙ Adde. ſpe. titu. de dila § nunc videamus verſi ſed nunquid. vbi dicit quod poſt lapſum terminum non poteſt iudex altera parte inuita aliũ aſſignare. niſi vbi non eſt eius dãnũ & cum cauſe, cognitione. Sed, quid ſi terminus labatur & non

& non poſſit preſentia iudicis haberi Spe.in dic.§.verſi. quid ſi terminus dicit quod volens exceptiones proponere die ad proponendum eas aſſignata ante noctis tenebras proteſtetur coram diſcretis viris,& notario.allegat ii.queſtio vi.biduum ex.de offi.ordi.poſtoralis ad finem ſed ſi datus fuerit terminus addandum in ſcriptis: expedit,quod eas ſcriptas reddat tabellioni.qui ſcribit in cauſa.Nota preterea,quod dicit Bal.titu.de ſententia ver.ſententia lata quod ſi pars producens facit quicquid potuit faciendo mulctari pignorari teſtes , hoc ſufficit,etiam ſi non iuraſſent infra terminum, & poteſt iurare poſtea,& finguntur recepti infra terminum arg. C.de inoffi teſta.l.eum qui & l contra maiores.¶ ſed quæro, quomodo probetur impedimentum? Specul.in titu de dila.§.& cum poſtulamus.& Iac.de Are.& Cy. in l.i C. de dila.tenent quod per ſolum iuramentum, probatur impedimentum, per textum in c.quapropter §.illud.extra,de elec,& per textum in.l.ſcire oportet. §.ſufficit.ff.de excu.tuto. Alii autem dixerunt requiri plures probationes Bald.Barto.& Ange.concludunt in.l.fina ff. de fer.quod ſi impedimentum non poteſt de facili probari,tunc ſufficit ſolum iuramentum vt in iuri.ſupra allega dummodo iurans ſit perſona honeſta, & fide digna.arg.l non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.vbi autem poteſt de facili probari,tunc poteſt probari per teſtes.Ita tenet Bar.in.l.ii.§.quęſitum ff ſi quis cautio. & in dic.l.fin.Sed pone,data eſt accuſato dilatio,nunquid in illa dilatione data accuſato poterit accuſator probare;Reſpondeo quod ſic:quia vbicunque eſt data dilatio,terminus eſt communis vtrique parti, ita quòd quilibet poteſt in illo probare.Iſte eſt textus in.l. petende.in fine.C.de tempo.in integ. reſtitu.peten.ſed ſi , cui eſt data dilatio , re integra renunciet dilationi aduerſarius non poterit probare.vt eſt notabilis, & optimus textus in .l.ſi iudex circunuento ff.de mino. quod autem ſupra dictum eſt arti xviii.nullam dilationem expectatoriam fore peremptoriam.faillit vbi data eſt dilatio præſenti,& conſentienti:quia tunc talis dilatio

Dilationis terimin⁹ eſt cõmunis.

tio eſt peremptoria, adeo quod nulla alia dari poteſt. Itẽ ſi detur dilatio abſenti, & reſpondeat nolle venire, talis dilatio eſt peremptoria. Item notat ſingulariter Angelus in.l.fina.de feriis. Nota etiam vbi dilatio datur abſenti, debet per iudicẽ intimari, quòd talis dilatio tali abſenti data eſt ſecundum Bal. in lege ſe unda in fine. C. de tem po. appel. Item ſi dilatio eſt data abſenti iudex poteſt de facto, pro abſente, ſupplere. vt eſt in cauſa appellationis, vt in.l. ampliorem. C. de appellatio. in princi. & ibi gloſ. Idem ſi detur, & ei perſonaliter intimetur termini aſsignatio, ſecus ſi ei intimetur ad domum ſecundum Bald. in auten. ei qui. C. de tempo appella. nam tunc debet adiici verbum peremptoriè, vel debent interuenire tres citationes ſecundum Bald. vbi ſupra. quod non ſeruatur ſecundum has ordinationes. Adde quòd parte abſente iudex preſenti prefigere terminum non poteſt ſecundum Specu titu. de dila. ver. ſed pone per.l. à procedente C. de dila. cum talis actus ſit iudicialis vt ibi. Et extra de proba. ca. quoniam contra non poteſt parte abſente fieri ex. de cauſ. poſſe. Et proprie. c.i. C. ſi per vim vel alio modo. l. fina ex. & de maio. & obe. c. inter quatuor. Quæro vlterius, quare detur illa ſecunda dilatio, & propter quid detur? Reſpondeo, nam dilatio ſecunda datur ſolúmodo reſpectu temporis, in quo fuit impeditus, & reſpectu eius, in qua fuit impeditus. Et ideo ſi fuit impeditus producere vnum teſtem, quia procurauit quantum potuit in prima dilatione, vt haberet iſtum teſtem: certè dabitur dilatio noua ad producendum illum teſtem, & non alios, quos non procurauit in prima dilatione. Iſte eſt textus ad literam ſecundum Ia. butri.l. admonendi. ibi quibus ſolus vſurus ſit. ff. de iureiur. ſimiliter ſi fuerit impeditus duobus diebus, dabitur ſibi noua dilatio ad duos dies ſecundum Barto. & Ange. in dict. l. fina. ſi tamen non ſtaret per partem, quominus faceret ſuas probationes in prima dilatione: ſed ſtaret per iudicem, quia non redderet ius in illa die: tunc nõ eſt dáda noua dilatio: ſed debet reſtitui ad tempus amiſſum. vt in. l. ſed ſi per prætorem, §. feriæ. ff. ex quibus cauſ. maio. in integ. reſti.

Dilatione data abſenti poteſt dex de facto pro abſente ſupplere.

Dilatione non data pars reſtituitur ad tempus amiſſũ.

reſti. Quare concludit Bal.in.l.ſi cum ipſe.ff.de ex.tuto. quòd impedito propter factũ iudicis ſeu aduerſarii nõ currit dilatio idem dic in paupere, quod ſi propter paupertatem non potuerit probare infra dilationem admittetur poſtea vt in ſimili dicit Inno.in.c.ex ratione de appel. Abb.in.c.ex tenore eo.titu.quod omittens proſequi appellationem infra tempus debitum excuſatur.& Guil. de cug.in.l. precipimus.§.ſup his.C.de appel.quod bene nota. Adde Spe.ti.de dila.§.i.ver.nota vbi dicit quod ſi per iudicem vel teſtes vel propter proponentis infirmitatẽ nõ põt ꝓbari exceptio propter fraudẽ aduerſarii vel ꝓpter aliã iuſtã cauſã nõ curret tẽpus vel ſaltẽ iudex ꝓrogare poteſt arg ff.de re iudi.l.ii.in auten.de his qui in gre.appel.§.i ii.& iii.& aduerte quod ſi dilatio pro craſtinatione aduerſarii eſt protelata & iam decurſa poſſunt peti expenſe per l.non ignorat C.de fruct.& litium expen.notat paris de pu.in ſuo ſindi.in verbo reſtat nu.vi. Sed quid in minore an ſtatutum generaliter loquens includat minorem, dic quòd ſic, vt in c.conſtitutus de in integrum reſtitu.l.ſi ſine.§.lucius.ff.de adminiſtra tuto. quod tamen limita niſi ſtatutum vel conſuetudo puniat aliquid quod de iure communi non eſt punibile, tunc enim minor non includitur in ſtatuto vel conſuetudine ad hoc allegatur textus de iure canonico, in.c.ii.de dilec. puer. Nam homicidium ſine culpa non eſt punibile, vt.l. i.C.ad.l corne.de ſicca. Et ideo in dic.c.ii.dicitur quod in illa conſuetudine ibi relata minor nõ includitur: licet generaliter loquatur, quod nunquam exeat mẽtem tuam quia valebit ad ſtatutũ, quod nemo poſsit extrahere bladum de ciuitate, vt illud ſtatutum minorem ſeu pupillũ non comprehendat, & illum textum nemo ad hoc notauit niſi. Ludo.Ro.vt ipſe refert ſingu vltimo, & valebit ad aliud quod quotidie videmus in patria retractus, vt cõſuetudo generalis non comprehẽdat minorem ſeu pupillum quin admittatur poſt annũ, quia talis cõſuetudo eſt contra.l.dudum.C.de contrahen.emp.quod nota quia à nemine inuenies dictum & limita niſi expreſſe tale ſtatutum vel conſuetudo comprehendat minorẽ vel pupillũ,

Impedito propter factũ iudicis nõ currit dilatio nec pauperi.

Statutũ generaliter loquẽs an cõprehendat minorem.

Conſuetudo retract⁹ nõ includit minorem quin admitatur poſt annũ,

vt

vt eſt in quibuſdam locis vbi tale ſtatutum expreſsè cõprehendit maiores & minores. ℚℚ Limita ſecũdo ſi ſtatuto cauetur ꝙ filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis tale ſtatutum non comprehendit nec habet locũ in filia infante ita dicit Bal in.l.ſi plures C.de condic. inſertis ver.iuxta præ licta. Et hic vides quomodo ſũt ſublatæ illæ dilationes ad producendũ teſtes in cauſis pecuniariis prima,ſecunda,tertia. & quarta cum ſolẽnitate, de quibus in auten.de teſti.§.quia vero col.vii. & in.c.vltra tertiam.extra:eo.titu. & auten.at qui ſemel ſumpta ex dicto.§.quia vero.C.de prob. quòd optimè prouiſum eſt vt finis celerius litibus imponatur,quę longo illarum dilationum tractu penè fiebant immortales. Vnum tamẽ ſingulare non omitto,quòd licet dilatio non poſsit dari, tamen poterit prorogari ita tenet glo.in dic.l.fina. ff. de fer.quam ſequuntur docto & illa non erit noua dilatio, ſed erit prima prorogata. Nã differentia eſt inter nouam dilationem,& prorogatam,& eſt differẽtia inter aliquid de nouo facere,& aliquid prorogare nã prorogatio debet fieri antequam primum tempus dilationis ſit finitum, tempore autem toto finito, tunc non poterit habere locum prorogatio,ſed erit noua dilatio.vt in.l. ſęd ſi manẽte.ff.depreca.Quare ſi iudex elapſo termino dicat prorogamus tibi dilationem ad tale tempus non valet talis prorogatio ex quo terminus erat finitus.ita tenet Spe. in titu.de dila.§.nunc videamus ver.& ſunt hæc in arg.refert illud dictum Bal.in.l.i.C.de repa.appel.in fina.verbis vbi tenet contrarium ꝙ licet non valeat vt terminus prorogatus valet vt noua dilatio quia inſpecta mente iudicis videtur dare aliam nouam dilationem quia verba debent deſeruire menti l.ſi quis.C.de liber.præter.c.intelligentia,de verb.ſigni c.ſecũdo requiris,de appel. & ſic nota, quòd in noſtro caſu nõ valeret talis prorogatio quia eſſet noua dilatio,vt iam dictum eſt. ℚℚ Aduerte tamen ꝙ propter breuem inſtantiã poteſt iudex omnes terminos cumulare l.properandum C.de iudi.l. p in prin. vbi dicitur per docto quod poteſt ſtatuere terminum ad articulandum ponendum probandum & probatum habendum

Dilationem de nouo dare & prorogare differunt.

dum inſtrumenta producendum excipiendum & replicandum & ſimilia & non currit tempus iudici & facit de excep c. paſtoralis & iſta eſt optima cautela quando peteretur tempus vltra marinum pro teſtibus vt notat paris de pu. in ſuo trac. ſindi. in ver. iudex vbi etiã dicit ꝙ ſi eſt q̃ſtio ꝙ quis debeat in offi. remanere & tẽpus inſtat, debet hæc cauſa breuibus dirimi dilaionibus textus eſt in c. ſignificauerunt ibi inutiliter labatur de iudi. & dicit Spe. titu. de ſecundo decreto. §. videndũ ver. quid ſi electus ꝙ poteſt procedi lite non conteſtata ad quod facit quod notat Bart. in l. ſi prius ff. de no. oper. & l. ii. de re. iudi. vbi ſi eſt quæſtio de equo qui plus comederet quàm valeat ſi diu durat quæſtio & vide not. per eum in l. ſi vſu fructus ff. de vſufru. leg. Bal. in l. liberti liberteque de oper. liber & facit de glan legen. li. ☞ Nota in eo quod ſupra dixi impedimentum probari per iuramentum, & ſufficere ad dandam ſecundam dilationem quòd, vbi ſemel eſt probatum per iuramentum, ſi interim allegetur illud impedimentum, non datur amplius iuramentum, ſed eſt probandum per teſtes. Ita ſingulariter notat Angelus in dicta. l. fina. ff. de fer. Item in eo quod dixi ſecundam dilationem dari debere. probato impedimento, & aliis requiſitis, ſi data fuerit dicta ſecunda dilatio non adhibita cauſæ cognitione, videlicet quòd non eſt probatum tale impedimentum, non valet talis dilationis aſsignatio. & pro hoc eſt textus in dic. l. finali ff. de fer. Illud etiam addo, quòd vbi data eſt dilatio ad probandum, vel aliud faciendum, computantur in dilatiõe etiam dies feriati, vt ſi eſt data dilatio decem dierum rd probandum vel ad aliud faciendum & ſi in his decẽ diebus interuenient duæ feſtiuitates certè feſta connumerabuntur. vt eſt textus in lege ſiue pars in fine. C. de dilatio. & in. l. ii. §. illud. C. de tempo. appellatio. Pe. de Ancha. & Phi. Fran. in. ca. i. §. ſtatuimus de reſti. ſpo. libro vi. & eſt ratio duplex, prima, quia cui data eſt dilatio poterit prouidere, ne incideret in diem feriatam. vt dic. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. maio. Ideo elapſo termino non auditur. c. licet ex, de accuſatio. notat Tancredus

Dilationi cõputantur dies feriati.

Terminus in dubio eſt continuus.

dus aliàs Bal. titu. de prob. quæſtio. xi. Alia ratio eſt, quià terminus in dubio eſt continuus ſecundum gloſ ſingularem in. l. ii. C. de diuer. & tempo. preſcrip & ideo cum ſit continuus, feriæ connumerabuntur ſecundum Bal. in. l. i. C. de fer. Veruntamen ſi data eſt dilatio à lege, vel à iudice, vel per reſcriptum principis, quæ dilatio abſorberet maiorem partem termini propter multitudinem feriarũ, ita quòd feriæ eſſent tot, quod abſorberent maiorẽ partem dilationis, tunc feriæ de medio excluduntur. Iſta eſt doctrina notabilis Hoſtien. in c. licet cauſam. extra, de proba. pone exemplum, princeps prope feſta natalia ſcribit poteſtati vel iudici, quod terminet talẽ cauſam infra. xv. dies, modo. xv. dies immediatè ſunt feriati nunquid expirabit iuriſditio? certé non, licet Bal. diſtinguat in dilatione data à lege, ſeu à principe: quia ſi à principe, tunc connumeratur tempus feriatum, aut tempus eſt datum à lege, tunc verum dicit Hoſtien ita dicit Bal in. l. ſi quando. C. de teſti. & allegat textum in. c. pia. de excep. lib vi. ille textus nihil facit, ideo ſententia Hoſtien. mihi placet indiſtinctè tanquam veriſſima quam ſequitur Lanfran. in. c. quoniá contra. in verbo dilationes, de proba. & mouetur cótra Baldũ ratiõibus, quas per eũ vide. ℚℚ Adde Spe. titu. de dila. 6. fin. ver. quid ſi iudex ex quo colligitur quod opinio hoſtien. non procedit de iure, tamen equitas hoc ſuadet & ibi notat idem Spe. quòd iudex debet obſeruare. vt aduenięte die termimi aſſignati, faciat legi termini aſſignationem: vt ſciatur ſuper quo & ad quid fuerit procedendum, multos ex hoc errores contingere vidit ✠ Limita prædicta in citatione, quia ſi vltimus dies citationis ſit feriatus tũc ſequenti die cóparere tenetur, vt notat idem Trancredus titulo. de dilati. quæſtione. ix ℚℚ Nota preterea ſecundũ Bal. in addi. ad eũdem ſpeculi de dila. quod dilatio que aſſignatur alicui ad comparendum protenditur vſque ad mediam noctem ſecus ad ſententiam audiendam vt not. in l. more ff. de fer. & inſti. de ver. oblig. in prin. per Imo in c cõſuluit de offi. deleg. Nota ſecundo quod vltima, horà termini, admittuntur probationes quia nulla pars termini debet eſſe fruſtra

Si vltimus dies citationis ſit feriatus ſequẽti die cõparere tenetur.

ff.

ff.de adul.l.pater ſ.ſexaginta & l.is cuius.§ ex ſenatuſconſulto ff.de verb.oblig notat idem Spec.& Bal.in addi.ad ipſum titul.de dila.§.i.verſi.preterea Nota tertio quod aſſignatio termini peremptorii includit tacitam excluſionem poſt terminum licet non ſit de peremptorio expreſſum ita quod non licet vltra illum aliqua propone re arg.c.paſtoralis de excep.& de prob.c.licet de dilatio. l.i.in fine ff.de fer.l.orationē.& l.fina.Nota.quarto quod ſi detur dilatio,ſine die expreſſo.vt putavſque ad ſeptem. dies ſivltima dies eſt feriata ſequēti die non admittitur ſecus ſi dictum ſit tali die tenet Spe.dic.titu.§.i.ver.ſed pone. Nota præterea quòd teſtes poſſunt deponere die feriata ſi iurauerint die iuridica.vt notat gloſ.in cle.iudices,de offi.deleg.& debent iurare teſtes in iudicio,alias non valeret eorum dictum glo.eſt in l.iii.in.§.eiuſdē. ff.de teſti.ibi quibus apud me locus non eſt,notat Lanfran.in.c.quoniam contra.in verbo teſtium productiones numero. § .debet etenim iudex cum ſumma diligentia teſtes examinare,& interrogare ſuper omnibus punctis,& articulis:& ſi dolo vel negligentia omiſerit poſt publicationem poteſt corrigere.ex de teſti.c.per tuas,& eſt arg.ff.de teſti l.i.§.ſi vero.& de re iudi.l.cum prolatis,& de euictio.l.ſi per impedimentum.

Teſtes poſſunt deponere die feriata ſi iurauerint die iuridica.

Iudex cum ſumma diligētia debet teſtes examinare.

Aucū autre delay de faire enqueſte ne ſera baille apres le dict ſecond delay,ſoit par relief,ou autrement.

Artl.xxxv

APres lequel ſecond delay paſſé ne ſera permis aux parties de faire aucunes preuues par enqueſtes, ne teſmoings,& ne leur en pourra eſtre baille ne donne delay pour quelque cauſe ne occaſion que ce ſoit,par relief ne autrement.

licet

Probatio facta poſt terminum dilationis non valet.

ISTud eſt generaliter mente tenẽdum, quod ſi fuerit data dilatio ad probandum, elapſo termino ſi fiat probatio, non valet, neque tenet. ita tenet Ange. in. l. fina. ff. de fer. quod intellige eſſe verũ. ſi iudex interlocutus fuit terminum fore lapſum, & amplius audiri non debere, alias ante dictam interlocutoriam poterit talis contumax probare non obſtante lapſu termini ita dicunt Ang. Imo. in l. quandiu in magna ff. de acqui. here. idem dicit Ang. in c. idem iuris inſtit. de exceptio. allgat. inno in c. in tua qui matri. ac. poſſunt & idẽ dicit Bal. in autẽ. ad hec C. de vſu. & nota, quod licet poſt primam & ſecundam dilationem non admittatur quis, vltra ad probandum per teſtes admittitur tamen ad probandum per inſtrumenta, antequam ſit concluſum in cauſa. vt c. cum dilectus. extra, de fide inſtru, duntamen ſit ſaluum ius parti aduerſæ, ſi apparuerint eſſe ſuſpecta reprobãdi illa. vt traditur per Cy. in l. iudices. C. de iudi. & glo. in cle. ſæpe. in verbo, nonobſtante de ver. ſigni. licet appellatione inſtrumentorũ continentur teſtes. ſecundum Bar. in l. notionem in. §. inſtrumentorũ ff. de ver. ſigni. & eſt ratio quia ſignificatio vocabuli ſumitur extenſione ipſius. vt in. l. ligni. ff. de ver. ſigni. facit quod habetur in. l. ii. §. appellata. ff ſi cer. peta. & in. l. i. in prin. ff. de acqui. poſſe. & in. l. i. ff. de teſti. ſed ethimologia iſtius vacabuli dicitur, quia per illam inſtituitur cauſa ab inſtruendo ſicut per teſtes, ergo appellatione inſtrumentorum continentur teſtes, cum eadem ſit vis amborum. vt. l. in exercẽdis. C. de fide inſtru. de quo per Feli. & Ioan. de Imo. in. c. i. de fide inſtru. Bar. & docto. in. l. admonendi. ff. de iureiur. Lanfran in. c. quoniam contra. in ver. inſtaumentorum productiõe. de proba. ☙ Nota tamen. quod licet in hac principis conſtitutione dicatur quod poſt ſecundum dilationem non datur alius terminus ad probandum fallit niſi de nouo emerſerit probatio vt notat Dy. in conſi. xx. incip. ſuper queſtiõe ☙ Adde tamen quòd dilatio data ad producendum inſtrumenta non operatur quòd teſtes poſſunt produci ſingulare fuit dictum Spe. in ti. de dila. §. vidẽdũ. ver. itẽ nota quod dictum refert. & ſequitur Bal in. l i. C. de iur. cal. &

Dilatio data ad producẽdũ inſtrumẽta nõoperatur quod teſtes produci poſſunt.

in.l.ſi ex falſo.C.de tranſac.& in.l.i.ff.eod.titu.refert. & ſequitur do.And.Bar.in repe.rub.de fide inſtru.in.xv. col.pro quo dicto dicit eſſe caſum ad qué nemo animad uertit meliorem de corpore iuris.in l.i.C.de dila.ibi vt iudex inſtrumentorum vel perſonarum &c. Nũquid poſt terminum datum ad probandum poſſunt produci. inſtrumenta Spe.in dic.ver.item nota arguit pro & contra ſed prima opinio videtur eſſe ſua ꝙ ſic,nam hoc licet etiam poſt apertas atteſtationes,vt.C.ſenten.reſcin. non poſſe.l.peremptoras ex.de fide inſtru.c. cũ dilectus idem tenet Bal.in conſilio ſuo.cccxvj.incip.præſuppoſito ſtatuto. Nota. ꝙ ſi infra dié ſtatutá actor in probatione defecerit, abſoluetur reus ab inſtãtia nõ ab actiõe.vt no. Inno in.c.pro vt de dolo,& cõtuma licet aliqui voluerũt dicere hoc eſſe verũ,quũ actor ante lité conteſtatam reo contumace non probauerit quod ſi poſt litem conteſtatam eueniat,credunt reum omnino ab actione abſoluendum per.l.poſt edictũ.ff.de iudi.& Mat.Matth. ſing.17. vide Ioan.pe.de ferra.in actione reali in glo. per veſtrã. Adde Bar.in l.admonendi.in.vi.col.ff.de iureiuran . qui ponit hác regulá quòd quandocunque eſt præfixa actori à iure comuni vel ſtatuto dilatio ad probandum eo nihil probante non propterea dicitur liquere de cauſa . & ideo reus non poteſt abſolui diffinitiue ſed ſolum ab inſtantia ſeu obſeruatione iudicij.l.properandum §. ſinautem ex geſtis. C . de iudi. ſecus ſi terminus fuiſſet præfixus à iudice, qui proceſsit in cauſa , vel á delegante qui mandaſſet cauſam terminari infra certum tempus , nam tunc abſoluetur diffinitiue reus , ſed hæc differentia debet intelligi,quãdo reus petit ſe abſolui actore abſente, ſed ſi vterque litigantium eſſet præſens in iudicio ,debet reus diffinitiue abſolui etiam in primo caſu. l. qui accuſare. C.de eden.& hanc limitationem mirabiliter ſentit. glo.in dic.§.ſinautam ex geſtis.& ex hoc ſequitur quod contumax eſt melioris conditionis quàm præſens ſimile habetur alibi, quia ſentẽtia lata dolo alicuius litigantis eſt nulla,ſed data contra præſentem valet, licet poſſet dari reſtitutio,vel opponi doli exceptio lege ſi prætor.§.

Actore non probante reus abſoluitur ab inſtantia,non ab actione.

m mar-

marcellus.ff.de iudi.iuncta.l.diuus ff.de re.iudi. Similiter videmus ꝙ iudex poteſt indiſtincte ſupplere de facto pro abſente etiam per contumaciam, autẽ. qui ſemel. C.quomodo & quãdo iudex.& in.l.ampliorem, in prin. C.de appel.& hoc non poteſt facere præſenti not.in rubro & in nigro vt quæ deſunt aduo. Quid ſi teſtes iurauerunt infra terminum datum à iudice, ſed non depoſuerunt: pars autem producens dicit ſe excuſatam, quia fecit quod potuit. Requirit finita dilatione eos examinari quæritur an debeat audiri. Iac. butri. tenuit, ꝙ ſic: quia examinatio teſtiũ pertinet ad iudicem. vt in.l. ſi quando C.de teſti. Bar. in l.dãni.§.ſabi.ff.de dã.infec. ꝙ nõ ſufficit ad plenã excuſationẽ feciſſe iurare: ſed debet pars ſæpius iudici ꝓteſtari, de examinatiõe ipſorũ, ſicut in ſimili dicitur de petitione apoſtolorum. vt in.l.eos in fine cũ ſimi. C.de appella. quia officialis non preſumitur eſſe in negligẽtia, niſi ad hoc ſibi fiat proteſtatio ar.l.i.C.de his qui per metũ iudi.non appel.& .l.i.C, de ſuſcep.& archa. lib.xi. vnde conſilium eſt, ꝙ præſtito à teſtibus iuramento, pars ſtatim, & die ſequenti petat à iudice, eos examiminari infra terminũ. pro quo faciunt no.in.c.quoniam cõtra.extra, de proba.& in.c.pia.de excep. & ſi forte ipſi teſtes recuſarent deponere abſque rationabili excuſatione imputaretur iudici qui eos mulcta indicta cogere debuit. argu.in.l.locũ.C.de tabu.exhiben.& in.l.i.ff. de magiſtra.conue. Ita tenet practicus Papien in forma oppo. contra teſtes poſt publi.in gl.ſuntque ver.quid autem dices. ⁋ Notat Spe.ti.de dila.§. i. ver. quid ſi infra & in titu.de teſt.§.qualiter ver.quoque & melius ibi per Ioã. And.in addi.& ꝑ Bal.in addi.ad eũdẽ Spe.ti.de ſen.ver. pone. ⁋ & vide Bal.qui hãc quæſtionẽ format in tit. de quæſtio.circa probationẽ in ſua practica octaua quæſt.& ibi quærit in quæſtione ſequẽti, ſi in atteſtationibus alicuius cauſæ nõ cõtineretur expreſsẽ, quo die teſtes iurauerĩt: ſed nihilominus dicitur talis teſtis iuratus, citatus, & examinatus corã tali iudice. nũquid ſufficiat, an ꝑ hoc probetur iuramentũ, & de die citati, & examinati. Et primo videtur, ꝙ nõ, quia illa verba iuratus, &c. videtur notare

Teſtis quando dicitur iuratus.

târe ré eſſe factam,quaſi referat ſe ad iá factá ré, & ſe refert ad aliá ſcripturá,vnde ei non ſtatur, niſi de ea cóſtet C.de eden.auten.ſi quis in aliquo documento. ſi ergo de alia prima ſcriptura cóſtet,illa relatio operatur parú:vnde ſi inueniútur teſtes non iurati,non probát.C. de teſt. l.iuſiurandú.extra eo.c.nuper, à quo iuraméto nullus cuiuſcunque ſtatus,vel códitionis excuſatur:ſed cogitur vt ibi,aliàs dictú eius nullú eſt,niſi à partibus remittatur. vt in dic.iuri.no.& extra eo.titu.c.tua. Aduerte ꝙ dictú teſtis ſine iuraméto ſit inualidú nedum procedit in teſte,ſed etiá habet locú in alia quacúque pſona cuius dicto ſtandú eſt ex diſpoſitione ſtatuti,vel alterius diſpoſitionis ſecúdú Ang.in repe.l.vacátia C.de bo.vacá.lib.x. attamé nota,ꝙ quádo fides teſtis eſt ab vtraque parte approbata in tali teſte nó requiritur iuramétú ita ſingu. dicit Bal.in l.lucius in fina.verbis ff.de fideiuſ. allegat notata in.l.i.ff.de fer. Econtra ꝙ habeatur, pro iurato, & per illa verba videátur teſtes iuraſſe,ꝙ ita ſcribút tabelliones,&c.Ná per eundé modú poſſet obiici, ꝙ nó eſſet examinatus,niſi de illa ſcriptura examinationis cóſtet.& tamen ex eo,quod tabellio dicit teſtes examinatos . &c. hoc ipſo examinatus eſt,& iuratus. Sed ad hác opinioné ꝙ licet modo preſumatur iuratus,tamé nó releuat, quia nó ideo probatur de die iuraméti.& corá quo iurauerint ergo nó valet.extra.de proba c.quoniá.&.C. de contrahé.ſtipu.l.i.quod eſt verú,ſi ibi nó cótineatur, corá quo iurauit,& examinatus eſt:ſed quoad dié poteſt ſuſtineri, ſi ex precedétibus poteſt dies apparere.ff.de edé.l.ſi quis §.ſi initiú.Ité quid ſi in ſcriptura cótineatur, iurauit: & nó dicit corporaliter,an ſufficit: & videtur ꝙ non: quia aliud eſt iurare per ſacramentú religionis verbotenus,& aliud iurare corporaliter.C.ſi minor ſe maio.dixerit.l.iij §.ſi auté.ſed cóſtat,quòd teſtes corporaliter tacto libro debét iurare.vt colligitur.C.de epiſc.& cle.auté. ſed iudex quod eſt ibi ſpeciale in epiſcopo ad idé. l.rem nó nouam.C.de iudi.c.vt circa.de elec.lib vi. Econtra ꝙ ſufficit,quòd quomodocunque iuret.ff.de iureiur.l. nó erit. §.i.quia inter ſimplicem quærelam, & iuramétum Deus

Iurare corporaliter & per ſacramétú differnt

Teſtes debent iurare tacto libro.

non facit differentiam. extra de fideiuſſo. c. i. ſed primū verius, ſcilicet, quòd non valet niſi corporaliter iuretur. vt no. in. §. ſacramenta, de pace. iur. fir. in fine gloſ. ſuper verbo, preſtito. Iſta ſunt verba Bal. vbi ſupra idem tenet Adde quod iudex non debet admittere aliquem ad probandum, quod probatum non releuat ideo debet iudex interloquendo proteſtari, quòd non admittit illū ad probandum niſi de iure debeat admitti, & hoc tēpore diſputationis examinabitur, iſta eſt gloſ. ſingularis ſecundum Bal. in. c. cū contingat de offi delega in verbo nihilominus. Quid ſi iudex admiſit factum impertinens, & ſuper eo fiunt probationes nunquid releuet probantem? Tancre. titu. de probatio. ſexta quæſtione diſtinguit aut tale factum probatur ſecundum ius & tunc admittitur, vt. c licet de proba. aut manifeſte eſt cōtra ius, & tunc repellitur. l. quos prohibet ff. de poſtu. aut eſt dubium, & tūc iudex admittit inquantum de iure, vt dic. glo. nota etiam ꝙ dictum teſtis deponentis vltra articulum non facit fidem niſi iurauerit verum dicere ſuper tota cauſa Barto. in. l. ſi duo. §. idem Iulianus ff de iureiur. & Inno. in. c. per tuas. ex. de teſti. ideo cautela eſt vt teſtis iuret verū dicere ſuper tota cauſa. Nota præterea quòd iuramentum non eſt proprie probatio, vt notant. docto. & ibi Iaſ. in. l. iii. §. iurari. ff. de iureiu circa medium iii. col. facit quòd ſi iudex condemnat me ſi non probauero, tunc nunquam refertur etiam ſi nunquam probatio fit per iuramentum textus eſt ſingu in. l. lucius. ff. de condi. et demonſtra. ſecundum Barba. in addi ad Bal. in c. i. §. item ſi vaſſallus ſuper verbo iuramētum, de controuer. inueſti. & ibi Bal. ad finem dicit, quòd ſi numerus teſtium ſtatutus pro forma actus vel probatiōis non poteſt ſuppleri per iuramētum vel extraneas coniecturas allegat glo. in. l. cum proponebatur. ff. de iudi. Nota tertio, quòd non valet contractus, per quem quis ſe reſtringit ad certum genus probationis per iuramentum, vt notat Ludo. Ro. ſingu. 101. & Spe. titu. de inſtru. edi. §. videndū verſi. ſed pone, Sed pone ꝙ iuraſti probare niſi per inſtrumentum euenit quòd non habes inſtrumentum, ſed teſtes an ſit dare aliquod remedium,

Iudex non debet admittere ad probandū quod probatū nō releuat.

Factum impertinens quod iudex admiſit, an releuet probantem.

medium, dico quòd ſic quòd iudex ex ſuo officio etiã parte non petente faciat examinari teſtes non obſtante conuentione & iuramento ſecundum Ludo. Roma ibi. ❧ Notat Spec. titu. de proba.ver.ſed quid ſi debitor ſed quid erit dicendum ſi altera pars probauit p ſuos teſtes contrarium eius, quod tu probaſti, recurre ad ea quæ habes.ff.de teſti.l. ob carmen in fine & per eundem Spe.titu de teſte §. poſtquam Aduerte præterea ꝙ aduocatus debet omnes rimari aſſertiones tam ſuas quàm aduerſarij. Nam etiam per teſtes aduerſarij quandoque quis probat & ſi videt probatum, inſtet, alioquin deſiſtat ſecundum Bal.in Spec.dic. titulo ver.aduocatus ali quando iudex debet ſuperſedere,& à ſententia abſtinere,quando eſt probationum conflictus,& ſibi non liquet de cauſa ita quòd nõ poteſt cauſam expedire, Inno.poſt glo.in.c.licet in verbo vti poſsidetis de proba.quem refert paris de pu.in ſuo trac.ſindi.in verbo an ſi partes aliter debet pro illo iudicare pro quo plures faciunt rationes,de decimis.c.ſuggeſtum & dic c.licet cum concordan.xiij.diſtin.c.i.in Glo.non intelligas.Nota præterea quòd ſi lis eſt conteſtata in actione depoſiti actor vere non probat ſe depoſuiſſe, ſed commodaſſe debet reus cõdemnari,ſecundum Spe.titu.de ſententia § ſequitur ver.quid ſi lis & idem tenet in titu. de actione ſeu peti. §.ſequitur ver.hæc autem & ibi Ioan. And.allegat textũ in l.ii de priuileg credi & titu.de teſte.§.i.ver ſed pone & idem tenet Inno.in.c.examinata de iudi.tamen Anto. de Bu.ibi tenet contrariũ quia ſuper non deducto, etiã ſi conſtaret per confeſsionem non poſſet ferri ſententia, vt tenet Ioan.And.in dic. §. hoc quoque cuius opinio procedit de iuris rigore ſecus de equitate. Notat paris de pu.in ſuo tract.ſindi. in verbo an dictũ. ❧ Quæro etiam an obiecta excommunicatiõis exceptione in viam dilatoriæ exceptionis ſit deferendum iuramentum in defectum probationis dic quòd non ſecundum glo.in.l ſi. ff.quod me.cauſ nam vbicunque lex deſiderat probationem nõ defertur iuramentũ,ſed in. c.pia.de excep.li.vi. dicit quòd in exceptione excommunicationis requiritur

Remedium ſi quis iurauit probare niſi per inſtrumentũ ſi illud non habeat ſed teſtes.

Modo quæro, actor facit poſitionẽ, ꝙ reus eſt ſibi obligatus in decẽ per publicũ inſtrumẽtũ, vel ponit ꝙ iudex ipſum reũ condemnauit per ſentẽtiã in decẽ, & reſpõdet reus quod ipſe fatetur, ſi appareat inſtrumentũ, vel prout in inſtrumento continetur, an ſit ſufficienter reſponſũ. Bar. dicit quod non in. l. i. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de ver. oblig. & in l. ii. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. ad quod facit l. coiri. ff. pro ſocio. & l. inter ſtipulantem. in princi. ff. de ver. oblig. Deinde quæro. quid ſi reus reſpondeat, quod non eſt verum, vt ponitur an ſit ſufficienter reſponſum? videtur quòd ſic. acſi ſimpliciter dixiſſet, quòd eſt verum: quia iſta ſunt paria dicere, quod non eſt verum vt ponitur, vel non eſſe verum quod ponitur. Conſtat autem ſufficienter reſponderi, ſi dicatur, non eſt verũ. vt ponitur, niſi & dicatur, quod is qui reſpondet non eſt verum vt ponitur: quaſi videatur tacité credere fateri aliquid ex his.

his, quæ ponuntur, licet non in totum. Is vero qui dicit non eſt verum, quod ponitur, videtur in totum omnia abſolutè negare: quidam dicunt non valere reſponſum factum per illa verba, vt ponitur: licet valeat per relatiuum quod ponitur, quod videtur deciſum hic Et ſi non reſpondeat poſitionibus non reſpondens habetur pro confeſſo. Sed tria requirũtur ad hoc, vt quis habeatur pro cõfeſſo: videliſſet quod præſens ſit corã iudice, & quod ipſe iuſſus nõ reſpondeat, dum eſt præſens, vel ſe cõtumaciter abſentet poſt admonitiõem factã per iudicem, ita quòd ſua cõtumacia nõ poſsit aliqua ratiõe excuſari Ita tenet glo. in. c. ſi poſt præſtitum. extra de confeſsis lib. vi. quod ſequitur Bald. in l. vnica. C. de confeſ. in. l. ii. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. quod ad hoc, vt quis habeatur pro confeſſo in poſitiõibus in pœnam cõtumaciæ requiritur ꝙ ſit monitus, & iuſſus in faciem à iudice vt reſpõdeat, alias non habetur pro confeſſo. notant Bar. & Ang. in. l. certũ. ff. de confeſ. in prin. Bar. Cy. & docto. in l. ii §. quod ſi actor. C. de iura calum. & dicunt Bar. & Ange. ꝙ ſicut tacẽs in reſpondẽdo interrogationi, habetur pro cõfeſſ. l. de ętate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. ſic & qui obſcurè reſpondet ſecundum glo. Ibidem & eſt textus in dic. l. de ætate. §. nihil intereſt & ideo eſt notabilis, & bona practica ſecundum Ange. hic propter dictum. c. ſi poſt præſtitũ quòd faciat in faciẽ monere partẽ vt reſpõdeat poſitioni, & tũc ſi nõ reſpõdet vel obſcure reſpõdeat, habetur pro confeſſo, in cõtumaciã non reſpõdentis. & dicit quod aduocatus debet eſſe cautus in ſic faciendo, & hanc opinionẽ ſequitur, & tenet glo. penul. & ibi Gemi. in dic. c. ſi poſt præſtitũ, & Bar in. dic. §. qui tacuit dicit quod tacens habetur pro confeſſo, quãdo eſt præſens & iuſſus reſpondere, recuſat abſque rationabili cauſa per dic. c. ii. & ſic intelligit dictum. c habere locum tam in interrogatoriis, quàm in poſitionibus. miror tamen quod prędicti docto. non meminerint de procuratore: nam ſufficit, quod quis fuerit monitus in perſonam procuratoris vt habeatur pro confeſſo ſi non reſpõdeat poſitionibus, & idem in interrogationibus puto, vt eſt textus. & glo.

Reſpõſurus quãdo habetur pro confeſſo.

Interrogatus qui tacet habetur pro cõfeſſo.

glo.in dic c.ſi poſt preſtitum: quod eſt maxime notandum.ſi autem non ſit procurator, certè tunc habet locum.quod dictum eſt & ideo bonum eſſet ſtatuere hic, vt in Lombardia,quod ſufficeret poſitiones ipſas tranſmitti,& ſi non reſponderit.habeatur pro confeſſo.quod ideo repertum eſt.quòd plerunque latitabant,nec in iudicio comparebant ſecundum practi. Papien.in excep. contra poſi.acto.in glo.eidem tranſmiſſurum.

Cõtra cõtumacẽ in nõ reſpõdendo poteſt ferri ſentẽtia reo non citato.

Adde ꝙ contra contumacem in non reſpondendo poſitionibus poteſt ferri ſententia eo non citato, ſecũndum Specu.qui hoc dicit in ti.de po.§.viii.☞ ver.quid ſi idẽ ☜ quẽ refert & ſequitur Ludo,Ro.ſingu xxv.

Iurans & dicẽs ſe neſcire veritatẽ poteſt cõpelli per iudicem

ſed pone,ꝙ quis dicat,& iuret ſe neſcire veritatem poſitionis,& ideo nolit reſpondere,an per iudicem compelli poſsit dic.quod ſic ita ſingulariter cõcludit Archi.in dic.c.ſi poſt præſtitum

Cautela [ut] poſſis annullare proceſſum.

Nota bonã cautelam,vt poſsis annullare proceſſũ quod reus in aliqua parte ſuarũ poſitionũ in loco qui nõ ſolet multũ ponderari,ſed tranſcurri.petat calumniæ iuramentum præſtari ex quo apparet hoc petitũ fuiſſe nõ poteſt expreſſe vel tacite remitti.&.ſi cõtrafiat proceſſus eſt nullus.l.ii.§.ſed quia.C.de iura.calum.& eo titu.c.i.lib.vi. Secus eſſet ſi nullo modo eſſet petitũ, & ecõtrario actor ſit cautus ad euitandum tale periculum ne illa verba addantur in actis quod facile fieri poſſet etiam notario non perpendente.&.quod præſtet calumniæ iuramentũ motu proprio ita not.dicit Math.Math.ſingu.94.

Statutũ vel conſuetudo diſponens quod nõ ſit neceſſe preſtare calumnia iuramẽtũ nõ valet.

ſubiiciẽs quod ſtatutum vel conſuetudo diſponens quod nõ ſit neceſſe præſtare calumniȩ iuramentũ non valet,vt in.c.conſtitutus,de fideiuſſo.& in.c.certum,de iura.calũ ☞ Idẽ tenet Io.And.in addi ad Spe.titu.de iura.cal § ſequitur ver.quid de cauſa appel.☜ Vnde nõ obſtãte tali ſtatuto vel cõſuetudine ꝓceſſus eſt nullꝰ ipſo iure,ſi hoc iuramẽtũ fuerit petitũ & nõ præſtitũ.& hoc hȝ locũ in cauſis ſũmariis,in quibꝰ ꝓceditur ſine figura iudicii.

Parti reſpõſuræ debet dari terminus.

Nota etiã ꝙ parti reſpõſurȩ debet dari terminꝰ ad deliberate reſpondẽdũ,vt.l.qui interrogatur.ff.de interro.actio.&.l.iuſiurandũ & ad pecunias.ff.de iureiur.quod eſt verum ſi per verbũ aſſertiuum reſpõdeat,vt in noſtro caſu ſecus ſi per verbum

verbũ credo vt olim ante hæc regia ſtatuta gl.eſt ſing.in c.quoſdã extra,de preſũp.quã refert & ſequitur Lud Ro. ſing.789. Sed hic inſurgit dubiũ,an quãdo quis tenetur reſpõdere poſitiõib⁹,infra certũ terminũ,& nõ reſpõdeat admittatur purgatio moræ? Lãfrã.de de Oria.in repe.c. quoniã cõtra.in verbo reſpõſiões de ꝓba.tenet,ꝙ admittitur moræ purgatio vſque ad ſentẽtiã & allegat Cy.in.l. ii.§.ꝙ ſi actor de iura.calũ.C.& eſt ratio ſecũdũ eũ:quia pœna legalis põt purgari vſque ad ſentẽtiã.vt in.l.papinian⁹.§ meminiſſe.ff de inoffi.teſta.& in.l.alia.C.de his quib⁹.vt indig.iſta eſt pœna quæ infertur à leg ergo.&c. & ꝓ iſta parte facit ꝙ in actib⁹ iudiciariis admittitur purgatio moræ vt in.l.& ſi poſt tres.ff ſi quis cautio.& etiam in extraiudicialib⁹,vt plene notatur in.l.ſi inſulam ff.de ver.oblig.& in.l.magnã.C.de cõtrahẽ,& cõmittẽ.ſtipu. cõtrariũ tenet practic⁹ Papiẽ.vbi ſupra,in gl.primo quia elapſa ſunt tẽpora,& ita determinat gl.in c.cupiẽtes.in §.ꝙ ſi per viginti.extra de electiõe ſuper verbo,expectati.lib vi.& Inno.in.c.tua.extra qui matri.accu.poſſũt & per Bal in.l.ſi quis inſtituatur.ff.de hære.inſti.& in autẽ. ad hæc.C.de vſu.ꝙ etiã ſequitur Bar.in l qui ob rẽ.ff.de cõdi.indebi.& Ange.in.dic.l.& ſi poſt tres.& huius eſt ratio:quia quãdo in diſpoſitiõe ineſt dies cũ pœna,non admittitur purgatio moræ vt in.l.traiectitiẽ.§.de illo.ff. actio.& oblig.quod facit pro opinione mea,quam poſui ſupra arti.xxiiii.quod non admittatur purgatio moræ ſi domicilium non fuerit electum prima die aſsignationis. ꝙ bene nota,quia multũ dubitaui in hac opiniõe,quæ eſt verior,quicquid ſit dictũ cõtra,in qua multi errãt & ſuccubui in cauſa mea ꝓpria ſuſtinẽdo hanc opinionẽ Adde Bal.cõſi.clxxxii.ſci ſtatuto cauetur vbi tenet ꝙ cõtumax in nõ reſpõdẽdo poſitionibus in termino ſibi prefixo a ſtatuto vel iudice nõ poteſt morã purgare & idem videtur ſentire Spe.ti.de poſi.§.octauo ver.quid ſi ꝓ illo. Aduerte tamen ſecundum Lanfran.vbi ſupra,quod ad hoc vt quis habeatur pro confeſſo requiritur ſententia. ex ſola non reſponſione non habetur pro confeſſo.vt tenet glo.in dic.§.ꝙ ſi actor.l.ii.C.de iura.calum.& ibidẽ

Reſponſio an admittatur poſt moram.

Pœna legalis poteſt purgari vſque ad ſententiam.

Domiciliũ ſi nõ fuerit electũ prima die aſſignatiõis nõ admittitur purgatio moræ.

Cy.

Cy.& Bald.gloſſ.penul.in dic c ſi poſt præſtitum.tenet contrarium quod ipſo iure habetur pro confeſſo.vt omnium ſeruetur opinio bonum eſt quòd fiat declaratio, quod poſitiones in non reſpondendo habeantur pro confeſsis ſine alia ſententia.Finaliter eſt concludendum ꝙ non reſpondens poſitioni habetur pro confeſſo·quod limito iſtud præter has regulas predictas,niſi talis poſitio eſſet ſine tempore,puta ſi ponis,quod mutuaſti mihi decem & non ponis quando,aut quo tempore,licet illi poſitioni non reſpondeat,non tamen habetur pro confeſſo. Iſtud eſt ſingulare dictum Bald in.l.i.ad finem.C.ſi plures vna ſenten.quod pro ſingulari allegat Franciſcus de cre.ſingu.cxix·quod incipit.ſtatuto cauetur. & dat ibi rationem quia eſto,probares ſine tempore non vinceres.ſi autem confeſſio eſt ſibi vtilis,tunc habetur pro negante ſecundum gloſ.in dic.c.ii.& Bal in dic.§.quod obſeruari &in.l.vnica C.de confeſ. Idem tenet Spe.tit.de poſi §.nono.ver.item aliud Et dictæ poſitiões etiam poſſunt fieri poſt quam abſtrinxit ſe quis ad probandum per inſtrumentum,vel teſtes ſecundum Bal.in dic.§.quod ſi actor. Idem tenet Spe in dic.titu.de po.§.quarto ver. nec enim. Quid ſi reſpondens venit die ſequenti dicens ſe erraſſe,& vult eius reſponſionem reuocare,quæritur an ſit audiendus?dico breuiter,quod ſiue ipſe per ſe reſponderit,ſiue procurator eius audiendus eſt,volẽs de errore ſuo probare.vt in.l.de ætate.§.ex cauſa.& in.§. celſus.ff.de interrog.actio.veruntamen in modo probandi errorem eſt differentia,an velit reuocare reſponſionẽ procuratoris:an propriam,vt plené traditur in.l.certum §.ſed an ipſos,& in.l non fatetur.ff.de confeſ,& plené per practi.Papien.in forma interrog fiendæ in verbo cõpellatis reſpõdere.ver.ſed hic reſtat quærere. Adde Spe.titu.de poſi.§.octauo in prin.vbi dicit quod ſuccurritur confeſſo certis remediis inter que eſt error facti, qui ante ſententiam confeſſi non preiudicat C de iur.& fac.Igno.l.error &.c.fi.de conf. ſ idem notat Spe.in.§.decimo.ver ſed pone & ver.idem ponens.

Poſitiõi ſine tempore nõ reſpondens nõ habetur pro cõfeſſo.

Reſponſionẽ factã an liceat die ſequenti reuocare.

L'amende en toutes cours pour chaſcun faict calumnieuſement denyè.

Et

ET ce ſur peine de dix liures pariſis d'amende pour chaſcun faict calumnieuſemẽt denyé en noz cours ſouuerainnes, & cent ſolz pariſis en noz iuriſditions inferieures, eſquelles amendes ſeront leſdictes parties condamnees enuers nous, & en la moytié enuers les parties pour leurs intereſtz. *Arti.xli.*

ET dicitur factum calumnioſè negari per reſpõdentẽ poſitionibus, quãdo actor probat quod ponit Bar. in.l i.in prin.ff.ad turpil.cũ gl.in.l.athletas.§ calũniator de his qui notan.infa.de quo dixi ſupra art.xv . & ibi vide, quia faſtidioſum eſſet toties repetere , quoties in his ſtatutis fit mẽtio de calumnia. Aduerte tamen ꝙ tota iſta emẽda nõ poteſt exigi.imò debet taxari infra illã ſummã ſecundũ Ioã.Fab.in.l.ii.C de modo mulcta.qui ita dicit, ꝙ quãuis emendæ de cõſuetudine vſque ad taxã in ſingulis caſibus ſunt taxatæ in curiis tẽporalibus, ſic ꝙ excedere nõ poſſunt, nõ tamen domini poſſunt totum exigere: imo debent taxare infra illam ſummam taxatã ſecundũ qualitatẽ delicti & perſonę & vſque ad ſummã taxatam poſſunt, cũ peccatũ eſt grauiſsimũ: & ſi aliàs faciãt, iuſtè, poſſunt appellare.ff.de pa.l.abſentem.c.cum ſit de magiſtris, in cle.& de vſu.cap.quanquam lib.vi.Et nota quod hæc regula eſt ſemper vera, quòd mulcta applicatur fiſco niſi per legem aliàs reperiatur diſpoſitum vt notat Inno. in.c.odoardus.extra de ſolu . quandoque tamen aliàs diſponitur vt in.l.ii.C.de epiſc.audien.niſi in fauorem partis pœna apponatur vt.ff.de litigio.l . fina.& hoc verum in iudiciis ſecularibus, quia prælati non debent imburſare emendas pecuniarias, vt tradit Ioan. Fab . in.l.mulctarum.C.de modo mulctarum.& no.extra de pœni.& remiſ.in,c.presbyteri.& per Hoſtien.in ſumma de offi.ordina.§. quod pertinet.& dicit Ioan.Fab.in dic.l.iii.C.de

Factũ calũnioſe negari quãdo dicatur.

Fiſco applicatur mulcta, niſi per legem alia reperiatur diſpoſitum.

epiſc audien. quòd ſi quis mulctetur contemplatione ciuitatis emenda debet applicari ciuitati vt in auten. de deſen. ciui. §. ſi quis vero. colla. iiij.

Amende de faictz calumnieuſemẽt propoſez.

Ar. xlii. ET ſemblable peine voulons encourir ceulx qui auront pouſé & articulé calumnieuſement aucuns faulx faictz, ſoit en plaidant, ou par leurs eſcriptures.

Facta impertinentia dicuntur, quæ nõ pertinent ad cauſam.

QVibus factis impertinentibus non tenetur pars reſpondere, vt ſupra dixi articu. xl. & dicũtur facta impertinentia, quæ non faciunt ad cauſam: & ita ſe habent quod etiam ſi fuerint cõfeſſa, non releuant probantem. verbi gratia ſi res ſit petita iure domini in libello, & fiat poſitio ſeu articul⁹, quod caius commodauit equum ſempronio. tales enim poſitiones non admittuntur: quia probatio quæ non releuat reſpuitur à iure, tum quia grauamen affert expẽſarũ inutiliter, quia ſuperfluis non vtimur, vt traditur in. c. dilecti, extra, de excep. & per glo. in l. fina. ſi per vim vel alio modo, & in. l. ad probationẽ. C. de proba. & l. ſi quis libertatẽ. §. fin. ff. de peti. hære. & in l. quoties §. fina. ff. de noxa. & in. l. qui iuraſſe. §. pen. ff. de iureiur. & in. l. iii. ff ad exhiben. & per Cy. in. l. non hoc. C. vnde cogna. ſecundum practicum Papien. in forma excipiendi cõtra poſitio. actor. Iudex enim ante omnia debet proſpicere & examinare ne quid per calumniã petatur. l. ii. C. de fal, Et poteſt etiam calumnioſè excipientem non audire. Et ad vlteriora procedere Inno. in cap. poſt electionem de conceſſio. preben. quem Bal. refert in l. peremptorias. C. ſenten. reſcindi non poſſe & etiã quando exceptio eſſet efficax & vera & opinatur illã opponi. cauſa litis morandæ poteſt illam reiicere ſecundum Inno. in dic. ca poſt electionem à deo quòd quando aliquid eſt notorium iudici per inſtrumentum vel aliter debet

actorem repellere,& ſuam audientiam denegare gloſ.Et docto.in.l.vbi pactum.C.de tranſac.Et.ff.de pac.l.ſi vnus §.pactus & Bar.in.l.eum qui ita.ff.de verb.oblig. & Inno.in.c.conſtitutus de filiis preſbi. nec debet iudex pati vt cauſa per cauillationem protrahatur.l.ita nobis cordi.C.de aduo.& Bal.in.l.de crimine.C.eo.poteſtque iudex ex officio pro reo ſupplere ſi conſtat ſibi de calumnia accuſatoris quia calumnia euidens habetur loco libelli Inn.in.c.i.de offi.vica. ¶ Quærit Bal.in ſua pract. tit.de quæſtio.circa probatiões. núquid ſi in iudicio producitur articulus impertinés & eú iudex admiſit, & ſup eo fiút probationes releuat probanté.& dicit ꝙ ſi articulus manifeſte probatur,ſecundú ius, debet eú iudex ſtatim admittere,vt extra de proba.c licet,aut eſt manifeſté cótra ius,& tunc debet eú repellere ar.ff.de poſtu l. quos prohibet aut eſt dubiú .& tunc iudex admittit inquantú de iure eſt admittendus,& non aliter. vt no. extra de offi.de leg.c.cú cótingat in gl.& no.ff.de dá.infec.l. qui vna.& ſic obſeruat cóſuetudo,ſecúdú Bal.hic. Quidam etiá præmittút negatiuá,ſcilicet nó admittendo eas: niſi quatenus de iure ſunt admittendæ.arg.eo.quæ not C.de iur.calúniæ.l. ii. Ité iudex cú ſumma diligétia debet teſtes examinare ſuper omnibus articulis,& omnibus punctis interrogare.& ſi dolo & negligétia omiſerit poſt publicationé poteſt corrigere extra de teſti.c.p tuas arg.ff. de teſti.l.i.§.ſi vero.& argu.ff.de re iudi l. cú prolatis & de euictio.l.ſi per imprudétiá.ita dicit Bal.vbi ſupra. Et Pe.Ia.in tit.de cóſti.pec.ver.ité iurato de calúnia,ꝙ iurato de calúnia hinc inde,vel omiſſo tacite iuraméto,vt C. de iura.calú.l.ii.§.ſed quia veremur, eſt vtile actori ꝙ faciat poſitiones:quia reus potuit negare totú libellú quia viſum fuit ſibi ibi fuiſſe vnú filú vt.ff..de re.du l. ſi is qui ducéta.§.vtrú modo auté ſingulis poſitionibus ſingulariter reſpódeddo forte cófitebitur aliqua de cótentis in libello ité magis claré & magis diſcreté habebitur veritas per teſtes,& facilior erit examinatio. Ité iudex nó dabit dié ad ponendú,& probandú in ſimul. quia poſitióes nó ſunt niſi libellus per articulos minuatí diuiſus,& ideo

Teſtes debét diligenter examinari.

ſicut dato libello aſsignatur dies ad reſpondendum poſitionibus arbitrio iudicis partes illæ in quibus diuiditur libellus poſſunt dici poſitiones.de quibus nota.C.de iura.calũ.l.ii.§.quod obſeruari,& facit.ff.de leg. iii.l. quod offidius.§.e diuerſo.Item poſſunt dici articuli mẽbra,ſeu partes rei.vt in auten.vt nulli iudi.§.ſi vero.colla . ix . & ff.de hære.inſti.l.hoc articulo,in princi.Et de ver.ſign.l. triplici.§.videamus . Item poſſunt dici aſſertiones & capitula,vt. C.de tẽpo.appel.l . per hanc.item poſſunt dici interrogatoria,vt.ff.de interrog.actio.l.penul.& not.C. de iura.calum.l.ii.§.quod obſeruari. Hodie cum libellus diuiditur in partes,eſt in vſu,quòd vocãtur poſitiones & articuli,& licet ſint idẽ in ſubſtantia,eſt tamen vſitatum, quòd illæ particulæ vocantur poſitiones quãdo fiunt ad probandum per confeſsionem partis aduerſæ:ſed dicuntur articuli,cum fiunt ad probandum per teſtes, vel per inſtrumenta.Poſtea producentur,& iurabunt coram iudice,& in præſentia partis aduerſæ,& idem dic.in hoc iuramento , quo pars aſſerit eſſe verũ quod ponit,& quod pars aduerſa promittit reſpõdere verũ iuramẽto calumniæ vel in cõtumacia abſentis , aliter nõ valerent eorum atteſtationes.vt.C.de teſti.l.ſi quãdo.& nota.C.de eden. l.ii.&.ff.de crimine expila.hære.l.i.&.C.de iura. calum. auten.principales.Deinde publicatis teſtibus, ſeu atteſtationibus de quo habetur in autẽ.de teſti.§.quia vero col. vii.poſt aperturam atteſtationum venient teſtium reprobationes,vt.C.de teſti.auten.ſi teſtis,&.l.ſi quis teſtibus: tamen hodie ſecundum ſtatuta Regia teſtiũ reprobationes debent dari ante atteſtationum aperturam . quibus peractis erit veniẽdũ ad allegationes iuris, iuxta id quod habetur.C.de iudi.auten.iubemus,& eo ipſo dicit Pe.Ia. erit concluſum in cauſa:quãdo dicatur cõcluſum in cauſa dixi ſupra,poſtea peruenitur ad ſententiam. & ſi vtraque pars ſit abſens ceſſabit officiũ iudicis: ſed ſi vna pars inſtet,& alia ſit abſens:tunc erit perueniendum, ad pemptorium edictum,vt.ff.de iudi l ad peremptorium cũ . l. ſequen.vel ad id quod loco peremptorii habetur.C.quo modo & quando iudex.l.tres.aliàs ſententia nõ valeret. vt.ff.

Articuli quomodo poſſunt dici

v t.ff. quæ ſenten.ſine appella.reſcin.l i·§.itē cum ex edi-ctо.Si autem illa pars fuiſſet præſens & iudex aſsignaſſet ſibi diem ad ſententiā audiendam, certè non indigeret alio peremptorio.vt.C.quomodo & quando iudex l.ceſ-ſante.idem credit Pe.Ia.ſi partes immediate ante ſenten-tiam petierant ſententiā fieri. quod intellige ſi pars non conſtituit procuratorem in cauſa ſed per ſe comparuit: quia tunc non citatur ad audiendā ſentētiam, ſed ſolum procurator poſt litem conteſtatam cum litis conteſtatio ne factus ſit dominus litis.l.procuratoribus.C.de procu-ra.&.l.ſi procurator agit.ff.de doli excep.& ita obſeruat cōſuetudo, quæ eſt optima legum interpres.l. de quibus, ff de leg.ante litem conteſtatam debet citari pars ad ſen tentiam audiendam modo quo ſupra dictum eſt.

Autre amende calumnieulx faictz de reproches.

QVe pour chaſcun faict de reproches calumnieuſement propoſé, qui ne ſera verifié par la partie y aura condem-nation, c'ſt aſſauoir en noz cours ſouue-raines de vingt liures pariſis d'amende, moytié à nous, & moytié à la partie, ou de plus grand peine pour la grandeur de la calumnie deſdictz propoſans à l'ar-bitration de iuſtice, & moytié moins en nous iuſtices inferieures. *Arti.xli.*

COntrariū videtur de iure, vt non teneatur opponēs contra teſtes, etiam ſi non probauerit quod oppo-nit ſecūdū Guil.de cug.Bal.Ange.Salice.Pau.de caſt. & Iaſ.in.l.fina.ff.quod quiſque iuris.& Alber,de gandi. in ſuo tractatu maleficio.titu.de filioſa. quia iuris executio iniuriam non habet.vt.ff.de iniur.l.iniuriarum.§.i & ne- *Iuris execu tio iniuriā non habet.*

mini facit iniuriá, qui ſuo iure vtitur. l nullus. ff. de regu. iur. & l. fœminæ §. non videtur quod enim lege permittente fit, pœnam non meretur. prædic. l. fina. de quo vide in quodam conſilio ad finem conſue. Bitur. poſito Nico. boe. ſed hoc ſtatutum eſt ad obuiandũ maliciis hominũ, & calumniantium iniquitates reprimendum, qui in probatione defecerint: quia tunc calumniari dicuntur ſecundum Bar. in. l. i in prin. ff. ad turpil. & glo. in. l. athletas. §. calũniator. ff. de his qui notan. infa. & pro hoc facit quod notat Ange. in l. iii. C. qui accuſa. nõ poſ quod licet quãdo crimen obiicitur tantummodo ad repellendum non ſit neceſſaria ſubſcriptio: tamen obiiciens iniuriam poteſt conueniri indiſtinctè, niſi probet quòd non probauit propter potentiam aduerſarij, vel quia fuit deceptus á teſtibus, tunc apparet quòd non animo iniuriandi hoc fecit ideo non tenetur iniuriarum. & ita tenet Ioan. Andr. in addi. ſpecu. tit. de accuſa. §. i. ver. ſed pone notat paris de pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo an ſit. Adde quòd licet reprobatio teſtium ſit admiſſa, vt in cap. præſentium, de teſti. & C. eo. titu. l. ſi quis teſtibus hoc fallit in iudicio ſummario, in quo non admittitur reprobatio, quoniam illud venit poſtea examinandum in iudicio ordinario, dictum eſt Abb. antiqui: quem referũt ibi Hoſtien. Io. An & do. Ant. in. c. veniens de teſti. & ratio eſt, quia ſi hoc admitteretur nõ eſſet ſummarie procedere, ſed magis differre, exemplum pone in filio alimenta petente & probante ſe filium per. l. ſi iudex de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſcen. quæ filiatio venit poſtea probãda in iudicio ordinario, item exemplum in tertio cõparẽte ad impediendam executionẽ, vt l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus ff. de re. iudi. Et eſt ratio, quia exceptiones quę requirũt altiorem indaginem, non admittuntur in cauſa ſummaria. vt. l. iii. §. penũl. ff ad exhib. de quo vide infra arti. lxiii. notat. Ludo. Ro. ſingu. 383. Nota quòd ſi in teſtes aduerſum me productos aliquid obiecturũ proteſtor, licet poſtea pro me deponant, non facile eſt credendum, vt eſt caſus ſecũdum Ludo. Rom. ſingu. 677. in. cap. præſentium, de teſti, quod

Iniuriarũ actione poteſt cõueniri crimen obiiciens in teſtẽ ſi non probet.

Teſtium reprobatio in iudicio ſummario non admittitur.

Exceptiões quæ requirunt altiorẽ indaginem, nõ admittũtur in cauſa ſummaria.

quod eſſet verum, dicit, ſi ſunt ignobiles: ſecus ſi nobiles qui mei proteſtātis potentiam non timeant, quod intelligе ſi ſunt plures, ſecus ſi vnus nobilis, quoniam tunc facit ſemiplenā probationem, adeo quòd in defectu probationis iuramētum deferri poſſit ſecundum formam l. admonēdi. ff. de iureiur. & l. in bone fidei, eo. titu. ita ſingulariter determinat Archi. xxxvii. diſtin. c. ſi quis vere quod nota. Et aduerte quòd teſtes reddentes teſtimonii cauſam preferuntur aliis ita dicit Iaco. Butr. in diſputatione quæ incipit quæſtio talis eſt, quā refert Bald. in. l. presbi. C. de epiſco. & cle. & dicit ſe alibi nō legiſſe, licet dixerit glo. in. l. i. ff. de no. ope. nun. & in. l. ſolam. C. de teſti. non teneri teſtes ad cauſæ aſsignationem niſi fuerint interrogati. ff. de trāſac. l. cum hi. §. ex cauſa quod tamen limita ſecundum id quod dicit Inno. in. c. cauſamque, de teſti. Nota præterea quòd delegatus ſeu commiſſarius ad recipiendos & examinandos teſtes duntaxat datus non poteſt obiectus recipere ſecundū Inno. in c. licet, de proba. refert. & ſequitur Io. Fab. in auten. apud eloquentiſsimum. C. de teſt. Nota ſecundo quòd ille qui percontatus eſt dicta teſtiū in cauſa ſua non admittitur ad probandū vlterius per teſtes ſuper eiſdē articulis vel contrariis, an ten. qui ſemel. C. de proba cū ſimili. Quæro nūc, an hoc ſit verum in his quæ ſcio ab ipſis teſtibusmet. qui depoſuerunt? dic quòd non, quia hoc non obſtante poſſet admitti ad probandum per alios teſtes, dictum eſt Hoſtiē. & Ioan. An. in. c. vltimo, de teſti. Nota tertio, quòd teſtes examinati poſt didicita teſtificata non faciunt præſumptionem, iſtud eſt dictum Inno. in. c. cum dilecti, de accuſa. Quæo inſuper an valeat conſuetudo, quòd teſtis recipiatur publicatis atteſtationibus, & videtur quòd non, quia conſuetudo quæ dat occaſionem delinquendi, non valet, vt. c. penul. & fina de conſue. ſed hæc dat occaſionē delinquendi propter ſubornationem ergo, &c. contrariū eſt verum ſecundum do. Anto. de butri. in. c. ſeries. de teſti. refert Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de ac. & peti. ☞ quod ibi nō inuenio ſed Spe. hoc dicit in ti. de teſte. §. ſatisverſicu. quid ergo. ☜ Nota quarto in practica

Proteſtãns obiectũrum in teſtes aduerſum me productos ſi pro me deponant non eſt facile credendum.

Teſtes reddētes ſui teſtimonij cauſam præferuntur aliis.

Delegatus ſeu cōmiſſarius ad recipiēdos dūtaxat teſtes nō poteſt obiectũ recipere

Teſtes examinati poſt didicita teſtificata nō faciūt præſumptionē.

Conſuetudo quod teſtes recipiantur publicatis atteſtationibus valet.

in materia reprobationis teſtium, quod egregie conſuluit. Ange. cõſi. i. quid incipit porrecta fuit petitio in. ii. col. quòd reus faciat oppoſitiones cõtra teſtes quòd non ſunt omni exceptione maiores, iſta eſt inepta exceptio, & nihil valet cum ſit oſcura, quia dicendo non ſunt denotat præſens tẽpus & ſic ſtat ſimul quòd nũc nõ ſunt omni exceptione maiores, & tamen fuerunt tempore eorum depoſitionis imò fortius dicit Ang. in cõſi cccviij. quod incipit factum tale eſt &c. quòd ſi reus excipiens dicat, quod non ſunt nec fuerunt omni exceptione maiores adhuc non obſtat talis exceptio, quia illud verbum fuerunt, quamuis ſit præteriti temporis, tamen poteſt intelligi poſt depoſitum teſtificatum, vt ibi ſingulariter per eum, quod nunquam obliuioni tradas, & quando exceptio obſcura non releuat. vide plene per Papien. in. l. titio. textores, in. ii. col. vbi limitant. ff. de leg. i.

Oppoſitiones contra teſtes qualiter fieri debent.

Deffences de n'alleguer raiſons de droict, ou il ne giſt que faire enqueſte.

Arti. xliij.

NOus defendõs aux parties, leurs aduocatz & procureurs de n'alleguer aucunes raiſons de droict par leurs intenditz, eſcriptures, additions, & reſponſifz fourniz es matieres reglées en preuues & enqueſtes, mais ſeulemẽt leurs faictz poſitifz & probatifz, ſur leſquelz ilz entendent informer, & faire enqueſte.

NAm ſuperfluũ eſt allegare ius, vbi probatione opus eſt, cum ius non probetur. l. ab ea parte. ff. de probatio. & eſt certum. l. ii. ff. de iur. & fac. igno. & apud omnes debet eſſe notum. l. leges. C. de leg. nec in his, quæ ſunt iuris debet reſpondere teſtis, ſicut nec poſitioni iuris eſt reſpondendum, vt no. per Barto. in. l. ornamentorum. ff. de auro, & argẽ. leg. Quare meritò reſpuitur illa iuris allegatio, quę non releuat: quia grauamen affert expenſarũ,

penſarum, vt traditur in cap. dilecti. extra. de excep. & in l. ad probationem. C. de probati. Adde quòd ſi ſtatuto prohibetur aliquid proponi in conſilio vel allegari, pro hibita eſt reformatio ſuper eodem, ita colligit ibi Bart. per illum textum in. l. quiſquis. C. de peti. bono. ſubl. nec obſtat ſecundum eũ. l. v. C. de preci. impe. offe. quia illa lo quitur, quando prohibetur perſona petere, ſeu proponere. ſed hoc fallit in excommunicato ſecundum eum, vt in cap. i. de excep. libro ſexto & dic. l. quiſquis loquitur, qnando prohibetur petitio ſeu prohibitio reſpectu rei. Quæro nunc, an acta probatoria actitata in vno iudicio, faciunt fidem in alio? & videtur quòd non cap. cum cauſam cap. cum in tua. & cap. veniens. ii. de teſti. & hoc videtur de mente. Barto. in auten. qui ſemel. C. de probatio. vbi ſentit quòd ſi ex centum petij partem, puta decẽ, atteſtatione recepta in cauſa illa, non proſunt, neque nocent in alia parte, quod notandum dicit Matth. Mat. ſingu 192. Tancre. titu. de probatio. quæſtione decima quarta aliter ſentit, & melius, & dicit. quòd aut id quod probatum eſt in primo iudicio, poteſt durare in ſecunda cauſa, aut non primo caſu valet etiam in ſecundo iudicio, & ita intelligitur. C. de arbi. l. penultima & quod ibi not. C. de eden. l. ii. & de libe. cauſ. l. iubemus & de crimine expil hære. l. res hæreditatis. vrebi gratia in prĩo iudicio probaui rem ad me pertinere iure dominij vel quaſi ſeruum meum eſſe, quia dominium eſt durabile penes nos, vt regula iuris id quod noſtrum eſt. & not. C. de probatio. l. ſiue. ſatis eſt per acta prioris iudicij quòd ſum dominus, ſi vero probatio facta in priori iudicio poteſt deſinere tractu temporis, vel poteſt ſuperuenire aliquod aliud impedimentum, ex poſt facto fiunt acta prioris iudicii, non probant in ſecundo, vt eſt in poſſeſsione, & ætate quæ ſolo temporis tractu mutant ſtatum, vt. ff. de leg ii. l. titia ſeio. §. item altera, & l. minoribus. C. de in integ. reſti. & hæc probantur in. l fina. §. conſequens. ff. de excuſa. tuto. & prædicta intellige inter eaſdem perſonas, nam inter aliàs nullo modo probãt. C. de excep. l. penul. ex. de fide inſtru. c. inter dilectos. §. porro perſonarũ mutatio

Acta probatoria actitata in vno iudicio an faciant fidem in alio,

mutatio aliã rem facit.ff.de excep.rei iudi.l.i.&.C. res inter alios acta,&c.eo tamẽ caſu quo inter eaſdẽ pſonas pducuntur erit in poteſtate aduerſarii,an velit ſtare prioribus atteſtationibus,an velit quòd teſtes ſi viuant iterũ producantur.C.de teſti,l.fina.poteſt enim dicere aduerſarius ꝙ nõ valent,quia quantũ ad præſens iudicium fuerunt dicti teſtes recepti abſente parte, & iurati lite non conteſtata,& ideo ad partiũ petitionẽ ſunt de nouo recipiendi,vt not.in.c.abbate ſane de re iudi. hæc quidẽ vera ſunt in atteſtationibus, aliæ quidem acta vt confeſsiones,productiones,& alia, ſi publica ſunt valent ſemper, vt.C.de rei vẽdi.l.geſta, quia talia melius per acta quàm per teſtes probantur,vt not.ex de proba.c tertio loco,in prima & vltima glo.quod bene nota tu qui nõ ſtudes, & ſcies in tuo ſenatu quãdo acta probatoria actitata in vno iudicio faciant fidem in alio, Idem tenet Spe.titu.de confeſ.§.nunc videndũ ver. quid de confeſsione & ver. ſequenti etiam ſi fiát corã arbitro.C.de arb.l.penul.Quare nota ꝙlicet confeſsio facta in iudicio ſũmario probet in iudicio plenario fallit quando fuit pronunciatũ cõtra confeſsionem quia amplius non nocebit glo.& Bar. in.l. item poſſeſſor.C.qui potio.in pigno.hab.

Briefueté commandée.

Art.xliiii.

ET que leſdictz faiz ſoient ſuccincte ment poſez & articulez ſans redicte ne ſuperfluité.

VErborum prolixitas à iure reſpuitur.l.ampliorẽ.§. in refutatoriis,C.de appella.geminatio regulariter vel multiplicatio circa idem nõ eſt facienda, ne incurrat vitium nugationis.Eſt enim nugatio inutilis repetitio,vt diſcit Priſcianus.quia idem non eſt ſæpius repetendum. extra,de electione.c.quia in geneſi.quandoque tamẽ geminatio ſenſum non mutat.ff.de iure do.l.au⁹.veritas enim verborũ adminicula nõ deſiderat.l.i.C.ſi vt ſe ab hęre.ab ſti.qui clare ſcit,clarè loquitur;ſecundũBal.in ſua prac.titu.

Repetitio V inutilis dicitur nugatio

Articulus

tu de ſigni ver. Adde Spe.titu.de poſi.§.ſeptimo ver. nam ſuperfluitas notat que Bal.in dic.titu.in rubri.ver, quod ſi libellans quod ſi aduocatus,'vel clientulus vtitur verbis contumelioſis ꝙ nõ ſunt de natura libelli.iſte libellus non debet recipi.idem in poſitionibus C de poſtul .l.quiſquis. Quid ſit articulꝰ,dixi ſupra arti.xli.& vltra dico.ꝙ articulus vocatur pars intẽtionis cõtinẽs id quod actor probare intendit ſecundũ glo in.c.preſentiũ in verbo articulis,de teſti.lib.vi.& addi hic.Et ideo dicit Io.Fab.ꝙ bene feciſſet Accurſius ſi nullas gl ꝑſſ.repetiſſet & ſine dubio fuiſſet lõgẽ breuior ſcriptura.in.§.ſed nedũ inſti.vi.bono.rap.& alibi dicit.ꝙ repetere aliquid, nihil aliud eſt quã lauare ſinapiũ,& qui lauat ſinapiũ mutat,& demutat de vna ſcutella in aliã.in.§.adeoinſti.loca. Securius.tamen eſt ſuperfluum admittere'quam neceſſariũ omittere xii.queſtio.ii.nõ eſtimemus C.de teſta. l.teſtandi C. de eden.l.is apud quem quę ex ſuper abundãti fiũt nõ ſolent vitiare cõtractus l.nõ ſolẽt ff.de reg.iur. Adde ꝙ nimis verboſi poſſunt aduocationis officio priuari,glo.eſt ſing.ſecũdũ Ludo.Ro.ſingu.739.in.l.ex ea. ff.de poſtu.i.Præterea nota,ꝙ aduocatꝰ poteſt corrigere errorẽ ſuũ eodẽ die.vt.c.cũ cauſam,in verbo eadẽ die,de appel.aliquãdo infra triduũ.vt.C.de erro.aduo.l.i.in fine.

Repetere eſt lauare ſinapium.

Vne addition ou deux au plus.

Art.xlv.

RЕſpondront les parties par vne ſeulle addition,ou deux au plus en quelque matiere que ce ſoit.

REfragatur huic ordinationi quod dicit Io.Fab.in §.i.inſti.de repli.quod aduocati in curia Franciæ non excedunt duplicationem,& bene ſecundum eumſed ibi conceditur triplicatio,& quadruplicatio & non vltra quia poſtquam actor addit duplicæ rei,reus poteſt addere ſi opus ſit,aliás non arg.l.ad probationem C.de proba.

Peines

ADſtipulatur quod tradit practicus Papien.in gl.ſummarie,in forma libel.in actione reali,quod natura aduocatorum,& procuratorum ad lites quærendas eſt inclinata,& ſemper cogitant lites ex litibus ſuſcitare.cōtra l.terminato C.de fruc.& litium expen.in animam eorum irreparabile detrimentum de quibus dictū eſt ve vobis qui manducatis panem doloris quare multis craſſantibus opus eſt exemplo.l.aut facta.§.fina.ff.de pœ.&.l.i.C.ad l. Iul.repeten.nā qui lites ſequuntur omnia mala nouerint. l.ab anaſtaſio,& ibi nota.C.manda.&.l.defenſionis facultas lib.x.quanuis aduocati,& lites ſequentes debeant eſſe conſcientioſi ſecundum Bal.in dic.l.ab anaſtaſio.& ꝓbēſe habere.ff.de excuſa.tuto.l.ſcire oportet circa princi Nota inſuper,quod iteratio delicti magis punitur;creſcente contumacia creſcere debet & pœna l.iii C.de epiſco.audien.l.relegati &.l.capitalium § ſolēt.ff.de pœnis. *Aduocatorū & procuratorū natura ad lites eſt inclinata.*

De communiquer tiltres en matiere beneficiale,& de la peine en default de ce faire.

QVe es matiers poſſeſſoires beneficiales lon communiquera les tiltres des le commencement de la cauſe,pourquoy faire le iuge baillera vn ſeul delay competent tel qu'l verra eſtre a faire ſelon la diſtance des lieux.& par faulte de exhiber ſe ſera adiudication de recreance ou maintenue ſur les tiltres de celuy qui aura fourny qui ſera executée nonobſtant l'appel quand elle ſera donnée par iuges reſortiſſans ſans moyen en nous cours ſouueraines. Ar.xlv.

ADſtipulatur quod dicit Ioan.Fab.in.§.retinēde.cir
ca finem inſti.de inter.quod in materia poſſeſſoria
ſi reus ſit cōtumax,& nolit comparere,pronunciatur pro
actore & ita ſeruat curia Franciæ ſecūdum eum:ſed, dicit
hoc eſſe periculoſum de iure,vt ꝓcedatur ad diffinitiuā,

Cōteſtatiōe nō facta periculoſū eſt procedere ad diffinitiuam.

lite non conteſtata,vt.l.properandum.C.de iudi.ſed hoc
ſtatuitur in pœnam cōtumaciæ,vt ex illo ſolo defectu lis
habeatur pro conteſtata,& pronūcietur pro eo,qui fecit
fidem de titulo colorato.vt nota.in.c.eum qui per Archi.
de eo qui mitti in poſſe.cauſ.rei ſeruan.lib.vi.& per glo.
in pracma.ſanct.in.§.ordinarii.ſuper verbo,inquirāt,cir
ca medium,de pacifi.poſ.eſt enim communis opinio,ꝙ

Poſſeſsio in beneficialibus debet ex titulo iuſtificari.

in beneficialibus oportet poſſeſſionem ex titulo iuſtifica
re,ſecundum communem opinionem docto.Inno in cle.
vnica de cauſa poſſe.& proprie rota.deci.xiiii.& in quæ
ſtione.xv.capel.Tholo.Guido pa.queſt.lxxxvi.fallit quā
do quis ſe dicit ſpoliatum lite pendente,quia tunc ſufficit
probare ſe fuiſſe in poſſeſſiōe tempore litis motę,& ſpo

Spoliatus quid probabare debet.

liatum fuiſſe,& in hoc priuilegiatur remedium attentato
rum,quàm interdictum vnde vi ita ſingulariter cōcludit
rota.deci.xiiii.& ita dictum fuit per arreſtū in parlamen
to Tholoſano,Vauri.tunc ſedente,anno domini mileſi-
mo.ccclxxxv.ſecundum Aufre.in deci.capel.Thoſ.xv.in

Poſſeſſoriū coadiuuat titulus in rebus prophanis.

prophanis non eſt neceſſe fidem facere de titulo,tamē ti-
tulus coadiuuat,& confortat poſſeſſorium.Nō data pari
tate probationū vtriuſque partis ille obtinere debet,qui
cum poſſeſſiōe probat titulum,vt tenet Abbas ſiccu'us in
c.licet,de proba.in x.notabili,& ibi Feli.col.xvii.in prin
Bar.in.l.ſi de eo.§.i.ff.de acqui.poſ.& l.ſi duo.ff.vti poſſi.

Io.Fab.fuit magne auctoritatis & practicæ pater appellatur.

Ioan.Fab.in.§.retinēde.inſti.de inter.Bal.in.l. ordinarii.
C.de rei vendi.Adde quod licet Ioan.Fab.fuit magne au
ctoritatis & tanta nouerit in practica vt ipſius practicę
pater à multis appelletur.miror cur non allegauit textū
in cle.ſæpe,de verb.ſigni.ſed fulcitur obſeruantia curiæ
Franciæ,vt plurimi iuris & iuſtitiæ ignari,qui in deciden
dis cauſis exemplis.non legibus vtūtur quo fit vt protho
collum practicę aut alium gallice ſcriptum malint legere
quam quemuis ceterorum,& dum in dandis conſiliis ad
ſunt

ſiunt ſuos gallicos auctores nominãt mulierũ more, nulla ratione fulti. niſi ſuis gallicis auctoribus qui nil præter fabulas habent, quare nota quod licet generaliter ad quẽcunque actum requiratur peremptoria citatio, fallit vbi proceditur ſummarie & de plano, quia tunc ad audiendã ſententiam diffinitiuam non requiritur citatio peremptoria, imò ſufficit vna citatio iſte eſt caſ⁹ in dic cle. ſæpe, de verb, ſigni. de quo dubitaſti, an ſuper poſſeſſorio poſsit procedi vna citatione. & tũc iudex pronũciabit actorem non eſſe in poſſeſſione inquietandum à reo ipſo abſente notat Spe. titu. de primo decreto §. reſtat verſi. ſed pone & ibi dicit quod licet interdicta ſint perſonalia videntur in rem ſcripta l i. ff. de interdic. Nota preterea ꝙ in interlocutoria que non ſortitur naturam diffinitiue, aut poteſt per eam reparari vel appellatione a diffinitiua ſufficit vna citatio vt tenet Bal. in addi Spe. titu de ſententia ver. an interlocutoria & eſt textus in. l. preſenti C. de his qui ad eccle. cõfu. §. ſane. Nota inſuper ꝙ poſſeſſoriũ adipiſcẽde, & quorũ bonorũ vel cõdictio ex. l. vltima. C. de edic. diui Adria. tollen, non datur heredi, qui ſemper poſſedit res hereditarias, ad quas agit, vt inſti. de interdic. in. §. adipiſcende. vt notat glo. in. c. fina. de confeſ. lib. vi. quod limita ſi poſſedit. quando adiuit hereditatẽ, tũc enim ipſe nõ poſſedit vt heres, ſed vt ali⁹ hoc ſibi non debet nocere, arg. l. in delictis. §. ſi extrane⁹. ff. de noxa. & ita dicit fuiſſe iudicatum Math. Math. ſingu. 69. ipſo aduocante.

Vn ſeul brief delay pour eſcripre, & produire eſdictes matieres.

ET apres que les parties auront conteſté & eſté appoinctées en droict, leur ſera baillé vn ſeul brief delay pour eſcripre, & produire, que ne pourra eſtre proroge pour quelque choſe que ce ſoit. Arã. biii.

Dixi

forcluſion ne ſignificatiõ de requeſte, & ſans eſperance d'autre delay par letres de reliefuement, ne autrement.

FVndatur hæc practica ex notatis per Ange.in.l.fi.ff. de feriis.vbi dicit, quòd vnius dilatio, quæ datur à lege, vel ſtatuto eſt peremptoria.vt in.l.mancipiorum.ff. de optio.lega.& ibi Bar.& in.l.peremptorias.C. ſenten. reſcindi non poſſe.exemplũ eſt in appellatione, cum lex dat decem dies ad appellandum, non poterit elapſis decẽ diebus alius terminus aſsignari, quod nota, quia eſt ſingulare. ꝙ aduertas ad vnum ad quod pauci procuratores. Et aduocati animaduertunt & ſcias quod omnes ſcripture inſtrumenta & alie probationes debent produci parte præſente vel citata aliàs non probãt.iii.quæſt.ix.c. chartas.l.iudices & ibi Bal.in.iiii not.C. de fide inſtru.l. properandum.§.ſinautem reus.C.de iudi.& ibi Ange.& eſt neceſſe quòd detur copia parti cum termino ad opponendum ita ſingulariter dicit Bar. in extrauag.ad reprimendum ſuper verbo de plano quod nota, quia non ſufficit producere parte præſente vel citata, ſed debet dari copia parti cum termino ad opponendũ, notat hyppo.ſingu.81.& vlterius nota quòd productio inſtrumẽti ante litem cõteſtatam non prodeſt niſi poſt litem conteſtatã producatur notat fede.de ſen.cõſi ſuo clx.hyppo. ſingula.168.

De ne pourſuiure le petitoire en court d'egliſe que le poſſeſſoire ne ſoit premierement vuide.

APres le poſſeſſoire intenté en matiere beneficiale ne ſe pourra faire pourſuyte par deuant le iuge d'egliſe ſur le petitoire iuſques à ce que le poſſeſſoire ayt eſté entierement vuydé par iugemẽt de pleine maintenue, & que les partyes y Arti.li.

ayent ſatisfaict & fourny, tant pour le principal que pour les fruictz, dommages & intereſt.

Terminus non eſt dandus alio durante.

ET eſt ratio, ne cõtinentiæ cauſæ diuidatur. l. nulli. C. de iudi. aliàs eſſet cauſæ cognitioné intricare, & ordiné iudicii turbare, & inculcare, quod fieri nõ debet. extra, de ordi. cogni c. penul. quéadmodũ vno termino durante alius terminus non eſt dandus, nec circa id, nec circa diuerſa: ná eouſque debet officium iudicis cóqui eſcere. l. ſiue pars. C. de dila dicit etiá Bal. in ſua practica tit. de cita. & dila. decima ſexta quæſtione ꝙ quando iudex dat minoré terminũ, quàm ſit à iure ſtatutũ, ſuppletur à lege vt. l. iiii. §. ſi quis cõdemnatum. ff. de re iudi. iſtud eſt etiam notabile ſecundum Lanfrá. de oria. in. c. quoniam contra in verbo dilationes, verſi. iſtud quòd poteſt dari vna dilatio. ad probandum plura capiula ſimul compaſsibilia, & pendente dilatione ſuper vno non poterit procedi ſuper aliis, vt eſt textus in. l. generaliter. §. ſin autẽ. C. de rebus credi. Si autem eſſent capitula incõpaſsibilia, non poſſet dari vna dilatio ſimul adiuicem: imo debet ſingula dilatio ſingulis capitulis exprimi. Ita intelligitur textus in. l. fin. ff. de feriis, & pendente dilatione ſup vno non debet conquieſcere officiũ iudicis ſuper aliis capitulis, & ita debet intelligi dic. l. ſiue pars. C. de dila.

¶. *De faire regiſtre des ſepultures.*

Arti. lij. QVe des ſepultures des perſonnes tenans benefices, ſera faict regiſtre en forme de preuue par les chapitres, colleges, monaſteres, & cures qui fera foy, & pour la preuue du temps de la mort duquel ſera faict expreſſe mentiõ eſdictz regiſtres pour ſeruir au iugement des

proces,

proces, ou il ſeroit queſtion de prouuer ledict temps de la mort à tout le moins quant à la recreance.

ET faciũt iſta regiſtra plenã fidẽ ſecundũ Inno.in.c.i. de procur.quãdo fiũt per eos,qui habẽt auctoritatem faciendi auctenticã ſcripturã, quæ datur eis à principe, aliàs nõ facerent fidẽ.Ita tenet Bal.referens Inno. in auten ſi quis in aliquo.C.de eden.Et hoc ideo ſtatuitur ad obuiandũ fraudibus, quæ fiunt in morte iſtorũ beneficiatorũ circa quã probandã fiebant magni pceſſus,& infiniti.nã ſi vnus beneficiatus egrotabat in patria, & forte dicebat ꝙ nõ poterat euadere,tũc volens beneficium illius habere,mittebat curſorẽ ad papã:& interim moriebãtur ille beneficiatus,tamẽ à tẽpore mortis ipſius vſque ad tẽpus datæ prouiſionis nõ erat tempus lapſum, infra quod poterat obtinere veriſimiliter prouiſionẽ huius beneficij:quare talis prouiſio nõ tenet vt in regula cancellariæ.xxviij.& illã prouiſionẽ caſſat ibi papa:& ideo per talia regiſtra facile cognoſcetur illa veriſimilitudo ſine magnis expẽſis,de qua in dicta regula. & aduerte ꝙ in iſtis regiſtris debet ĩſeri hora mortis ipſius beneficiati nã hora in inſtrumentis & reſcriptis eſt maxime ĩportãtiæ & effectus nã operatur ꝙ vnũ dicitur prius altero ſecundũ gloſ.in.l.ſi ex pluribus in.§. fina.ff.de ſolu. quã pro ſingulari extollũt docto.in plurib' locis quos refert. feli.in.c.paſtoralis in ver.ratiõe vnius horæ ex.de reſcri. vbi plura ponit circa hãc materiã horę,circa quã nota,ꝙ ſi collatio beneficii ſit facta à papa vni,& ab ordinario alteri,eadem die ꝙ hoc caſu collatio papæ preferatur vt in c.ſi à ſede de preben.in.vi.attamen ſi in collatione ordinarii ſit appoſita certa hora collationis facte, & in collatione pape non ſit appoſita hora,prefertur collatio ordinarii,collationi pape,ita not.dicit Soſi.pluribus iuribus & rationibus in.l.i.ff.ſolu.matri. quem refert & ſequitur philippus decius conſilio ſuo.cxix.pro quo faciunt dicta per Felinum in dicto capite paſtoralis.

Regiſtra ſepulturariũ faciunt plenam fidem.

Prouiſo beneficij defũcti per tempus debet obtinere.

De faire regiſtre des bapteſmes.

Arti. liiij.

AVſsi ſera faict regiſtre en forme de preuue des bapteſmes, qui contiendront le temps & l'heure de la natiuite, & par l'extraict dudict regiſtre ſe pourra prouuer le tẽps de la maiorite, ou minorité, & ſera pleine foy à ceſte fin.

Regiſtra ad probãdã etatem.

Regiſtra faciunt fidem propter auctoritatem principis.

ISta regiſtra ſunt autentica, & faciunt plenã fidẽ vt dixi articulo præcedenti: & multum ſeruiunt ad probãdam etaté de qua ſæpe dubitatur: admittuntur tamẽ parentes ad illam probandam, non tamen faciunt plenam, neque ſemiplenam fidem: ſed quandam præſumptionẽ, & inſtructionem faciunt iudici. Ita tenet glo. ſingu. in l. etiam. ff. de proba. quã ſequuntur docto. Adde Spe. & Ioan. And. in addi. in titu. de teſte. §. opponitur ver. tertio mater. Et intellige parentes ſiue pater, ſiue mater. Et nota quòd iſta regiſtra ſic facta faciunt fidem, & probant, eo quod auctoritatem impartitur princeps talia faciendi: aliàs ſi per ſe faceret etiam notarius ſine auctoritate iudicis, non valerent. Ita tenet Bal. in rubri. C. de inſtru. vbi dicit, quòd ſi actus non dependet à voluntate aliquarum partiũ, tũc requiritur auctoritas iudicis: aliàs tale inſtrumentũ non facit plenam fidem, vt in natiuitate alicuius. Nam ſi quis faciat ſcribere inſtrumentum de alicuius natiuitate, debet interuenire auctoritas iudicis: aliàs non faceret inſtrumentũ indiciũ, niſi fieret modo hic ſcripto, quod nota. & idẽ in inſtrumento ſepulturæ, de quo dictũ eſt arti. proximo. Ioan. And. in addi. ad Spe. §. poſt ver. obligationes in fine de inſtru. edi.

Forme deſdictz regiſtres.

Arti. lv.

ET à ceſte fin qu'il n'y ait faulte auſdictz regiſtres, il eſt ordonné qu'ilz ſeront ſignez d'vn notaire, auec celuy

uy deſdictz chapitres & conuentz, & auec le vicaire general reſpectiuement, & chaſcun en ſon regard, qui ſeront tenuz de ce faire ſur peine des dõmages, & intereſtz des parties, & de groſſes amendes enuers nous.

ECce quomodo tabellio cõputatur inter teſtes: & ſic ſunt duo teſtes cũ tabellione.l.domitius.ff.de teſt.& ibi Bal vbi dicit, ꝙ notarius nõ cõnumeratur in numero teſtiũ in inſtru.publico,in ſcriptura aũt priuata bene poterit cõputari in numero teſtiũ,& deponere dictũ ſuum ſicut cæteri teſtes deſcripti in ſcriptura priuata. Attamẽ vicarius,de quo hic dicitur,cẽſetur pſona publica,& ſcriptura per eũ facta.l i.§.publicũ ius.ff.de Iuſti.& iure. & ita videtur dicere.Pe.Ia.poſt ti. decõſti.p ec.in ti. de appel.ver.Itẽ ſi ille verus contumax, quod ſequitur Iac.de bel.viſu in repe.§.cõtrahẽtes.ver.intcrdũ nũero. xxxiii. & Spe.in ti.de inſtru.edi.§.nũc vero. ver.item pone Adde ꝙ publica perſona appellatur qui habet publicum officium.C.de epiſ.& cler.l.orphanotrophos vel epiſcopus.C.de epiſc.audien.l.ſancimus &.i.diſtinc. ius publicũ vel defenſor loci.xvi.queſt.iii.§.poteſt.C.de anna.excep.l.vt pfectius vel quiſque qui eſt in dignitate vel officio cõſtitutus puta Archidiaconus decanus & huiuſmodi habẽtes tamẽ iuriſditionẽ extra de offi.archi.c.ad hoc de appel.c.ſi iuſtus & extra de vſur.c.quãquã notat Spe. tit.de.i.decre.ver.29. Aduerte ꝙ quãdo nulli preiudiciũ infertur,& eſt cõmodũ alicuius tũc dictum vnius teſtis tantũ facit plenã probationẽ: puta ꝙ aliquis ſit baptizatus vel eccleſia cõſecrata.c.cũ itaque.&.c. per nullos. de cõſec.diſtinct.iiii gl.in.c.licet vniuerſis.In gl.ſi.de teſti.gl.no.in c.nup.in verbo nũerus eo.ti.de teſte §.reſtat in.ix &.xvi.fallen.& per illã gl,in ſpecie.Infert Bald. in dic.c.licet vniuerſis.& in dic c.nup. ꝙ clericatus poteſt probari per vnũ teſtẽ ſolum:quia iſte actus de ſe, & ſui

Tabellio quandoque computatur inter teſtes.

Teſtis vnius dictũ quandoque plenam fidem facit.

tiatura inſpecta non principaliter præiudicat, quod valde nota: quia multum limitat quòd vni teſti non debeat plene credi, etiã ſi ſit magnę dignitatis. l. iuriſiurãdi C. de teſti. cũ ſimi. adde etiã quàm plures caſus, in quibus vni teſti plene creditur, quos refert Iaſ. in lectura, l. admonẽdi, in fine. xxvi. coll. & in repe. circa finẽ. xxvi. de iureiur.

Que leſdictz regiſtres ſeront portez dan eu an, & gardez es greffes des plus prochains iuges royaulx.

Arti. lv. ET leſquelz chapitres conuentz & cures ſeront tenuz mettre leſdictz regiſtres par chaſcun an par deuers le greffe du prochain ſiege du bailly, ou ſeneſchal royal, pour y eſtre fidelemẽt garde, & y auoir recours quan meſtier & beſoing ſera.

MAior enim fides adhibebitur his regiſtris. in archiuo publico iuuentis, qui in communi vſu appellatur cancellaria communis, vel ratiocinaria communis ſecundum practicum Papien. in titu. de forma product. inſtru. vt habetur in. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci. & in. c. ad audientiam, extra de præſcrip & in auten. de his qui ingre. ad appel. §. ſi vero. l. celſus. ff. de proba. &. C. de fide inſtru. auten. ad hæc.

De declarer par les domeſtiques des beneficies decedes leurdict deces.

Arti. lvj. ET afin que la verité du temps dudict deces puiſſe encores plus clerement apparoir, nous voulons, & ordonnons

que

que incontinent apres le deces deſdictz benefices, ſoit publie ledict deces incontinet apres icelluy aduenu par les domeſtiques du decedé, qui ſerõt tenuz le venir declarer aux egliſes, ou ſe doiuent faire leſdictes ſepultures & regiſtres, & rapporter au vray le temps dudict deces, ſur peine de groſſe punition corporelle, ou autre à l'arbĩtration de iuſtice.

Domeſtici qui dicũtur

DOmeſtici autem dicuntur familiares pater, & filius, vxor, & maritus, colonus, ſeruus, libertus, & generaliter omneſque qui habitãt in domo. vt no. in. l. fi. §. ſane. C. de his, qui ad eccle. cõfugiũt, & l. reſpiciendũ. §. furta. ff. de pe. &. ff. de edi. l. edic. ediles. § familiæ. & gl. in. c. literis extra de teſti. Lanfran. de oria. in. c. quoniam contra. in verbo. teſtium depoſitiones. verſi. nũc eſt videndũ. & nota, quòd hic tollitur illud dubiũ, quod eſt ſupra articulo quinquageſimo per quos debent fieri regiſtra ſepulturarũ, beneficiatorũ, decedentiũ. & dicit quod per eos, qui ſunt eccleſiaſtici, vbi tales ſepulturæ fieri debẽt. pro quo facit textus in arg. in anten. de eccle. titu. § ſi quis in nomine. &. ff. de condi. & demonſtra, l. quæ cõditio. § fin.

D'enquerir ſommairement du iour du deces auant la ſepulture.

dex poteſt ſibi cõſultorem eligere, etiam inuitis partibus quod Ange. nõ placet in dic. l. ii. ff. quod quiſque iuris. tamen dictum Inno. procedit vbi iudex habet dubiam cauſam in iure. & Ange. vbi articulus cauſæ non eſt dubius iuxta notat. per Bar. in dic. l. ſi poſtulauerit. Adde, quod vbi ex forma ſtatuti debet dari conſultori tantum ſalariũ ſi cauſa ſit à quingentis libris vſque ad mille: & tantum ſi à mille vſque ad duo millia pro vt dicit ſtatutũ Bononienſe conſultor babebit ſalarium integrum, licet reus ſit pauper, ita quod eius nomen non numeretur pro centum, vt probatur in l. in offerendis, C. de appel. Et hoc notat Bar. ibi ꝙ nota. quia quotidie accidit, ſecundũ Math. Math. ſingu. 143. Nota qnod ſi commiſſa ſit cauſa conſilio vnius partium conſenſu & portatur conſilium iudici ordinario iudex ordinarius diſsigillat conſilium, & dicit, pronũtio pro vt iſto conſilio continetur, traditur conſiliũ notario & notarius in fine ſcribit, iudex pronũciauit pro vt in cõſilio continetur, cõſuluit ſingulariter Ang. quod iſta ſenteutia eſt ipſo iure nulla, quia ſententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis, ergo debuit primo ſcribere iſta verba ꝓnuncio pro vt in iſto conſilio cũtinetur, deinde proferre alias ſententia eſt nulla, notat Pe. gerar. ſingu. 74. idẽ dic in ſacramẽto teſtis quod poteſt remitti de cõſẽſu partiũ vt. l. i. ff. de fer. & l. ii. §. ſed quia de iur. cal. an poſsit remitti. vide quid ſupra dixi art. xvii. Item & iuramentum calũnię tacitę poteſt omitti ſed nõ expreſſe, vt dic. §. ſed quid & c. i. de iur. cal. lib. vi. & ratio eſt quare ordo iudiciarius remitti non poteſt quia dicitur inuẽtus in fauorem & vtilitatem publicam cui renunciari non poteſt. l. ius publicũ ff. de pac. quod eſt verũ in ordinariis, ſecus in ſummariis, vt notatur in extrauag. ad reprimẽdum. Limita prædicta ſi corã iudice procedit vt ordinario, ſecus vt arbitratore, vt dicit do. cardi. in cle. ſæpe. de verb ſigni. Litis conteſtatio nec tacite nec expreſſe remitti poteſt in cauſa principali, ſecus in cauſa appellationis quia non eſt neceſſarius ordo iudiciarius, vt detur libellus, & lis cõteſtetur, vt notat Spec. in titu. de libel. conceps. §. vtrum. ſed cõtra eum eſt textus, in. l. fin. §. illud. de tempo. appel. quare intellige dictum

Sentẽtia nõ valet, ſi iudex in ſcriptis nõ proferat pronũcio prout in ipſo cõſilio cõtinetur licet notari9 ſcribat quomodo iudex pronunciauit prout in conſilio continetur.

Ordo iudiciarius quare remitti non poteſt

Ordo iudiciarius in quib9 remittitur.

Litis conteſtatio non poteſt remitti.

dictum Spe. quando proceditur vna parte præſente & altera abſente quia tunc non requiritur litis conteſtatio in cauſa appellationis, vt notat Matth. Matth. ſingu. 66. ❧ hoc tamen nota, ꝙ volentibus partibus iudex, ſubſtātialia iudicij poteſt omittere nec in ſindicatu tenetur ſecūdū Bar. in l. fi. §. fi. ibi cōſentiētibꝰ videlicet partibus de priui. fco. lib. xij. quem refert paris de pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo aſſeſor. ❧

❧ *Que toutes inſtances poſſeſſoires ſeront vuydees ſommairement, & les, preuues faictes dedans vn ſeul delay.*

ET ſeront toutes inſtances poſſeſſoires de complaicte ou reintegrande vuydées ſommairement, les preuues faictes tāt par lettres que teſmoings dedās vn ſeul delay arbitré au iour de la conteſtatiō, & ſans plus y retourner par reliefuement de noz chancelleries ne autres. *Arti. lxiij.*

QVid autem relaxatur de obſeruantia iuris commuhis quando mandatur procedi ſummariè, ſeu ſimpliciter non adiiciendo de plano, & ſine ſtrepitu, vt hic. Colligo totam veritatem per infraſcriptas concluſiōes. Prima concluſio vbi proceditur ſummariè debet offerri libellus plenè ordinatus, ſicut in cauſa ordinaria. vt in l. iij. in princi. ff. ad exhibend. licet diuerſum ſit ſtatuto dicente quòd in cauſis miſerabilium perſonarum poſsit procedi per ſimplicem quærelam, hæc verba importante, vt poſsit procedi ſine libello, ſecundum Bald. qui ita elegāter loquitur in. l. C. i. vt in poſſ. leg. Secunda concluſio vbi cauſa eſt ſummaria requiritur litis conteſtatio. vt in l. tigni. §. & ſi non poſsideret, &. §. idem ſcribit ff. ad exhiben. Tertia concluſio in cauſa ſummaria non poteſt procedi in feriis, ob neceſsitatem hominum: niſi quate- *Sūmarie & de plano quomodo proceditur.*

nus permittitur, in cauſa ordinaria. vt in.l. ſecunda. ff. de feriis. Quarta concluſio, exceptio requirens altiorem indaginem non poteſt examinari in cauſa ſummaria, ſed debet reſeruari in alio iudicio Et dicitur exceptio requirere altiorem indaginem quoties non poteſt expediri infra tantum tempus infra quantum expediretur cauſa principalis, ſi non eſſet oppoſita dicta exceptio. vt notatur in l. ſi is a quo ff. vt poſſe. leg. per Barto. Quinta concluſio in cauſa ſummaria abbreuiantur dilationes ſine alia cauſæ cognitione. vt in.l.ii. in fine. ff. de re iudi. Sexta concluſio, neceſſaria eſt citatio peremptoria vbi proceditur ſummarie licet oppoſitum cuſtoditur. vbi ſimul ſunt annexa iſta verba ſummarie & de plano, &c. vt in cle. ſæpe. de verbo. ſignifica. Septima concluſio ſi in cauſa ſummaria non tractetur, de preiudicio alterius, ſufficit probatio per iuramentum vt in.l. theſaurus. ff. ad exhiben. Octaua concluſio vbi tractatur de preiudicio alterius ſi tale preiudiciũ poſsit reparari in alio iudicio, & cauſa ſit fauorabilis, ſufficit ſemiplena probatio, vt in.l. lege aquilia ſi deletũ ff. ad l. aquil. Nona concluſio vbi in cauſa ſummaria tractatur, de preiudicio alterius reparabili in alio iudicio ſi cauſa non eſt fauorabilis requiritur plena probatio, vt conſtat in omnibus poſſeſſoriis quæ dicuntur eſſe ſummaria, vt in.l. momentaneæ. C. vnde vi. & gloſ. ſing in.l.i. C. quo. bono. quod eſt intelligendum ſecundum Bar. iudicium poſſeſſ. rium eſſe ſummarium quoad reum nõ autem quoad actorem, quia ex parte actoris requiritur plena probatio: ex parte autem rei ideo dicitur ſummariũ, quia nõ poteſt opponi exceptio requirens altiorem indaginem, ſicut contingit in omni cauſa ſummaria, vt ſupra dixi. ſed debet reſeruari in petitorio, vt plene per Ange. in.l.i. C. ſi per vim vel alio modo, & plene per Dy. in. c. dolo facit de Regul. iur. li. vi. Decima concluſio, ſi preiudicium, quod paratur in cauſa ſummaria non poſsit reparari in alio iudicio, requiritur plena probatio. vt in.l. donatio. C. de dona. Vndecima concluſio vbi fit miſsio in poſſeſſionem, ex primo decreto ſufficit ſummaria cognitio debiti per iuramentũ creditoris ſecundum Specu. in titul. de primo & ſecundo decreto

Exceptio que requirit altiorem indaginem

Poſſeſſoriũ eſt ſũmariũ quoad reum

decreto.§.poſtremo.circa finem textus.& in autentica de exhiben.& intro.reis.§.& ſi iurent. Duodecima concluſio in miſsione in poſſeſsionem ex ſecũdo decreto, requiritur ſummaria cognitio & plena probatio,vt in.l.fina.de bo.aucto iudi.poſsi.& glo.in.l.fulcinius.ff.ex quibus cauſis in poſſe.Decimatertia concluſio omnis cauſa executionis eſt ſummaria.cum non habeat inſtantiam. vt dicit Bar.in.l.litibus.C.de agri & cenſi.libro vndecimo Bald. in.l.vnica.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.cum alias omnis cauſa ordinaria habeat inſtantiam. vt in.l. properandum,in princ.C.de iudi.cum etiam in cauſa executionis non poſsit opponi exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem ad impediendã executionem ſicut eſt in qualibet cauſa ſummaria,vt iã dixi.Secus eſt vbi exceptio nullitatis poteſt incontinenter paobari: quia tunc impedit executionem.vt in.l. iiii.§.cõdemnatum.& ibi plene per docto.ff.de re iudi.tamen dicit Bartolus vbi ſupra vnum notabile verbum.quód quando contra executioné opponitur exceptio nulitatis,quæ requirit altioré indaginé,& ſic nó poteſt retardare executioné,quòd victor antequã habeat executoré debet dare fideiuſſores de reſtituendo victo id quod habuit pro executione, caſu quo probetur dicta exceptio nullitatis.pro que allego caſum in.l.fi. C. de ordi.cogni. & textum in.l.fina.C. ad.l. corne.de fal.ꝙ tene mente.Decimaquarta concluſio vbicunque cognitio ſummaria procedit ex occulata fide,id eſt ex inſpectione oculorum.quod contingit quando ſtatutu m dicit ꝙ viſo inſtrumento, ſententia mandetur excecutioni, vel per ſimilia verba.tale inſtrumentum debet eſſe ſine vitio carens lineatura,vel ſubſcriptione,vel cancellatione, &c. dictum eſt ſingulare Baldi in.l.i.ff. vt in poſſe. lega Decimaquinta concluſio vbi princeps mandat procedi ſummarie,ſi tamen procedatur ſeruato iuris ordine valebit proceſſus ſecundũ Bald.in.l.quod fauore.C. de legi. pro quo facit glo.in cle.ſæpe de verbo.ſigni. quæ glo. tamen loquitur,quãdo cõmiſſum eſt in poteſtate iudicis quod procedat ſummarie.ſed queſtio Bal. loquitur quando interuenit mandatum principis:& diligenter ſunt cuſtodiẽ

Executiõis cauſa eſt ſũmaria

Fideiuſſorẽ dare quandoque neceſſe eſt in executione ſententiæ

Mandati fines quomodo debent cuſtodiri.

di fines mandati. vt in. c. cum dilecta, de reſcri. puto Bal. bene dicere ſi pars impetrans reſcriptũ exceptionem nõ opponat. aliàs non credo quòd bene dicat per dictam rationem: quoniam illa regula, cuſtodiendi ſunt fines mandati debet intelligi, vbi non cuſtodiendo non efficitur deterior cõditio mãdantis, vel cõditio eius, in cuius fauorem emanat mandatum: aliàs nihil nocet nõ ſeruare fines mandati. Ita ſingulariter notãt docto. in. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit. ff. de acqui. hære. quod perpetuo nota propter intellectum illius regulæ, diligenter ſunt ſeruãdi fines mãdati. Decimaſexta & vltima cõcluſio, omnis cauſa regulariter eſt ordinaria & requirit plenã cauſæ cognitionem. vt in. l. iudices. C. de iudi. & eſt gl. magiſtra. & nota. in. l. iii. in. §. ibidem. ff. ad exhiben. & hãc com mendat Iaſ. in. §. præterea. in. xii. col. inſti. de actio quem ibi vide multa notantem in hac materia. Illa ergo cauſa erit ſummaria, quãdo lex hoc exprimit quod procedatur ſummatim, breuiter &c. vel quia princeps mãdat p reſcriptum ſuum, & per hæc verba. Ego complector quæcunque dicit Bar. in dic. extra ad repimandũ. In verbo ſummariè. de cuius mente ſunt omnia fere ſupradicta: licet procedã magis ordinariè, & clare. ℞ Nota tamen ſecũdũ Anto. de Bu. in. ca. poſt electionem de cõceſsiõe prebende, ꝙ in ſummario iudicio ex leui calumnie præſumptiõe iudex poteſt exceptioné repellere, quã non debet in iudicio plenario. ℞ Aduerte, quòd ſolus princeps cauſam delegare poteſt, cum inſertione præſentis clauſulæ, glo. eſt ſingularis, in. c. fin. de hære. lib. vi. non tamen redditur ratio, ſed ad ordinem: quoniã ordo iudiciarius eſt introductus per principem, intelligendo de papa, vel imperatore, aut de rege noſtro, qui non recognoſcit ſuperiorem. c. p venerabilem extra. qui filij ſunt legi. quod patet: quia hi ſunt qui iura condiderunt, ex quibus ordo iudiciarius eſt introductus, nimirũ ſi eis inferior talem ordinem ſubuertere nequeat quia par in paré nõ habet imperium, multominus inferior. c. innotuit extra, de electione. l. ille à quo. §. tempeſtiuũ. ff. ad trebel. qui ordo tolleretur, ſi poſſet apponi dicta clauſula. vt patet in dic. cle.

Cauſa ſummaria.

Cauſam ſummariã princeps tãtũ delegat.

ſæpe,

ſępe, ex hoc ſequitur corrolariũ, ꝙ legatus etiã de latere exiſtens in prouincia ſua nõ poterit cauſam delegare, cũ inſertiõe dictæ clauſulæ. nec alius locũtenens cuiuſlibet principis ego limito iſtam glo. vno caſu licet nõ reperiã tactũ niſi per Lanfran. in repe. dictæ cle, ſæpe de verb. ſi gni niſi princeps libertatẽ dederit ſuo locũtenenti delegare cũ inſertione dictæ clauſulæ: nã tũc poſſet, quia tũc ceſſat ratio ꝓhibitiua. de qua ſupra. Deĩde quęro de vna quæſtione, quæ hic occurrit. licet aliquid dixi ſupra art. xxxv. An dato termino, vt dicitur in textu, ad producendũ inſtrumenta, poſſunt produci poſt terminũ elapſum? videtur glo. tenere, quòd ſic, in dic. cle. ſæpe. nam glo. le giſtæ quotidie allegant, & ad eã recurrunt: niſi ius aduer ſarii ſit factum deterius, quam glo. tenet Bar. in. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. Ia. de Are. Cy. & Ang. in. l. ſi ea. C. qui accu, poſſunt. & ipſemet Ang. in l. i. §. edenda. ff. de eden. eandem'ſententiã ſecutus eſt Bal. in. l. i. ff. ſi ex noxa cauſa aga. Et illam tenent omnes canoniſtæ. Sali. autẽ in dic. l. ſi ea. ſubtilius hunc articulũ interpretatus eſt, & po ſuit vnã ſuã diſtinctionem valde notabilem, quæ eſt memoriæ cõmendãda: quia veritatem continet: & eſt etiã in iudicando tenenda, quoniã non reprobat ſententiã communem, ſed diſtinguit declarando quo caſu debeat intel ligi ſententia cõmunis. vt vide ꝙ Do. Io. de Imo. in pluribus locis dicit, ꝙ ſemper eſt tenẽda opinio doctoris diſtinguentis: quoniam ſua diſtinctio eſt vera: cuius Salice ti verba reduco ad infraſcriptas cõcluſiones poſt Lãfrã. in dic. cle. ſæpe. Prima cõcluſio, ſi nullus terminus eſt da tus ad producẽdum inſtrumenta, ſeu iura, poſſunt inſtru menta produci vſque ad concluſionem in cauſa. c. cum di lectus. extra, de fide inſtrumentorum. Secunda concluſio vbi datus eſt terminus per iudicem ad producendum inſtrumenta, poſt terminũ non poſſunt produci de rigore iuris. Ratio cõcluſionis eſt, quia omnis dilatio probatoria, eſt peremptoria. vt dicit Ang in. l. fina. ff de feriis. & etiam tenet Specu. in titu. de dila. ꝗꝗ §. videndum ver. quid ſi data eſt dilatio ❧ & cæteri docto. Tertia concluſio vbi ille, cui datus eſt terminus ad producendũ inſtru

Productio an poſſit fie ri poſt terminũ lapſũ

Doctoris diſtinguentis opinio tenẽda eſt.

mẽta, potuit producere in termino, & nõ produxit, non auditur poſt terminum, nec de rigore iuris, nec de equitate ſiue ius aduerſarij ſit factum deterius, ſiue non: ratio concluſionis eſt: quoniã negligenti producere, iure non ſubuenitur. vt in. l. admonendi ff. de iureiur. vbi videtur caſus ipſius cõcluſionis. & in. l. fin. ex quibus cauſis maio. Quarta concluſio poſt terminum lapſum poſſunt produci inſtrumenta de equitate, ſi ius aduerſarii nõ ſit factum deterius: dummodo producens nõ fuerit in negligentia, durante termino. puta, quia ignorabat ſe habere inſtrumentũ, vel ſi ſciebat non potuit producere, aliqua iuſta cauſa impeditus. & in hoc ſtabitur iuramento producentis, ſi fuerit ignorans, &c. iuxta decretalem paſtoralis. extra de excep. Ratio concluſionis eſt: quoniã vbi in diſpoſitione eſt dies, & non pœna admittitur purgatio moræ, ſi ius aduerſarii non eſt factum deterius. dummodo, poſt modicũ tẽpus, quod reſidet in arbitrio iudicis. hæc probantur in. l. ſi ita quis promiſerit. ff. de verb. oblig. Quinta concluſio poſt terminũ lapſum non poſſunt produci inſtrumenta ſi ius aduerſarii eſt factum deterius: etiam ſi producens fuerit diligens durante termino. & in hoc caſu eſt intelligenda prædicta glo. & opinio docto. Ratio cõcluſionis ſumitur, ex his, quæ dixi in ratione proximè præcedentis concluſionis. A contrario tamen intelligo iſtam glo. ꝙ ius aduerſarii debet eſſe effectum deterius, poſt lapſum terminũ, producendi puta, quia teſtes ſunt mortui poſt lapſum terminũ per quos poterat reprobare inſtrumentũ. Si autẽ non fuiſſent mortui pendente termino. tũc non puto procedere glo. quia nõ eſt leſus poſt lapſum terminum, ſed in ipſo termino. Sexta concluſio in caſibus, in quibus producũtur inſtrumẽta poſt lapſum terminũ debet citari pars aduerſa, ad videndũ fieri productionẽ: aliás nulla eſt iſta productio: quoniã vbi tractatur de preiudicio alterius, is citari debet. in ca. vnico de ſcru. ex his eſt expedita iſta queſtio pleniſsime & vtiliter.

Que celuy qui reſignera ſon droict contencieux fera venir en cauſe ſon reſignataire.

Si

SI pendant vn proces en matiere bene ficiale l'vn des litigans reſigne ſon droict, il ſera tenu faire cõparoir en cauſe celuy auquel il aura reſigné, autremẽt ſera procedé à l'encontre du reſignant tout ainſi que s'il n'auoit reſigné, & le iugemẽt qui ſera dõné à l'encontre de luy, ſera executoire cõtre les reſignataires. *Arti. lxiiij.*

ISta practica fundatur in c.fina.vt lite pendente li.vi & in.c.quia.cum ibi not.per Inno. & Hoſtien. extra de iudi.ducebant enim cauſam partes contendentes in materia beneficiali vſque ad finẽ tempore ſententiæ ſurrogabãtur aduerſarii, quos oportebat de nouo citari. & iudiciũ incipi, qui iterũ producebant cauſam vſque ad concluſionem, & poſtea cedebant. Iterum veniebant alii. & idem faciebant, & ſic non erat litium finis. Ideo cõtra talium malitiam & fraudem fuit per dictum.c.fina. prouiſum, vt pendente lite cũ aduerſario ſuper beneficio nullus admitteretur, poterant tamẽ petere admitti, quorum intererat in illo ſtatu, in quo litem inueniebãt. & fuit optima prouiſio. vt no. per glo. in dic.c. fina. cui additũ eſt per hanc ordinationem, vt reſignans faciat venire ſuum reſignatarium in cauſa: aliàs ſi ſuccumbat reſignans, fiet executio, tam contra reſignantem, quàm cõtra reſignatarium ſuper qno non erat prouiſum per dictum.c.fina. vt finis litium imponatur.c.finem litibus: de dolo, & contumacia.lib.vi. quia non fuit alia intentio principis, quàm per has ordinationes finem litibus imponere. Ideo quæro? ſi fuit lata ſententia cõtra reũ detinẽtẽ, vel poſsidẽtẽ, vel ſi adhuc lis pẽdeat, & deſignat eius dolo poſsidere, an poterit fieri executio ſentẽtię cõtra hũc ſucceſſorẽ de iure abſq; alio nouo ꝓceſſu? dic. aut iã lata erat ſñia aut lis pẽdebat. Primo caſu poterit fieri executio cõtra ſucceſſorẽ abſque alio proceſſu. vt.l.ſi ſupatus. §.fina. de pig.

Reſignans neceſſe habet facere vt reſignatarius ſit in cauſa.

Sententia executio quomodo fiat contra ſucceſſorẽ.

Sententiæ executio quando fiat contra ſucceſſorem.

l.ſi mater.§.fina.&.l.iudicatę.in fine,&.l.ſi ante.ff.de exc ep.rei iudica.Secundo caſu ſubdiſtingue aut per talem litem res facta erat inalienabilis:vt quia agebatur de dominio,& hoc caſu ius exequendi tranſit contra hunc ſucceſſorem.vt.C.de litigio.l.ii.&.l. fina.ii.reſpon. aut res non erat effecta litigioſa, & agebant de iure pignoris, & tunc non tranſit ius exequendi ſententiam poſtea latam in ſucceſſorem,ſed opus eſt nouo proceſſu.vt in auten.de litigio.§. & hoc vnde ſumpta eſt auten. poſita in dic.titu.in fine de quo vide Cy.in.l.i.C.de alie.iudi. mutan.cau.& Bar.in.l. creditorem.C.de pigno.

De l'execution des lettres obligatoires ſoubz ſeel royal.

Arti.lxv.

QVe les lettres obligatoires faictes & paſſées ſoubz le ſeel royal, ſeront executoires par tout noſtre royaulme.

DE iſto ſigillo aliquid notat Guido pa.quæſt.clxxxi. dicens quòd inſtrumenta,ſeu literæ obligatoriæ ſigillo eius curiæ ſunt approbãdæ,ſeu muniendæ,cuius auctoritate nituntur.vt ex his fiat executio.tamen huius ſigilli ratio apud nos nõ curatur,dũtamen ſigillo tabellionis,ſeu notarii ſint munitæ Et appellantur iſtæ literæ obligatoriæ in iure inſtrumenta garentigionata Tuſci, & peruſini appellant cõfeſsionata.vt dicit Bal.in.l. etiã. C. de execu.rei iudi.Bart.in.l.vna.C. de confeſ.&. in.l.vinũ ff.ſi cer peta.Guido pa.quæſtio.lxvii. ¶ Quia nihil aliud eſt garentigia quàm præceptũ factũ in cõfeſſum per notariũ de inſtrumento rogatũ qui effectus eſt iudex ordinarius de obſeruãdo præmiſſa ita dicit Cy.in.l.i.C,de confeſ.& Bar.in.l.non fatetur.ff.eo.titu.Ang. & Imo in l.pretor.§.i.ff de re iudi. Nota etiam quòd ſi de debito non eſt factum inſtrumentũ tamen per teſtes poteſt probari debitum ꝙ notarius facit debitori garentigiæ præceptum ſi facit huiuſmodi probatio per teſtes,& redigatur

Garentigiã quid ſit & quomodo fiat.

tur in ſcripturam talis ſcriptura habebit dictam executionem,ſecundum Ang.in.l.finali. C. de edic.diui adria. tollen.per glo. in verbo depoſitionibus pro quo allegat etiam notata per Inn.in.c.fi.de fide inſtru reprobata illa practica qua vtuntur quædam curiæ, quæ ſuis mandatis precipiunt ſeruientibus,vt cogant debitores ſuis credito ribus ſoluere ſi eis conſtet iudicato, inſtrumento obliga torio aut teſtibus ☙& habẽt executionem paratã maxi me de ſtilo curiæ.Franciæ & omnium aliarum curiarum ſecularium regni: quando ſunt ſub ſigillo regio tenẽtur debitores furnire manum de totali ſumma in literis contenta.vnde dicit Ioan.Fab.poſt Cy.in.l.certum. C. fami. hærciſ.ꝙ iſta eſt cõſuetudo regni Franciç,quòd de literis cõtractuum fiat executio ſine ſententia, cuius meminit Nico.Boe.in conſue.Bitur.tit.de iuriſdi.om. iudi. §. xxvii.☙ Scias tamẽ ꝙ poſt factũ præceptũ garentigiæ cõfeſsio tanquã erronea poteſt reuocari ſecũdũ Bart. in dic.l.nõ fatetur quẽ refert & ſequitur Bal.i.l.error C.de iur.& fac.igno.& dicit ibi Iaſon ꝙ prætextu erroris poteſt confeſsio reuocari dummodo expẽſæ litis actualiter prius reficiãtur pti aduerſe allegat. Bar.in l.rura.de omi agro deſer.☙ Nota tamen quòd talia inſtrumenta ſolent per notarios laicos confici,& nõ eccleſiaſticos:quia actio hypothecaria eſt realis.vt in.l.pignoris C. de pig. & iſti non cognoſcunt de realibus,vt dixi ſupra arti.iiii. *Inſtrumẽta ſiunt per notarios laicos.* Item quia tabelliones in regno Franciæ creantur tm̃ à Rege.vt in ordina.Philip.pulchri.ar.xx.de iure vero tabellio creatur ab imperatore,vel papa,vel comite habẽte ab eis poteſtatẽ,ac etiã à quocunque rege in regno ſuo, tantum cum habeant ſupremam iuriſditionẽ, & imperiũ in regno ſuo. *Tabelliões creantur à rege.* Alii autẽ principes inferiores,puta,duces, comites,& barones hoc non poſſunt,niſi ſit eis cõceſſum ſecundum Inno.vt per eum notatur in.c.cum p tabellio. extra de fide inſtru.& tãgitur in.c. per venerabilẽ qui filii ſunt legi.per Spe.in titu.de inſtru.edi.§.reſtat videre. ver.ſed quis poteſt facere tabellionẽ. Et hoc etiã poteſt populus facere,& ciuitas quç non recognoſcit ſuperiorẽ & habet ſupremum imperium.vt eſt ciuitas venetiarũ,&

florentiæ,

florentiæ,& quædam aliæ enumeratæ in pace cõſtantiæ ſecundũ practicum Papien.in forma productiõis inſtru. in glo.exhibens nimirũ ſi illæ literæ obligatoriæ habent executionẽ in toto regno,vt dicitur hic. Adde Bar. in.l.à diuo pio.§.ſententiam de re iudi. vbi dicit ꝙ inſtrumẽta garentigiæ poſſunt vbique executioni mãdari licet cõfeſsio facta corã vno iudice non poſsit per alium executioni mandari niſi cũ requiritur vt notat Io. And. in.addi.ad Spe.tit.de cõfeſ.§.nunc videdũ ver.tamẽ. Præterea quæro,an notarius poſsit conficere inſtrumenta obligatoria in toto regno? & dic.ꝙ ſic ſecundum Bar. in.l.apud proconſulem.ff.de manumiſ.vindic. vbi dicit, quòd notarius creatus à rege,vel ciuitate poteſt in toto regno,vel ciuitate ſuum officium tabellionatus exercere,& non extra.notat Ioan.Fab.in.l.ſecundum.C.de dona.ſecus de conſuetudine regni Franciæ, vbi eſt certus numerus.vt in ordina.Ludo.xii.arti.lxii.ſed extra territorium, vbi ſunt conſtituti, non poſſunt ſuum officium regulariter exercere,ſicut nec iudices, niſi ſoli Pariſienſes, Aureliani,& Montiſpeſſulani,qui hoc habent ex priuilegio veteri.vt in conſue.Aure.traditur titu.de execu. inſtru.articu.xxii.& dicuntur iudices Chartularii ſecundum Bar.in.l.iubemus nulli.§.ſane.C.de ſacro ſanct. eccle.& Paulum de caſtro in conſi.lxxx.col.fina.verſi.præterea ad hoc volu.antiquo vbi vide quam iuriſditionem de iure,vel de conſuetudine habeant. Adde Specu. dic.§.reſtat ver.& nota.cum duobus ſequentibus vbi dicit quòd tabellio ſimpliciter cõſtitutus intelligitur conſtitutus infra metas iuriſditionis conſtituentis vt probatur euidenter extra de foro compe.ca.Romana.§.penul. Et hanc opinionem tenet Ioan.And.in dict.§. ver. quid de his & ſequitur Rota deci.ccxci.ĩ nouiſſimis & bene intellige ſimpliciter,vel dummodo priuilegium ſit generale.ſecus ſi ſpeciale per quod poſsit in certis locis errare vt notat idem Specu.in dic. ver. & nota & ver.ſequenti etiam notat ꝙ inſtrumenta infra metas illius iuriſditiõis confecta fidem faciunt extra illam inter homines illius iuriſditionis, & alios alibi litigantes, poſtquam conſtat

Notarius an poſsit cõficere inſtrumenta in toto regno

Notarius vbi poteſt officium exercere.

ea per tales confecta fuiſſe licet conſtitutio noſtra videatur innuere contrarium quod inſtrumēta confecta à notario auctoritate regia conſtitutio habeant vim tantum infra totum regnum quia ſi voluiſſet de aliis hoc dixiſſet ff.de acq.here.l.ſi ſeruū.§.pretor ait ver.nō dixit pretor & ſcias ꝙ tabellionatus officiū nō datur a natura ſed cōfertur nō ab omnib⁹ ſed apaucis puta à prīcipe.vel ab eo. cui ipſe conceſſerit.non cunctis,ſed quibuſdam vt C.de tab.l.generali lib.x.& per totū titulū & in auten.de tabel.& inſtru.cau.per totum quod intellige:vt predixi.& ideo.ſi is qui inſtrumētum confecit negetur eſſe publica perſona,probabitur econuerſo publica,niſi ſit notoriū, nam ex quo fuit ſemel nō publica ad huc preſumitur nō publica.niſi probetur C.de proba.l.ſiue ſub qua forma fiunt,& creantur tabelliones,& de quibus debeant interrogari Spe.notat in dic.§ reſtat ver.ſed quero vbi dicit, ꝙ debet diligenter examinari in grāmatica ſcriptura,& diuerſorum contractum formis & debent iurare.qnod fideliter ſuum officiū exercebunt,item quod inſtrumenta, conficient de his ſuper quibus rogabuntur,que viderint & audierint & ibi notat Io.And.ꝙ hi duo ſenſus viſus & auditus cōpetunt notario:qui facit inſtrumentū de alienis actibus reliqui cōueniūt teſtib⁹,itē ꝙ inſtrumētū nō cōficiet de aliquo cōtractu.in quo ſciat interuenire vim vel fraudem.item ꝙ cōtractū in prothocolum ſeu primā collectionē ſeu ſcripturā rediget & poſtquam redegerit malitioſe nō differet cōtra volūtatē cōtrahētiū,vel ei⁹ cuius eſt ſuper eo publicū cōficere inſtrumētū.ſaluo tamen iuſto ſalario,& cōſueto.itē ꝙ ſi aliquod fālſū inſtrumētū ad ei⁹ man⁹ peruenerit,illud deſtruet,ſi hoc facere poſſit abſque ſuo periculo ſine dāno,alias ꝓferret hoc ī notitiā rectoris prouincie ſeu eius qui ibi iuriſdictionem habebit.quo facto do.papa princeps aut alius qui ab eis habet notarios creandi poteſtatem,concedit eis conficiendi, iſtrumēta poteſtatē & cōtractus audiendi & officio tabellionat⁹ eū inueſtit per calami & puigillaris traditionē,accipe poteſtatē chartas cōdēdi publicas ſeu.iura.&bonos mores & literas ſuper officio formā ita ponit hic Spec.

Notarius ſi negatur

Forma creādi tabelliones.

Nota

Reductio notariorum aut aliorũ officialium nõ preiudicat illis qui erãt tẽpore reductionis

Nota vnum ſingulare de quo multum gaudebunt nota-rii procuratores & ſeruientes, quod ſi ſtatuto cauetur, quod numerus notariorum procuratorum & ſeruientiũ aut aliorum officialium (vt ſæpe fit) Reducatur, ad numerum conſtitutione principis aut edicto & noſtris cautum eſt ſtatutis regiis talis reductio nullum generat preiudicium illis, qui erant electi reductionis tempore, ſed præiudicabit duntaxat tempore noue creationis officialium ita pulchræ colligit Bar. in l. comperimus C. de proxi. ſacro ſcrinio, lib. xii. ꝙ notate, & date, mihi quiſque vnum per caponum, ex illo pulchro dicto. Aduerte etiam quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd notarius non poſſit eſſe decurio aut alias habens aliquam artem, quod licet deleatur de matricula illius artis, ſiue relinquat illam ſuam artem ſeu officium, non poterit aſpirare ad illam dignitatem ſeu officium caſum habes in. l. precipua. & ibi hoc voluit Bart. C. de primice. lib. xii. Et aduerte quod ſi creantur notarii procuratores vel ſeruientes ſuper numerum non gaudẽt aliorum priuilegio caſus eſt in. l. i. §. quod autem. C. de colleg. lib. xi. vide Bar. in. l. ſi duas. §. decet ff. de excu. tuto & in auten. vt deter. ſit numerus cleri. § non enim, colla i. & ibi Iaco. de bel viſu. Aduerte præterea, quod contractus depoſiti eſt intantum fauorabilis, quod meretur executionem, ſicut ſententia, vel confeſſio facta in iudicio, vel iuramentum conuentionale, vel iudiciale, vt. l. poſt rem ff. de re iudi. vel laudum homologatũ, vt. l. cum antea C. de arb. de depoſito probatur. C. depo. l. penul. vnde Bart. hic tenet, hoc tamen debet intelligi quando depoſitum eſt quodam modo notorium vt quia de eo apparet publicum inſtrumentum vel publica ſcriptura atteſtationum teſtium qui fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriam in aliquo ex caſibus iure permiſsis facit quod nota. C. de edic. diui Aria. Tollen. l. fina. & per Barto. in. l. creditores C. de pigno. Alias autem non haberet executionem quia requireretur libellus & litis conteſtatio, & quòd poſt litem conteſtatam examinarentur teſtes, vt c. quoniã frequenter, vt lite non conteſtata.

Si ſtatuto cauetur quod notarius nõ poſſit eſſe decurio.

Supernumerarii nõ gaudent aliorũ priuilegio.

Contractus depoſiti aliquando meretur executionem, ſicut alii multi cõtract⁹.

De l'execution des lettres obligatoires ſoubz ſeaulx autentiques

ET quant à celles qui ſunt paſſées ſoubz autres ſeaulx antiques elles ſeront auſſi executoires contre les obligez, ou leurs heritiers en tous lieux, ou ilz ſeront trouuez demourans lors de l'xecution, & ſur tous leurs biens quelque part quilz ſoient aſſis, ou trouuez: pourueu qu au temps de l'bligation ilz fuſſent demourans au dedans du deſtroict & iuriſditiõ, ou leſdictz ſeaulx ſont autentiques. *Artic.lxvi.*

VNde notãdum eſt, quod duplex eſt ſcriptura probatoria, ſeu duę ſunt ſpecies inſtrumentorũ. quoddã eſt publicum, & quoddã eſt priuatũ. Inſtrumentũ publicũ ſecũdũ Inno. in c. i. extra de fide inſtru. dicitur ſcriptura quæ plenam facit fidem, producta coram iudice, ſine alterius adminiculo: vnde tali inſtrumento publico producto in iudicio, non eſt opus quòd teſtes in eo deſcripti producantur, & deponant, nec eſt opus quòd tabellio deponat dictum ſuum: imo mortuis teſtibus, & tabellione inſtrumentum facit plenam fidem. vt in. c. ii extra de fide inſtru. & voluit glo. in. l. ii. ff. quemad. teſta. ape. Veruntamen ſi in dubio verteretur queſtio, vtrum tabellio ſcripſerit tale inſtrumentum, ſtabitur dicto ſuo. vt in l. ſi quis decurio. C. de fal. Adde quod ſingulariter vult Ange. in. §. hinc nobis, in. ii. col. in auten. de hęre. & falci. per gloſſ ibi quod quando inſtrumentum negatur publicum, & ſic negatur quem eſſe tabellionẽ, quod probatur per iuramentũ ipſius tabellionis iurãtis ſe eſſe tabellionẽ cum cõparatiõe litterarũ, per quã appareat ipſum plura feciſſe inſtrumenta, quod nunquã obliuioni tradas, quia

Sriptura probatoria deplex & inſtrumẽta in duplici ſunt differẽtia.

Inſtrumẽta publi. amultis modis dicuntur.

forte alibi non reperies, ſequitur Iaſ. in. l. barbarius. ff. de offi. præto: & ibi hoc poſt multas notariorũ annectit quæſtiones. qualiter probetur tabellio vide infra arti. clxxvii. Subiicit etiam Inno. in dic. c. i. quòd inſtrumenta con fecta per tabellionem, & acta iudicialia, dicuntur publica inſtrumenta & autentica. cæteræ ſcripturæ cẽſentur priuatæ ſecundũ eũ, niſi cõſuetudo foret, quod cæteris inſtrumentis adhibeatur fides. Nam ſi de conſuetudine plena fides adhibeatur aliquib⁹ ſcripturis, tales ſcripturæ plenã fidem faciunt: licet non ſint per notariũ cõfectæ. caſus eſt in. c. cum dilectus. extra de fide inſtru. Aduerte etiã quod quælibet ſcriptura, quã perſona priuata conficit manu ꝓpria, coram iudice cenſetur publica, & plenam facit fidẽ, etiam ſine teſtibus. caſus eſt ſingularis in. l ne in arbitris. C. de arbi. in prin. & ibi hoc tenet ſingulariter Bal. Itẽ in pluribus aliis caſibus dicitur inſtrumentum publicũ ſiue ſcriptura publica. Primo ſi ſit ſcriptũ manu notarii, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ vt. l. geſta. C. de re iudi. & l. is apud quem. C. de eden. & in. c. quoniã contra falſam. extra de prob. Secũdo ſi ſit ſcriptura ſigillo publico ſigillata extra de fide inſtru. c. i. & i. c tertio loco. extra de proba. cum ſimi ibi nota. Tertiò dicitur publicum inſtrumentum quando iudicis auctoritate eſt publicatum. vt l. publicati. C. de teſt. & ibi nota. Quarto illa ſcriptura, quæ habet ſcribẽtis, & teſtium ſubſcriptionem. vt in. l. ſcripturas. C. qui potio. in pigno. habean. & in auten. ibi poſita ſi quis vult. & in. c. i. extra de teſti. & in c. ii. extra de fide inſtru. Quinto illa ſcriptura quæ extrahitur de archiuo publico, qui in communi vſu appellatur cancellaria communis, vel cõmunis ratiocinaria. vt habetur in. l. in fraudẽ. §. quoties. ff. de iure fiſci. & in. c. ad audiẽtiam. extra de præſcrip. & in autẽ. de his qui ingre. ad appella. §. ſi vero. & l. celſus. ff. de proba. & in autẽ. ad hæc. C. de fide inſtru. Priuatum autem appellatur inſtrumentũ illa ſcriptura, quã vnuſquiſque à ſeipſo deſcribit, quæ ĩ iure appellatur chyrographus. vt in. l. chyrographum. ff. de proba. quãdoque appellatur literæ vel epiſtola vt inſti. de lite. oblig ꝑ totũ facit optimẽ lex non epiſtolis & l. non nndis. C. de proba. &

Scriptura ſcripta manu priuata.

Inſtrumẽtũ priuatum,

&.l.ſi ex cautione.C.de non nu.pecu.vt notat practicus Papien.in forma produc.inſtru. Adde Spe.titu.de inſtru. edi.§.nunc dicendum in prin. Videtur hæc ordinatio corrigere antiquam:licet de ea non fiat mētio,quę eſt Caroli octaui,ar.li.in hoc quod dicit,qnod iſtę literæ obligatoriæ ſub ſigillo autentiquo habent vim tātum intra ſuos fines,& limites,infra quos tenetur debitor garnire manum & videtur contrà ius commune.l.extra territorium.ff.de iuriſdi.om.iudi.& cle.paſtoralis.de re iudi.ſed hoc ideo ſtatuitur in fauorē creditorū,ne decipiātur à ſuis debitoribus.vt.l.i.ff.de eo quod certo loco,qui cum habeant domicilium in loco cōtractus,non poſſunt ſibi prouidere,ſi inde aufugiant.l.ſciendū § poſſeſſor.ff qui ſatiſda cogā. eo ꝙ tempore contracti debiti non erat forenſis,& nūc ſic Bar.in.l.ſi creditores.ff.de priuile.credi.aliàs videtur ſuam perſonā approbare,ſi cōtrahat cum forenſe ſecūdū Bar.in.l.ait prętor.§.ſi debitorē quæ in fraudem credi.ff. textus.in.l.ab arbitro.§.qui ex cauſa.ff.qui ſatiſda.cogā. &.l.qui bona.§.de illo.ff de dam.infec.quare nō ſuccurritur cōtrahenti cū forenſe:ſed cū eo,qui ſtabat tēpore cōtractus in hac terra,vbi literæ habent executionē paratā & nunc ſtat in alia vt euitet executionem,alias non extēdantur dictæ literę vltra fines ſuos ꝙ bene nota:quia eſt difficilē.Adde Paulum de caſtro.conſi.lxvii,dicentem talia inſtrumenta habere executionem contra eos tātū,qui ſunt obligati in eos & eorum hæredes:non autem contra tertium detentorem,vel poſſeſſorem,quibus nō eſt factū præceptum garentigiæ:quia iſtud eſt ſpeciale præceptū, quod non extenditur vltra ea:quæ in cōtractu deſcripta ſunt.l.non omnis.ff.ſi cer.peta.& confeſſio facta per vnū vel aliquos,aliis non præiudicat,neque eos obligat ad executionem.Bal.in.l.etiam C.de execu.rei iudi multas quæſtiones facit Paulus de caſtro.ſuper his inſtrumētis,quas videto.Quero ſi reperiatur creditorē detinere debitorē quem habebat ſuſpectum de fuga nūquid ſtabitur ſuo iuramento,ſuper ſuſpitiōe illa?Bal.in.l.apertiſsimi.C.de iudi.determinat,quod nō,idē tenet Ang.in.l.ſi ab arbitro. §.qui ex cauſa.ff.qui ſatiſda.cogā.qui dicit ſe multos carceratos

Inſtrumētū obligatoriū non extēditur vltra fines ſuos quādo quis cōtraxit cū eo quē ſciebat foriſem

Cōfeſſio facta per vnū aliis nō preiudicat.

ceratos feciſſe relaxari: quia ſæpe imperiti iudices imperitiam aduocatorum ſequentes faciũt detineri debitores: tamen creditores allegant ſuſpitionem fuge cum iuramẽto ꝙ non ſufficit: imo requiritur, quod ſeruetur ordo infra ſcriptus. Primò, quod cõſtet de debito. & ſic ſit liquidũ. aliàs non poteſt fieri incarceratio. Iſte eſt textus in, l. i. C. de præ. curia. lib. xi. & ideo dicit Ang. in dic. l. ab arbitro. §. fin. cautum debere eſſe aduocatum in fidem faciẽdo de debito per teſtes, vel inſtrumenta. Secundo, quod iſte ꝓbet ſuſpitiõem per duos teſtes ſummarié, nec requiritur ſecundum Bal. in l. & qui. C. de bo. aucto. iudi. poſsiden. quod in delatione iuramenti teſtium citetur aduerſarius, ne inſtruatur fuga debitoris facta fide de debito, poſtea interuenire debet iuramẽtũ. Tertio, quòd iſta ſuſpitio ſit cauſata de nouo: nã ſi iſta ſuſpitio ſuberat tempore debiti, nihil fieri poteſt. Et ideo ſi quis contraxerit cum forenſe, & poſtea veniat ad terram, & locum creditoris debitor, & dicat creditor, domine iudex habeo debitorem hic, quem vellem detineri. non poterit hoc facere, ſed imputetur ſibi, quod contraxit cum forenſe. Quinto, quod tempore contractus erat ſoluendo, & nunc eſt pauperrimus: quia ſi tempore contractus erat pauperrimus: & nũc tanquam ſuſpectum volo facere detineri, non poſſum. vt in dic. l. ſi ab arbitro. §. qui ex cauſa, & in l. qui bona. §. de illo ff. de dam. infec. Sexto, quod in loco, in quo habitat, & moratur poſsideat immobilia: tunc enim non videretur ſuſpectus per ea que habentur in dic. l. ſciẽdum. §. poſſeſſor. Septimo, quod de nouo ſuperuenerit iſta ſuſpitio: quia ſi diu tacuit, creditur ſciens ipſum eſſe ſuſpectum, nec amplius poterit ipſum tanquam ſuſpectum petere incarcerari vt in dic. l. ſi creditores. ff. de priuile. credi. Iſta eſt doctrina elegantiſsima do. Ange. in dic. §. qui ex cauſa. ☞ Quod eſt notandum & quantum ſit Iſtud diu remanet in arbitrio iudicis quare dicit raph. Cu. in cõſi. ſuo xcii. incip. viſo ſubſcripto ꝙ mulier que nõ petiit dotem poſtquam maritus cepit vergere ad inopiã eſt excluſa à tali petitione & exactione dicte dotis & dicit Bal. in conſilio ſuo. xxxvi. incip. quidã tabellio ante finem in iii. volu.

Debitor vt in carcerẽ detrudatur multa requiruntur.

quod

ꝙ ſi accuſator multū ſtetit ad accuſandū eius accuſatio redditur ſuſpecta pro quo facit textus in c.i. ex.de frig. & male .ibi quia ſi proclamare voluit cur tandiu tacuit item dicit Spe.in titu.de preſump.§.i.ver. neceſſaria ꝙ violētia lōgi tēporis preſumitur verſa in cōſenſum. ❧ Quare his concurrentibus poteſt debitor retineri,& incarcerari etiam per iudicem incompetentem. quod probo tribus fortiſsimis rationibus:poteſt enim iudex laicus debitorem clericum de fuga ſuſpectum capere, maxime quando periculum eſt in mora, quod etiam poſſet ipſe creditor laicus.vt notat abbas in.c.cum non ab homine. extra de iudi.& ibi etiam Bal.ante eum. Secundo vbi periculum eſt in mora,poteſt iudex aliàs incompetens, probationes recipere nonobſtante incompetentia.vt Bar.in l.admonendi.verſi. quid ſi dictum teſtis.ff.de iureiur.melius in.l.ii.C.de naufra.lib.xi.quem Ro.in.l.ſi vero.§.de viro.in.iiii.fallen.ff.ſolu.matri.ſequitur.& Anto,Cor.in ſingu.ſuo.ccclxviii.ſequitur Anto.de Bu.in.c.fina. de iureiur. Tertio ſi creditor poteſt propria auctoritate debitorem ſuum capere,dum eſt ſuſpectus de fuga. vt in l. ait prætor.§.ſi debitorem. ff. de his quæ in fraudem credi.multofortius eſt cum iudicis licet incompetentis auctoritate eſt enim regula quòd quando aliquid de neceſſitate ad vnum actum non requiritur,ſi illud (licet male)interuenerit,non vitiat illum actum. vt. l. vnica. C. de rei vxo.actio. & ꝙ tunc iudicis incompetentia nō nocat quando requiritur.eſt glo.ſingularis in.§.multis inſti.de liber.in verſi in tranſitu ſecundum Iaſo. hic quam ad hoc reputat ſingularem Bal.in.l.conſentaneū C.quomodo & quando iudex.& in.l.iii.C.de iure emphi. & in c.i.§.ſi vero,de pace iura.fir.de quo vide per Lanfran.de Oria.in repe.ca. quoniam contra.in verbo recuſationes, & addi.ibi,& vide late per Iaſo.in.§.ſupereſt.in.xiiii.col. per tres col.cum dimidia.Et pari de pu.in ſuo trac.ſindi in verbo captura vbi late tractat. Adde ſupradictis, ꝙ lex promiſſori.ff.de conſti. dat humanitatis cauſa condemnato decem dies ad ſoluendum. ❧ Nota vnum ꝙ ſi licet creditori capere ſuum debitorē licet & eius pro-

Debitor ſuſpectus de fuga poteſt incarcerari per iudicem incōpetentē

Actū nō viciat ſi male interuenerit quòd nō requiritur de neceſsitate.

curatori glo.eſt in.l.i.C.vbi quis decurio vel cohar. pro qua eſt textus in.l.refectionis in.§.ſi per tuum ibi ego fabriq; mei cōmunia predio.notat hyppo.ſingu.243. Nota præterea ꝙ omnis fideiuſſor.fugitiuus poteſt capi āte diem fiende ſolutionis ita dicit Bal.in.l.i.C.de condi. ex l.allegat.l.quæſitum.ff de pigno. Nunquid ſi conſtat debitorem poſſe ſtatim ſoluere ſit ſibi illa dilatio danda? Cy.in.l.i.§.exactio de rei.vxo.actio. tenet quòd non, & allegat, certum eſt quòd condemnato actione perſonali, lex dat menſes quatuor ad ſoluendum vt.l.ii.&.iii. C. de vſu.rei.iudi.& in.c.quærenti de offi deleg.ſed hic terminus poteſt per iudicem tolli, ſi conſtat condemnatum ſoluendo eſſe.vt.l ii.&.l..debitoribus ff.de re iudi. &.c. ad conſultationem.eodem titu.ergo.&c.nota quia ſingulare.ſed credo non verum: quia iura per eum allegata nolunt quòd poſsit iudex tollere,ſed diminuere ſic ex cauſa. & quòd non poſsit tollere patet quia terminus datus à lege non poteſt tolli per iudicem. vt in regula indultum.cum ibi notat.per Dy.ergo &c. de hoc puto caſum in dic.§.exactio ſi bene ponderes cōtra Cy.& vltra mod. Bar.& docto.in.l.diuortio.§.interdū.ff.ſolu.matri. dum loquitur de iure eorum quorum eſt facilis reſtitutio, Sed ſi condemnatus ſolus dicit ſoluere ſe paratum, an perdat beneficium dictæ dilationis miſerationis cauſa indultæ? dic.quòd non.caſus eſt ſingularis in.l.ſi debitori. ff. de iudi.quod nota.quia quilibet diceret cōtrarium. de quo vide Ludo.Roma.ſingul.cccclix.

Dilatio decē dierū an ſit dāda ei quem cōſtat ſtatim eſſe ſoluendo.

Debitor condēnatus qui dicit ſe ſoluere paratū non perdit beneficium dilationis.

De mettre es contractz les demourances des contrahens.

ET à ceſte fin tous notaires & tabelliōs ſerōt tenuz mettre par leurs contractz ſur peine de priuation de leurs offices & d'amende arbitraire les lieux des demourauces des contrahens.

Et

ET ſic videtur ꝙ apponere habitationes cõtrahentiũ ſit de ſubſtantia inſtrumentorum,& de ſolẽnitatibus in inſtrnméto requiſitis: quæ ſunt plures , ſcilicet annus domini,menſis , dies celebrari contractus inditio, locus cõtractus in quo celebratur,nomen impatoris, numerus teſtiũ pro vt natura cõtractus,vel actus,qui geritur exigit,&requirit,ſeries negocii,ſubſcriptióis.cũ eius ſigno. vt habetur,& notatur in.l.generali.C.de tabel.li.x. & in autẽ.de fide inſtru.in prin.& per Spe.in ti.de inſtru.edi. in prin.& adde habitationes cõtrahentiũ.vt hic,& generaliter omnia quæ ſolita ſunt apponi ſecũdũ Bar.in pœ. digeſtorũ.& quod dictũ eſt de loco intellige, nó ſolũ de generali,ſed etiã de ſpeciali ſecũdũ Ang.in dic.auten.vt præpo.nomen Impa.vnde non ſufficit dicere actum mediolani,ſed vltra eſt dicendũ in domo talis.& vide quod notatur p practicũ Papien.in forma productio.inſtru. in gl.exhibẽs.verſi.ſed dubitatur,& p gl.in dic. l. generali. Quia hæc tamen nó habet conſuetudo vt apponatur locus loci,ideo viribus nó carebit inſtrumétũ , ſi non apponatur,notat Ioan.And.in addi.Specu.titu.de inſtru.edi.§. quid ſit locus.Et dicit idem Spe.in dic.titu.§.i ver.poſt nomen & in.§. & nota ꝙ tabellio . ſemper debet dicere in inſtrumento ſe fuiſſe rogatum facere inſtrumentum. Nam eo mortuo vel non recordante de rogatione inſtrumenti nó valeret inſtrumentũ,ſi viueret,& recordaretur ſufficeret eius teſtimoniũ ſolũ,argu.in auten.de tabel.in prin . de fide inſtru.§.ſi vero neque aduerte etiã quòd licet paria ſint nó facere vel facere & minus legitime vt.l. quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.hoc tamen limita ſi notarius appoſuit inditionem corrupte,quia pro appoſita videtur conſtat enim quòd notarius ſenſit de inditione, quæ illo anno currebat vnde licet errauerit illa habetur pro appoſita ita ſingulariter conſuluit Dy cõſi.ſuo.xiiij . incip. quæſtio talis eſt quod cõſilium refert & ſequitur Bar.in l.nominatim ad finem.ff,de condi.& demõſtra & Bal . in l.i.C.de nouo C.cõfir. Et nota ꝙ notarius qui reſtituit inſtrumentum defectuoſum parti tenetur ad intereſſe caſus eſt in.l.fin.C. de magi.conue.Et ita determinat

Inſtrumẽti ſolennitates multa ſunt.

Notarius qui reddit parti inſtrumẽtum defectuoſum tenetur ad intereſſe.

Bar.in.l.fina.ff.de tabu.exhibẽ. Plus eſt, quòd ſi notarius omittat ſcribere ſolennitates requiſitas in inſtruméto punitur de falſo, nec auditur aliquo modo, ſi vellet probare errorẽ: nam eo ipſo quòd omittit debitam ſolennitatem & cõſuetudinem præſumptio eſt iuris, & de iure quòd ſcienter cõmiſerit falſum. caſus eſt ad literam in. l. iubemus.in fine.C. de teſta:& ita ibi determinat Ange. tu tamen dic.vt infra arti.clxxvi. Ergo ſi notarius omittat ponere in inſtrumento habitationes cótrahentiũ, an poſsit puniri de falſo, & pœna hic ſtatuta, alibi dixi in quæſtione an pœna iuris cõmunis videatur ſublata per pœnam ſtatuti, vel vtraque pœna poſsit imponi, parti vero tenetur ad intereſſe, vt ſupra dixi vltra hanc pœnam. Adde quòd notarius omittens aliquid ſcribere punitur pœna manus in auten.de manda.princip.§.coges. & eſt ſingulare ſecundum Bal.in.l.vbi exigitur §.dolo.ff.de edẽ. ſed pone quòd ſcribat, ſed diminutiue. Et ita non in totum omittit qua pœna punitur, dic. ꝙ pœna dupli. eius quod tacuit caſum do. ſingularem in.l excellentia.C. de erog. militaris anno.li.xii.notat Ludo.Ro. ſingu.179. Quæro præterea vtrum requiratur ſignum tabellionis? Bar.dicit, ꝙ ſic: quia illud eſt de cõſuetudine. ita notat ipſe vbi ſupra de quo dic vt infra ar.lxxiiii.Bald in.l.i. C. de no. co, cõpo. dicit quòd tabellio qui mutat ſignum non poteſt puniri de falſo ſicut & qui mutat ſibi nomen. Iſta autem verba In nomine domini, vel chriſti nomine amen. ſunt de ſubſtantia: tamen eorum omiſsio nõ viciat, cum leuis ſolemnitas non habeat vitiare, vt in l.i. §. quid autem.ff.de vent. inſpi. ſicut nec ſimilia verba, aut illa quæ ponuntur in noſtra ordinatione, non vitiant ſi fuerint omiſſa, punitur tamen notarius. vt dicitur in textu.

Notarius omittens aliquid ſcribere uel diminutiue ſcribẽs qua pena punitur.

Inſtrumentum non viciat leuis ſolennitatis emiſsio.

Adde Io.And in addi.ad Spec. titu.de inſtru.edi.§. breuiter ver.in fine. Adde quòd inſtrumentum non probat niſi ſit dies & locus, vt in.c.inter, de fide inſtru.&.c.i. de re iudi.lib.vi.& dic.l.generali. Limita hoc dictum niſi dies & locus ſint in originali licet ſint in inſtrumento omiſſa ſingulare. dictum Specu.in titu.de inſtrumẽ. edi. §.inſtrumentum, verſi. quid ergo ſi in nota, & ita dicit ſe

Inſtrumentũ vbi non eſt dies & locus an probet.

ſe pronunciaſſe in magna cauſa Ludo.Ro.ſingu.325.& eſt mirabile.allegat.l.ſi quis ex argentariis. §.ſi initium. ff de eden.ſed parum facit, & ſi vellemus diſcutere, non eſt verum ☞ non enim valet cõſuetudo vt in inſtrumento non ponatur dies vel locus ita Rota in antiquis deci. cccxl. ☜ quare. nota quòd tempus & locus non ſunt de ſubſtantia.in ſcriptura priuata. vt in.l.cum tabernam.§. idem quæſit.ff.de pigno.ſed in publica ſunt de ſubſtantia,vt in.l.optimam.C.de contrahen,& committen. ſtip. &.in.l.quoniã contra de probat.ſed primum debet limitari contra ſcribentem vel eius hæredem,ſecus ſi contra alium.vt notat domi.Anto.Butr.in.c. inter dilectos de fi de inſtru.Aduerte etiam quòd clauſulæ inſolitæ arguũt actum eſſe ſuſpectum glo.eſt ſingu.in.l ſi quis ſub conditione.ff de condi.Inſti.Iaſon,plenè,in.l.teſtamentum.C. de teſta.An diuerſitas ſcripturarum vel manuum reddat inſtrumentum ſuſpectum dic.quòd ſic caſus eſt ſingularis & vnicus in autenti.de trien.& ſemiſ.§.& quod ſæpe Bal.dicit illum non eſſe alibi in.l contractus. C. de fide inſtru ſed ſimilis eſt in.c.inter dilectos de fi.inſtru.miror de tanto viro qui illum textũ ignorauit.☞ Adde quod notat Io.And.in titu de inſtru.edi.in addi.ad Spec. ver. ſed nunquid perſonas vbi tenet:ꝙ non eſt neceſſe. ꝙ tabellio.prius cognoſcat perſonas contrahentes: ſed ſufficit ꝙ ipſe cõtractus illas notas habeat.nec teſtes niſi aſſereret illos fore tales qa bene debet illos cognoſcere.quare bonum eſſet ſtatutũ:vt eſt bono. ꝙ nullũ cõficeretur inſtrumentũ & damnaretur confectum:niſi ſaltem vnus ex teſtibus inſcriptus ſe aſſeruiſſet cognoſcere cõtrahentes,& quod in inſtrumento ſcribẽdũ neceſſarium eſſet, prædicta in cognitione rerũ non ſimpliciter procedunt, nã ſi notarius dicit,depoſuit aurũ in maſſa tanti põderis, vel vas auri,vel librũ talẽ cũ tali apparatu debet dicere maſſam auri:vt dixerunt eſſe talis põderis. Et ſic de reliquis.ſi vero dicat ſimpliciter maſſam auri & nõ ſit aurũ & iuſtus eſt error:puta quia maſſa eſt aurata : excuſatur quia nõ erat ipſe ad iudicandũ:nec habebat, nec habere debebat inſtrumẽta ad id parata ff.de exerci.l. fina. C.de

Scriptura priuata ſine die & loco probat.

Clauſulę inſolitę arguũt actum eſſe ſuſpectum.

Diuerſitas ſcripturarũ vel manuũ reddit iſtrumẽtum ſuſpectum.

OPtimum ſtatutũ non aduertere ad has ſuperfluas,& deceptorias iuris ſubtilitates.vt l.fideiuſſor §.quædam ff.manda. quia cum agitur de bona fide nimia iuris ſcrupuloſitas nõ eſt ſectãda quia per eã plerũque per niciose erratur ff.de verb.obli.l.ſi ſeruũ §.ſequitur. & vtinam ſic ſtatueretur in multis ſuperfluis,iuris ſubtilitatibus,vt libellus intelligeretur ſufficiẽs,qui cõtineret rẽ & cauſã:& admitteretur vt fit in multis locis ſecũdũ practicũ Papiẽ.in forma libel.in actiõe hyppo.in gl.muto.& in gl.ac reſtituere.& extat ordinatio Philippi.iiii.ti.de libel obla.in antiquis.Nimirũ ſi hic ſtatuitur,ꝙ nõ eſt diſputãdũ de præcepto ſoluẽdi an bene vel male ordine iuris ſeruato,vel nõ factũ ſit,vbi certus eſt terminus & ſtatutus:quia dies interpellat ꝓ homine l.optimã C.de cõtrahẽ.& cõmittẽ.ſtipul.l traiectitiæ.§.de illo ff. de actio & oblig.cũ non ſit neceſſariũ tale præceptũ, nec requiritur interpellatio,ſeu ſũmatio in executiõe in hoc caſu.vt l.quidã hyberus ff.de ſerui vrba.prædio &.l debitores. C.de pigno.& ita fuiſſe deciſum Pariſiis arreſto aſſerit Ioan.gal.in ſtilo parlamenti in ſuis queſtio. Quæro ſi pœna ſit appoſita in obligatione & commiſſa quia ad diem ſtatutam non ſoluit deditor promiſſa,an liceat poſt diem offerre,& morã purgare?dic quod ſic infra paucos dies, vt.l.ſi cam dies.§.fina.cum l.ſequenti.ff.de arbi.& l.et ſi poſt tres ff.ſi quis cautio.& l.ſed & ſi alia ff.de conſti.pecu licet gloſ.& Iaco.butri.in.l.ſiue apud acta de tranſac. C.diſtinguant,vt ibi nota aut mora cõmiſſa inſurgit obligatio legalis:& tunc poteſt purgari,vt l.ſi ita quis §.ſcia. ff.de ver.obli.aut inſurgit obligatio conuentionalis,& tunc quando habet diem non poteſt mora purgari,vt in dic.l.magnam,&l.traiectitiæ §.de illo.aut nulla inſurgit obligatio:& tunc poteſt quandocũque mora purgari,vt dic.l.ſiue apud acta de qua purgatiõe more plene ꝑ Bar. in l.inſulam ff.de verbo.oblg.& per Ludo.Roma.conſi. cccccxxvij.& per Fran.de are.conſil.xcv.& per prac.Papien.in forma libel.vt pacta ſeruen.in glo.fina. Deinde quæro an talis pœna poterit exigi? gl.in.l.Iulianus.§.idẽ papinianus

Executionis ordo.

Pœna obligationi apposita an poſſit poſt diem euitari.

Obligationis pœna quomodo poteſt exigi

papinianus.&.l.lucius.ff.de actio.emp.& leg.cũ allegat. C.de vſur.& ibi per Cy.dicunt eſſe diſtinguendum aut pœna adiicitur quantitati.& tunc quátum excedit legitimum modum vſurarum ſimpli,dupli non poterit exigi aliàs ſic,vt dic.§.idem papinianus cum ſimi.aut pœna adiicitur facto puta:quia promiſit ſcribere librum,vel quid ſimile,& túc poterit exigi pœna,vt in dic.l.lucius.Sed in primo caſu quando pœna adiicitur quátitati ſolet quæri an infra legitimum modum vſurarum poſsit hodie inſpecto iure canonico exigi pœna.gloſ.in dic.§.idem papinianus dicit,quod aut emptor percepit fructus & tuncvẽditor poterit pœnam exigere tanquam intereſſe arg.l.curabit.C.de actio empt aut nullos percepit fructus,& túc in nihilo admittitur talis pœne petitio:quod autẽ dictũ eſt pœnam adiectam quantitati,videri oppoſitam id fraudem vſurarum quando excedit legitimum modum ipſatum ſiue ſit ſimpli,aut dupli,fallit in pacto.l.cóiſſorie,vt dic.§.idem papinianus,& l.ſi fundus.de lege commiſſoria.Item fallit in ſtipulatione duplæ.quæ interponitur ſuper rei euictione,vt.l.1.& l.lucius in fine.&.l.ſi ſeruus.§.fina.ff.de euictio cum ſimi.Item fallit in pœna appoſita in compromiſſo,vel ſentétia arbitri,vel iudicis,vt in.c.dilecti,& in c.per tuas.extra de arbi.&.l.cum pœna,& l.fina.ff.de arbi.& l.i.ſi quis ius dicen.non obtempe.cum ſimi.ibi nota.ex præmiſsis.Itaque patet quòd l.eadem in §.fina.ff.de verbo.oblig & omnia alia iura quæ loquuntur de ſtipulatione pœne adiectaquantitati ſunt hodie correctæ per vtrunque ius.de his notatur per Bar.in.l.cum ſeruus.ff.de condi.& demonſtra.vide dic.practicum Papiẽſ informa libelli in cauſa vendi.in glo.pro precio. Adde quod ad euadendum prædictam pœnam & ne quis conſtituatur in mora,requiritur oblatio rei præſentis, vnde oblatio rei verbalis nihil habet operari l.qui decem §.idem reſponſum ff.de ſolu.& l.ſi ſeruus hæredis §.fina. ff.de teſta.notat Barto.in l.prætor §.ſi quis ff.de noua. ope.nuntia.vbi plura ponit,facit pro hac regula,quod vbi opus eſt facto,verba non ſufficiunt,vt in c.1.de eo qui mitti.in poſſe.cauſ.rei ſeruan.ſed prædicta regu.limitari

Oblatio verbalis nõ ſufficit.

poteſt

poteſt, niſi quis debeat offerre rẽ, quæ in momento offer ri non poteſt, vt eſt probatio, quia tunc ſufficit ꝙ verbo ſe offerat ſtatim probaturũ, arg. l. ſi is aquo. ff. vt in poſ. ſe. leg in prin. & hoc videtur de mente Inno. & Hoſtië. in. c. poſt electionem, de cõceſsio. præben. tenet do. An- to. de bu. in. c. ex parte, de teſt. not. Matth. Math. ſing. 129 Aduerte etiam quòd oblatio in pecunia in iudicio facta aut in alia re mobili, non inducit plenam liberationem, ſi non interuenit oblatio & cõſignatio. l. ſi rem. §. fina. ff. de pig. actio. & ibi Bar. notat idẽ Math. Math. ſing. 128.

Oblatio ad plenam liberationẽ non ſufficit.

Qu'il ne ſera requis faire apprecier moiſſons auant que faire ſaiſir & crier.

Ar. lxxvi.

QVe par faulte de payemẽt des moiſſons de grain ou autres eſpeces deues par obligation ou iugement executoire, lon pourra ſaiſir & faire criées, encores qu'il n'y ayt point eu d'appreciation precedente, laquelle ſe pourra faire auſsi bien apres leſdictes ſaiſies & criées comme deuant.

DIctum eſt ſupra quòd literæ obligatoriæ ſeu inſtrumenta publica habent executionem paratã, vt per ea fiat præceptum obligato, & hæredibus eius, vt ſoluãt vel bona mobilia tradant, ſeu garniãt manus executoris. vt Paulus de caſtro ſcribit in conſi. lxvii. in antiquis. limitatur autem hoc per Bar. in. l. proinde. §. fin. ff. ad. l. aquil. vt intelligatur de liquido, ſecus ſi non eſt liquidũ, vt puta promiſiſti emendare, & non apparet quantũ ſit, adeundus erit iudex, vt declaret quantum ſit, non condemnet. Ita debet intelligi lex. i. C de ſenten. quæ ſine cer. quãtitate profer. Ita Bar. in. l. eleganter. ff. de cõdi indebi. per illum textum, & in. l. i. ff. de eden. latè Bar. in l. ii. C. de exe-

cu.rei iudi.& Ludo.Roma.conſi.ccii. ¶ Et Bal. in addi.ad Spe.titu.de appel.§.confeſſis ver. vel dic vbi dicit, ꝙ ſi inſtrumentū non eſſet liquidū prius debet liquidari, quàm executioni mandari.C.de ſenten.quæ ſine cer. quātitate.l.fina.&.l.i.C.de compen.quæ liquidatio poterit peti iudicis officio quia eſt pars preambula executionis. ¶ limitatur hoc dictum etiam per noſtram ordinationé: quia ſi ſit inſtrumentū, vel condemnatio de quantitate meſsium tritici aut aliarum ſpecierum, poteſt mandari executioni antequam liqueat quātus ſit valor meſſium tritici, aut aliarum ſpecierum, nam valoris incertitudo in iſtis debitū incertum non reddit, cum quid particulare etiā incertū non impediat inſtrumenti executionem, vt eleganter tradit Ludo.Roma.in conſi. ſupra citato.& expreſsius Paulus de caſtro in.l.i.ff.de eden.valor rerum ſeu eſtimatio qualiter fieri debeat dicetur infra arti.cii. Adde ꝙ ſi mercator pluriū negociorū pecuniam habeat à diuerſis ille præfertur creditor in ea negociatione qua mutuauit textus eſt ſingularis in.l.procuratoris.§.ſi plures.ff.de tribu.notat Ludo.Roma.ſingu. 169.

Creditor præfertur qui mutuauit in ea negociatione.

¶ *Aux choſes criées ſeront eſtablix commiſſaires.*

Art.lxxvij.

Que toutes choſes criées ſerōt miſes en main de iuſtice, & regies par comiſſaires qui ſeront commis par le ſergent executeur deſdictes criées, lors qu'il cōmencera à faire leſdictes criées nonobſtāt les cōſtumes contraires.

Nota vnū caſum in quo pmittitur ſequeſtratio, quæ eſt omni iure ciuili & canonico prohibita, vt.C.de prohibi.ſequeſtra.l.i. & extra vt lite péden c.i. & extra. de ſequeſtra poſſe.& fruc.c.i. & in cle.eo.tit. & maxime lite pendente ſiue agitur actione reali, vt puta rei vēdicatiōe, vel alia ſimili puta petitiōe hærditatis: & eſt ratio quia

Sequeſtratio permiſſa eſt cōtra iuris conſtitutionem.

quia nemini auferenda eſt poſſeſsionis commoditas,quæ in fructuum perceptione conſiſtit ante latã ſententiã, vt l.i.&.l.ordo.C.de execu.rei iudi.& in.§.cõmodum inſti.de interdi.&.l.titia.ff.de ſolu. niſi pendente appellatione poſt ſententiã latã in principali cauſa.vt.l. imperatores.ff.de appella.& in.c fina.cum ibi nota.extra. de ſequeſtra.poſſe.& fruct. Stat ergo regula ꝙ omnis ſequeſtratio eſt prohibita,niſi in certis caſibus quos enumerat glo.in dic.l.i.& practicus Papien.in forma ſequeſtra.vbi dicit quòd materia ſequeſtrationis,& ſaiſimentorum eſt frequens,vbi ius & iuſtitia miniſtratur per boues & ignorantes,qui multum ſunt faciles tales concedere ſequeſtratiões,& ſaiſiméta de hac materia vide Fulgo.cõſ.clxviii. & Fulgo.in repe.dic.l.i. & an ſequeſtratio fieri poſsit parte non citata vide vltra ea quæ poſuit dic.Cur in dic.l.i. Alexan.in conſi.vi.in iiii.volu. & Io.And.tit.de cõtu.§.nunc dicamus ver.ſed pone vbi tenet, ꝙ cautio ſoli iudici poteſt preſtari & ſic in abſẽtia partis. Adde vnũ ſingulare in hac materia,ꝙ quis nõ poteſt petere ſequeſtrũ fieri de re alicuius,niſi debitũ oſtendat publico inſtrumento, caſum habes peregrinum quẽ ad hoc notat Bar.in.l ꝑ hác.C de erog.milit anno.idẽ voluit Bart.in.l.litibus.C.de agric.& cenſi.lib. xi. & an hoc indiffinitè procedat.vide quod not.in.c examinata de iudi. & in.l. licet.ff.depo.& ꝑ Abb.in.c.ii.de ſequeſtra poſſe & fruc. Sed quæro,an per talẽ ſequeſtrationẽ priuetur poſſeſſor ſua poſſeſsiõe?ad hoc reſpõdet gl.ꝙ ſic.in.l i.C.de prohibi.ſequeſtra.&.l.intereſſe puto ff.de acqui.ẽ poſſe. Tu tamẽ melius diſtingue,vt ibi nota.maxima per Bar. Quædam eſt ſequeſtratio voluntaria,quæ fit à partibus,& talis priuat poſſeſſorẽ ſua poſſeſsiõe.Quædã eſt ſequeſtratio neceſſaria,quæ fit à iudice, & hic ſubdiſtingue tres caſus quãdoque iudex agit priuare poſſeſſorẽ,quãdoque agit nõ priuare,quãdoque dubitat.Primo caſu priuatur poſſeſsione,& ſic intelligitur glo.prædicta:nec mirũ,qã ſi iudex priuet quem ſuo dominio.vt inſti.de offi. iudi.in fine,multo fortius poſſeſsione.vt habetur in.l.qui vniuerſis.§.item cum prætor.ff.de acquirẽ.poſſe & in.c.i.de ſequeſtra

Sequeſtratio regulariter prohibita eſt.

Sequeſtratio non poteſt peti niſi conſtet de d.b.to publico inſtrumẽto.

Poſſeſſor an priuetur ſua poſſeſſiõe propter ſequeſtrationem.

queſtra poſſe. Secundo caſu nõ priuatur arg. l. iii. §. quod autem. ff. de acqui. poſſe. Tertio caſu dic. quod in ſecũdo per dictum. §. quod autẽ. vide Henri. in c. examinata. extra de iudi. qui dicit, ꝙ manus Regia appoſita rei cõtentioſæ non priuat quem poſſeſsione. & ibi Anto de But. & Panor. & gloſ. pracma. ſanctio. in titu. de colla. §. item voluit. in verbo vicario. Præterea quæro, quidã erat obligatus cum iuramento ſoluere ad diem. ſub certa pœna, venit tertia perſona, & facit ei per iudicẽ ſequeſtrari pecuniã, an excuſetur ſi non ſoluat pecuniã ad diẽ? dic. ꝙ ſic & à pœna & iuramento per textum in. l fin. ff. de lege commiſſo. & ibi no. nam iuſſus excuſat à pœna & à iuramento, vt in. c venientes, & ibi no. extra de iureiur. &. l. imperatores. ff. ad municipa. & in. c. imperialẽ § fina. de prohi. aliena feudi facit. l liberorũ. § fin. &. l. qui iuſſu. ff. de his qui notan. infa. Et eodem modo excuſatur debitor, ſi alii, quám creditori fuerit ſoluere cõpulſus per iudicẽ, vt in. l. Paulo calimacho. §. fina ff. de leg. iii. & in. l. liberto. § lucius ff. de ãnuis leg. & plene traditur per Dy. & Bart in. l. creditor in prin. ff. de ſolu. de quo dixi ſupra arti. lxxiii. Deinde quæro, quando is penes quem res eſt in ſequeſtro poſita, eam reſtituere teneatur? dic ꝙ regulariter lite finita, & non ante, niſi per partẽ ſteterit quominus lis finem accipiat, vt traditur per Bar. in. l. ſi oleũ in prin. ff de dolo. Quid ſi iniuſtè appareat facta ſequeſtratio, an pars, quæ impetrauit teneatur parti leſæ? dic. quod ſic ad intereſſe, vt dic l. ſi oleum. Sed amplius quæritur facto ſequeſtro quis probabit de iure ſuo: dic. quod ille, qui ante ſequeſtrum tenebatur probare: nam quoad onus probandi nihil immutatur per ſequeſtrum vt nota. per Bar. in dic. l. ſi oleum. & per Bal. in dic. l. i. de prohi. ſequeſtra. quis ergo erit modus procedendi facto ſequeſtro? dic. quod aut ſequeſtrum eſt factum contra ius, & tunc petitur fieri eius reuocatio, & caſſatio officio iudicis eatenus quatenus de facto proceſsit Si vero factum ſit ſecundum ius in aliquo caſu, à iure permiſſo, & tunc aut eſt factũ de re immobili principaliter, aut fructibus eius. Si de re ipſa. tunc ille qui impetrauit ſequeſtrum, debet producere

Debitor liberatur ſi alij quàm creditori ſuo ſoluere fuerit compulſus.

Sequeſtrum non mutat onus probandi.

producere libellum exprimendo ius, quod ſibi prætēdit cōpetere in re ipſa,& facere ſuas probatiōes, ac ſi nullū ſequeſtrū factum fuerit iuxta regulas autē.offeratur. C. de libel.obla.&.l.1.ctor.C.de proba.cum ſimi Si vero factum fuerit ſequeſtrum de fructibus tātum ipſius rei, & tunc aut fuit libello iam oblato,& lite pendente ſup ipſa re:& tunc procederetur in caſu ſolum ſuper re ipſa,& ſecūdum euentū ſententiæ diſponetur ſuper ipſius ſequeſtri relaxatione,vel aſsignatione.vt in dic.l. ſi oleū cum ibi nota.p Bar.aut fuit factū nulla præcedente lite & tūc dabitur libellus,& cognoſcetur de iure agentis,vt in alio caſu dictū eſt,vnde iudex facto ſequeſtro præfigit terminum actori,hoc eſt illi qui impetrauit ſequeſtrū producendi ſuum libellum & inde probādi de iure ſuo.quod ſi nō fecerit,ſeu produxerit, tunc ipſum ſequeſtrū relaxabit,& idem ſeruabit iudex ſi reus fideiuſſorē dederit, & propter eum ſequeſtrū relaxauit: quia incōueniens eſſet ꝙ fideiuſſor ſemper ſtaret obligatus arg.in l. penul. C. de fideiuſſo &.l in eo tempore. C.de remiſsio.pign.cum ſimi. Deinde quæro, an ſi caſibus,in quibus permittitur ſequeſtratio poſsit aliquo modo euitari? dicūt docto. ꝙ ſic,ſi detur idonea cautio de rebus ſaluādis.ſeu non baratandis vt habetur in.l.fin.C.de ordine cogni.& in.l.ſenatuſcōſulto.§.fin.de offi.præſi.& in.l.litibus.C.de agri.& cenſi.lib.xi.& hoc procedit quādo ſententia non eſt lata cōtra eū cuius bona ſunt ſequeſtrata:vbi autem eſſet ſententia lata contra eū:tunc ſatiſdatio non releuat,nec ſibi prodeſt vt deter.glo.in.l.ſi quib,ad liber.procla. non licet.& per docto & Bar.in.l.ſi cum dotē.§.ſi vero.ff ſolu. matri,ſi ergo,fiat ſequeſtratio pendente appellatiōe, nō poterit ſatiſdare quod nota. Poſt hoc quæritur,quid ſi in caſibus ſpecialibus ſit facta ſequeſtratio fructuū,qui ſunt tempore perituri vt poma,pira,& ſimilia?reſpōdeo ſecūdū Bar.vt p eū nota.in dic.l.intereſſe. ff. de acqui.poſſe. quòd tales fructus debēt vendi auctoritate iudicis, & pecunia in ſeq̄ſtro reponi,arg.in dic.l.litibus,& in.l.is cui. §.quæri poteſt.ff.vt in poſſe.leg.&.ff de acqui hære.l.fina. Quid autem de eo quod fit quotidie in inſtrumentis, *Sequeſtratio an p ſſ euitari.*

in quibus apponitur clauſula, ꝗ ſi non fuerit de debito ſatiſfactum, quòd bona debitoris poſſunt capi, ſaiſiri, & ſequeſtrari, & in ſolutū accipi, an virtute huius cōuentionis extra dictos caſus ſpeciales poterunt hæc bona ſequeſtrari? & videtur ꝗ non: quia hæc cōuentio eſt contra ius dic. l. i. C. de prohibi. ſequeſtra. cum ſimi. ergo non valet vt. l. pacta quæ contra. C. de pac. cum ſimi. ibi nota. in contrarium dico, & hæc eſt veritas: quia quod poteſt lex per eius prouiſionem, & hoc idē poſſe debet homo per eius conuentionem, vt. l. non impoſsibile. ff. de pac. & glo. no. in. l. i. C. de theſau. lib. x. ſecundum practicum Papien. qui ita notat vbi ſupra. Inſuper eſt notandum ꝗ iſti ſeruientes, ſeu meri executores nullā habent cauſæ cognitionē, qui variis modis appellantur in iure, vt notat idem prac. Papien. in forma executio. ſenten. diffini. in. gl. p. publico nūcio: quia penes mandantem retinetur cauſæ cognitio, vt dixi ſupra art. lxxviii. & notatur in. l. ſi vt proponis. C. de execu. rei iudi. & in. c. ſuper quæſtionum. §. nos autem ſtatuimus. extra de offi. deleg. & in. c. paſtoralis. §. ſi vero. eo. tit. neque à tali executore appellatur, niſi modū excedat, vt in. l. ab executione. C. quorum appella. non reci. & dicitur modum excedere in multis caſibus, quos enumerat glo. in. c. quoad cōſultationē in fine. extra de re iudi. & de hoc executore mixto in ſeruiente ſeu nudo executore ſufficit reclamatio ad ſuperiorē. vt dic. l. ſi vt proponis. C. de execu. rei iudi. ad ꝗ ſic reſpōde. ꝗ executio huiuſmodi exceſſa, eſt actus interlocutorius, ſic ꝗ regulariter talis appellatio ſicut cætere appellationes, quæ à ſentētia interlocutoria interponūtur, valet ſi tūc in ipſa appellatione exprimātur cauſæ vt notat plenè Bart. in dict. l. ab executiōe, & Cy. in dic. l. ab executore. & per eūdē Bar. in. l. eius qui. ff. de appel. reci. vel nō. nota ꝗ appellatione, vel reclamatione interpoſita ſi ipſe executor adeo proteruus eſſet, ꝗ appellatione nonobſtante exequeretur ſentētiā de facto, nec poſſet ipſi reo per ſuperiorem eſſe conſultum: tunc licitum eſſet ei de facto reſiſtere. vt habetur. l. prohibitum. C. de iure fiſci. & in. c. ex literis. extra de offi. deleg. Ita notat practicus Papien. in forma executionis

Homo poteſt per conuentionem quod poteſt lex per eius prouiſionē.

Executio exceſſa eſt actus interlocutorius.

Reſiſtere de facto contra executorem quādoque licet.

executionis ſententiæ diffinitiuæ glo.p.publico:poſt hoc queritur iſte executor pignora per eũ capta propoſuit venalia,an poterit fidẽ habere de precio? dic ꝙ nõ,ſed debet facere ꝙ de præſenti ipſa pecunia ab emptoribus exburſetur,& creditori tradatur, vt in.l. adiuo pio.§. ſed ſi emptor.ff.de re iudi.ſed quid ſi ille, qui fecit expenſas in ſubhaſtãdo,& alius creditor ſe opponit, cui res adiudicatur,an expenſæ debeãt reſtitui ei,qui primus fecit aduocari rem? Ioã.Fab.in.l.ſi eo tẽpore.C.de remiſsio.pigno.dicit ꝙ ſic per textum.in.l.fin.§.quid enim iuſtius C.de bo.auctoritate iudi.poſsi.quod facit pro eo,qui iure retract⁹ vult rẽ ad ſe aduocari,& pẽdente proceſſu alter liti ſe offert,cui res adiudicatur,vel poſt ſententiam,ꝙ expẽſæ debeant ſibi reſtitui. & hanc quæſtionẽ pridie habui coram me:quid ſi res ſubhaſtata fuit diſtracta, & preciũ traditũ ſeruienti.quod fieri poteſt,vt tradit idẽ Ioan.Fab.vbi ſupra & nota.in dic.l.adiuo pio.§.ſed ſi emptor,& ſeruiens cõſumpſit,dic ſecundum eum debitorẽ liberatũ.ff.de diſtrac.pigno.l.quæſitũ.ſed ſeruiens tenetur.ff. de euictio.l. ſi pignora.vel ille,qui eũ nominauit,ſi cautionem nõ recepit.C.de peri.nomi.l.j.lib.xj.Et vltra dicit Ioan. Fab. in.l. ſi eo tempore.C.de remiſsio.pigno.nõ eſſe ſuperſedendũ venditioni pignorum propter oppoſitionem: ſed contra quem aget hyppothecaria primus creditor in iſto caſu.in quo res fuit vendita,& pecunia tradita ipſi creditori, qui primus rem aduocauit,dic ꝙ cõtra illum qui recepit pecuniam,vt tradit idem Ioan.Fab.vbi ſupra quod nota.

Expenſæ debẽt reſtitui primo aduocanti.

Debitor liberatur ſolutione facta ſeruiẽti qui pecuniã conſumpſit.

Deffenſe aux parties de n'empeſcher les commiſſaires.

ET defendons aux proprietaires & poſſeſſeurs,ſur leſquelz ſe feront leſdictes criees,& tous autres,de non troubler,ne empeſcher leſdictz commiſſaires, ſur peine de priuation de droict, & autre amẽde arbitraire,a l'arbitratiõ de iuſtice.

Articulus. LXXVIII.

Credetori proui det iudex multis modis.

NOta quòd de iure altero, de quatuor modis prouidet iudex creditori in executione ſentententiæ latę in actione perſonali, vel inſtrumẽtorum. de quibus ſupradictum eſt. Primo poterit ipſa pignora ſibi dare in ſolutum pro taxata quantitate valoris eorum, ſi pro reliquo debiti ſit ius ſaluum creditori, vt. l. ſi ex maiore. C. de excep. & . l. fina. in fine. C. de iure do. Impe. Vbi autem creditor accipit ſimpliciter pignora in ſolutum, non determinata quantitate, tunc videtur pro toto debito accepiſſe, nec vlterius audiretur pro aliqua parte dicti debiti: ideo ſit cautus vt ſemper declaretur quantitas p[illegible] qua ſolutũ recipit, vt habetur, & nota per Bar. in. l. adiuo. pio. §. ſi pignora. ff. de re iudi. & per Cy. in. l. ordo. C. de execu. rei iudi. Secundo modo prouidetur, ſi iudex exponi faciat ipſa bona vænalia, & plus offerenti dare, & preciũ tradere creditori, vt dic. l. fina C. de iure do. Impe. & l. penul. C. ſi vẽdi. pigno. aga. & . l. ii. & fina. C. ſi in cauſa iudi. Tertio modo prouidetur quòd nullo reperto emptore, ipſe creditor tanquam quilibet alius extraneus ipſa pignora emat, pro quantitate iuſta, & ſi quid reliquum fuerit pro ſolutione habeat ius ſaluum ad id conſequendum: vt dic l. ii. & fina. C ſi in cauſa iudi. Quartum remedium, quòd creditor pignus poſsideat. & fructus ex eo colligat: ſed non eſt vtile creditori, quia fructus debent cum debito compenſari, vt l. i. C. de diſtrac. pigno. & l. i. in fine. ff. de pigno. Adde & quintum, quòd ipſe debitor detrudatur in carcerẽ: quod nota pro his quæ dicuntur ſupra arti. lxix. & de his remediis notatur in dic. §. ſi pignora. & in dic. l. ordo. Solent tamen ſingulares iudices aliud remedium dare creditori, qui pignora occultat, aut illa indicare nõ vult, vt diris põtificum execrationibus, ſeu excõmunicationibus ſubiiciatur. dicit tamen Fely. in cap. ad aures extra, de ſimonia: nõ licere debitorem excommunicari, niſi vbi alio remedio ſuccurri non poteſt. ☙ Videtur tenere contrarium Spe. in titu. de recu. §. effectus ver. & nunquid quia nunquam licuit laico anathema dare xcvi. diſtinct. bene quidem excommunicatio eſt mucro epiſcopalis. xvi. quæſtio. ii. cap. viſis. ❧ Nota hic inſuper, qua pœna puniantur turbantes,

Excommunicari non poteſt debitor, ſi alio modo ſuccurri poſsit

tes, vel impedientes ſequeſtros, ſeu commiſſarios rerum proclamatarũ: ſic tuetur prætor eum qui in poſſeſsionem miſſus eſt. l. i. §. hoc interdictũ. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſe miſſus eſt, & habet actionem in factum ad intereſſe: ſed vim faciens punitur hic alia pœna, ſcilicet. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Sed an debeat puniri vtraque pœna turbans, vel impediens dictos commiſſarios, ſeu vim faciens eis: quia vtroque modo dicitur quis vim facere. l. vim facit. ff. de vi & vi arma. ſecundum Ioan. Fab. in. §. retinendæ inſti. de inter. ſcilicet pœna ſtatutaria hic poſita, & pœna illius legis, ne vis fiat ei alibi dixi. Aduerte etiam ꝙ iſti commiſſarii licet impediantur nihilominus poſsident, & non ipſi proprietarii turbantes arg. l. quanuis. ff. de bo. aucto. iudi. poſsiden. & cap. contingit de dolo & contuma. vbi dicitur quò iuſſus immitti in poſſeſsionem rei petitæ contumaciæ cauſa ſi impediatur habetur pro poſsidente ſed an hoc ſit verum quoad inchoandam præſcriptionem legiſtæ hoc neſciunt dic quòd iſta ficta ratione poſſeſsio non probat ad inchoandam præſcriptionem gloſ. eſt ſingu. in cap. ſine poſſeſsione de regul. iur. libr. vi. in gloſa fina. vide Ludo. Roma. ſingu. ccccx,

Cõmiſſarij poßident rẽ ſequeſtratã

De faire incontinent certifier criées.

QVe le pourſuyuant criees, ſera tenu incontinent apres icelles faictes les faire certifier bien & deuement ſelon noz anciẽnes ordonnances: & faire attacher la lettre de la certification a l'exploict des criees, ſoubz le ſeel du iuge, qui l'aura faict au parauant que s'en pouoir ayder, ne faire ancune pourſuytte deſdictes criees, & ſur peine de la nullité d'icelles. *Ar. Lxxix.*

Nota

vide fieri debẽt ſecundũ morem regionis & certificari per iudicẽ.

NOta quòd iſtæ cridæ ſeu auctiones publicæ, quę per præconem fiunt, olim prográmate propoſito, id eſt, ſcriptura publicè poſita, vel per prouincias directa fiebát, vt tradit Ioan.Fab.in.l.ſi eo tempore C.de diſtrac.pigno. & debent fieri ſecundum morem regionis, in quibus fiût ſecundum eundem in.l.j.C.de ſacroſanc.eccle.quibus confectis per apparitorem, ſeu ſeruientem debent homologari ſeu certificari per iudicé, in cuius iuriſdictione cõfectæ ſunt.& fiet iſta homologatio, ſeu certificatio, iudice pro tribunali ſedente, qui auctionũ ſeu cridarum geſta coram cauſidicis recitanda iubebit, parte inſtante, eoſq; ſigillatim rogabit vtrũ rite, & ſecundum legé municipalem abſolutæ fuerunt, an nõ: quod ſi eas recte ordiéq; proceſsiſſe ea re actis mandata homologabit ſeu certificabit: quæ practica fundatur in.l in ſacris. §. exceptoribus de proximis ſacro ſcrinio.lib.xii.iunctis his quæ notátur in auten. de teſti.§.ſi vero deducens: in verbo aduocatorũ. coll.vii. & ibi Iac.de Bel.viſu.& in ſua prac.tit. de teſti. circa finé. Et quòd iſta homologatio ſeu certificatio ſit ita facienda apparet ex eo quod dixi, ꝙ iſtæ cridæ debent fieri ſecundum morem, & ſtilum loci, in quo fiunt. Nam ſtilus curiæ antiquus eſt obſeruandus, vt not.Cy. & alij in lege finali. C.quæ ſit longa conſuetudo. Et de tali ſtillo curiæ iudex velo leuato, ex ſuo mero officio, pro ſui informatione poteſt procuratores, & alios circunſtantes, & litigãtes interrogare cum iuramento & in actis tot relationes ſcribi facere, vt dicunt Bar.& Flo.in lege tertia.ff. de teſti. & not. Bal.in l.j.C.vt quæ deſunt aduo.& iſtud appellatur certificatio, ſed nõ opus eſt in omnibus talem ſtili probationẽ fieri per iudicem: quia ſufficit ſemel eſſe factã, & actis mandatam, & ex illa probatione ſemel facta, iudex homologabit & certificabit cridas, aut non: & ego ſic obſeruo, dum mihi offeruntur certificandæ, quod ſufficit. ☙ Facit quod voluit Bar.in.l.de quibus ff, de leg. vbi dicit ꝙ vbi dubitatur de conſuetudine iudex ad ſe aduocabit aduocatos & palatij procuratores, & explorabit de cõſuetudine. Et ſic requiritur ꝙ volentes probare alicuius curiæ conſuetudinem, debent examinare aduocatos, & illius curiæ

procu-

procuratores, & non aliarum prouinciarum extraneos, quia quæ domi fiunt per domeſticos illius domus probantur.l.conſenſu.C.de repud vide quæ dixi infra articul. clxxx. Adde quòd res eccleſiæ minoris & reipublicæ ſubhaſtantur plerunque & publicantur, & communiter in ſubhaſtatione videtur quòd plus offerenti dantur, textus eſt in.l.ſi tēpora.C.de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. Et Bar. dicit ꝙ illa verba inducūt obligationē præciſæ, ita ꝙ nō poteſt gratificari hoc fallit in eccleſia quia ſi offeratur plus, cōpellitur dare offerenti iuſtum precium, & non illi qui offert plus, iſta eſt glo.not.in c hoc ius porrectū.x.q. vii. Et ſic nota ꝙ licet ſit permiſſum contrahentibus inuicem ſe decipere.l.in cauſæ.ff.de mino. Hoc limita in perſonis eccleſiaſticis, quibus nō licet in cōtractibus decipere, vt dicit dic.glo.not.in dic.c.hoc ius porrectū, ſed hodie iſta limitatio nō habet locū, cum in his ſit hodie omnis dolus, fraus, malitia, & auaritia Nota aliud ſingulare in hac materia tu ſcis ꝙ forma ſubhaſtationis ſit hoc modo, vt plus offerens cōſequatur, vt dictū eſt, pone nunc quòd vnus licitator obtulit mille, deinde ſecundus obtulit mille & cētum, an à ſecundo videatur primus liberatus eſſe. iſte caſus accidit Bal. in ciuitate aretina dum quidam princeps mala teſta incantabat omnia ſua primus obtulit: ſecundus plus & aufugit, quia forte fuit indiſcretus, princeps volebat cogere primum, Bar. dicit poſſe cogi, nec eſſe liberatū per oblationem factam à ſecundo. ita dicit Bar. in.l.licitator ff.de publi. per textum in argumentum in.l.ſabinus.ff. de in diem adiec. cōtrarium conſuluit Bal. in conſilio ſuo peruſino quod incipit quidam Titius, ꝙ primus eſſet liberatus, allego tres leges textum in.l. Valerianus.ff.de præto. ſtipu. & in l.ſtipulatus es opus.ff.de fideiuſſo. & in.l. cum plures.§.lege dicta.ff. loca. vbi per ſecundum actum ante rem pfectā videtur recedi à primo actu. Et reſpōdet Bal. ad dic.l ſabinus, ꝙ loquitur in actu perfecto, etiam cōſummato: vt puta in venditione perfecta cum pacto adiectionis in diem, quia tunc verum eſt me creditore inuito per oblationem factam à ſecunúo perfectæ venditionis primum actum non reſcindi ſecus in caſu noſtro vbi venditio non

Verba in ſubhaſtatione quibus plus offertur, inducūt præciſe obligationē

Eccleſia cōpellitur dare iuſtū preciū offerēti & non plus.

Omnis dolus, fraus, malitia & auaritia ſūt in perſonis eccleſiaſticis.

Primus, per oblationem factā à ſecūdo in ſubhaſtatione, an ſit liberatus.

non erat perfecta, ſed ſtabat in ſuſpenſo donec plus offerebatur ab alio. Et ita demum reſpondit Bal. in præallegato conſilio. & lucratus fuit centum ducatos aureos, vt refert nota. Franc. Cre ſingul. 40. Nota tertio quòd offerens maius precium pro re, quæ ſubhaſtatione venditur, vt carius emat tenetur pœna criminis ſtellionatus caſus eſt ſingularis ſecundum Bar. ibi in lege tertia. §. item ſi quis impoſturam. ff. de crimine ſtellio. ponit Ludo. Rom. not. 567. Adde quòd ſi creditores fuerint præſentes & ſcientes non audiuntur, proclamatibus factis, quáquam potiores quia iura ſua remiſiſſe videntur, vt. C. de remiſ. pig. l. ſi eo tempore. & l. ſi hyppothecas. & extra de re iudic. c. quanuis & facit. ff. de noxa. act. l. in noxalibus. & l. ſi noxale, vbi præſentia à iure ſuo remouet creditorem aut non fuerunt moniti nec præſentes nec ſcientes, tunc audiuntur etiam poſt ſecundum decretum notat Spe. titu. de ſecúdo decreto. § j. verſi. & quia primum. rerum autem proclamatatum emptore non inuento dantur in ſolutum actori vel creditori, vel ſibi adiudicanrur vt. ff. de re iudi. l. adiuo. §. ſi pignora. & l. ordo. C. de execu. rei iudi. aduerte tamen, & nota differentiam vtrum vendatur res vel in ſolutum detur Spe. in dic. §. verſi. ſed quæ eſt differentia dicit quòd poſt factam venditionem ex ſententia diffinitiua nunquam reus auditur, vt. C. de iudi. l properandum. §. ſinautem reus, ſed poſt dationem in ſolutum actori facta adiudicatione adhuc audietur reus volés de iure ſuo probare, ſecus ſi alienata eſſent bona rei ſeu debitoris non in actorem ſed in extraneú. vt arg. C de iure do impe. l. fina. §. ſinautem. quam differentiam nota. ad multa præſertim vt habeat locum ius retractus poſt dationem in ſolutum & adiudicationem factam creditori, & debeatur quinquagesima domino ſeu laudemia & vente. Et ita in quadam cauſa coram me agitata pronunciaui contrarium conſuluiſſes.

Differt an res vendatur decreto iudicis an in ſolutum detur.

Amende contre les calumnieux oppoſans auſdictes criées.

Tous

TOus oppoſans calumnieuſement à criées deboutez de leur oppoſition ſe ront condamnez en l'amende ordinaire telle que du fol appel en noz cours ſouueraines, & de vingt liures pariſis es autres iuriſditions inferieures, & plus gran de à la diſcretion de iuſtice.

Non autem intelligas per hanc ordinationem, exceptionem vel oppoſitionem, vt puta ſolutionis pacti de non petendo, aut alia quæ differt, aut impedit védit io nem rerum eſſe ſublatam: quia hæc ordinatio nõ dicit, nõ obſtante exceptione, quamuis ſtatuta Italiæ hoc dicãt. de quibus habes ſubtilem diputationem Ioan. de Imo. in. l. fina. à quibus appellare non licet: ſed ſublata eſt tantummodo exceptio, vel oppoſitio calumnioſa, quæ non probatur: quia contra non probantem præſumitur calũnia, vt ſæpe dictum eſt Nam oppoſitio, ſeu defenſio eſt de iure naturali: quare tolli ſtatuto non poteſt l. vt vim ff. de iuſti. & iure l i. C. vnde vi. vide quæ dixi ſupra art. lxxxxvii. Et nota quod opponétes rei potius, quàm actores ſunt céſendi: ſiue remiſsioné alicuius rei factæ per iudicé petãt. ſiue illi ſe opponãt arg. l. de pupillo. § meminiſſe. & §. qui remiſsionem ff. de no ope. nuncia. facit l. ii. C. communi. diuidun. opponens executioni ſententiæ non differt executionem. niſi ſtatim doceat de iure ſuo c. veniens. extra de teſti. & C. de compenſa l fina. in fine. C. de ordi. cogni. l. fina. §. vltimo. ſola oppoſitione res fit dubia l. nemo ambigit. C. de acqui. poſſe. niſi euidéter ſit calumnioſa vt l. i. §. ſi ea ff. de ventre. in poſſe. mitten. opponens vim facit, & turbat. l. i. C. vti poſſi. & in §. retinendæ. inſti. de inter. Adde quòd ille dicitur actor qui primo ad iudiciũ prouocauit c. ex literis, de proba. Barto. in dic l de pupillo. §. ſi procurator. Et aduerte quod quilibet terti⁹ pro intereſſe ſuo poteſt in cauſa inter alios vertéte comparere. vt in. c. veniens

Opponentes rei potius quam actores ſunt cenſendi.

Oponens executioné ſẽtẽtiæ non differt niſi ſtatim doceat de iure ſuo.

Actor quis dicatur.

Tertius poteſt ſe opponere in cauſa inter alios vertẽte

Reſcriptũ vel ſtatutũ ſi dicat quod nulla exceptio admittatur.

Offerẽs ſe incõtinenti probare exceptionem.

veniens.ii.de teſti.gloſſ.in.l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffi.teſta. auten.nec ſi heres.C.de litig.c.cum ſuper de re iudi.ſed an poſſit petere ſibi ſoli teſtium fieri publicationem,dic. quod non,caſus eſt ſingularis ſecũdum vnum intellectũ, & communem,in c.conſtitutus de teſtib. Aduerte etiam quod citari quis poteſt vt compareat ad ſe opponẽdum titio.ſi voluerit,in facto,de quo agitur, & niſi cõparuerit preiudicatur ſibi vt i c.in tua de cler.nõ reſi.no. Spe.titu.de cita.§.ſequitur verſi.quid ſi nõ prefixeris nota inſuper quod preiudicabitur ei qui cauſam ſuam agi. ſciuit.& nõ venit ius ſuum defendere extra de re iudi.c. quamuis qualiter autem admittitur tertia perſona volẽs ante.ſentẽtiã vel poſt cauſã q̃ inter alios vertitur defendere vel agere notatur plene in c.cũ ſup de re iudi.nota preterea ſecundũ lucã de penna in l.i.de deſer.ꝙ iudex volẽs cõponere,vt omnes accuſare volẽtes excludantur, debet prefigere terminũ omnibus accuſare volentibus quibus nõ cõparẽtib[9] iuſte procedet ad cõpoſitionẽ arg. qui matri accu.c.cũ in tua de adul.ſi maritus §.ſi negauerit Bar.in l.ſenatus de accu.ff.& Ang.in l.qui de crimine C.de accu.Adde præterea ꝙ ſi reſcriptũ vel ſtatutum dicat nullã exceptionẽ in aliquo caſu debere admitti:debet intelligi de exceptiõe min[9] legitima & rõnabili,nõ autẽ de legitimis & rõnabilib[9] iſta eſt gl.celebris iũcto textu in.cap.ex parte.ii.de offi.deleg.quia nõ eſt veriſimile quod princeps per verba generalia velit tollere iuris obſeruãtiã maxime cũ tãto priuati preiudicio ꝑ l.ſi quãdo C.de inoffi.teſta.& c,eccleſia.ii.de elec.niſi exceptio ſpecialiter tollatur,licet ſit in ſe ratiõabilis ſecũdũ do, Abb. in dic.ex parte. & rõ quia tũc apparet de mẽte principis vide ad hoc ꝙ voluit Bar.in l.cũctos populos. C.de ſũma tri.& fide catho.& ſi ſtatutũ tollat exceptionẽ in aliquo caſu,debet intelligi niſi qs velit incõtinẽti probare exceptionẽ legitimã,quia eo caſu debet audiri nõ obſtãte ſtatuto,quia ſtatutũ videtur excluſiſſe exceptiões nõ legitimas propter præſũptionẽ opponẽtiũ fraudẽ,q̃ preſũptio ceſſat in probatiõe,quæ offertur incõtinẽti,pro hoc vide bonum textum in c literas de reſtitu[,] ſpo. Et quod notat

gloſſ.

gloſſ.in.l.i.§.hoc interdictum verſi.ſed & ſi falſum.ff.de tab.exhiben.iſtud fuit celebre dictũ do. Abb.in c.ſuſcita ta in verbo ſententiæ.ex.de integ.reſtitu.quã gl.ibi profitetur ſe ſolitũ adducere in cõſiliis ad ſtatuta excludẽtia omnes exceptiões cõtra ſententiã ſeu alium actum,iſtud idem voluit do.Ab.in c.ſuper eo de offi.deleg.ad finem, & in c.ex parte.ii.eo tit.ego limito iſtud dictum do.Abb. eſſe verum niſi eſſet præſumptio contra eum,quod calũnioſe exciperet,licet offerat ſe incõtinenti ꝓbaturũ,illud voluit dic.glo.quam ad hoc neſcio alibi,quæ gl.Limitat dic.c.literas. & iſtud dictum ſenſit do.Ab.in dic.c.ſuper eo.vbi Bal.ſingulariter dicit per illum textum iuncta gl. quód à ſũmaria cognitiõe poteſt quis repelli vbi præſuponitur quis calumniari quod dictum dicit mẽte tenẽdũ & not.in c.veniẽs.ii.de teſti.& in l fina.C.de ordi.cogni. putat tamen do.Ab.illud dictũ gl.& Bal.procedere vbi opponẽs offert ſe ꝓbaturũ incõtinẽti,& præſumptio eſt de malitia quia per talem oblationẽ nõ purgatur malitiæ præſumptio,quod dictum ita limitatum perpetuo nota. ☙ Adde.quod calũnioſe petens nõ eſt audiẽdus arg.ff. de carbo.edic.l.iii.§.cauſe vt in poſſe leg.l iii.§.necnon C.de procur.l.eũ qui c.calũniã extra de pœ.not.Spe.tit. de.i.decre. §.ſequitur verſi.quid ſi non fiat.

gitimã debet audiri licet ſtatuto ſit excluſus

Excipiens calumnioſe non debet admitti.

☙ *Touchant les oppoſans afin de diſtraire.*

Ar.lxxxij.

QVe pour les oppoſitions afin de diſtraire,ne ſera retardée l'adiudicatiõ par decret,s'ilz ont eſté ſix ans au parauant que d'intenter leurs actions,ſur leſquelles ilz fondent leurs diſtractions, à cõmẽcer depuis le tẽps que preſcription aura peu courir. Et neantmoins en verifiãt leurs droictz. ſeront payez de leurſdictz droiſtz,ſur le prix de l'enchere, ſelõ leur ordre de priorité, & poſteriorité.

Adſtipulatur

Vigilãtib⁹ ius ciuile ſcriptum eſt

Actio hyppothecaria habet quatuor tẽpora

Cautela vt poſſis agere cõtra tertiũ poſſeſſorẽ qui preſcripſit hypothecam.

ADſtipulatur l.pupillus.in fine.ff.quæ in frau.credi. ibi ſed ſi vigilaui,meam conditionem meliorẽ feci: quia ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt.& l,finali.in fine. C.depo.ibi.ne induſtrie.pœnas deſidiæ ſoluat.& leg.qui prior appellat.ff.de iudi. ℂ quare dicit Io.Cal.in c.ab. excommunicato ex.de reſcrip. quod excommunicatus poſſit ſe defendere.licet non poſſit agere vt habetur in capi.intelleximus extra.de iudicii.tamen dicit quod iſtud eſt verum quod poteſt ſe defendere ſi talis excommunicatus curauit ab excommunicatione abſolui,ſecus ſi nõ curauit. ſed, contempſit excommunicationem, quia tunc non auditur,quod dictum refert & ſequitur Barba. in c.ſacris ex.quod metus cauſ.hoc tamen nota quod curia laicalis regni francie hanc exceptionem excommunicationis non admittit ſecundum Io.fab.in §.quod ſi tutor inſti.de cur.& Aufre in deci.capel.tholo.179. ℂ vnde nota,quod ſicut exceptio præſcriptionis excludit perſonam á rei dominio,vt nota.in l omnes C.de præſcr. xxx.vel.xl.anno.ſic etiam hæc exceptio prẹſcriptiõis hyppothecariæ de qua in textu,excludit quẽ à iure hyppothecæ ſpacio decem anno.inter præſentes,& xx.inter abſentes.vt l.i.& ii.C.ſi aduer.credi.l.creditor.C.de diuer. & tempo.præſcriptio Limita hoc & nota bonam cautelam,vt poſsis agere contra extraneum poſſeſſorem qui præſcripſit hyppothecam, ſpacio.x.anno. inter præſentes,vel.xx.inter abſentes,quia vltra hyppothecariam tibi competeret conditio ex l.fina.C.de acqui.poſſe.vt pulchræ dicunt Ange.Imo.& Ro.in l.exitus.ff.de acqui. poſſe.Bal.in.l.i.C.de reuo.his quæ in Frau.Cardi.& in dic.l.fin.& conſuluit Ludo.Ro.conſil.ſuo.439.tum quia condictio.ex.l.eſt perſonalis,& durat vſque ad triginta annos.vt l.ii.C.de conſtituta pecu.& habetur in.l.i.per Bar.& docto.C.de condic.ex.l.tunc vſque ad triginta annos poteris reuocare à tertio poſſeſſore per condictionẽ ex dict.l.fina.Illud tamen ſcias quòd ſublata actione hypothecaria,ſpacio temporis antedicti,contra extraneum poſſeſſorem remanet firma actio perſonalis,contra principalem debitorem vt.l.fina.C.ſi aduer.credi.cuius gratia-

ſciendum

cie ndum eſt, ꝙ hæc actio hyppothecaria habet quatuor tem pora, duo quidem priora, ſcilicet decem. & .xx. anno. Tertium tēpus .xxx. annor. quo tēpore ſe tuetur poſſeſſor extraneus poſsidens mala fide, & ſine titulo, vt. l. cum notiſsimi. in prin & ibi no. per glo. C. de præſcrip. xxx. anno. Quartū tempus eſt quadraginta anno. quo tēpore ſe defendit debitor, & quilibet alius poſterior creditor, cōtra priorem creditorem agentē hyppothecaria. vt dic. l. cum notiſsimi. in prin & .§ ſed cū illud. vnde ſic cōcludendo diſtingue aut principalis debitor rem obligatam poſsidet: & tunc cōtra creditorem iure hyppothecæ præſcribitur ſpacio. xl. anno. niſi pignus ſeu rem obligatam conſtituerit ſe nomine creditoris poſsidere: pro vt fit quotidie in inſtrumētis, quo caſu cū ipſe creditor poſsideat, vt ſupra dictum eſt nullo temporis ſpacio currit cōtra ipſū pręſcriptio vt. l. male agitur. C. de pręſcrip xxx. anno. quod multum nota Ideo facias ſemper apponi in inſtrumento hanc clauſulam, quæ bona obligata dictus debitor conſtituit ſe nomine dicti creditoris poſsidere, &c. aut rem obligatam poſsidet extraneus: & tūc aut hic extraneus poſſeſſor eſt etiam creditor eiuſdē debitoris: & tunc contra priorem creditorem, viuente debitore, præſcribitur ſpacio xl. anno. eo mortuo præſcribit ſpacio. xxx. āno. vt dictis iuri. aut hic extraneus nō eſt creditor, & tūc aut habet titulū & bonā fidem. & tunc præſcribit ſpacio. x. anno. inter præſentes, & .xx. inter abſentes. ſi vero nullū habeat titulū. aut bonā fidem: & tunc præſcribit, ſpacio. xxx. anno. vt ſupra dixi, quod tene mente, & vide p prac. Papien. in forma reſpōſiōis rei in glo. pręſcriptionis, & in forma reſpōſio libel in actio. hyppo. in gl. & exceptionē ex quibus patet pręſcriptio hyppothecaria, quod prodeſt ad intellectū noſtræ ordinatiōis, quæ ſtatuit tēpus ſex anno. infra quod, ſi nō veniāt, & pēdēte lite ſe opponāt, vt pignora diſtrahātur, & vendātur, non tamen propter hoc impedient adiudicationē hyppothecæ ipſi creditori Nihilominus tamēprobato iure ſuo ſatiſfient de ipſo iure ſuo. ſuper licitatiōe ipſius hyppothecæ & eſtimatiōe facta vltra debitū ipſius creditoris, qui

Actio hyppothecaria præſcribitur.

Creditori fit ſolutio debiti licet diſtrahere non poſſit

venditur potior erit. cui primo res traditur, ſed pone quòd ambo probent rem ſibi traditã, ſed nemo cui prius vendita fuit Iaco. de are. cõcludit ſingulariter ibi quòd præſumitur tradita cui prius vẽdita fuit prioritas nihil in ducit præſumpta prioritate traditiõis refert Bal. in. l. & ſi quidem de publ. ff. quod eſt verũ ſi prior emptor prius precium numerauit, aliter ſi ſecũdus probat prius preciũ numeraſſe præſumitur tũc prius ſibi tradita, & ſingulariter dicit Bal. in. c. i. § ſi facta ſi de feudo defuncti cõtentio ſit inter domi. & agna. vaſal. & ita dicit ſe cõſuluiſſe in ciuitate Anconæ. ❦ Aduerte tamen ad materiã. l. quoties quòd quãdo vẽditor in prima vẽditiõe cõſtituit ſe nomine primi emptoris poſsidere, & ſecundo tradit, præfertur primus cuius nomine venditor conſtituit ſe poſsidere ita ſingulariter dicit Io. And. in addi. ad Spec. ti. de emp. & vendi. §. ſciendũ ver. nota quòd ſi res, notat hyppo. ſing. 82. vbi ponit ſex fallentias ad. l. quoties. ❦ Nota præterea quod ſingulariter tenet Io. de Imo. in. c. cũ cõtingat de iureiur. col clxxxv. quòd ſi aliquis ꝓmiſit vẽdere rẽ alicui, & ita iurauit deinde vẽdidit rẽ illã alteri & tradidit præfertur ſecũdus, & quòd in ſecũdũ dicitur trãſlatũ dominiũ, & nõ in primũ ꝑ dic. l. quoties iuncto eo quod habetur in. c. ſicut ex literis deſpõſa. eo quia ex prima ꝓmiſsiõe de vẽdendo facta etiã cũ iuramẽto ſolũ agitur ad intereſſe ſi interſit ſtipulatoris iuramẽtũ nõ fuiſſe ſeruatũ ꝑ ea quæ habẽtur in. l. ſtipulatiões nõ diuidũtur in verſi. celſus. ff. de ver. obli. iunc. not ꝑ Io. An in c. cũ veniſſent de inſti. & hæc cõprobo ꝑ ea quæ habentur ꝑ Bar. in. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cer. loco quia aliud eſt promiſsio de vendẽdo & aliud eſt vẽditio, quod bene nota. Imo plus ibi, etiam dicit Inno quod ſi ſecũdo emptori ſolum vendidiſſet, licet nõdum tradidiſſet, ſecũdus præferri debet: quia potẽtius ius videtur habere, ſed videtur quod præcipue in iſto caſu dictum Imo. non procedat, Nã iuramentũ quod poteſt ſeruari ſine ſalutis ęternæ interitu eſt ſeruãdum dic. c. cum contingat ſecundo, quia licet in obligationibus facti quis nõ tenetur præciſe facere, ſed ſoluẽdo intereſſe liberatur dic. l. ſtipulatiões;

Res vendita duobus cui prius præſumitur tradita.

Qui promiſit vendere vni & poſt ea vendidit alteri quis præfertur.

&c.tamen vbi interuenit iuramẽtũ, tale iuramentũ obli gat præciſe ad factũ.c.fi.& ibi Cano.ne præla. vices ſuas glo.eſt ſing.in.l.ſi pecuniam in verſi. nam ſi ita in verbo neceſſe habeas.ff.de condic.cauſ.da & ibi docto. dicunt quòd licet in contractibus innominatis re integra licita ſit penitentia,ſecus eſt quãdo interuenit iuramẽtũ, & ibi reſpondent ad regulam, ꝙ iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus,ſuper quo imponitur. & plene Papié.in.l ſi cõuenerit ff.de iuriſdi.om.iudi in prin. iiii. col.ita dicendũ eſt in caſu Ioan.de Imo. ꝙ virtute iuramenti primo teneatur vendere & ne incurrat periuriũ pro quo optime facit quod dicit Math.Math.ſing.54.ꝙ iuramentum eſt ſeruandum in ſui forma ſpecifica, tãtum ꝙ ſi ego promitto vel iuro tibi dare vel ſoluere infra annũ centũ nõ poſſum cõpenſare cũ alio debito te inuito & probatur in.c.ad noſtram.i.ex.de iureiur.vbi doct.hoc tenent,licet Bar.contra ſenſerit,& nõ bene in.l. amplius ff.rem ratam haberi,ex hoc ſæquitur,ꝙ ſi promitto, vel iuro aliquid tibi facere,puta locare domũ, vel colere fundum poſſum per iuramentum cogi pręciſe ad factũ, nec euado periuriũ offerendo tibi intereſſe,arg.dic.c.ad noſtram facit.c venerabilem in fine de elec. Et ſic debet limitari regula in dic.l.ſtipulationes in §.celſus,& hoc tenet De.Anto.de But.in.c.ex reſcripto.ex.de iureiur.pro quo bene facit textus in.c.quãto ex.de iureiur.Et hoc cũ firma ratione nã ſi fauor vltimæ volũtatis hoc operatur, ꝙ quis præciſe compellitur ad factum,vt. l. fideicõmiſſa.§.fin ff.de leg.iii multomagis fauor religionis ſeu iuramenti tamen cautela eſſet,quòd primus emptor ſtatim quod ſentiret vẽditorem alteri vendere velle, appellet à venditione fienda ad iudicem eccleſiaſticũ,& petat præcipi,& cogi ad obſeruantiam iuramẽti,& in appellatione inſerat talem cauſam,quæ neceſſario cõcludat venditorẽ alteri vẽdere non poſſe.Nã non poterit poſtea vendere, & tradere,& ſi cõtra fecerit, reuocabitur tanquã attentatum pendente appellatiõe,ita in ſimili Inno.in.c.bone de appel.tradit iſtam notabilem cautelã, quam ſequitur Iaſon in dic.l.quoties.C.de rei vendi. ❧ Nota aliũ iuramenti

Iuramẽtum eſt ſeruãdũ in ſui forma ſpecifica.

Iuramento quis cogitur ad factũ præciſe.

Cautela ad impediendũ ne quando quis promiſit vendere cũ iuramento vni vendat alteri.

ramenti effectum pulchriorem & vtiliorem nam ſi iuramentū eſt appoſitum per debitorem vel per ſe iurantem in ipſa obligatione tunc nunquam poteſt opponere talis debitor preſcriptionem ita ſingulariter dicit Ludo.Ro. in repe.l.i.in.iii charta.verſi.& adde duas notabiles cautelas.ff.de vſucap.vbi dicit ꝙ ad hoc vt impediatur preſcriptio, cautela eſt ꝙ in fine inſtrumenti apponatur iuramentū quia tunc eſt ſublata preſcriptio nam iuramentum perpetuat actionē allegat textum in.l.nam & poſtea in § ſi is qui temporali.ff.de iureiur.Scias tamen ꝙ licet iuramentū ſit ſeruandū in ſui forma ſpecificavt dictum, eſt tamen iurans iuſta cauſa poteſt venire contra iuramentū & tali caſu ab eo factum valebit, ita multū ſing. dicit Ioan.And.in addi.ad Spe.in titu.de iureiur. ſuper rubrica vbi dicit ꝙ ſi aliquis iurauit non fideiubere pro aliquo & poſt proximior eius ſit magno periculo conſtitutus niſi pro eo fideiubeat non obſtante iuramento tenetur, & debet pro eo fideiubere, quod dictum pro valde ſingulari refert & ſequitur Iaſon in.§.ſi quis inſti. de actio.de iuramento & eius effectu vltra ea quæ hic dicta ſunt vide infra arti.xciiii.& xcix. ☞ Nota ſecundo, ꝙ ſicut in generali obligatione omniū bonorū præſentiū & futurorū deducūtur multæ res quæ nō veniūt niſi de eis fiat ſpecialis mentio vt.l.obligatione generali cū.l.ſequēti ff.de pig.& multomagis ille debent deduci de generali inter viuos donatione omniū bonorū præſentiū & futurorū quia eſt maioris præiudicij quàm ſit pignoris obligatio ergo,&c.arg eorū quæ notātur ꝑ gl. & doc.to.in.l fi.C.quæ res pig obligari poſſunt, & ideo videtur male loqui Bar.in.l.ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver.obli. qui dicit ꝙ ſtipulatio qua qs,ex cauſa donatiōis ꝓmittit oīa bona ſua præſ. tia & futura nō valeat.q̄a auferret liberā teſtādi facultatē ꝑ indirectum, cū nulus velit eſſe hæres ſine cōmodo,& dicit quòd Cy. hoc caſu luit, hoc enim eſt falſum, cū videtur exceptæ res de quibus in dic.l.obligatione generali cū.l.ſequenti, quòd ea quæ in vſu quotidiano nō habētur, nō veniūt in obligatione generali, vnde libri (quibus oportet quotiie vti

Iur- mētum impedit preſcriptionē.

Iuramento quandoque cōtrauenire quis poteſt.

Ex generali obligatione & donatione excipiūtur multæ res.

Donatio omniū bonorū valet cōtra opinionem Bar.

Cautela vt omnia bona veniant in obligatione

ſcolaſticos & doctores) nõ veniũt, ſicut nec ſuppellectilia, veſtes, & ideo ſis cautus q̃ in inſtrumentis quotidie facias apponi hæc verba q̃ quis obligat oĩa bona ſua præſentia & futura etiã ſi eſſet ſuppellectilia, vel veſtes ꝓpriæ perſonæ, vel ſerui, vel filij proprij obligãtis, vel quælibet alia res, quæ ſpecialẽ mentionẽ requireret vt intelligerentur obligatæ. hoc eñ ſufficeret arg. ca. qui ad agendũ de procur. li. vj. & miror cur practica hoc nõ ĩuenit. Et ideo in donationibus vbi talis ſpecificatio eſſet facta, poſsit ſaluari dic. Bar. in dic. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. Nota tertio, q̃ obligatus oĩa bona ſua nõ videtur, nec intelligitur obligaſſe in bona, quæ obligãdo puniretur glo. eſt quæ reputatur ſing. in auten. de reſtitu & ea quæ parit in prin. col. iiii. & hoc tenet ibi Ang. vide Bal. in. l. volũtatis C. de fideicõ. & Bar. in. l. codicillis. §. inſtitu. ff de lega. ii.

Obligans omnia bona ſua.

Limitatio quòd in generali obligatiõe &c.

Limita quod ſupra dictũ eſt, quod in generali obligatiõe non veniunt, quæ in ſpecie non eſſet veriſimiliter obligaturus, quando non haberet niſi vnam rem tantũ, quia tũc obligans omnia bona ſua intelligitur illa obligaſſe, licet in ſpecie nõ eſſet obligaturus, & ratio eſt, ne obligatio redderetur inutilis & fruſtratoria, ſicut in ſimili dicit Bal. in. l. liberti circa mediũ, penul. col. C. de ope. liber. q̃ ſi filia cedit omnia iura ſua, quæ habet ſup bona patris, & tũc nullũ ius habebat, niſi dotis, illud dicitur cedere, ne inutilis ſit ceſsio, allegat bonũ textũ in. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtruc. & in. l. quintus. § i. & ibi Bar. ff. de aur. & argen. leg. Bal. in. l. i. circa prin. ff. de ſta. homi. & eſt textus notabilis in. l. qui cõcubinã. §. qui ortos. ff. de leg. iii. vbi hæres tenetur ſoluere pro vſufructuario expenſas ꝓ tributis & rei publicæ oneribus, quãdo aliàs tale legatum eſſet inane, & nullã vtilitatem afferret, & ſic receditur à regula iur. vt diſpoſitio valeat, & illũ textum ad hoc reputat ſingularem Are. in. l. huiuſmodi. ff. de verb oblig. & in l. his verbis. ff. de leg. iii. multas, aliàs fallentias, vide in. c. in generali, de cõceſ præ. per Io An. & Card. de reg iur. lib vi. Nota quarto quòd pignus datũ pro vno debito poteſt pro alio detineri, vt. l. i. etiã ob chirogra. pecu. quod tamẽ fallit, ſi velis pro penali debito retinere

Cadẽs omnia iura ſua videtur cedere illud ius quod habet etiam ſi ſit filia quæ nullum ius habeat præter dotem.

Pignus datũ pro vno debito poteſt pro alio detineri.

ticere odio pœnæ. iſtud non inuenies in dic.l.i.de hoc eſt ſingu.caſus, de quo Bal.facit feſtum.in.l.pignoribus.C.de vſur. Nota quinto ꝙ priuatus agens hyppothecaria cõtra priuatum debet probare hyppothecã preceſsiſſe donationem, caſus eſt in.l.de rebus.C.de dona.ante nup.quam ad hoc reputauit ſingularem Bar.in.l.ſi prius.C.de iure fiſci, lib.x.fallit in fiſco qui non probat, ſed donatarius probat rem prius donatam quàm obligatam, vt eſt caſus in.l.i.C. de iur.fiſci, & de materia primi dicti.vide Bar.in dic.l. de rebus Bar.& Sali.in.l.cum res.C:ſi aliena.res pigno. data ſit Bar & Sali in.rem alienam.ff.de pigno.Ange.are. in.§. item ſeruiana inſti de actio. Ang.in.l.matrem.C.de prob. Nota ſexto quòd ſi accipio à te pecuniam mutuo, pro ea reddenda obligo tibi omnia bona mea, certum eſt quòd in generali bonorum obligatione veniunt etiam futura, vt l.fina C quæ res pigno.oblig poſſunt, ſed an veniat in generali obligatione illa pecunia mihi mutuata per aliũ dic ꝙ ſic, in.l.idémq; qui potio.in pigno.hab. Sed an veniat illa, quam mutuo à teipſo, qui accipis pignoris obligationem Ludo.Ro.ſing.6o.dicit ꝙ pecunia mutuo accepta non venit in generali obligatione mutuãti facta textus eſt ſingularis à contrario ſenſu in.l. cum tabernam.§.fina.ff. de pigno. Nota ſexto ꝙ pecuniam redactam ex venditione rei meæ per te factam ego in ſubſidium repetere poſſum, vt.l.mater.C.de rei vendi.l.ſi eum ſeruũ.ff.ſi cer.pet. & l.fina.ff.de neg.geſt. Sed quid econtra, vt quia ex pecunia mea emis rem, an in ſubſidium poſſim ad illã rem agere. licet non ſit mihi obligata, vt.l.quamuis ex ea.C.de pigno.glo, eſt in.l.proculus.ff.de iure do. quam allegat Cy. in dic.l.iure, quæſtio.vi.ſed pro ea eſt caſus in.l.vxor marito.de dona.inter vir.& vxo.ff.& tenet quòd ſic quã nota. Nota ſeptimo quòd ſi obligaui tibi domum meam ſpecialiter, & etiam omnia bona mea præſentia & futura, an tunc illa obligatio totorum bonorum dicatur pura vel cõditionalis caſu quo domus nõ ſufficiat ad totum creditoris debitum, caſus eſt ſingu.in.l.ii.C.de pigno. vbi dicitur conditionalis & ſubſidiaria, ex quo infero, quòd talis obligatio continet minorem vtilitatem, quam ſi ſolum fuiſſet

Hippothecaria agẽs debet probare preceſsiſſe donationẽ.

Pecuniã mutuo acceptã an veniat in generali omnium bonorum obligatione.

Pecuniã redactã ex vẽditione rei meæ poſſum in ſubſid. ũ repetere, & contra agere ad rẽ ex pecunia mea emptam.

Obligatio ſpecialis & generalis eſt ſubſidiaria & cõditionalis.

Obligatiōe generali poſſum agere cōtra bonorū detentatorem quem velim.

generalis per textū in.l.qui generaliter qui potio.in pigno. hab.ff.Quæro nunc debitor omnia bona ſua præſentia & futura obligat,ego volo agere cōtra vnum bonorum detentatorem,ipſe dicit ꝙ agam contra ipſum pro parte,& contra alium detētatorem pro alia,an bene dicat?& videtur ꝙ ſic.C.communia de leg l.i.in fine.C.de debito.ciui. l.ii.C.ſi vnus ex pluri.dic tamen cōtra,textus eſt in ſingu. in l.qui generaliter.ff qui potio.in pigno.& ad iura in cōtrarium allegata dic, ꝙ ibi non erat generalis obligatio in rem,vt in dicta l generaliter,ſed ſpecialis quatenus ad eum peruenit ex re illius qui tenebatur. Nota octauo ꝙ

Euicta domo per hypothecariā emptor liberatur præſtando primā eſtimationem.

ſi aliquis emit aliquam domum,vel aliquā rem alteri obligatam,& eam meliorauit ſuis ſumptibus, quòd ſi euincatur per hyppotheticam,liberatur præſtando primam eſtimationem.l. in iis.C.de prædiis & omn. naui.rebus. & an hoc indiſtiſte procedat.vide ibi Bar.& notatur in.l. ſi fundus.§.ii.ff de pigno.nota ibi textum ad aliud ad probandum quem magnanimum,quia præſumitur quis magnanimus ex magnitudine edificiorum,ſecundum Anto.cor in verbo melioratio. Et aduerte quòd illud tēpus ſex anno.

Creditoris ius non tollit tēpus ſex annorum.

non tollit ius hyppothecæ ipſis creditoribus: ſed ſolummodo ordinem,quantum ad creditorem,qui fuit diligentior in exigendo ſuum debitum,non quantum ad alios opponentes inter ipſos,vt iſte dicatur prior. Et an hoc ſtatutum valeat,dicam infra arti.cxxxiii.vbi quæro,an hoc ſtatutum augens vel minuens tempus præſcriptionis,contra ius commune,valeat?limitatur per hanc ordinationem regula iur.qui prior eſt tempore,potior eſt iure,de qua notatur in c.qui prior.de reg.iur.lib.vi. & in.l.i.C.de priui. fiſci.&.l.i.de priui.do.per glo & dic.Papien in forma libel.in actio.hyppotheca. Amplius quæritur, in præcedentibus tractatum eſt,quis præferatur quādo eadem res eſt obligata pluribus,an debitor puniatur,qui obligat rē pluribus?

Vendens rē duobus pœna falſi punitur.

dico breuiter ꝙ ſic,ſi obliget ſcienter pluribus, & diuerſis tēporibus nā tenetur crimine ſtellionatus, vt eſt textus in.l.i & fina C.de crimine ſtellio.&.l iii.poſt prin. ff.eo. tit.diſtingue tamen.vt infra dicetur, quod multum nota.Sed dicet aliquis,nonne videmus quotidie oppoſitū? quòd

ꝙ debitores faciunt plures cōtractus, maxime mercatores in ſingulis inſtrumentis, & cōtractibus obligant bona ſua: & tamen nullus hucuſq; viſus eſt, qui fuerit condemnatus. reſponderi poteſt dupliciter, quòd illa iura loquuntur in obligatione ſpeciali alicuius certæ rei: ſed practica communis loquitur in obligatione generali omniũ bonorum: quæ ſolutio, licet ſit tollerabilis, non eſt perfecta. Ideo in obligatione ſpecialiter rei ſubdiſtingue. aut debitor proteſtatus eſt rem ipſam alteri obligatam: & túc excuſatur, vt l. & qui nondum. §. fina. ff. de pigno. aut nõ eſt proteſtatus, aut ipſa res eſt ſufficiens pro vtroq; debito, & eſt excuſatus vt. l ſi quis in pignore circa finem. ff. de pigno. actio. aut non eſt ſufficiēs: & tunc ad dictam pœnam tenetur, vt ibi ſi autem aliquis vendat rem duobus: tunc pœna falſi punitur. l. qui duobus. ff. de fal. & no. per gloſ. in dic. l. ii. ff. de crimi. ſtellio. quod tamen malè ſeruatur in practica propter capitula, & ſtatuta locorum ſecũdum Papien. vbi ſupra in glo. ſub eadem obligatione, circa finem. Alij dicunt ſecundum eum ꝙ illis iuribus eſt derogatum per generalem conſuetudinẽ, & inducta, ne impediãtur negociatores à ſuis negociis, & minime ſunt mutanda, quæ bono publico hanc interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de leg. Aduerte ꝙ ſtatutum diſponens, quòd ſi aliquis fuerit negligens ad petendum ſibi debitum, ſpatio. xv. annorum, & poſtea petere nõ poſsit, quod cum hoc ſtatutum ſit odioſum, nõ intelligitur procedere, vbi agitur actione reali, in qua quis proprie non petiit ſibi debitum. de quo vide per Iaſo. in. §. ſupereſt. col. xvij. inſti. de actio. & ibi vide an tale ſtatutum valeat, & quomodo ſi ſoror facit generalem renunciationem fratribus de omni eo quod ſibi debetur, ꝙ iſta remiſsio non extenditur ad res quas ſoror poteſt vendicare, & conſequenter ad debita actione reali.

Adde quòd omnes leges & omnia ſtatuta, quæ permittũt præſcriptiones cum mala fide contra reales, perſonales vel mixtas actiones non valent ipſo iure, quia ſunt contra ius commune & nutriunt peccatum, vt in. c. vigilanti. & c. fina. de præſcrip. & in regula poſſeſſor. de reg. iur. libr. vj. peccat enim qui ſciens ſe teneri ad cẽtum ex cauſa depoſiti, *Statutaque permittunt præſcriptiones cum mala fide non valent ipſo iure.*

ſiti,mutui,vel venditi,recuſat ſoluere,ſicut poſsidens rem alienam ſcienter.& hanc doctrinam ſentit Bar.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.In illa quæſtione an valeant ſtatuta circa ius diuinũ.ideo tenet Ang. in.l. ſequitur.§. ſi viã. ff.de ſer.vrb.præd.&.l.fin.ff.quéadmo.ſerui.admittan.& in.l.ait prætor.§.item ei.ff.quib.ex cau.maio. quare nõ valent ipſo iure ſtatuta regia quibus præſcribitur cõtra mercatores vendentes ſuas merces ſigillatim & ſpecifice, ſex menſibus,& contra ſeruos non petentes ſalaria infra annum procuratores infra duos annos, nam conſcientia rei alienæ impedit præſcriptionem.c.fina.de præſcrip.c. poſſeſſor,de reg.iur.lib.vi. Saluari tamen poteſt vltima opinio in vno caſu,ſcilicet quòd debitor non peccaret recuſando ſoluere,quia eſt obligatus ad meram pœnam puta ad duplum,vel quadruplum actione furti,nam ſecundum ius diuinum in foro conſcientiæ non tenetur quis ſe offerre ad ſoluendam pœnam etiam eam petenti in iudicio vel extra.xij.quæſtio.ij.c.fraternitatis,vbi eſt textus ſingularis iuncta glo.& notant docto.in.c.dilecti,ex. de arb. & hanc doctrinam poſuit do.Anto.in.c.fina.ex.de pręſcrip. notant Math.Math.ſingu.21.& Pe.Ger ſingu.18. Et poteſt eſſe ratio quia vſucapio dicitur præſidiũ impium. textus eſt, vt eccle.Ro.circa principiũ.Item dicitur præſidium iniquiſsimũ ſecũdum Ang. in.l.qui equitate.ff.de doli excep.& in.l.i C.de præſcript xxx.anno. & idẽ dicendum eſt de præſcriptione,quia fraternizant ſecundu Bal. in.l.j.C.de ſeruis fugi.& not.in rubrica.C.&.ff.de vſuc.& dicitur præſcriptio contra naturalem equitatem eſſe ſecundum Bal.in lege,ancillæC.de furt.& Abb in dicto. c. fina.vbi etiam adducit Bar.in extrauag. ad reprimendũ in verbo denunciationem,vbi dicit quòd quando ſubeſt obligatio naturalis orta ex conſenſu, puta quia promiſiſti mihi per pactum nudum vel quia locupletaris cum iactura mea poſſum recurrere ad eccleſiam per viam denunciationis euangelicæ,quod in præſcriptione dicit aperte voluiſſe Bal.in cap ſi quis per triginta in titulo ſi de feudo fuerit controuer. vbi dicit quòd præſcribens ſcienter debitum poteſt ſemper denunciari, quia ius ciuile

Statuta regia quæ permittunt præſcriptionem cõtra mercatores procuratores & ſeruos

Pœnam dupli aut quadrupli de iure diuino q in non tenetur ſoluere.

Vſucapio& præſcriptio dicunturimpium præſidium.

non

non potuit obligationem tollere.§. ſed & naturalia inſti. de natura.gen.& ciuili. Nota præterea tu ſcis quòd præſcriptio decem annorum interrumpitur per litis conteſtationem.l.motæ litis.C. de rei vendi. vſucapio. autem per ſententiam.l.ſi poſt acceptum.C. eod. titul. dicas tamen quòd hodie de equitate omnis vſucapio vel præſcriptio interrumpitur per ſolam citationem, quia cum conſtituatur in mala fide ſuccedit regula, quòd nullus male fidei poſſeſſor præſcribit, cap.fina.de præben.cap. male fidei poſſeſſor, de reg iur.lib.vi.iſtud eſt ſingulare verbum Bal.à nemine ponderatum in repe.l.ii.iiii.col.C.de ſerui. & aqua.notat Fran.cre, ſingu.101.Ludo.Roma.ſingu.131. & Math.Math.55. *Vſucapio vel præſcriptio per ſolam citationem interrumpitur.*

Que les choſes eſtans en mains de commiſſaires ſeront baillées à ferme.

QVe tous ſequeſtres commiſſaires & depoſitaires de iuſtice, commis au gouuernement d'aucunes terres ou heritages, ſeront tenuz les bailler a ferme par auctorité de iuſtice, parties appellées, au plus offrant & dernier encheriſſeur: qui ſera tenu de porter les deniers de la ferme iuſques a la maiſõ des commiſſaires, & d'entretenir les choſes en l'ſtat qu'elles leur ſeront baillées, ſans y commettre aucune fraude ne maluerſation, ſur peine d'amende, a la diſcretion de iuſtice. *Ar.lxxxii.*

LIcet de iure ſequeſtri, ſeu commiſſarij poſſint locare, vel vendere fructus, vt.l.in venditione.§. ſi quis fructus.ff.de bo.aucto.iudi poſſi.& probatur in.c.ii.de ſequeſtra.poſſe.& fruc.& in cle.i.eo.titu.hoc tamen ſtatuitur, *Sequeſtri de iure poſſunt vendere fructus.*

vt eos

vt eos locent,ſeu in firmam dent:quia minori ſumptu fit, quàm ſi eos perciperent:quia tunc operarum ſuarum ſalarium repeterent,hoc quidem caſu ſumptus tantum quos in eis locandis, ſeu in firmam dandis faciunt, condicunt: niſi cum auctoritate iudicis, vt dicetur articulo.iij.proximo non enim faciendum eſt id,in quo plus expenditur, q̃ de cõmodo percipitur,vt.l mediterraneæ.C. de anno. & tribu.lib x. Adde ꝙ illum textũ dicit Bar.eſſe notandum ad multa pro tutoribus,quibus non debet imputari ſi nõ exigant debitum in quo oportebat eos plus expendere,q̃ inde perciperent,vel pro eo qui nõ reficit domum,in qua plus expenderetur,quàm valeret vel pro his qui non fecerunt inuentarium,eo caſu quo plus expenderetur in eius confectione,quàm eſſet vtilitas,vt.l tutor qui repertoriũ. ff de adminiſtra.tuto. Item in cauſis breuioribus quando plus expenditur in ſcripturis quàm ſit valor cauſæ, item iudex non debet facere citari teſtes ad locũ iudicij quando tantum diſtant,quòd plus in eorum aduentu expenderetur,quàm ſit valor cauſæ arg dicta.l.mediterraneæ. ſed tunc debet iudex delegare examinationem vt.l.generaliter.§ his,de præſentibus.C.de reb credi. & iureiur. facit auten. apud eloquentiſsimum.C.de fide inſtru ad de quod voluit Pe.de Ancha.in cap.nonnulli,de reſcript in.c.cum te de offi.deleg.in.c.finem litibus,de dolo & cõtuma. vbi dicit ꝙ licet epiſcopus poſsit reddere ius in quolibet loco ſuę diocœſis,vt in c cũ epiſcopus,de offi.ord.lib.vj.ſi habet ampliſsimam diocœſim & pars vexaretur ſi cõueniretur in loco remoto,vbi degit epiſcopus puta ſi reus ſtat in extrema parte diocœſis,& epiſcopus ſtaret in alia extrema parte,& cauſa eſſet breuis,& expẽſa eſſet maior in teſtibus producendis & pro ſalario,& iudex nolit committere & delegare cauſam,pars poteſt appellare,allegat.l.cũ poſt ſententiam.C.de appel.&.c.anteriorum.§.ad hæc.ii. quæſtio.vi & dicit ſe aliàs in quæſtione facti conſuluiſſe. quod nota pro limitatione dic c.cũ epiſcopus facit quod volunt doct.poſt Inno.in c.olim, de reſtitu ſpo.& quòd iuſta eſſet appellationis cauſa ſecũdum do. Alexan in dic. l.mediterraneæ facit.c. conſtitutus, de fideiuſſo. & quod

Lex mediterraneæ eſt notanda ad multa.

ibi nota.c.ſtatutū § fina.de reſcrip.lib.vi.dixi etiam in re pe mea l.eum quem temere in materia expenſatum ff de iudi Vocari enim debent partes vt dicitur in textu. Ná vbicunque tractatur de præiudicio alterius, debet ipſe vocari.l nam ita diuus.ff.de adoptio.& l.de vnoquoque ff.de re iudi.& ſi fraus aliqua committatur in locandis fructibus, vel in re malè adminiſtranda, dabit iudex arbitrium creditoribus, ſi qui ſint, vt ex integro locationē faciant. vt traditur in dic §.ſi quis. quod omiſſum fuit per hoc ſtatutum. tenetur locator deferre mercedē locatiōis ad domum ſequeſtri, & commiſſariorū, vt nota in.l.ſed & ſi alia.ff.de conſtitu.pecu.& appellantur iſti ſequeſtri de iure, curatores bonorum ff.de cura.bo dan.per totum.& l.i.C.ſi vnus ex pluri. ſed quæro, quando ſunt plures ſequeſtri, ſeu commiſſarii alicui rei dati, an omnes teneantur in ſolidum reddere rationem? ego credo diſtinguendum quemadmodum in tutore, vel curatore? aut omnes adminiſtrauerunt. aut quidam non, ſi omnes adminiſtrauerunt. aut omnes ſunt ſoluendo, & diuiditur actio inter eos exemplo plurium fideiuſſorum, aut non ſunt ſoluendo, & quilibet conuenitur iuxta facultatem ſuam: & ſi quis aliquid pro alio ſoluerit, ab eo repetit vtili actione tutelæ, vel directa vt habetur in.l.i.§.nunc tractemus ff.de tute.& ratio diſtrahen, ſecundo caſu prius conueniendus eſt ille qui geſsit, quàm ille qui non geſsit. vt plenè habetur in l.i.& .ii.ff.de adminiſtra.tute.& l.i.C.ſi tutor non gesserit.cum ſimi.ibi nota.

Appellari poteſt ſi iudex nolit cōmittere ſeu delegare causamquā do cauſa eſt maior quā ſit valor ipſius cauſe.

Touchant les fraiz des bailz à ferme deſdictes choſes

QVe leſdictz ſequeſtres & commiſſaires ſeront tenuz le iour dudict bail à ferme, faire arreſter par iuſtice la miſe & deſpenſe qui aura eſté faicte pour le bail d'icelle ferme, en preſence des parties ou elles deuement appellées. *Ar.lxxxiiii.*

Adſtipulatur

ADſtipulatur l. magis puto. §. itē ꝑ prætor. & quod ibi nota ff de rebus eo. Adde quod ratio huius ordinationis condendæ fuit, quia vt contractus pupilli dicitur bona fide fieri, quando fit interuenientibus cōſanguineis & amicis ipſius pupilli. l. tranſacttiōe. C. de trāſac. vel quādo fit in præſentia ſolius iudicis l. fina. in prin. ff. quod metus cauſa ſequitur Imo. in. l. i. §. fuit quæſitū ff. ad trebel. iii. col & Alexand. in dic. l. tranſactione. ita in his ſequeſtris qui bonorum curatores appellantur, vt dictum eſt facit quod notant doctores in. l. pacta nouiſſima C. de pac. quod omnis metus & omnis dol⁹ præſumitur ceſſare quādo interuenit præſentia iudicis quæ omnia valde nota.

No pourront leſdictz commiſſaires faire aucuns fraiz, ſans ordonāce de iuſtice.

Ar. lxxxv. ET ne pourrōt ſur les deniers de la ferme faire autres fraiz, & miſes, ſi non qu'il leur feuſt ordonnè par iuſtice parties appellées, & partāt rendrōt tous les deniers de la ferme, ſans aucune deduction, fors de ce qu'ilz auront ainſi frayé comme deſſus. & de leurs ſalaires raiſonnables, apres ce qu'lz auront ainſi eſté taxez par iuſtice:

Salariū cōſtituitur administratoribus officio iudicis

FAcit cle i. & quod ibi nota de ſequeſtra. poſſe. & fruc. nota quòd ſalarium cōſtituitur adminiſtratoribus officio iudicis nō autē ad eorū poſtulationē. vt no. ff. de adminiſtra. tuto. l. ſi ſine hærede. §. i. in gl. hæc exceptio. facit l. in eos. ff. de tute. ſecūdū Bal. qui ita notat ī ſua practi de offi. iudi. idē dic. in tutoribus, cōſulibus, & aliis Reipublicæ adminiſtratoribus. cui autē debeāt reddi denarii firmæ, vide ſupra arti. xxvii. vbi tractatur iſta materia ſequeſtrorū. Adde ꝙ ſi res vendatur cū pacto adiectiōis in

Fructus rei licitate fiunt licitan

dien

dié ſi poſtea exiſtat adiectio ſi quis alius plus detulit domino, interim fructus ad primú emptoré pertinebút, vt in l.valerius.ff.de iure fiſci, q́ nota ꝑ iſtis rerú fiſcalium cóductoribus ſeu firmariis qui faciunt fructus ſuos post licitationé à ſe factá, & vt dicút candelá extinctá pendente alia adiectióe, & quouſque alius plus offerat, & pro iſtis firmariis nota quod faciút fructus ſuos poſt tépus ſuæ cóductióis, quouſque venerit alius cóductor, ná in ſimili habes legé meminiſſe.ff de offi.procon.& legem eú qui.ff. de iuriſdi.om.iudi vbi dicitur quod poteſtas debet etiá vltra tempus ſui officii iuriſdictionem exercere quouſq́ veniat ſucceſſor in officio.& pro reliquo tempore quo ſedet vltra tempus ipſius officii debet ſalarium conſuetum recipere, vt in auté. de adminiſtra §.illud.ita dicit Ludo. Ro.ſingu.39. Sed quæro cuius erunt iſti fructus medio tempore percepti ante rei adiudicationé per ſequeſtros, dic quod ipſius domini cuius res ſequeſtrátur, vt dic.l.valerius, in prin.ſi vero adiudicatio fiat intra temp⁹ meſſiú & vindemiarum tunc erunt ipſius creditoris cui res adiudicantur iudicis ſententia, nam miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non facit fructus ſuos, ex ſecúdo ſic, ex.de ſequeſtra.poſſe.& fruc.& in cle.i.eo titu.glo.habes, in c. fina.de dolo.& contu. Ad quid ergo ſequeſtrátur iſti fructus? dic vt tedio affectus debitor ſoluat ſicut fit miſsio in poſſeſsionem vt tedio affectus reus veniat reſpóſurus, vt l.is cui.ff.vt in poſſe.leg.& ad prædictam quæſtionem facit quod ponit Ludo.Roma.ſingu.538.quòd fructus percepti per emptorem ex re empta pendente conditione, fiunt venditoris deficiéte códitióe, vt l.neceſſario.§.quod ſi pendente ff.deperi.& commo rei vendi.quod limita verum, niſi in cauſa deficientis conditionis ipſe emptor perdat præcium, & cedat lucro venditoris, ſunt ergo in recóпenſationem prædicti præcii debet emptor fructus lucrari, textus eſt in l.iiii.§.ſed quod ait.ff.de lege commiſſo.

tis quouſque alius plus offerat

Firmarius rerú fiſcaliú facit fruct⁹ ſuos quouſque ſuc eſſor venerit.

Fructus percepti medio tempore per ſequeſtros cui⁹ erunt

Fruct⁹ quare ſequeſtrátur.

De ne plus inſerer es decretz ce que lon y ſouloit inſerer.

Que

Ar. lxxxv.

QVe es arreſtz ou ſentences d'adiudication de decret, ne ſeront doreſauant inſerez les exploictz des criées, ne autres pieces, qui ont accouſtumé par cy deuant d'y eſtre inſerées, mais ſera faict ſeulement vn recit ſommaire des pieces neceſſaires, comme il ſe doit faire es areſtz & ſentences, données en autres matieres.

Notariorũ auaritia inſertioni actorum initium dedit.

FAcit ordinatio Ludo. xii articulo decimo ſeptimo. Hæc enim inſertio habuit ortum ab auaritia notariorum, & graphiariorum curiarum: vt maius ſalarium exigerent, de quo in c. ſtatutum. in. §. notarij, de reſcrip. lib. vi. & per Pe. Ia in titu. de ſtatu curiarũ, vbi vide abuſus, qui fiunt propter accenſationem papirorum ipſarum curiarum. Vtinam fieret bonum ſtatutum circa ſalarium ipſorum & aliorum curialium: & non fierent tantæ tirannizationes in ſalariis exigendis, vt fit præſertim in magnis curiis, vt vix pauper poſſit in ipſis litigare, & ius ſuum proſequi, in quorum cau a acta, & proceſſus debent gratis fieri, & literæ ſigillari & aduocati pro eis debent, miſericordia moti, & cum charitate ſine ſalario, patrocinari, arg. l. nulli. § 1. C. de epiſ. & cle. l. tam dementis & ibi glo. C de epiſ. audié. xii. quæſtio. ii. c. charitatem. vide infra arti. clxxvi. & quod ibi dicam. ſed frigeſcit charitas, & incaleſcit auaritia. vnde dicit ſcriptura, veh vobis, qui corrupti eſtis prece, vel precio, qui tracti odio, vel amore dicitis bonum eſſe malum & malum eſſe bonum, ponentes tenebras eſſe lucem, & lucem tenebras, mortificantes animas veſtras, quæ non moriuntur, ſed in inferno ſepelliuntur. Vos enim non attenditis merita cauſarum. ſed merita perſonarum, non iura, ſed munera, non iuſtitiam, ſed potius declinãtes pauperum cauſas cũ mora

Diuites à multis præferũtur, & ſupportantur.

rā negligitis. diuitum lites cū inſtantia prouidetis, in pauperes, & debiles rigorem oſtenditis: cum diuitibus manſuetudinem diſpenſatis, egenos cū difficultate reſpicitis: potentes cum fauore tractatis, pauperes negligenter auditis: diuites ſubtiliter auſcultatis, clamat pauper & nemo exaudit loquitur diues, & omnis applaudit. diues enim locutus eſt & omes tacuerūt. pauper locutus eſt, & dicitur ei quis es tu? clamat pauper vim patiēs: malus iudex enim vociferatur, & non eſt qui iudicet: pauperes deſpicitis diuites honoratis. O miſeri, qui iudicatis voſmetipſos, & facti eſtis iudices excogitationum iniquitatum: in lege enim præcipitur, ita iudicate magnū & paruum, ita propinquum vt extraneum, ita amicū & inimicū: quia apud Deum, & iuſtitiam non eſt acceptio perſonarum & facit ff. de rerū diuiſione l. fi. & ibi nota. iudex enim dictus eſt: quia ius debet dicere quod non poteſt, ſi non eſt in eo iuſtitia. extra, de verbo ſignifi. c. forus. §. iudex. & malorum impietati fouet qui eis obuiare ceſſat. vide quid dicam infra articu. cxxxix. *Iudex dict⁹ eſt quia ius debet dicere*

Publication d'inqueſtes, excepté en parlement & requeſtes du palais.

QVe en matieres ciuilles y aura par tout publication d'enqueſtes, excepté en noſtre court de parlement, & requeſtes de noſtredict parlement à paris, ou il n'y à acouſtumé auoir publication d'enqueſtes, & iuſques à ce que autrement en ſoit ordonné. *Ar. lxxxvi.*

PRo declaratione huius articuli quæro, vtrum ſententia lata, nō publicatis atteſtationibus, ſit nulla, quaſi ſit lata ordine iuris prætermiſſo? Bar. in extrauaganti ad reprimendum tenuit, q̄ ſententia ſit nulla, quaſi lata ſine *Sentētia lata nō publicatis atteſtationibus an ſit nulla*

 cauſæ

cauſæ cognitione. & idem tenet glo.& Bar. in.l.prolatã. C.de ſenté & interlocu.om.iudi.& Bar.in.l.is apud quẽ C.de eden.in.ii.col.& ibi Bal.in.iiii col. dum dicit.Item dicta teſtiũ debent publicari ideo neceſſaria eſt ſcriptura,& ad hæc videnda ſunt dic Bar.in.l.ſolã.C.de teſt. & in.l.geſta.ff de re iud.vbi dicit,ꝙ dicta teſtiũ nõ publicatorũ nõ probãt Ia.but.& Ang in dic.l.prolatã.C. de ſenté.& inter.om.iudi.tenuerũt cõtrarũ,ꝙ imò ſentẽtia lata,nõ publicatis atteſtatiõibus valet quia dicta ſententia non eſt lata cõtra iuris ordinem, ſed eſt lata cõtra ius partis,cũ iudici ſemper ſint publicatæ atteſtatiões, licet nõ ſint publicatæ parti.vnde in appellatiõe poterũt tales atteſtationes publicari ſecundum Bal.in dic.l.prolatam.& idem tenuit Abb.in.c.cum dilectus. extra de fide inſtru. dicens Inno.ita ſenſiſſe,in.c.cũ.I.&.A.de re iudi. & hoc

1 videtur velle Spe.in principio ſui operis.& Imo. in.l.diuus.ff.de re iudi.& pro hoc benefacit textus in. ca.quoniã contra.extra,de proba.& glo.ii.quæſtione.i. in ſumma,vbi enumerantur omnes ſolennitates ſubſtãtiales indiciorum,& iſta non enumeratur. Et iſta opinio videtur mihi tenenda quòd publicatio atteſtationum non ſit de ſubſtantia:ita ꝙ eius omiſsio non habeat vitiare ſententiam,& ꝙ non ſit nulla ipſa ſententia,dummodo atteſtationes iudici notæ fuerint iudex tamen male facit, & ab eo poteſt appellari ita tenet addi.ad Ange. in ſuo tract. malefi.in ver.qui iudex dictum proceſſum publicauit. & vide Lanfran.in repe.c.quoniã in ver interlocutoriæ, & appellationes.Quid,in criminalibus nunquid debeat fieri publicatio inqueſtrarum?& videtur ꝙ ſic: quia argumentum eſt optimum de ciuilibus ad crimina.cũ ipſa parificantur à iure.vt auter.qua in prouincia. vbi de crimine agi oporteat.ff.de cuſto & exhibi.reo.l.ii.ad finẽ, ibi quod in priuatis.ff.de pœnis.l.abſentẽ.& ibi notatur. algo.vnã glo.de iure canonico legiſtis incognitã.in.c.fin. in verſi.ceſſante.in verbo iudiciis,de hære.li.vi. coniuncto textu,qui cũ glo.expreſſè loquitur, in criminalibus. & ibi expreſſè dicitur,quod in crimine hæreſis,in illo caſu ita publicãtur teſtes,& alia acta, ſicut ſit in aliis iudiciis:

Atteſtationũ publicatio nõ eſt de ſubſtantia iudicij.

Argumentũ de ciuilibus ad crimina valet.

tiis:quinimo de iure canonico in.c. quoniam frequenter in.§.ſunt & alii.extra,vt lite nó conteſta. vbi expreſsè dicitur,quòd in cauſa inquiſitionis debeat fieri teſtium publicatio.& in.c.quoniam frequenter,in.§.debet.extra,de accuſa.licet textus noſtræ ordinationis videatur innuere contrarium:quia dicit tãtum in ciuilibus quia qui vnum dicit,de alio negare videtur.l.cum prætor.ff.de iudi. & ita obſeruat cóis practica regni Franciæ, vt in criminalibus nó fiat publicatio atteſtationũ vt infra patebit per l.de quibus.ff.de leg. Aduertas tamen, ꝙ magna eſt differentia inter cauſam ciuilem,& criminalé: quia in ciuili publicato proceſſu,nó eſt amplius licitum producere teſtes ad offenſam,vel defenſam.ꝑpter timoré ſubornationis.vt in auten.de teſti.§.quoniá.& in auté.at qui ſemel. C.de proba.dicas.vt ibi per Bar.Ang.& docto. Bal.& Salice.ſecus eſt in criminali,ſiue agatur per viã inquiſitionis,ſiue accuſatióis,ſemper teſtes produci poſſunt ꝑ iudicem ex officio, ad delicta puniéda poſt publicationem proceſſus.Et eodem modo poſſunt produci teſtes per accuſatũ,vel inquiſitũ,vt notat Bart.in.l.ii.§. ſi publico.ff. de adul.in ver.vlterius quæro vtrum &c. & in l.diui fratres.ff.de pœ.&.in.l.fi.§.fi.& in.l.vnius.§.cogniturum.ff. de quæſtio.& in dic.auten.at qui ſemel.C. de probatio. circa finé etiam poſt cóclusionem in cauſa, vt ibi dicunt docto.& ibi omnino videas Bal.Sali.& Ang.& vide. ca. cũ cauſam.extra,de teſti.& ibi Ant.de bu.&.c.ꝑ tuas. & ibi plenius ꝑ dic.de Bu.Præterea quęro, ſi nó fuerit ſcripta publicatio nec petitum haberi pro publicatis, tamen tépore quo debuit fieri publicatio fuit hinc inde habita copia eorũdé an proceſſus ſit nullus? vel an ſit perinde, ac ſi eſſet facta & ſcripta publicatio? videtur ꝙ nó valeat per prædicta:quia expreſsè dicit Bal.in dic.l.is apud qué C.d eden. quòd dicta teſtium debent publicari: & ideo neceſſaria eſt ſcriptura. Tu dic contra quòd tantum valet publicatio,ac ſi verbis fuiſſet dictum iuxta nota.ff. de his qui notan.infa.l.ii.§.ignominiæ. ſuper verbo efficit. cum iuri.ibi allega.&.ff.rem ratam habe.l. paulus, & de edi.edic.l.ſi tamen.cum ſimi.nam rebus & nó verbis le-

Ciuilis cauſa differt à criminali.

Publicatio omiſſa an reddat proceſſũ nullũ.

gem imponimus.C.communia de leg.l omnẽ verbũ.in fi ne:cum ibi nota,ſecundũ Iaco.de bel.viſu.in ſua prac. ti. tu. de teſti . quod nota . Adde ꝙ in cauſis ſummariis in quibus proceditur ſine figura & ſtrepitu iudicii atteſtationũ publicatio eſt neceſſaria,vt in.c.ſi. à cõtrario ſenſu de hære.lib.vi.& ponit Bar.in extrauag . ad reprimendũ in verbo figura iudicii,ſed hoc dictum Bar.debet intelligi ſi is cõtra quem ſunt producti teſtes,hoc petiit , ſi aũt non petiit,non eſt neceſſaria,quia ſemper cenſentur eſſe notæ iudicii atteſtationes,nota.glo in dic.c.fin in verbo figura probatur in.c.qualiter ii.§.debet de cauſa.& in c. ii.eo.ti.lib.vi.& ita intelligendũ eſt hoc ſtatutũ regium, quod ſecundum iuris communis diſpoſitionem eſt inter pretandum.l.ii.C.de noxa.& eſt textus in.c . cũ dilectus, de cõſue.notat Matth.Matth.ſing.38. & licet ex cõmuni curiarum ſtilo in cauſis ſummariis nõ fiebat olim atteſtationum publicatio tamen hodie fieri debet ſi pars hoc petat & cõcordat hoc ſtatutum cum iure cõmuni, vt ex ſupradictis patet,quia cũ princeps nõ excipiat cauſas ſummarias ab ſtatuto nec nos excipere debemus , quia ſi voluiſſet illas excipi,dixiſſet.l.ſi ſeruum.§.nõ dixit prætor, ff.de acqui.hære l.de præcio.ff.de publi.quod male ſeruatur & fiũt multi proceſſus nulli quare remedium eſt vt pars appellet ſi iudex recuſet publicare.Aduerte præterea,ꝙ publicatis atteſtationib⁹ teſtes produci nõ poſſunt, cle.ii.de teſt.c.fraternitatis,eo.ti.ex.auten.de teſt.§.ſi verocũ ſimi.limita hanc rationem nõ habere locum,ſi producantur teſtes excõmunicati aut alia inhabilitate impediti , tunc ego cogor per iudicem eoſdem aut alios poſt didicita teſtificata producere,ita ſingulariter dicit Inno. in.cap.auditis,in fine,de in integ.reſti.refert. & ſequitur Ludo.Ro.in repe.rub.de arb.Limita ſecũdo,ſi teſtes vna cũ inſtrumẽto producãtur propter cõcomitantiã inſtrumenti , quia ceſſat ſubornationis ratio,textus eſt vnicus ſecũdũ intellec.Do.Anto.in.c.ſeries,de teſti ſed quid in cauſa appellatiõis an publicatis atteſtationibus teſtes produci poſſunt ſuper eiſdẽ articulis aut directo cõtrariis, videtur quòd ſic.& ita tenent legiſtæ in dic.autẽ. qui ſemel.

Publicatio atteſtationũ in cauſis ſummariis an ſit neceſſaria.

mel.C.de prob.per.l.eos.§.qui autē.C.de tempo. appel. ſed contrarium deciditur,in cle.ſi.de teſti. quæ ſeruatur in foro ciuili & canonico.Nota inſuper cautelā, quā dat Bal.in.ampliorem.C de appel.ſcilicet cū tu poſt teſtium publicationem vis teſtes producere,des nomina teſtium iudici in ſcriptis,qui ex officio ſuo teſtes recipiet, & exa minabit,quod videtur dubium,cum cauſa ſubornationis non ceſſet,quod dictum ſi eſt verum eſt mirabile ſed da to quod ſit verum,quod nō puto,Ludo.Ro. præfatā cau telam limitat in repe.rub.de arb.eſſe veram quando iudi cis culpa teſtes in prima examinatione nō recte examinati fuerunt,ſecus ſi partis,vt dicit Inno.in.c. ꝑ tuas, de teſti.quem refert Bal.in.l.veluti.ff de edē. & optime pro bat ille textus.ego adduco Ang.in auten.de teſt. §. quia vero,col.ii.vbi dicit ꝙ ſi iudex dolo vel negligentia omiſit interrogare teſtes in interrogatoriis à parte datis, ꝙ poſt publicatū proceſſum poterūt produci.quod not. Tu dic.ſecūdū Spe.ti.de teſte.§.ſatis vtiliter ver.qd ergo ſi peto vbi dicit ꝙ de cōſuetudine teſtis poteſt repeti & ad poſtulationē partis & iudicis nō vt addat, ſed vt iā dictorū rationē reddat,ꝙ eſt ſingulariter notādum poteſt etiā iudex vſq; ad ſentētiā interrogare, cū aliqua ambiguitas oritur vt extra de fide inſtru.c.cū Ioan. circa finē in.C.de iudi.l.iudices ex.de teſt.cū clamor notat idē Spe.in ti.de poſi.§.iiii.ver. tū quia poſitiones & nota ꝙ iudex non cogitur ad partis petitionem id agere ꝙ lex eius tribuit poteſtati.l.non quicquid.ff. de iudi. & ideo licet iudex poſsit poſt concluſum in cauſa partes pro rei veritate interrogare ex proprio officio, non tamen cogitur ad partis inſtantiā not.glo.in.c. cū ideo de fide inſtru.& licet poſsit teſtes poſt publicationē repetere vt dictum eorū declarent, aut rationē cauſe ſcientie addant vt dictū eſt,nō tamē cogitur parte petēte ſecūdū gloſ.in auten.de teſti.§.illud Inno.ex.eo.ti.c. ꝑ tuas etiā non poteſt ad partis inſtātiā cogi expectare cōtumacē c. conſuluit de offi.deleg. licet hoc poſsit ſua gratia & ſic ſi hos caſus tributos ſiue poteſtati obmittit,nō poterit de negligentia puniri vt notat Specu. titu.de offi. iudi.§.deſeruit ver.quid ſi iudex.

Iudex nō cogitur ad id quod eius tribuitur po teſtati.

76. *Communication d'inuentaires & productions.*

Ar. lxxxvij

QVe en toutes matieres ciuiles y aura cõmunication d'inuentaires et productions.

Inſtrumẽtũ allegatũ in libello an teneatur actor producere.

FAcit.l.i.& quod ibi nota.C.de edé.&.l.i.§.edéda. ff. eo.titu.Quæro aliquis in libello vel poſitionibus facit mentionem de aliquo inſtrumento,nunquid teneatur illud incontinenti exhibere antequã audiatur? hanc quæſtionem format Inno.in.c.i.de proba. cuius ſententiam ſequitur Ang.in dic.l.i.§.edéda ſed quia eius ſentẽtia reprobatur,ideo non curo eius verba aliter recitare Bar.tamen in dic.l.i.ff.de eden.& in.l.poſtquam §.fina.ff.vt lega.nomine cauea. mirabiliter dicit ꝙ aut fit mentio de inſtrumento limitatiue aut declaratiuè.ſi limitatiuè tunc illud exhibere debet antequam audiatur. exemplũ actor dicit talis mihi vendidit talem fundum,pro vt cõſtat inſtrumento recepto per talem modum illa dictio preu eſt limitatiua,vt in l.edita.C.de eden certè non debet audiri nec tenetur reſpõdere niſi prius exhibito inſtrumẽto venditiõis quia cũ actor dicit prout cõtinetur in tali inſtrumento videtur limitare obligationem ſecundum ꝙ cõtinetur in inſtrumẽto:ſed in inſtrumento poſſunt eſſe aliquæ raſuræ aliàs cãcellaturæ ex quibus inſtrumentum redditur ſuſpectum.ſi autẽ fit mentio de inſtrumento declaratiuè,puta dicit actor in libello talis vendidit mihi talem fundum,& hoc conſtat ex publico inſtrumento recepto,&c.& tũc actor nõ tenetur incõtinẽti exhibere inſtrumentũ antequã reus reſpõdeat , quod eſt verum niſi apud reũ veriſimiliter eſſet tale ĩſtrumẽtũ:quia tũc actor nõ tenetur ĩcõtinẽti exhibere ſm Bar.in dic.l. poſtquã exẽplũ legatarius petit rẽ legatã per teſtatorẽ ab hęrede & dicit in libello ſuo talis teſtator reliquit mihi in teſtamento decem prout cõſtat in inſtrumento recepto per talem,&c.nã hoc caſu legatarius non tenebitur inconti-

nenti

nenti exhibere inſtrumentum teſtamenti: quia veriſimile eſt inſtrumentum teſtamenti eſſe apud hæredem, vt in lege, ſi quæ ſunt cautiones. ff. fami. hercis. & in lege fina ff. de fide instru. & hanc ſententiā ſecutus eſt Ioan. de Imo. in cap. i. de proba. Idem notat Spe. titu de confeſ. §. nunc videndum, ver. ſed nunquid in fine. ex ſupradictis cóſtat ꝙ tutius eſt actori dicere quãdo vult facere mẽtionem de aliquo inſtrumento recepto per talem: quia incontinenti non tenetur exhibere inſtrumentum: ſecus ſi diceret prout continetur in tali inſtrumento, vt ex prædictis liquet. vide Specu. in titulo de inſtru. edi. §. nunc dicamus. verſi. quid ſi quis in libello. Adde notabile verbum eiuſdem Specu in dicto. §. ſed pone in fine, qui ſine aliqua diſtinctione dicit, quòd licet quis non teneatur exhibere inſtrumentum ante litem conteſtatam de iuris rigore æquitas tamen in contrarium ſuadere videtur, quod dictum commẽdat Bal. in lege prima. §. 1. ff. de eden. Idem dic in veuta ſeu loci oſtenſione: quæ quotidie petitur, antequam petitioni ſit reſponſum, quod fieri non debet: & ante litem cõteſtatam de rigore iuris: cũ oculorum inſpectio pro quadam ſpecie probationis habetur, vt notat Bar. in lege contra negantem. C. ad legem Aquil. de æquitate tamẽ procedit, vt in principio litis fiat veuta, & loci oſtenſio ab actore, reo hoc petente, debet enim locus oſtendit ad oculum de iure vt inſti. de gra. affini. §. finali. ff finium reg. l. ſi irruptione, vt ſciat reus an ſibi liceat cedere vel contendere, v dicta lege prima, in principio. ff. de eden. facit quod notat idem Specu. titulo de actore. §. primo. verſic. item petenti, vbi dicit quòd petenti fundum non reſpondetur niſi eum exprimat per decentes confrontatiotiones, vel ſi plures habet reus ſub eiſdem confrontationibus, niſi ipſum oculo ad oculum vel digito oſtendat, & ibi Ioannes Andr. in additio. dicit, quòd ita ſeruatur in diocœſi Tholoſana, & Cathurcen. ſi reus hoc petat, allegat nepotem de monte Albano ita dicere in ſuo libello, qui fugitiuus appellatur titulo, exceptiones contra actorem, verſiculo, item qui petit fundum in fine ſic ſeruatur. In noſtra Petragoricenſi patria.

Inſtrumentum faciens mentionem alterius an probet contēta in illo.

Deinde quæro pone quòd vnum inſtrumentū facit mentionem de alio nunquid tale inſtrumentum probet contenta in alio inſtrumento de quo fit mentio? dico ſecundū Bar. & Bal. in auten. ſi quis in aliquo. C. de eden, aut ambo iſta inſtrumenta ſunt confecta inter eaſdē perſonas, & tūc probat, exemplum facto inſtrumento venditionis in quo apparet de precio & de re vendita. fit aliud inſtrumentum in quo emptor promittit precium vēditori talis emptor promittit dare centum Titio occaſione cuiuſdam fundi ſibi venditi prout conſtat per inſtrumentum receptū per talem, certè facit fidem iſtud inſtrumentum faciens mentionem de inſtrumento venditionis, etiam ſi non producatur inſtrumentum venditionis. Si autē ambo inſtrumenta non ſint confecta inter eaſdem perſonas, tunc inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat de contentis in alio. exemplum dum dicitur in quadam comparitione facta per quendam procuratorē Titius procurator Seij, de qua procuratione conſtat per inſtrumētum receptū per talem, certe non probatur de procuratorio, nec de mādato, niſi oſtendatur. & ſic de ſingulis. Vide Alexand. de Imo. in conſi. vi. per totum in quarta parte, & in conſilio. lxxxi. & Lanfran. de oria. in repe. cap. quoniam contra. in verbo inſtrumentorum productiones. ☙ Spe. in dicto titu. § reſtat. ver. quid ſi in aliquo inſtrumento tenet contrarium, vbi dicit indiſtinctè probare: quia nō dicitur exemplum, ſed originale. Et nouum per ſe, nam vt ipſe dicit quotidie videmus talia fieri inſtrumenta, quod ſpectādum eſt. ff. ſi certum peta. l. certi. §. fina. ❧ Præterea quæro,

Sentētia an probet acta allegata in ea.

vtrum per illa verba quæ quotidie apponuntur in ſententijs viſo libello, viſa lite conteſtata, &c. probetur per tale inſtrumentum ſententiæ interueniſſe libellum, & litis conteſtationem? Innoc. in cap. quoniam contra in gloſ. ſuper verbo perſonas tenet quòd non: quam ſententiam ſecutus eſt Bal. in auten. ſi quis in aliquo. C. de eden. & Bar. in lege ſciendum. ff. de verb. oblig. & in. l. j C. de fide inſtru. lib. x. idem tenuit Ange in. l optimam. C. de contrahen. ſti pu. vide Lanfr. vbi ſupra in verſi quæro vtrum. ☙ Adde Spe. titu. de inſtru. edi. §. reſtat ver. hanc eſt vbi diſtinguendo di-

do dicit,aut in inſtrumento ſententiæ fit mentio de prædictis,aut non ſi quidem fit nõ auditur illa negans,& eius executionem ob hoc impediẽs,niſi contrarium probet,nã pro ea præſumitur ex quo ab ea ex cauſis huiuſmodi non appellauit,vt extra de procur.cap.in præſentia ad finem. C.eo.l.licet.Si quæris quomodo negans probare cogitur contra illud.C.de prob.l.actor.&.c.bone de elec.hoc operatur præſumptio,quæ ſurgit contra eum,& pro ſententia quia non appellauit ff.de proba.l.cum de indebito.C. de dona.inter virum & vxo.l.etiam ex.de proba.poſt ceſſionem:ſi autẽ de his nulla fit mentio in inſtrumento ſententiæ,dicunt quidam quòd non incumbit ſibi probatio, ſed victori præſertim ſi negẽtur ſubſtãtiales ſolennitates ſed illud non videtur verum, vnde eſt dicendum quòd ſiue fiat mentio ſiue non, ex quo fuit appellatum, ſed iam tranſit in rem iudicatam:& prima facie non appareat falſa vel vitiata,ſtabitur ei,niſi ꝓbetur aliquid omiſſum, quod eam reddat nullam vel falſam, vt not.in cap. cum in iure, de offi.deleg. Sed quid de inſtrumentis quibus quis non eſt vſurus in iudicio, nũquid aduerſarius poſſit compelli talia edere? communis opinio ſic ſe habet ſecundum eundem Lanfran.ibi.verſic.ſed quid quòd actor non poteſt compellere reum ad edendum ſibi inſtrumenta ſua, pro eius intentione fundanda,ſed bene poteſt compelli ad edendum inſtrumenta, pro coadiuuanda intentione actoris,& pro eius replicatione fundanda. Actor autẽ poteſt compelli edere reo inſtrumenta ſua,pro fundanda & coadiuuanda intentione & exceptione rei,hæc probantur in lege fina.C.de eden.ſecundum diuerſas lecturas: & ibi tenẽt Bar.Bal.& cæteri,& Bar.in lege prima.§.editiones. ff.de de eden.& Ioann.Pet.de Ferra.in forma peten. copiam inſtru.in gloſ.cum anno, menſe & die. Adde Spe.titu.de inſtru. edi.§. videndum ver.veruntamen.

Acta & alia in iudicio agitata an probẽtur per narrata in ſententia

Coĩs opinio

Actor poteſt compelli inſtrumenta reo edere.

Dommages & intereſtz de temerité de calumnie.

Que en

Art. Lxxxviii.

QVe en toutes matieres realles perſonnelles, & poſſeſſoires, ciuilles, & criminelles. y aura adiudication de dommages & intereſtz procedés de l'inſtance, & calumnie, ou temerité de celuy qui ſuccumbera en icelles, qui ſeront par la meſme ſentence, & iugement taxées & moderées à certaine ſomme, cõme il a eſté dict par cy deſſus, pourueu toutesfois que leſdictz dommages & intereſtz ayent eſté demandez par la partie, qui aura obtenu.

DE materia intereſſe nota. per Cy. Bar & Bal. in l. j. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe. & per Inno. in. c. ſacro. de ſenten. excommunica. & per Specu. in titu. de fruc. & intereſſe, & per practicum Papien. in forma libel in actione reali glo. & in florenis decem. pro omni damno, & intereſſe: omnis enim actio indiſtinctè fundatur ſuper intereſſe cõmuni, conuento, vel ſingulari, vt. ff. manda. l. ſi procuratorem. §. mandati actio. & de verb. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & inſtit. de inutili ſtipu. §. alteri. ſecundum Pe. Ia. in forma libel. ex empto. quod quidem intereſſe non in iure, ſed in facto conſiſtit. l. quatenus. ff. de reg. iur. & l. ii. ff. de proba. item licet intereſſe prima facie videatur incertum, vt. ff. de verb. oblig. l. ſi pœnam, & l. liber homo. §. fina. & l. ea parte in prin. & l. ſi ita quis promiſerit. §. ea. lege. ff. ſi in ius voca. non ier. l. fina. & de arbi. l. diem proferre, §. fina. inſtitu. de verb. oblig § non ſolum & arg. ff. de reg. iur. l. quoties. & de iuriſdi. omn. iud. l. fina. tamen ſpe eſt certum, & per iudicis ſubtilitatem certificatur, & ſtipulatione ſuper eo interpoſita agetur certi condictione generali ex ſtipulatione, vt. ff. de reb. credi. l. certi condi-

Actio omnis fundatur ſuper intereſſe

Intereſſe licet videtur incertum tamen quandoque eſt certum.

condictio.& ibi nota quod euenit ex competenti illius legis expoſitione,ibi ſiue ex incerto. Secundo ex magna ipſius intereſſe iniūcta iudici certificatione,vt dic.§.curare.&.C.de ſenten.quę proeo quod intereſt profer.dic.l.vna. Tertio neceſſario in pecunia numerata facienda condemnatio,vt.ff.de re iudi.l.ſi ab alio.§.fin. Quarto præcedens naturæ naturatæ certitudo,vt.ff.de ver.oblig l.vbi autem non apparet.§.illud,ver.Sed quid ſi vinum,ſicut enim triticū quod eſt in horreo eſt incertū in natura & partibus, fit certum per aperturā horrei:ſic & intereſſe eſt incertū in ſe,& per naturam naturatam:& licet partibus ſit incertum:fiet tamen certum per iudicem in ſua ſenrentia:ſed ſi cum petitum eſſet intereſſe in genere,iudex condemnaret in genere,ſcilicet dicēdo,condemno talē in intereſſe,videretur ſentētia nulla,vt.C.de ſenten.quæ ſine cer.quātita.l.j.& dic.§.curare.quod facit pro ordinatione noſtra, quæ vult ꝙ iudex condemnet in certa quantitate, & non in genere:licet cōtrarium notetur.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe.in rubrica ſecūdum Pe.Ia. in titu. de cer.condic. generali ex ſtipu. ex prædictis conſtat non eſſe neceſſe quantitatē intereſſe exprimi in libello:ſed ſufficit,ꝙ in proceſſu exprimatur,& certificetur,vt not.in dicta.l.certi condictio,& in dic.l.vna.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt,profer.& in dic §.curare,& hanc opinionē tenet Iaco.Butri.in dic.l.vna.& in.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff de verb.oblig.circa finem apparatus. & hanc tenet,& ſequitur prac.Papien.in glo.tot & tātis,& in glo. ſimul,cum fructibus.licet Bar.in.l.ex diuerſo.ff.de rei vēdi.quantitatem intereſſe in libello exprimendam eſſe dicat:& hæc eſt cōmunis opinio ſecundum dictum Papien. licet Dy.in.l.certum.C de rei vend.& in.l. cum propria. C.ſi quis alteri,vel ſibi:teneat contrarium in vltima quæſtione;quia actor de ſuo intereſſe,& in quanta quātititate poteſt eſſe certus, & facit iſta ordinatio contra communem opinionem docto.qui dicunt quòd iudex vbique poteſt facere condemnationem quantitate non expreſſa: & poſtea ſufficit illam liquidare in executione, quam ponit Alexan.de Imo.in conſi.xc.col.fina.in ſecundo volu allegando

Intereſſe an poſſit adiudicari in genere.

gando

gando Inno.& alios, vt ibi per eum, & Paulum de Caſtro conſil.xviii.in fine, ſecundum primam impreſsionem, & Bar.in lege ſi quod ex pamphila.ff.de leg ii. vide quæ ponit Maria ſoci.in c.ii.de libel.obla.art.xii.Fran.cur.in addi.ad practi. Papien.vbi ſupra in prin.in glo. intereſſe. & in glo.ſimul cum fructibus.in verbo quantitatem eo.titu. Præterea nota, quòd ex duplici capite quis condemnatur ad damna, & intereſſe, ac etiam expenſas ex capite præſumptæ calumniæ: de qua ſupra dixi in pluribus locis. Itẽ ex capite temerario: temeritas enim nullum præſupponit dolum in ſuccũbente, neq; malitiã: ſed quandam facilitatẽ importat. Ita dicit Ioan. And.in.c.j. de ſenten. excommunica.lib.vi. quem ſequitur Ange. in.l. eum quem temere. ff.de iudi, qui textus eſt melior de iure, probans de expenſis, ratione temeritatis. Et idem ſtatuendum eſt de damnis & intereſſe, ſi quæ ſint, vt bene tangitur in textu ibi, *procedans de l'inſtance, & de calumnie ou temerité*. pro cuius declaratione dico, ꝙ damnum eſt diminutio patrimonij, vt.l.iii.ff.de dam.infect. & diminutum dicitur, quod exit de hæreditate.ff.de peti.hæredita.l.deperditum. Intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans ſecundum gloſ. in lege prima.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profer.cuius quidem diffinitionis ſenſus eſt ſecundum ſanum & certum intellectum, ꝙ intereſſe nihil aliud eſt, niſi cum quis damnum ſentit, vel in perdendo proprium, vel non acquirendo lucrum: aliquando tamen, ſic diffinitur intereſſe, eſt eſtimatio damni ex eo contingens, quod aliquid fieri ceſſatur, quod fieri debet: vel dari ceſſatur, quod dari debet: vel fit, quod fieri nõ debet, quæ diffinitio probatur his legibus. ff.de verb.obliga.l, ſtipulationes non diuiduntur. §.fina ff.de præſcript.ver.l.naturalis.&.l.hoc interdictum. ff.de vi.& vi.arma.l.Iulianus.in princi.&.l.i in fine. & ibi notatur. ff.de actio.empt. & hanc diffinitionem approbat Bar.in dicta.l.j.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profe.& dicuntur procedere ab inſtantia damna, & intereſſe, vt quia ille qui litigat eſt bonus artifex, & ob id fuerit impeditus ſuum artificium exercere. Nam id dicitur diminutũ de ſuo patrimonio, vt his ſupradictis patet, & intelligo

Intereſſe & damna adiudicantur ex duplici capite.

Damnũ eſt diminutio patrimonij.

Intereſſe duplex diffinitio.

ſige iſta damna quæ ſunt perſomalia.nam ea veniunt refi- cienda officio iudicis: vt quia propter aſsiſtétiam litis nó potuit exercere artem ſuam,& iſta nó ſunt extrinſeca à li te,imo ſũt intrinſeca:ſecus quãdo ſunt extrinſeca.vt quia propter abſentiam cauſa litis,latrones ingreſsi ſuntdomũ abſentis,& multa furati ſunt,quæ nó fuiſſent ſubtracta ſi fuiſſet præſens.hæc damna non ſunt reficienda,quia nó ſũnt damna intrinſeca eiuſdem litis,nec veniũt officio iu dicis:ſed veniũt per aliud accidens ſeparatũ à lite arg.ff. de fur.l.verum l.penul.ff.ad exhiben.l.inter cauſas §.non omnia ff.manda.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.ff de ãctio.emp. Ita tenet Specu.titu.de expen.§.fin.verſi,quid ſi victor artifex.gl.in.l.ſi procurator.ff.rem ratam habe. & ibi Bar.Odofre.tamé videtur velle reſtringere in l.ſan cimus.C.de iudi.ad expenſa victus,quas ex artificio lucrat⁹ fuiſſet.allegat ff.de vſu.l.qui ſemiſſe & recitat Ioã. An.in addi.Spec.vbi ſupra.primũ tamépl⁹ placet Panor. in.c.finem litibus.de dolo.& contuma.vide glo.pracma. ſanctio.tit de friuo.appella.in.§.quodque.in verbo.dam norum.ex calumnia vero veniunt,quãdo aliquis recuſat vel ceſſat facere,vel dare quod fieri,vel dari debet:vel fa cit aut fecit quod fieri nó debet,aut debuit.& ita proba tur debere fieri vel dari:aut non debere fieri:quia contra negantem ſi probetur,aut contra non probantem præſu- mitur calumnia.vt not.Bart.in l.i.in princ.ff ad turpil.ex temeritate vero,quãdo ſine dolo & malitia errauit in iu- re:quia quotieſcunq́ quis errat in iure,dicitur in lata cul pa.l.liberorum § notabitur ff.de his qui notã.infa.de his aliquid vide per lanfran.in repe.c.quoniam.in verbo,ex penſæ.& an appellatione damnorum veniãt expenſæ per dic.glo.pracma.ſanctio.Adde quod gloſſ.in c.ii.de of- fi.ordi.lib vi.dicit quòd damnum eſt diminutio patrimo nii.& l.iii.ff.de dam.infec ſed expenſæ diminuunt patri- monium ergo,&c.ſed in contrarium eſt caſus in c.in no- ſtra.ex.de iniur.& dam.da.vbi remittendo damna non vi detur remittere expenſas qué nota.ſed quid reſpõdebis ad dic l.iii.ff.de dam.infec.Bal.in repe.l.i C.vnde vi nó allegat aliud niſi dic.c.in noſtra Archi.ii.quæſt.i.c.impri mis

Damna perſonalia reſartiuntur officio iudicis.

Errans in iure dicitur in lata culpa

Appellatione damnorũ an veniant expenſæ.

mis,dicit aut loquimur in cõtractibus,aut in iudiciis.primo caſu non venit expenſa,vt dic c.in noſtra cum ſtricte in contractibus fiat interpretatio vt l.quicquid abſtringendæ de verb.oblig.ff.ſecúdo caſu ſecus,ſi fiat larga interpretatio.l.ſi quis intentione ff.de iudi.& c.cum dilectus de ordi.cogni.& dic.l.iii quid in vltimis voluntatibus Ludo.Ro.ſingu.342.dicit quòd Inno.non determinat,nec ipſe tu dic.quòd regulariter appellatione damnorum non veniunt expenſæ.nam ſecundum Spec.in tit.de fruc.& intereſſe §.viſo,verſi.in ſumma,& Abb.in.c.cum olim de offi.deleg.& in c.ad noſtram.ex.de iureiur.expẽſæ ſunt vna ſpecies ſeparata ab intereſſe,in cõtractibus tamen fit plena interpretatio in teſtamẽtis plenior in beneficiis pleniſſima.vt dicit textus in.c.cum dilecti de dona Præterea nota quod damna & expenſæ non debent adiudicari,niſi petenti:vt hic vult textus,pro quo facit textus in l.iiii.§.hoc autem iudicium ff.de dam.infec.& ibi Bar.

Expenſa ſunt vna ſpecies ſeparata ab intereſſe.

Dommages & intereſtz ſeront eſtimez par les iuges, en iugeant le principal.

Ar.lxxxix. QVe en toutes condemnations des dommages & intereſtz procedans de la qualité,& nature de l'inſtance,les iuges arbitreront vne certaine ſomme,ſelon qu'il leur pourra vray ſemblablemẽt apparoir par le proces,ſelon la qualité & grandeur des cauſes,& des parties ſans ce qu'elles ſoient plus receues à les bailler par declaration,ne à faire aucune preuue ſur iceulz.

damnum poſſe tale ſtatutum intelligitur quòd ſtetur ſacramento damnum paſsi, quoad æſtimationem damni, non autem quod damnum, & ideo paſſus damnum debebit primo probare damnum eſſe datum, aliàs non poterit conſequi damni eſtimationem ex iuramento. Ita not. dicit Bar.in lege, diuus, Traianus, ff de teſta milit. quem ibi ſequuntur doct. Et ſcias etiam quòd ſtante prædicto ſtatuto quòd de damno dicto ſtetur ſacramento damnum paſsi. ſi alius quàm is qui dedit damnum, tenetur emendare, vt puta ſi ſtatutum dicit quòd villa teneatur emendare damnum datum hoc caſu licet extet ſtatutum quòd de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſsi, tamen paſſus damnum debebit plenè probare, de damno ſuo aliter quàm per ſuum iuramentum. Ita nota dicit Cy. Et Bal. poſt eum in lege, ſi quando. C. vnde vi. & Bar. in lege nequid. ff. Incen. rui. & naufra ☙ Sed quæro nunc an ſtante ſtatuto quòd admittatur probatio per iuramentum vt in cauſis damnorum datorum, an tale iuramentum admittatur in incidentibus in cauſa principali, vt ſuper dominio & poſſeſsione Bartol. in lege, ſolent. ff. de aliment. & cibar. lega. facit differentiam quomodo ſonent verba ſtatuti, nam ſi ſtatutum dicat quòd in cauſis damnorum datorum, ſiue in cauſa damni dati admittatur probatio per iuramentum, idem eſt quòd in vtroque caſu admittatur probatio, etiam in iudicialibus ſuper dominio & poſſeſsione, nec refert vtrum in plurali vel ſingulari loquatur ſtatutum, & ratio eſt, quia ſtatutum dicit in cauſa damnorum admittatur probatio per iuramentum, nec reſtringit ſe ad certum, ſcilicet ad probationem damni tantum, id eſt, quantitatis damni, ſed ſimpliciter dicit in cauſa damni admittatur probatio, &c. vnde cum non reſtringat ſe ſtatutum, vt magis vnum quàm aliud probet in cauſa damni, quicquid contingit quoquomodo, dicta cauſa dicitur ex cauſa damni, & per conſequens admittetur probatio, & iſta fuit mens Bartoli in dicta lege ſolent. Et ideo dic ꝙ hoc iuramẽtum erit loco probationis, licet iurans ſit in ſua cauſa actor & teſtis, ſed hoc cõtingit in odium damnum dãtis, & fauorẽ damnũ paſsi, vt dicit Roſ.

Iuramentũ damnũ paſſi admittitur quoad extimationem nõ autem quod damnum.

Secundo quando ſtatutum dicit, in cauſa damnorum datorum admittatur probatio damni per iuramentum, tunc dicit Bar. quòd non admittatur probatio in dependentibus ab ea, & ratio eſt qua ſtatutum reſtringit ſe ad probationem damni, & ſic requirit aliud certum pro fundamento, dicit enim probatio damni, admittatur per iuramentũ, & ſic patet, quòd ſtatutum vult, quòd per iuramentum tantum probetur damni quantitas dati, vnde cum iſtum caſum tantum includat, cæteros videtur excludere. l. cum prætor. ff. de iudic, cap nonne, de præſump. Notat Pe. Gerar. ſingu. xxiii. vide per Spec. titu. de proba. §. fina. verſic. ſed pone Bal. in. l. i. C. de reb. cred. & iureiur. & vide addi, ad practicũ Papien. in forma reſpon. rei glo. iuriſiurandi. ☞ Adde præterea quòd ſtante ſtatuto quòd ſuper damno dato in vineis, prædiis, vel arboribus credatur iuramento domini poſſeſsionis, quòd admittitur qui ſolam habet poſſeſsionem, licet non ſit dominus rei, vt notat Spe. titu. de proba. §. i. verſi. ſed pone: licet videatur contra, quia illud ſtatutum eſt contra ius commune Ideo ſtricte pro vero domino verba ſunt accipienda, facit. ff. de reli. l. i. §. j. Imo nec emphiteota comprehenditur: quia emphiteota proprie non dicitur dominus, vt. l. cum notiſsimi. §. i. ff. de præſcri. xxx. anno. ff. ſi ager vecti. l. i. §. qui perpetuum. Et contra hoc dictum pro primo facit. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. domum. Et. ff de procur. l. & habet. §. i. Bal. ibi in addi. ſoluit, & dicit ꝙ quando fit mentio dominij abſolutè, intelligitur de proprietate. ſed quando per relationem ad aliud: id eſt, ad alium effectum: tũc aut ille effectus dependet à proprietate: & tunc ſignificat proprietatem, vt quando concernit totum ius rei, ſi autem eſt tale quod cõcernat fructus, tunc ſufficit iuſta poſſeſsio. ff. ad. l. Aquiliã. l. item Mela. §. penul. & de vſufruct. l. qui ſcit. §. fina. Nota præterea quòd ſtatutum diſponens quòd pater teneatur emendare damnum datum per filium non comprehendit damnum datum per filium Spurium. Ita dicit Ioannes Andr in additioni. ad Specu. titulo, qui filij ſunt legitimi. in rubrica. ☞ Limita etiam dictam gloſam volentem quòd in his quæ dependent ab intellectu, vel conſcientia ſtetur

Stante ſtatuto, quòd ſuper dãno dato &c. quis admittitur.

ſtetur aſſertioni cum iuramento, quando talis perſona eſt alias fide digna: & pro hac limitatione allego in terminis Bald iſtud ſingulariter volentem in lege, falſus, in tertia collūna, &.iii.oppo.C, de furt. & pro hac etiam limitatione allego gloſam hoc expreſſe volentem: & eſt gloſa bene ſignanda in dicto cap. ſignificaſti. in prin. in verbo ſi eſt ita. extra de de homicid. quæ glo expreſſè dicit quòd illud quod dicitur, & quando agitur, vel quæritur de cōſcientia alicuius ſtatur iuramento ipſius: eſt propriè verū ſi eſt bonæ famæ Ad hanc etiam limitationem optimè accedat quod pulchrè voluit Ange. in lege qui iudicio. ff. de accuſ. vbi voluit quòd ſi ex forma ſtatuti debet credi denunciatori vel damnum paſſo cum eorum iuramento, ꝙ tamen non ſtabitur iuramento denūciatoris, vel damnum paſsi ſi ſunt infames, etiam ſola infamia facti: & ita dicit fuiſſe iudicatum & determinatum hic dum quæſtio occurriſſet in facto, accedat etiam quòd pulchré voluit Bal. in repet. l. cunctos populos. C. de ſumma tri. & fide catho. in. xli. col. in verſi. quintum exemplum ſtatutum permittebat &c. vbi voluit notabiliter quòd ſtatutum diſponens, quòd credatur libro mercatoris intelligitur, niſi talis mercator ſit infamis, quo caſu etiam non obſtante iuramento non credetur libro ſuo, de quo per Iaſonem in dicto. §. ſed iſte coll. xxii. & . xxiii. Adde Bal. in cap. i. §. ſacramentum, de conſue. recti feudi, vbi dicit quòd infamis infamia, quę habet debilittare eius fidem non eſt integer teſtis ad deferendum iuramentum, vt not. ff. de ſena. l. Caſsius, &. C. de ſumma Tri l. i. & idem Bal. in cap. j. in verbo integræ opinionis, in tit. quot teſtes ſunt neceſſarij ad proban. feu. ingra. ꝙ infamia facti repellit teſtes. qui producūtur ad probādam ingratitudinem, & vide textū ſingularem in. l. iiii. C. de epiſco. audien. vbi textus requirit ꝙ prætores ordinentur electæ opinionis notat Anto cor. in verbo integer vbi dicit quòd integer non poteſt dici ille, qui emendatus eſt de crimine, quid in cauſa criminali emendatus de crimine, teſtis eſſe non poteſt, etiam ciuiliter mota, textus eſt in cap. teſtimonium ex. de teſti. teſtis productus in cauſa criminali debet eſſe ſtatus integri, ſed emendatus non eſt

Mercatoris libro quandoque non creditur.

Infamis infamia facti

Integer quis dicatur.

Emendatus de crimine nō poteſt eſſe teſtis.

Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.

eſt ſtatus integri, adducit do. Abb in cap. fina. eodem titu. quòd in eo actu in quo requiritur homo integer, repellitur accuſatus de crimine criminaliter qui interim non dicitur homo integer. l. reum criminis. C. de procur. l. ſi reus delatus. ff. de mune. cap. omnipotens, de accuſa. & ibi do.

Idonei teſtes qui dicãtur

Abb. dicit quòd ſi quis ex forma ſtatuti debet eſſe omni exceptione maior, non poterit ille talis teſtificari. ex quo non eſt integer, non dicitur omni exceptione maior, qui teſtes dicantur omni exceptione maiores, vide tex. in cap. primo. de conſangui. & affini. qui dicit quòd ille teſtis dicitur omni exceptione maior, qui nulla exceptione repelli poteſt, & illa glo. communiter alleg. pro ſingu. & qui teſtes dicantur idonei teſtes, do tibi duas glo. vna eſt in cap. primo de teſti. alia eſt inſti. de inutili. ſtipu. §. item verborum obligatio, quæ dicunt illum teſtem idoneum, qui nulla exceptione repelli poteſt, quod nota pro ſtatutis requirétibus iſtas qualitates: & vide de teſtibus omni exceptione maïoribus in l. i. C. de ſumma Trinit. glo. vbi vult, ꝙ infamis infamia facti non dicatur omni exceptione maior, & vide Ludo. Rom. in. l. admonendi. ff de iureiur. tradens regulam, quòd vbicunque requiritur probatio per teſtes integræ opinionis, repelluntur infames infamia facti, adeò

Teſtes integræ opinionis.

quòd non poterit deferri iuramentum, iuxta not. in dicta l. admonendi. & fina. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eo titu. ☙ Ex his nota, quod ad hoc vt deferatur iuramentum in ſupplemẽtum probationis factæ per vnum teſtem neceſſe eſt quòd ille teſtis ſit omni exptione maior, aliàs ille teſtis non faceret ſemiplenam probationem: ſed tantum induceret iudicem ad ſuſpicandum, vt in ſimili dicit gloſa, in lege etiam. ff. de proba. Et ita firmant doct. in lege admonendi. ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. C. eod. titu. cõcludentes, ꝙ vbi eſt aliqua ſuſpitio contra teſtẽ, talis teſtis non facit ſemiplenam probationem, vt habetur in. l. fi. C. de fi de inſtru. & in ca. fi. de ſucceſſo ab inteſta. Nota tamẽ vnum caſum, in quo defertur iuramentum, licet teſtis non ſit integer, nam licet iudici & arbitro non credatur in ea cauſa, in qua iudicarunt, vt tenent doctores, in cap. cum à nobis ex. de teſti. Cy. Iac. Bu. Bart. Bal. & Salic.

in lege

in lege, ne in arbitris. C. de arb. pars tamen in cuius fauorem eſt latum laudum quando ipſe arbiter fuit examinatus de geſtis coram ſe poterit iurare in ſupplementum probationis. Et erit plenè probatum ad fauorem ſuum, ita ſingulariter dicit do. Cardina in conſilio ſuo. cxl. incip. in Chriſti nomine, quod dictum refert, & ſequitur Feli. in cap. cum dilecti, de accuſ. De hoc iuramento in ſupplementum, vide ſupra art. xcvij.

Peine à celuy qui aura mal & calumnieuſement affermè leſdictz fruictz.

ET ou il ſe trouuera par leſdictes informations, & preuues, ladicte partie condemnée auoyr mal & calumnieuſement affermé, & les fruictz ſe monter plus que n'auroit eſté par elle affermé, ſera condemnée en vne groſſe amende. Art. c.IIII

VIdetur tamen quòd ille qui aſſeruit cum iuramento nihil amplius de bonis percepiſſe, quàm quæ iuramento aſſeruit, ſi reperiatur contrarium quòd ſolum poſsit puniri propter calumniam arbitrio iudicis, quia quod non arbitratur per legem generaliter relinquitur arbitrio iudicantis, vt eſt videre in pœnis non declaratis à iure, vt. ff. de pœnis, lege hodie &. ff. de effract. lege prima. § expilatores, & arg. ff. de quæſtio. l. quæſtionis, & de iure delibe. lege prima, in fine, & de cuſto. reo. l. iiii. & . ff. de iure delibe. l. i. § i. & arbitrabitur inſpecta cõditione perſonarũ & criminis, v lege, ſed & ſi ſuſceperit. § penul. & finali. ff. de iudic. & idem de tempore: quia vbi non eſt tempus præfinitum relinquitur arbitrio iudicis imponenda, vt in lege, de periurio, & in lege tertia. §. pœna auten. ff. de

Iudicis arbitrio relinquũtur quæ non arbitrãtur per legẽ

ff.de crimine ſtellio.de quo not.per Cy. & Iaco. Butri. & Bal.in.l.ii.C.de re.credi. & iureiur quæ pœna criminalis ligat quoſcũq; periuros ſecundũ glo.in dic.l.de periurio. quæ opinio eſt reſtringenda ſecundum doct.quando iuramentum eſt ſuper aliquo de futuro,quod fieri intereſt alterius,vt no in dic l.ii. Sed quæro nũquid periurus ſit infamis?glo in.l.Lucius.ff.de his qui not infa.quam ſequuntur Bar.& Ang.& eſt cõmunis opinio.diſtingũt,aut eſt iuratum ſuper eo quod eſt de præſenti vel de prȩterito:ſi de præterito tunc periurus non eſt infamis, eo ꝙ non venit contra iuramentum ſuum,ſed ipſe iurando ſtatim dicitur peccaſſe cum in ipſo iuramento ſit periurus, aut quis iurat ſuper eo quod eſt de futuro etiã tunc,cum talis periurus veniat contra iuramentum ſuum eſt infamis, vt in l. ſi quis maior.C.de tranſac ſȩpe in his ſtatutis regiis alia pœna inuenitur ſtatuta q̃ à iure ideo concluſiuè ſuprà dixi, quod ſequenda eſt pœna ſtatuti, relicta pœna iuris, licet communis opinio doct.videatur tenere ꝙ propter pœnã ſtatuti non ſit ſublata pœna iuris,per.l.quotiesff.de actio. & oblig.&.l.qui ſepulchra,de ſepul.vio.C.

Periurus an ſit infamis.

Pœna ſtatuti non iuris eſt ſeruanda.

Peine à celuy qui aura en plus calumnieuſement inſiſté.

Art. C i.

ET pareillement ou il ſe trouuera leſdictz fruictz ne ſe monter plus que ladicte affirmation celuy qui a obtenu iugement, & qui auroit inſiſté calumnieuſement à ladicte plus grande quantité & valeur deſdictz fruictz, ſera ſemblablement condemné en groſſes amendes euers nous,& groſſe reparation enuers la partie à la diſcretion des iuges, ſelon la qualité des parties, & grandeur des matieres.

Facit

FAcit textus in.l.petende.C.de tempo.in inte.reſtitu. peté.in fine vbi habes quòd equalitas in actore & in reo eſt ſeruanda. Quare dicit Spe.titu.de dila §.vidé dendum verſi ſed nunquid quod ſi reus impetrat dilationem pro requirendis probationbus illa etiam actori prodeſt dic.l ptende,& ſic habet actor per alium,quod forte per ſe non poſſet habere vt C.de tempo appel l.per hãc & de appel.l.fina.hinc eſt quòd ſi datus ſit terminus partibus peremptorius ad probandum vt ex.de proba.c.licet prope prin.& infra illum pars altera teſtes producit, altera vero legitime impedita obtinet per beneficium reſtitutionis in integrũ(puta quia eſt minor vel eccleſia) aliam dilationem ad probandum,ſeu teſtes pro ducendum. certe pars altera que iam produxerat teſtes,vtetur hac eadem dilatione:vt iterum alios producat non obſtante primo termino peremptorio per predictam l.petende,quòd verum eſt,ſi teſtes producti nondum fuerant a perti alias non,propter ſubornationis periculum verum tamen,ſi minor qui eſt actor poſtquam didicit teſtificata petat in integrum reſtitui ad teſtes producendos.aduerſarius tũc poteſt probare circa eundem articulum nota preterea vnum ſingulare verbum Bal.in.l.ſi cauſam C.de execu. rei iud quod ſtante ſtatuto quod reus non poſſit opponere aliquam exceptionem contra inſtrumentum vel eius executionem ſi tamen actor petiit dilationẽ ad probandũ tunc durante dilatione poterit ſimiliter reus ponere & allegare contra ipſam liquidationem.& illã concernentia non obſtante dicto ſtatuto.

De faire en tous ſieges royaulx rapport de la valeur de tous gros fruictz pour chaſcune ſepmaine.

QV'en tous les ſieges de noz iuriſdictions ordinaires ſoient generaulx ou particuliers,ſe fera rapport par chaſcune ſepmaine de la valeur & eſtimation commune de toutes eſpeces de gros fruictz, Ar.cii.

comme

comme bleds, vins, foins, & autres ſemblables, par les marchans faiſans negociations ordinaires deſdictes eſpeces de fruictz qui ſeront contrainctz de ce faire, ſans en prendre ſalaire par mulctes & amẽdes priuation de negociation, empriſonnement de leurs perſones, & autrement à l'arbitration de iuſtice.

Immobilis rei quomodo fiat eſtimatio.

LIcet in hoc articulo fiat mẽtio de valore rei mobilis. & qualiter debeat fieri eſtimatio ipſius. videam⁹ primo qualiter fieri debeat eſtimatio rei immobilis, ſubſequenter dicemus qualiter fieri debeat eſtimatio rei mobilis: forma autem ponendi, & capitulandi quoad partem & deponédi quoad teſtem talis eſſe debet, vt pars ſic ponat, & teſtis ſic deponat, quòd ex tali fundo communiter, & communi curſu annis ſingulis percipiuntur, & colliguntur, & percipi. & colligi poſſunt tot fructus. Itẽ quòd in contracta ſeu in territorio in quo poſitum & ſitum eſt ipſum prædium, vel fundus: & ex aliis confinibus & adiacẽtibus prædiis ibidem conuicinis tanti fructus percipiuntur, & percipi conſueuerunt quanti ſuperius dictũ eſt. Itẽ quód dictus fundus communi eſtimatione valet decẽ, & tantundem communiter venderetur, & pro ſimili precio & valore vendi conſueuerunt, & venditi ſunt ſimiles fundi, vel cõſimilia prædia dicti loci, & territorii, & hæc probantur in. l. precia. ff ad. l. falſi. & in l. ſi quis. C. de reſcin. vendi. & de iure fiſci. l. non intelligitur. vel dic quòd ſi teſtis deponat ſuper valore rei fructus producentis, tunc debet deponere hoc modo, dicit ꝙ pars fundi in tali loco, &c. valet decem florenos, & ſcio quòd tot fructus percipiuntur ſingulis annis ex illa parte fundi, & ꝙ ex parte fundi eiuſdem qualitatis tot fructus producti vendi conſueuerunt: & vendũtur pro ſingula parte decem flotenis, quòd fundus eſtimetur per fructuum perceptionem, hoc probatur in. l. ſi fundum per fideicommiſſum. in prin. de leg.

Fructus vt eſtimẽtur quomodo fieri debet depoſitio teſtis.

leg.i.&.l.penul.ff.de re.eo.& dic.l.ſi quos.C.de reſcin. vendi.& poterit alio modo,& breuius probari de valore rei immobilis ſecũdum præfatos docto.vbi ſupra,ꝙ pars talis fundi tanti valet: quia pars aliorum fundorũ eiuſdẽ qualitatis ibi vicinorum tantumdem venditur,hoc eſt ꝙ dicitur,tanti valet res quanti vendi poteſt,vt dic.l.precia rerum.ſilicet homini ſciẽti qualitatẽ rei,vt eſt textus no. in dic.l.precia rerum. Ita intelligũt doctores in.l mortis cauſa.ff.de dona.cauſa mor.debet etiam probate,ſi de va lore rei immobilis quæritur,de vitiis & oneribus ipſi rei incũbẽtibus propter quæ valor diminuitur,vt puta,quia res eſt emphiteotica,vel feudalis vel debet talem ſeruitu tem,& ſimilia quia per hæc colligitur,ꝙ res ſit vilioris precii.Et ideo ſecundum Bar.ſit cautus aduocatus volẽs probare valorẽ rei,quòd capitulet de aliquo morbo,vel vitio latenti rei,vt dicat quòd tale vitium eſt latẽs.quód ſi emptor ſciuiſſet uon tantum dediſſet. Adde alium mo dũ probandi,quia iudex ex ſuo officio poſt publicatas at teſtationes,& didicita teſtificata poteſt mittere eſtimato rem ad eſtimandam rem,vt.l.hac edictali.§.mobilium.C. de ſecun.nup.ſecundum Bar.in.l.ii.C.de reſcin vẽdi.iux ta præmiſſa etiá dubitatur,nunquid poſsit probari valor rei hoc modo,pars talis fundi valet decẽ.& hoc ſcio quia ſum vicinus?Bal.dicit quòd non in dic.l.ii.Bar.dicit ꝙ ſic in.l.i.ff.ſi cer.peta.& illam tene.quia etiam tenet Ang. in auten.de hære.& falſi.& eſt gl.in.l.ii.C.quando fiſcus vel priua.Aduertedum tamen eſt quód valor,ſeu eſtima tio probatur ſecundum nota per gloſ.in dic.l.ii.C.de re ſcin.vendi.& in.l.precia rerum.ff.ad.l.falci.habita conſi deratione loci,temporis,redditus,& ipſius rei qualitatis & circunſtantium rerum.Nunquid teſtis deponens de va lore concludat dicendo hoc modo,pars talis fundi valet decem,interrogatus quomodo ſcit,reſpondet,ego tantũ darem,ſi vellem emere dic quod non valet,ſi iſte teſtis comprehenditur habere affectionem ad talem rem.puta quia eſt vicinus tali fundo,& ſua intereſt habere vicinũ fundum pro maiori precio quàm valeat,vt.l.ſi fundus.ff. de leg.iii.ſi autem nullam habet affectionem bene valet eius

Immobilia cum eſtimã tur quæri debet de vi tiis & one ribus rei in cũbentibus.

tius dictum. Ita dicit Bal. in dic. l. ii. C. de reſcin. vendi. dicit practi. Papien. in forma libel. in actione reali in glo. & in florenis decem circa medium, quod decem teſtes probarent valorem, qui ita deponerent quòd quilibet eorũ tantum daret ſi res proponeretur venalis: quia talis numerus teſtium induceret cõmuniter rem eſſe tanti precii. Et aduerte quód eſtimatio debet fieri à tẽpore petitionis, & moræ, ſeu litis cõteſtatæ, & ab illo tempore cœpit creſcere eſtimatio, vt. l. vinum. & ibi Barto. ff. ſi cer. peta. Adde quòd teſtis probat, ſi dicat rem tanti valere ſecundũ opinionem ſuam, vt probat Bar. per illum textum in l. in his qui. C. de prædiis & omnib. nauic. rebus lib. xi. quod intellige eſſe verum, ſi opinionem ſuam referat ad communẽ extimationem, nam de re quæ non eſt expoſita venalis, non poteſt fieri eſtimatio, per opinionem quæ fit ſecundum rerum extimationem, quæ ſunt in eodem loco.

Teſtis ſi dicat rẽ tãti valere, ſecũdum ſuam opinionem.

12 *Marchans envoyront deux ou trois d'entre eulx pour faire ledict rapport,*

Articii.

ET à ceſte fin ſeront tenuz leſdictz marchãs d'enuoyer par chaſcun iour de marché deux ou trois d'ẽtre eulx qui à ce ſeront par eulx deputez, & ſans autrement eſtre appellez ou adiournez au greffe de noſdictes iuriſditions, pour rapporter & en regiſtrer ledict pris par ledict greffier, ou ſon commis, qui ſera incontinent tenu faire ledict regiſtre ſans aucunement faire ſeiourner ne attendre leſdiſtz deputez, & ſans en prendre aucun ſalaire.

Dictum

DIctum eſt in præcedenti articulo qualiter probetur valor rei immobilis: nũc dicamus qualiter probetur valor rei mobilis de quo loquitur ſtatutũ noſtrũ,& dico ꝙ teſtes debent deponere, ꝙ ſaccus frumenti valuit tali tempore,& in platea,in qua vendi publicè conſueuit, ſolidos viginti,& ante ipſum tempus & poſt. Nam nõ ſufficeret quòd vna dierum tantum valuit quia ſic eſtimatio eſſet ſingulari, quæ non attenditur ſed illa ſola debet attendi quæ in vſu fuit magis continua, vt in dic.l. precia rerum.& ibi per Bar.& ea quæ eſt vſitata in foro publicò ciuitatis illius,& hoc vult textus, ꝙ valor ſeu eſtimatio non debet inſpici,niſi inquantum eſt in foro.& ita tradit Bar.in l ſeptem.C.de erogatio milita.anno.libr.xii vbi dicit eſſe caſum alius caſus eſt in.l. ſpeciebus. de coarta. eo.li & in.c.i de emp.& vendi.& intellige de rebus venalibus:& ita debent deponere iſti mercatores rerũ venaliũ appreciatores,de quibus loquitur textus,ſcilicet ꝙ frumentum tantum valebat in foro cõmuniter,& ita de aliis ſpeciebus.Sed pone quis capitulauit de valore rei,ꝙ res tantum valuit in toto foro publico,& quod illa tantũdem vendebatur in domibus priuatis.Si teſtes autẽ deponunt in foro publico de vno precio, & in domibus de alio cui ſtabitur? dic quod ſtabitur valori fori publici ſecundum Bar.in dic.l.precia rerum.qui dicit pro cautela,quod ille qui vult ꝓbare de valóre frumẽti debet capitulare quod pro tanto venditum eſt in foro publico. vt ipſe notat in dic.l precia rerum.Sed quęro pro declaratione pręde̅ctorum ſi vnus teſtis.vel duo dicant res valet tanti: quia tantum tibi darem. vel ipſam emerem pro tanto, nunquid ex hoc legitimè probatur,quod res ſit tãti valoris? videtur ꝙ ſic:quia tãti valet res quãti vendi poteſt,vt ꝓximo articu. dixi vt.l.ſeruus.§.i.& ibi nota ff.de cõdi.furti. & l.ſi quis vxori in fine.ff.de fur.ergo tãti vendi poteſt.Tu dic cõtra quia per hoc nõ eſt probata vere eſtimatio rei: quia precia rerum non debent cõſiderari ſecundum affectionem ſingulorum,ſed ſecundum quod cõmuniter, & communi vſu vendi poſſunt,vt in dic.l. precia rerũ. nec obſtat illa regula tanti valet res &c. quia debet intelligi

Mobilis rei valor quomodo eſtimatur.

Eſtimatio an fiat ſecũdum depoſitionẽ teſtis qui dicit ſe tantum daturum.

communiter & communi curſu palam & publicè nõ ab vno emptore, ſed à pluribus: tamen decem teſtes ſingulariter deponentes, quod quilibet eorũ tantum dare bene probarent verum valorem, & eſtimationem rei: quia *talis* numerus teſtium inducit communiter rem eſſe tanti precii vt proximè dixi, quod eſt ſingulare & bene notandũ. Quid ſi teſtes producti ſuper valore frumenti deponunt, quod tali tempore valuit bucellus, vel modius decem, an iudex condemnabit in tali eſtimatiõe? dic quod nõ, quia precium vel eſtimatio inſolita & quæ currit vno ſolo tẽpore non debet attendi: ſed illa eſtimatio eſt attendenda quę eſt in communi curſu & cõſuetudine, vt probatur in dic. l. precia rerum. & ibi per Bar. quod eſt notandum: & ideo reus qui conuenitur ad talem vel ſimilẽ eſtimationem debet eſſe cautus & probare, quod talis eſtimatio & precium rei non conſueuit communiter currere in ipſa ciuitate. nota etiã quod ſi teſtis dicat hoc modo, modius frumenti valet tanti, & hoc ſcio: quia cõmuniter tãti venditur vel vendebatur tunc temporis. & nota multum ſingulariter quod talis teſtis debet comprehendere tria tẽpora in ſuo teſtimonio hoc modo frumentũ valuit tanti illa die vel illo tempore ante & poſt: aliàs ſi ſe abſtringeret ad vnum diem tantum non probaretur valor, ita dicit textus in dic. l. precia rerũ. in fine, & ita etiã tenet Bar. ibi

Eſtimatio quæ currit vno ſolo tẽpore non debet attendi.

Adde vnum ſingulare, quod ponit Ludo. Ro. ſing. 282. ꝙ ſi ſum magnus mercator & ſciam ex conſilio initi ordinis ꝙ cras minus valebit frumentũ, & ego vẽdidi non notificando emptoribus prædictam ordinationẽ, cõtrahentes poſſunt agere cõtra me ad intereſſe ſecũdũ Guil. de Cu. in. l. contra legem & in. l. fraus. ff. de leg. Bart. in l. quæro. ff. de actio. emp. Bal. in. l ſi vina ff. eo. tit. quod nota cõtra hos qui cum ſciunt monetam diminui vel tolli, aliquid emunt vel illam monetam commutant in aliam quod tenẽtur ad intereſſe. Adde præterea ad finẽ huius artic. quòd notat paris de puteo in tracta. ſindi. in c. poteſtas, ꝙ iuriſperitus nõ tenetur conſulere iudici in cauſis fiſcalibus ſine ſalario, quia licet aduocato iuſtũ conſilium vendere. c. nõ licet. xi. quæſtio. iii. xiiii. quæſtio. v. c.

Mercator ſciens valorem ex cõſilio ciuitatis inito ſi vendat aliis mercatoribus nihil dicens tenetur ad intereſſe.

non ſane cum ſimi.& operas ſuas eccleſiæ vendere ex. de preb.c.ſignificatum allegat Inno.in.c.non ſatis, de ſimo. nec pro rege poſtulare ſine ſalario.Inno.in.c.ſicut, extra de iureiur cogitur tamen ſubditus conſulere ſalario con ſtituto & nó gratis arg.l.i.§ ait prętor.ff.de poſtu.& dic. c.non licet,&.c.non ſane.non tamen cogitur aduocatus, licet habeat ſalarium à publico contra ſe & ſuoș poſtulare ſecundum Bal.in.l petitionem per illum textũ in . iii. not.C.d aduo.diuer iudi.& per textum in.l.pe.§.fina. de poſtu . coguntur tamen ibi mercatores ſine ſalario dic, quia ibi eſt patua opera,quæ non curatur arg.l.ſcio.ff.de in integ.reſtitu. aliter deberetur eis ſalariũ de publico, arg.l.mulier in opus ſalinarum.ff.de.cap.& poſtli. reuer. quem textum nota ad hoc quòd ſalarium debet conſtitui de publico ei.qui negocia fiſci vtiliter gerit.

Fruictz ſeront incontinent eſtimez par extraict des regiſtres deſdictz rapportz.

ET par l'extraict du regiſtre deſdictz greffes, & non autrement ſe prouuera doreſnauãt la valeur & eſtimation deſdictz fruictz,tãt en execution d'arreſt que ſentences , ou autres matieres ou il giſt appreciation. Arti.ciiii.

ET nota(licet hic nõ dicatur)quòd iſta inquiſitio valoris fructuũ debet fieri ſummariè cũ iſtis mercatoribus per iuramentũ:quia vbi in cauſa ſummaria non tractatur de præiudicio alterius ſufficit probatio per iuramentũ,vt in.l.theſaurus.ff.ad exhibendũ. Q & hoc generaliter nota ꝙ vbicũq; lex dicit ſummatim fieri probationé intelligit̃ ꝑ iuramẽtũ vt in rei iudicatæ executiõe ff.de re iudi.leg.adiuo pio.§.iii.& in carboniano vt.ff.de carb.l.carbonianũ de quo ꝑ Rofre.ti.de actio ad exhibé. & aliq̃d dixi ſupra ar.l.vii.& ibi adde ꝙ iuramẽtũ debet præſtari ꝑ iſtos mercatores,corã notario cauſarũ,ſeu *Probatio per iuramẽtum quandoque ſuffi cit.*

emptorem in fine iuncta.glo.ff.de actio. empti.facit.l. ſi opera creditoris.ff.de doli.excep.l.ſi debitor offerret, & l.qui decem.ff.de ſolu notat Ludo.Roma.ſingu.:8:.Pręterea nota quòd debitor alteri olim ſuo debitori & moroſo non poteſt opponere illius temporis in quo fuit in mora compenſationem caſus eſt ſingularis in.l. attilicinus.ff.de pac.dota.Nota ſecundo quòd mora debet purgari ante litem conteſtatã,aliàs quis nõ auditur.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff de ver.oblig. & ſi non fuerit purgata ante litem conteſtatam,non poteſt purgari in cauſa appella.l.ii ff iud.ſol.&.l.ab executore.§.procurator.ff.de appel.Sed quæro nunc an vna proteſtatione facta contra vnum qui proteſtatus fuit contra alium, facit primam ceſſare proteſtationem?dic quòd aut proteſtatio prima fit ad inducẽdum cõſenſum verum tacitum vel præſumptum,& tunc proteſtatio ſecunda tollit primam caſus eſt in l.aut qui aliter.§.ſi quis cum denũciaſſet.ff quod vbi aut clam,&.l.1 §.pœna.ff de libe.agnoſc. & ibi Bar.hoc notat aliquando fit proteſtatio ad declarationem animi proteſtantis,vel ad inducendã moram proteſtati.& non tollitur per proteſtationem ſecundam. ita notat Cy.in auten.offeratur in vi.quæſtio.de litis conteſta.Nota tertio ꝙ in admonitione extra iudiciali non requiritur ad ſui validitatem dies,glo.eſt in cle. 1. in verbo requiſierit,de hære. licet videatur caſus in contrarium, vt notat Ludo.Roma.ſingu.8o.in.c.ſi epiſcopus metropolitanus.xviii.diſtinc.quæ adde ad.xciiii.arti. ſupra.

nere creditori olim ſuo debitori morae compenſationem.

Mora debet purgari ante litem conteſtatem.

Proteſtatio ſecunda an tollat primam.

Dies non requiratur in admonitone generali ad ſui validitatem.

Reſtablira le condemné par ſon ſerment.

ET pour le reſtabliſſemẽt des fruictz, ſera tenu le cõdemné rapporter par ſerment la quantite de ce qu'il aura pris deſdictz fruicts & ſelon le rapport en faire reſtabliſſement promprement, ſur peine ſemblable de perditiõ de cauſe *Arti.cvi.*

SImilis eſt ſupra arti.lxxxviii. vbi ſatis dictum eſt quomodo fructus debeant reſtabliri,ſeu reſtitui:ná reſtablire,ſeu reſtablimentum verbum gallicum eſt, & ſonat reſtitutionem ſeu reſtituere,alio modo dicitur gallicè reſaiſire & reſaiſimentum,de quo verbo dixi in commentaris in areſtum quærelæ ꝙ quare male dicũt ſimplices ꝙ poſſeſſoriũ intentatur,per verbũ reſtitui cũ ad petitoriũ pertineat cũ dicant ſe poſsidere petunt reſaiſiri & quod habent reſtitui ita notat Io.And.in addi. Specu. titu.de actio.ſeu.peti.§.ſequitur ver.ad hoc reſpõdeo de quo aliquid dixi ſupra arti.lxiii.& ibi adde. vnde aduerte ꝙ verbum in prõptu, ſeu prõptement debet intelligi cum temperamento,ſicut dictio cõtinue,vt nota.de verbo. ſigni.c.ſicut li.vi.& cõfeſtim.ff.ad tertu.l.ii.§. cõfeſtim.& in auté.de inceſt.nup.§.i.Bar.in l.imperator.ff.de iure fiſci.idem hęc dictio mox.C.de adminiſtra.tuto.l.tutores. extra de elec.c.quapropter & ibi gl.in verbo.mox.& i.l.i.ff.iudi.ſol.& ibi Bar.& idẽ de dictiõe cito,vt dic.c quapropter.&.ff.ſi quis teſt.liber eſſe iuſſus fue.l.vlti. & idẽ de dictione.incõtinẽti.C.de erro.aduo l. fi. extra de appel.c.cum ſint notat Bal.in ſua prac.de ſigni.dictio. Adde quid ſi debitor meus qui tenetur mihi ad centũ,habet ſuũ debitorem mihi obligatũ ad centũ,an creditor ſcilicet ego poſſum cõpellere debitorem meũ ad liberãdum ſuũ debitorẽ decentũ?ſi velim meũ debitorẽ de meis centum liberare.tu diceres ꝙ ſic,quia quis cõpellitur facere,ꝙ alteri prodeſt,& ſibi nõ nocet.l.ii.ff.ſolu.matri.caſus eſt in contrariũ in.l.in rem.§ creditor.ff. de cõpenſa. Sed an ſacerdoti petenti decimas poteſt obiici cõpenſatio,Lud.Ro.ſing.545.dicit quod nõ,allegat glo.xv.queſtio.i.in ſumma rationem ſic aſsignat, quia fiſco tributa petenti nõ poteſt obijci cõpenſatio.vt.l.iii.C. de cõpenſa.l.aufertur.§.qui cõpenſationem.ff.de iure fiſci. multo magis nec in decimis,quæ deo debentur.vt in.c. tua nobis de deci.Præterea quæro debitor debebat centũ, ſoluendo fecit ſibi fieri duo inſtrumenta quittatoria, poſtea cõuenit creditorem,& dicit ſe bis ſoluiſſe.quare vult repetere vnũ vltimo ſolutũ,quæritur an propter hanc duplicẽ

Verbum in promptu debet intelligi cum temperamento.

Debitor meus non cogitur ſuum liberare debitorem.

Sacerdoti petẽti decimas & fiſco nõ obiicitur cõpenſatio.

duplici quittatione quis preſumitur bis ſoluiſſe

plicem quittationem præſumitur bis ſoluiſſe.dic. ꝙ ſic in dubio caſus eſt ſingu.in.l.ne caſu.C.de diſcuſſo.lib.x.

Pourront les parties informer ſur plus grand reſtabliſſement au peril de l'amende.

ET ſera neautmoins permis à la partie,qui aura obtenu ledict ſequeſtre informer de la quantité, & valeur deſdictz fruictz,oultre ledict rapport par ſerment, & le condemné au contraire,au peril toutesfois de l'amende ordinaire enuers nous, & autant enuers la partie contre celuy qui ſuccumbera. *Art.c v i i.*

SImilem habes ſupra arti. lxxxix. & facit.l. ei qui dicit. ff.de proba. videtur tamen ꝙ exceptio negatiua non ſit probanda,vt hic dicitur,vt in.c.bone. extra de elec. & in.c.ſuper hoc.extra de renun.& in.l.actor C.de proba.ex quibus infertur ꝙ negans non habet neceſſe probare id quod negat,cum ſit impoſsibile & improbabile.Nã ideo ſimplex,& pura negatiua nõ poteſt probari:quia non entium nulla eſt probatio,cum teſtes nõ debeant deponere, niſi ſuper his quæ percipiuntur per ſenſum corporis,vt in lege teſtium ff.de teſti.& in.l.qui teſtamento.§. fina.ff de teſta.ſed ea quæ non ſunt in rerum natura nõ poſſunt cadere in ſenſum corporeum teſtis.Item teſtes debent concludere neceſſario,vel pręſumptiuè,vt notatur in.c.in pręſentia.extra de teſti.& de his quæ non ſunt, non poſſunt neceſſariò,vel præſumptiuè teſtificari tanquam ſuper eo quod non eſt,licet enim teſtis interdũ deponat ſuper his quæ nõ percipit per ſenſum corporis,veluti quãdo deponit ſuper his quæ conſiſtunt in iure,vt de dominio, vt per Cy.Bal,& Bar.in.l.ſolã.C.de teſti.& per Bal.in.l. presbyteri.C.de epiſc.& cleri.& per Inno.in.c. cum cauſam. extra de teſti.tamen teſtis debet concludere neceſſario, vel

Negatiua mera nõ poteſt probari

Teſtes quomodo debẽt concludere eſtimatione rerum.

præſumptiuè, vt nota plenè in dic.c. in præſentia. & in.c. ſuper eo. de teſti. quod non vſquequaque poteſt facere teſtis deponendo ſuper mera negatiua improbabili. Redditur igitur ſuſpectus, & tanquam falſarius punitur, vt plenè nota. per Innoc & Ioan. de Imo. in.c. licet. de proba. & in in cap. cum eccleſia ſutrina de cauſa poſſe. & proprie. & ibi per Innocen. facit quod etiam notat Iaco Butri. & Ange. in.l. Lucius. ff. de his qui notan. infa Sed contra iſtud notabile oppono fortiter de.l. nec codicillos. C. de codicil. & l. optimam. C. de contrahen. ſtipu. vbi dicitur quòd opponentes negatiuam debent illam probare: ſed pro expeditione illius contrarii eſt altius exordiendum, cuius rei gratia habemus diſcurrere per triplicem ſpeciem negatiuæ. Nam alia eſt negatiua facti, alia iuris, & alia qualitatis, pro quarum declaratione, primo præmitto quòd principaliter duplex eſt negatiua, vna eſt pura, & ſimplex, alia eſt coarctata loco & tempore, vel alia ratione. Prima ſecundum gl. tam iuris ciuilis quàm canonici eſt improbabilis. Ita tenet glo. in.c. bonæ de elec. ita etiam tenet gloſ. in.l. ii. ff. de de proba, quam ſententiam reprobant communiter doct. dicentes quod aliquando ſimplex, & pura negatiua eſt probabilis: veluti ſi quis dicat Titium non habere caputium in capite, vel ſi quis dicat Titium non habere lumina: iſta eſt mera negatiua, & tamen probatur. Ideo ſentẽtia glo. procedit regulariter, videlicet quod ſimplex & pura negatiua eſt improbabilis. Fallit quando negatiua eſt coniuncta ſenſui teſtis: nam tunc eſt probabilis. Secunda autem negatiua coarctata loco vel tempore, vel coarctata ratione, puta quia habet in ſe affirmatiuam, vel alio modo aliquid ſupra, videlicet quando aliqua eſt negatiua qualitatis, & circa huiuſmodi negatiuam ſæpe ſolitum eſt dubitare, cui incumbat probatio an neganti vel aduerſario: circa quod breuiter dic. quòd opponens negatiuam pro fundamento ſuæ intentionis illam ſemper negans probare debet. Iſtud eſt dictum Inno. in capite ſuper his. extra de accuſ. idem tenuit Bar. in lege, hoc iure. ff. de verb obli. Item opponens negatiuam, & habens præſumptionẽ contra ſe neceſſe habet probare illam negatiuam, & ita intelligitur dicta.l.

Negatiua triplex.

cta.l.nec codicillos.&.l.optimam.C.de contrahen.ſtipu al legata in contrarium,quæ loquitur in negatiua coarctata loco & tempore,& illa bene eſt probabilis,ex quibus breuiter concludo duas regulas. Prima negatiua mera,& ſimplex non eſt probabilis:fallit quando negatiua eſt coniuncta ſenſui. Secunda regula negatiua non ſimplex, quam quis opponit pro fundamento ſuæ intentionis.& vbi præſumptio eſt contra negantem probatur, aliàs non. Circa negatiuam iuris quis debeat eam probare? dic aut negatur aliquid quod eſt de genere permiſſorum, aut negatur aliquid quod eſt de genere prohibitrorũ. Primo caſu qui negat ius illud debet probare. Poſteriori vero quando eſt de genere prohibitorum,tunc negans non probat, ſed eius aduerſarius,& ſic expedita eſt ſecunda negatiua. Circa tertiam negatiuam,ſcilicet qualitatis eſt dicendum,aut negatur qualitas intrinſeca,aut extrinſeca accidentalis:ſi negatur qualitas intrinſeca naturalis,tunc neganti incumbit probatio vt ſi dico tu non es ſanæ mentis, mihi probatio incumbit: quia ſecundum naturam quilibet præſumitur ſanæ mentis.& ita intelligitur.l.nec codicillos.C.de codicil. Si autem negatur qualitas intrinſeca accidentalis,vt ſi dicatur,tu non es doctor,tunc neganti incũbit onus probandi,ſcilicet aduerſario dicenti ſe doctorem, vt in.leg. fina. C.de profeſſo.& medi.lib.xii. Si tamen ſemel conſtitit de tali qualitate pro ea præſumitur, & in aduerſarium onus probandi transfertur,vt in.l.ſed & reprobari de excuſa.tuto.in princi.ſi autem qualitas intrinſeca negetur, quæ ſit conformis actui,neganti incumbit probatio,veluti ſi dicatur,iſte ducatus non eſt de auro,nam hic negatur qualitas rei conformis,ſcilicet auri, quod conuenit ducado:ideo neganti incumbit probatio, alias autem neganti qualitatem extrinſecam non incumbit onus probandi, vt. l.ex perſona.C.de proba.& l.non eſt neceſſe ff. eod titu. Vnum non omitto quòd negatiua coarctata loco & tempore interdum non eſt probabilis, veluti ſi coarctatio eſt adeò parua,quòd non poteſt cadere in ſenſum teſtis, puta,ſi probet quem contraxiſſe hoc anno, & aduerſarius ſe probat fuiſſe abſentem toto illo anno,nec potuiſſe alibi dicto tem-

Negatiua mera & ſimplex, nõ eſt probabilis.

Qualitas intrinſeca & accidentalis.

Homo quilibet ſanæ mẽtis eſſe præſumitur.

Teſtibus affirmãtibus, plus creditur quàm mille negãtibus.

Negatiua quomodo probatur.

cto tempore contrahere quin ſciuerit tale dictum tanquam nullum,& impoſsibile non probat:duobus enim teſtibus affirmantibus plus creditur, quàm mille negantibus.vt notat gloſa ſingu.in lege diem proferre.§.ſi plures. ff.de arbi.quam glo.dicit ſingu.Oldra.vt refert Nicolaus de Neap.in lege prima.in princi.ff.de ven.inſpi. & Anto. Corſe.in ſuis ſingu in ver.teſtis inci.duo teſtes. Nam impoſsibile eſt,quòd quis poſsit ſcire, quòd aliquis ſteterit in aliquo loco per totum annum,quia tempore,quo dormiebat teſtis, potuit alibi eſſe. Iſtud eſt ſingulare dictum Bal.in lege actor.C.de proba.& ſic habetur pulchra limitatio.ad legem optimam.C. de contrahen. & committen. ſtipula.diximus quotuplex eſt negatiua, & cui incumbat onus probandi negatiuam. modo quæro qualiter probetur negatiua dic.quòd vbi negatiua eſt probabilis probando implicitam affirmatiuam,hoc modo,volo probare quẽ non eſſe ſanæ mentis,probabo quòd proiecit lapides,& ꝙ ipſe dixit verba ridiculoſa.Probatur etiam negatiua adiiciendo dicto ipſius teſtis quod non potuit aliter fieri quin ipſe ſciuiſſet vel audiuiſſet,hæc eſt ſententia Bar.in lege hæredes palam.in prin.ff.de teſta. eandem ſententiam tenet Bal.in.l ii.de bono poſſe.ſecũdum tabu & tenuit glo. in.l.j.§.j.ff.de itine.actúque priua. Adde Spe.titu.de proba.§.i. vbi ponit caſus, in quibus probatio transfertur in reum.

Comment ſeront mulctez, tiers oppoſans temeraires aux executions d'arreſtz, & ſentences executoires.

Art. CVIII.

QVe les tiers oppoſans contre les arreſtz de noz cours,ſ'ilz ſont deboutez de leurs oppoſitions, ſeront condemnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol appel, & la moytié moins enuers la partie, & plus grande, ſi meſtier eſt, ſelon la qualité & malice des parties,

parties,& contre l'execution des ſentences non ſuſpendues par appel, ſeront condénez en vingt liures pariſis enuers nous, & la moytié moins enuers la partie.

VIde quæ dixi ſupra arti.xcvii. quòd propterea non tollitur oppoſitio,ſed tantum friuola cum oppoſitio ſeu defenſio ſit de iure naturali,lege vt vim.ff de iuſti. & iur.l.j.C.vnde vi.

Semblable peine à ceulx qui ſeront deboutez de correction, interpretation,changement,ou modification d'arreſt.

SEmblables condemnatiõs ſeront faictes contre ceulx qui ſans cauſe baillent requeſtes, pour faire corriger, & interpreter, changer, ou modifier les arreſtz donnez par noſdictes cours, qui ſeront debotez de l'interinement de leurſdictes requeſtes. *Art. c i x.*

QVis poſsit ſententiam interpretari?diſtingue ſecundũ Bar.in.l.ab executore.ff,de appel.aut loquimur in iudice ordinario,aut in delegato. Primo caſu, aut vult interpretari ſententiam latam per ſuũ delegatum,aut per ſe latã.primo caſu poteſt,vt.l.duo iudices.ff.de re iud. Ipſe autẽ delegatus nõ poſſet,vt ibi, quia functus eſt officio ſuo,vt.l.iudex.ff.de re iudi & in.l.dicere.§. ſi.cũ.l.ſequen.ff.de arbi.alio caſu cum vult interpretari ſuã ſententiam poteſt ſecũdum glo.in dic.l.ab executore:ſed in hoc Bar.ibidẽ aliter ſic diſtinguit,aut loquimur in maioribus iudicibus,quibus competit merum,& mixtũ imperium:& hi poſſunt ſuas proprias ſentẽtias interpretari, & ſic procedit glo.prędic.& rationes in ea aſsignatæ:aut loquimur *Sententiam quis poteſt interpretari.*

in mi-

an pars ſit citanda ad hanc interpretationem faciendam? dic ꝙ ſic per regulam.l.de vnoquoque ff.de re iudi.& l. ná ita diuus.ff.de adop.Poſt hæc quæro an ſucceſſor eius qui tulit ſentẽtiam poſſit illam interpretari?Bar.in dic.l. ab executore dicit quòd ſic,quia finguntur idem iudex idẽ que tribunal, vt.l.proponebatur.&.l.mortuo iudice. ff.de iudi licet Lanfran.in.c.quoniam cõtra.in ver.inter locutoriæ dicat Bal.& Ang.in.l ii.ff.quod quiſque iuris. ſentire cõtrarium,quos ſequitur.opinio Bar.videtur verior,quam ſequitur prac.Papien.in forma execu.ſenten. diffi.in glo.p.Publico.à tali tamen interpretatiõe poteſt appellari ſecundum Inno.in.c.ſuper eo extra quod met⁹ cauſ.ſed an in hac appellatione ſint cauſæ inſerẽdæ prac, Papien.in dic.glo.in fine dicit quod ſic exemplo appellationis,quæ interponitur ab executiõe,cum tàlis interpretatio ſit quædam interlocutoria,de quo vide per Lãfrã. vbi ſupra numero.xxxvi.& numero.xlv.Et nota quòdverbũ moderari ſeu modificare diminuere ſignificat,id ꝙ inducit grauamẽ,& reducere ad æquitatem:moderatiõis verbũ diminutionẽ ſignificat,non augmẽtũ.vt.c.fina.extra de verbo ſignifi.& gl.in.c.i.in verbo moderationem. de iure patro,lib.vi quæ omnia procedũt in ſentẽtia diffinitiua:quia iudex poteſt contrario imperio ſententiam interlocutoriam reuocare.l.quod iuſsit.ff.de re iudi Adde quod interlocutoria ſi executioni eſt demandata nõ poterit reuocari,niſi de conſenſu partium ſingu.eſt glo. in.l.i.§ i.ff.de præto ſtipu.ſecundum Bald in c.cum ceſſante de appel.& modernos in l.quod iuſsit.ff.de re iudi. & ibi Bar.& Bal in l eleganter §.ſi quis poſt.ff de cõdic. indeb.& in l.arbitro ff. qui ſatiſda.cogã.Idem ſi eſſet talis interlocutoria,quæ ſecum traheret executionem ſecũdum Bar.& docto.in dic.l.i.ff.de præto.ſtipu.Et hoc intellige,ſi interlocutoria ſit valida,ſecus ſi nulla,quia licet executa,poterit ſine cauſæ cognitione de facto retractari,per iudicem,quatenus de facto proceſsit ſecundũ Bal. in l.poſt ſententiam C.de ſentẽ.& inter.om.iudi.& vide textum in l.i.in prin.in ver.facile.ff.ſi mulier.vẽ.nomine per quem textum dicit Bal.in c.i.de milite vaſal.qui con tumax

Sententiæ interpretatio fieri debet parte vocata.

Appellari poteſt ab interpretatiõe ſententiæ.

Moderari diminutiõnem ſignificat.

Interlocutoria quando non poterit retractari.

Iudex pōt pluries ſuā ſententiam interlocutoriam interpretari, ſicut & reuocare.

Interlocutoria que habet vī diffinitiue vel ī qua quis pronunciat ſe iudicē cōpetētem vel incōpetentē

Limitationes ad c. ſignificātib⁹

Iudex ſi tulit interlocutoriā ſine cauſe cognitione.

Iudex debet prius pronūciare ſuper expēſis quā ſuper incompetentia.

tumax eſt, quòd iudex qui dedit primum decretū per errorem, ipſemet poteſt reuocare, poteſt enim iudex ſuam ſentētiam interlocutoriam pluries interpretari, ſicut pōt pluries reuocare ſecundum Bar. in dic. l. quod iuſsit, & ſemel interpretatam reuocare, licet glo. ſentiat contrariū in l. quicquid abſtringende. ff. de verb. oblig quam gl. reputauit ſingularem Ange. in dic. l. quod iuſsit nam ſecūdum eūdem Bar. ſicut teſtator pluries poteſt reuocare teſtamētum, ita pluries ſine dubio poterit interpretari l. hæredes palam §. ſed ſinautē ff. de teſta. Interlocutoria tamē quæ habet vim diffinitiuè reuocari nō poteſt gl. eſt valde not. in c. fina. in verbo inanes de elec. lib. vi. Item interlocutoria in qua quis pronunciat ſe iudicem competētē vel incompetentem non poteſt reuocari, ſingularis eſt gl. in autē. habita. C. ne filius pro patre, pro qua eſt textus in c. ſignificantibus de offi. deleg. facit c. iudex poſtquam eo. titu. lib. vi. & hanc partem ſequūtur omnes in dic. l. quod iuſsit. tamen limita ſi iudex pronūciauit ſuper aliquo dependente à principali, quia tūc poteſt reuocari c. dilect⁹. ii. de præb. Limita ſecundo dictum c. ſignificantibus vbi eſſet appellatum ab illa interlocutoria, quia tūc omnis interlocutoria poteſt reuocari, cum per appellationē ſit ſuſpēſa ſeu extincta ſentētia. l. ſi cauſa cognita. C. de tráſac. facit dictum c. iudex poſtquam vbi ſi pronunciatum eſt quem nō debere eſſe iudicem in illa cauſa, omnino deſinit eſſe iudex, de quo vide per Ludo Ro. ſingu. 119. & Anto. Cor. in verbo ſententia carta. clxxxvi. & clxxxvii. & ibi vide quomodo ſi iudex ſine cauſæ cognitiōe, & parte nō citata tulit interlocutoriā, poterit eam reuocare ita no. dicit do. Anto. de But. in c cum ceſſāte de appel. & Bal. in. l. pacto quo pœnam C. de pac. ¶ Adde Specul titul. de excep. & replica. §. viſo ver. ſed ſi iudex vbi dicit quod ſi iudex, videt ſe male interlocutū fuiſſe vel male proceſſiſſe, poterit ſuá interlocutoriam, vel quod fecit reuocare, nonobſtante appellatione. & facta reuocatione poterit in cauſa procedere etiá nolēte parte appellante ex. de appel. cū ceſſante & c ſignificauerunt dic l. quod iuſſit & de accuſa. c. qualiter. i nec debet erubeſcere iudex ſuam interlocutoriam

locutoriam reuocare. Nam papa ſuam ſententiam iniuſte latam corrigit, xxxv. queſtio. ix c. veniam & c. ſententiam ex. de in integrum reſtitu. tú ex literis & c. eccleſia & ex. de frigi. & melefi. c. fraternitatis & imperator dicit non pudet noſtras leges corrigere in auten. de nup. col iiii. in prin. vnde dicit ſeneca, non eſt turpe in melius mutare conſilium, & Ang. magne ſapientiæ eſt hominem mutare, quod male locutus eſt. ☞ Nota preterea quòd ſi iudex aliquo caſu habet neceſſe ſe pronunciare incompeté té & partem in expenſis códemnare. vt eſt ſupra art. i. debet prius pronunciare ſuper expenſis ne ſi pronunciet ſuper incópetentia non valeat poſtea pronúciatio ſuper expenſis vt notat Io. An. in c. fina. de reſcrip. refert paris de in ſuo tracta. ſindi. in c iudices numero. 7.

☞ *Que les arreſtz ſoient clers & entendibles.*

Arti. cx.

ET afin qu'il ny ayt cauſe de doubter ſur l'intelligēce deſdictz arreſtz nous voulons & ordonnōs qu'ilz ſoient faictz & eſcriptz ſi clerement qu'l n'y ayt ne puiſſe auoir aucune ambiguité ou incertitude ne lieu à en demander interpretation.

FAcit textus in áuté. de teſta. imperſec. §. i. colla. vi. vbi dicitur quòd claritas eſt amica legibus: obſcuritas autē eſt iuri inimica l. ita fidei. ff. de iure fiſci. & textus in. l. ii. de ſenten. quæ ſine cer. quāti. & . §. curare. inſti. de actio vbi ſententia incerta non valet, quod non eſt indiſtincte verú. Ideo ꝑ veritate habenda cōclude, ꝗ in illis. in quib⁹ admittitur libellus incertus, valet ſententia lata ſuper eo etiā incerta, cum ſententia debet eſſe cōformis libello. vt in l. vt fundus. ff. cómuni. diuidun. libellus nāque incertus tolleratur, etiā ſi opponatur de incertitudine, quādo petitur

Obſcuritas inimica legibus.

Sētētia incerta quandoque valet

tur aliquid in genere, vel aliq̃d alternatiue. Ita voluit gl. in l. quid tamẽ. in §. pomponius. ff. de arbi. Item admittitur incertus libellus in iudiciis vniuerſalib⁹ vt no. in l. i. in prin. ff. de eden. & in l. edita. C. de eden & in c. i. de libel. obla. item admittitur libellus incert⁹, vbi petitur merum factum vel mixtũ, veluti ſi quis petit ſe ſeruari indẽnem: nam talis libellus admittitur, videlicet peto titiũ cõdemnari debere ad ſeruãdum me indemnem. Ita dicit ſingulariter Bal. in dic. l. ii de ſenten. quæ ſine cer. quanti. & facit textus in l. cum eorũ C. de ſen. & inter. om. iudi. cũ ibi no. Item admittitur libellus incertus, quando aliquid in principio non eſt certum ſed in proceſſu iudicii venit certificandum & ſi non eſt certificatum valebit ſententia incerta: quia poſtea debet certificari in executione vt in l. pluribus § & ſi placeat ff. de ver. oblig Si autem in proceſſu eſt facta certificatio, tunc fieri debet ſententia certa, alias non valet. exemplum ponitur in intereſſe, nam poteſt quis petere intereſſe. hoc modo, peto intereſſe meum &c ſi liquidatur iſtud intereſſe in proceſſu iudicii, debebit fieri ſententia certa alias non valebit: ſi autem nõ erit liquidatum intereſſe in proceſſu, valebit ſententia incertą hoc modo, condemno titium ad intereſſe ſuum Seio: ſed poſtmodum iſtud intereſſe debebit liquidari in executione. vti dicimus in expenſis. Ita tenet Bal. in dic. l. ii. de ſenten. quæ ſine cer. quantita. contrarium tamen notatur ſupra in materia intereſſe ar. lxxxviii. vbi habes, quod intereſſe debet in proceſſu liquidari, & ſententia certa ſuper eo ferri, alias non auditur quis amplius poſt ſententiam ſuper intereſſe. ex his omnibus infertur quod valet ſententia incerta quando fertur ſuper aliquo petito in genere. hoc modo, peto titium condemnari ad dandum vnum bouem Item valebit ſententie incerta ſuper aliquibus petitis alternatiue, vt condemno titium ad dandum decem vel fundum, & hoc caſu debitor poterit eligere poſt ſententiam in executione vtrum velit dare decem, vel fundum, vt in dic. §. & ſi placeat. cum gl. Item infertur quod valet huiuſmodi ſententia, condemno titium ad ſeruandum Seium indemnem: ſed poſtea iſta indemnitas

Libellus incertus quandoque admittitur.

Intereſſe ſi liquidatum fuerit debet ferri ſententia certa.

dennitas debebit liquidari in executione ſecundũ Bald. qui ita notat in dic.l.ii.procedit ergo prædicta regula. ꝙ ſententia incerta nõ valet, vbi libellus eſt certus, & fertur ſetẽtia incerta. Si autẽ libellus eſſet incertus extra caſus ſupradictos, & opponeretur de incertitudine libelli, ſn͞ia lata ſiue foret certa, ſiue incerta nõ valeret, neq; teneret vt in.c.fin.de libel.obla. & ibi eſt caſus, & hoc ibi tenet Inno.& cæteri docto. & iſta exceptio incerti libelli, poteſt opponi etiã poſt ſẽtẽtiã gl.eſt ſingularis inſti.de oblig.in prin.ſi vero libellus eſſet incertus, & nõ opponeretur de incertitudine, tũc libellus procederet, vt.l.fi. C. de anna excep.& ibi eſt gl.& idẽ Bal in.l.ab anaſtaſio.C. mãda.& idem Ang.in l.i in prin ff.de eden.& ſi hoc caſu ferretur ſentẽtia incerta valebit: quia iudex debet ferre ſetentiã ſm allegata & probota, quæ probationes debẽt eſſe clare, vt in c.in præſentia de proba. Adde ꝙ iudex non debet iudicare ſecundũ conſcientiã, vt.l.illicitas.§. veritas.ff.de offi.præſi.bona glo.in.c i.in verbo ſecundũ quod canones cenſent de offi.ordi.niſi habeat conſcientiam informatam ex notorio auten.de teſti.§.ſcimus vbi Ange.notat & Inno.in.c.ad noſtrã de iureiur. & eſt bona gl.in.l.i.C.qui & aduer.quos & dicit Lud.Ro. ſingu. 407.ꝙ in notoriis nõ requiritur ordo iuris dic.c.ad noſtrã, & in notoriis nõ poteſt iudex vt ſuſpect⁹ recuſari.c. propoſuit de appel.tenet Inno.in.c.ex parte de appel. ꝙ iudex in notoriis debet potius procedere exequẽdo quã ſententiando, refert & ſequitur eum do.Ab.in dic.c. ad noſtram qui allegat textũ & Bart.in.l.ictus fuſtium ff.de his qui notan.infa.vbi probatur ſecũdum vnã lecturam, quòd in notoriis non requiritur cognitio neque ſolẽnitas ſententiæ, ſed ſufficit præceptũ de exequendo, ad idẽ adducit l ii.§ quod de frumentaria ff.de admiſtra re. ad ciui.perti.vbi colligitur maxime per Bart. quòd vbi oĩa iura ſunt nota iudici, vt quia produxit omnes ratiões poteſt pronunciare abſente parte, & nõ citata ratione notorietatis, & hoc voluit Inno.in.c.quanto de tranſla. pręla. Concludit ibi do.Ab.quòd vbi notorium eſt tale, quod inficiari non poſſit, nec requiruntur aliquæ præſumptiones,

Sententiam debet ferre iudex ſecundum allegata.

Iudex non debet iudicare ſecũdũ cõſcientiam niſi in notoriis.

Ordo iuris non requiritur in notoriis.

Iudex non poteſt recuſari in notoriis vt ſuſpectus.

In notoriis

an requiratur ſolennitas ſentētiæ

nes, ſufficit ſolum præceptum iudicis, cōtra omnes tenentes hác opinionem eſt textus in.c. cum dilecti de purg. cano. & ibi do. An. Bar. dicit nota hūc textum quòd in notoriis ferenda eſt ſententia diffinitiua, nec ſufficit *ſolum* iudicis præceptū, & hanc ſententiá puto veriorem & meliorem, quia aliàs non crederetur iudici. c. quoniam contra de proba. notat Math. Math. ſing. 53. ꝙ quotieſcūque apparet reum eſſe legitimé confeſſum in iudicio, totum id ſupet quo proceditur criminaliter vel ciuiliter, ſufficit, quamuis totus proceſſus ſit ineptus, allegat Inno. in. c. qualiter & quando. ii. de accu. in glo. in verbo non negamus Bar. in. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & Ang. in. l. denunciaſſe. ff. de adul. & ratio eſt, quia ſola confeſsio ſufficeret, ſi nullus alius proceſſus proceſsiſſet. l. i. C. de cōfeſ. c. i. de coha. cler. & mulier. & multomagis ſi proceſsiſſet aliquis actus nullus per regulam in. l. i. in princi. C. de rei vxo. actio. facit quod in ſimili notat Bar. in. l. i. in prin. ff. de eden. Limita ſingulariter, quod dictum eſt, quòd cōfeſsio validat proceſſum nullum quando non tenet ratione iudicis incōpetentis, quia nec tunc confeſsio valet, ex. de iudi. c. at ſi clerici ſecundū Bal. in addi. ad Spe. titu. de confeſ. ver. quādoque & eſt caſus ſecūdum Panor. ibi in. c. olim ex. de reſcrip. ſecundo limita ſecundū eundem Bal. in dic. ver. ex ipſorum litigantium inhabilitate quia nec tunc cōfeſsio valet. ff. de interrog. actio. l. ſi filius. ii. C. de aucto. preſtā. l. clarū. Aduerte tamen ꝙ vbi iudex fert ſententiam in dubio, ſe refert ad acta. glo. eſt ſingu. in. l. ſi quis ad exhibendum. ff de excep. rei iudi. vnde licet in ſententia non contineatur certa quantitas, ſi in actis probatoriis contineatur certa quantitas valebit ſententia ſecus ſi certa quantitas contineretur in actis aſſertoriis, non autem probatoriis, tunc non valet ſententia, verbi gratia, ſi diceret iudex condemno titium in id quod debet Seio: nam ſi actis probatoriis contineatur quantum debet Seio, ſententia cenſetur lata in illa quantitate, quæ ibi continetur, & valet: ſecus ſi in libello tantum contineatur, quia tunc non valet ſententia: quia id quod eſt expreſſum in libello non eſt certum deberi, niſi

Cōfeſsio validat proceſſum nullū.

ſi ex probatione appareat. Item ſi iudex in ſententia nullam exprimat quantitatem certam, ſed referat ſe ad acta, in quibus continetur certa quantitas, ſiue ſit lis ordinaria, ſiue probatoria valet ſententia. Exemplum primi ſi iudex dicat condemno titium ad id quod probatum eſt, pro vt probatũ: nam ſi in probatione contineatur quantitas probata, & dicitur in condemnatione in eo quod eſt probatum. quia paria ſunt aliquod certũ exprimere, vel ſe referre ad aliquod vbi cõtineatur expreſſum, vt in. l. ait prętor. §. ſi iudex. ff. de re iudi. & in. l. tale in prin. ff. de hęre. inſti. Hæc ſunt verba Ang. licet non tam clara in. l. iii. C. de ſenten. quæ ſine cer. quantita. quæ verba eadẽ proſequitur Bar. in dic. §. ſi iudex. Adde quòd ſi quis in ſupplicatione vel aliqua ſcriptura refert ſe ad aliqua inſtrumenta & acta pro veriori expreſsione contentorum, illa habentur, ac ſi fuiſſent expreſſa, caſus eſt elegans de hoc ſecundum Ang. in. l omnes ibi tanquam ſi ſuper ſingulis ſubſtãtiis. C. de quadrien. præſcrip. facit. l. ſi duo. ff. de adminiſtra tuto. & quod not. in auten. ſi quis in aliquo. C. de eden. & in. c. i. de proba nã id ad quod aliud refertur intelligitur ſecũdũ id ad quod refertur. ita dicit Bal. poſt Iac. But. C. ſi aduer. vendi. relatio cenſetur eſſe ſimplex. l. iulianus refert, & ibi gloſſ. ff. de hære. inſti. Bal. in. ſ. ii. C. manda. Nota præterea illud, quod dicitur, quòd ſentẽtia lata per verba oſcura debet declarari per acta ꝓbatoria, etiam ſi ad illa nõ fiat relatio textus eſt in. l. iii. C. quæ ſine cer. quãtita. cũ ſimili. ibi not. qui textus debet intelligi quando eſſet ſententia nulla propter oſcuritatẽ, vbi declaratur per acta probatoria, ſed vbi ſentẽtia poteſt in ſe valere verba iuris debẽt ſtricte intelligi nec debẽt declarari per acta probatoria. l. i. C. ſi plures vna ſenten. & l. paulus. ii. ff. de re iudi. Item nota quòd cum procedat huiuſmodi libellus peto fundum cum fructibus percipiendis, valebit etiã huiuſmodi ſententia, videlicet cõdemno titium ad reſtitutionem fundi cũ fructibus perceptis &c. licet nõ ſit certa quantitas expreſſa, tamẽ fiet declaratio fructuũ in executione ſentẽtiæ. Ita determinat not. Ang. in. l. iii. C. de ſenten. quę ſine cer. quantita. Præterea eſt

Relatio facta ad aliqua acta perinde habetur ac ſi fuiſſent expreſſa.

Relatum ad aliud intelligitur ſecundum id ad quod refertur.

Sentẽtia lata per verba oſcura debet declarari per acta probatoria.

Sentẽtia lata ſine cauſa cognitiõe non valet.

ſciendum quòd ſententia lata ſine cauſæ cognitiõe non valet, vt in.l.ne cauſas.C.de appel.& in.l.iudices.C.de iudi. Et ideo infert Bar.in.l prolatam.C.de ſenten.& inter lo.om.iudi.quòd ſententia lata non viſo proceſſu nõ valet, neque tenet, quia dicitur lata ſine cauſæ cognitione. tamen in dubio præſumitur lata cum cauſæ cognitiõe ſecundum Bar ſi eſt lata præſentibus partibus, vel vna præſente altera per contumaciã abſente, niſi ex breuitate tẽporis aliud præſumeretur: quia tunc ſentẽtia lata eſt nulla ſecundum Bar.& Angel. in dic.l prolatam.& idem ſi dato libello, & oppoſita exceptione, & productis omnibus iuribus, quæ erant ad vnum magnum volumen, & iudex incõtinenti, & tam cito, quod nõ eſt veriſimile quod potuerit omnia tam breui ſpacio videre vt proferret ſententiam. Ita dicunt Barto & Ange in dic.l.prolatam. quare ſi iudex nõ vidit proceſſum niſi quando examinauit licet ſit probatũ non dicitur ſibi liquere glo no. in l.ſi de meis.§.ex compromiſſo.ff.de arb. & ideo ſi proceſſus adhuc eſt penes actorũ magiſtrũ & iudex pronunciauit dicitur ſine cauſe cognitione pronunciaſſe vt dicit Bar.in dic.l.prolatã & late in.l.ii.C.de eden. Adde quid ſi aliquis habebat inſtrumentum contra ſuum debitorem, qui ſibi obligauerat omnia bona ſua cum poteſtate capiendi auctoritate propria poſſeſsionem bonorum debitoris ſine iuſſu iudicis & ſine decreti interpoſitione, iſte adit iudicem extra iudicium, & oſtendit inſtrumentum, & petit ſibi dari per iudicem poſſeſsionem bonorum debitoris, iudex viſo inſtrumento dat ſibi poſſeſsionem bonorum parte non citata, an hoc valeat? & iudex nõ teneatur parti ad intereſſe, Ia.Bu.in.l.nec quicquam.§.vbi decretum de offi procon. tenet quòd ſic per gloſ.in ſti.de liber §.vbi decretum Bal. ibi dicit quòd illa licentia non eſt prætoria, cum non emanet in forma prætoriæ, cum pars non ſit citata.C vnde vi.l. meminerint.& hoc caſu iudex erit potius executor quàm iudex, per not.per eundem Bal.in.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. Ideo ſi quis miſſum, per talem iudicem non admittat, non tenebitur ex edicto ne vis fiat ei. quia licet

Iudex an poſsit dare poſſeſsionẽ parti quæ habet iſtrumentum omnium bonorum obligatorium alterius partis ipſa non citata.

cet habeat pignus conuentionale, non habebit prætorium ſine ordine.C.de pac.l pacto quo pœnam.&.ff. de iudi.l.ii.&.l.debitori.& de lib leg.l ſi fundus ſecundum Bal.in dic.§.vbi decretum,licet alij ibi dicant, quòd per pactum tollitur cauſæ cognitio in inſtrumento,& ſic iudici conſtat, & poteſt proferre interlocutoriam ſine citatione per textum in l.qui ratiario.C. de pigno. actio. quia inſtrumenta habétia exe utionem paratam poſſint exequi ſine citatione per glo.in dic §.in multis, & quod not.Barto.in l.iii.C.de pigno.nec tenetur iudex qui talem poſſeſsionem dedit parte non citata, vt notat Paris de Pu in ſuo tract ſindi in verbo iudices numero.3 .& 57.& ſic videtur quòd in materia executionis inſtrumentorum ſi pars non ſe opponat proclamationibus & ſub haſtationibus bonorum ſuorum non eſt neceſſe, quod vocetur ad videndum interponi iudicis decretum & auctoritatem ipſis proclamationibus & ſubhaſtationibus, licet contrarium ſeruetur.

Decretum poteſt interponi proclamationibus & ſubhaſtationibus aduerſa parte non citata ſi non ſe opponat.

De prononcer & expedier tous actes en langage Francoys.

Arti.cxi.

ET pource que telles choſes ſont ſouuentesfois aduenues ſur l'intelligence des motz latins contenuz eſdictz arreſtz: Nous voulons que doreſnauant tous arreſtz enſemble toutes autres procedures ſoient de noz cours ſouueraines, ou autres ſubalternes & inferieures, ſoiét de regiſtres, enqueſtes, contractz, commiſsions, ſentences, teſtamens, & autres quelconques actes & exploictz de iuſtice, ou qui en dependent, ſoient prononcez, enregiſtrez, & deliurez aux parties

en langage maternel Francoys, & non autrement.

FAcit quòd notat Ioã. Fab. in. §. ſimiliter inſti. de excu tuto. vbi ait ꝙ multi ſunt in Francia qui neſciũt legere Latinũ, ſed bene Gallicum, & ſperatur ꝙ erũt plures (prohdolor) debent acta & ſententiæ ſcribi de iure Latine, vt. l. decreta. C. de re iudi. niſi in partibus vbi oẽs literati ſciũt gallicũ legere, & intelligere in auten. vt præpo. nomẽ impa. & C de ſenten. & interlo. om. iudi. l. iudices. ꝙ hodie nimis viget in Francia: vnde quandoque fient Aurelianenſes lectores, qui partim Latine & partim Gallicè in cathedra loquebãtur, quibus (inquit) melius eſſet ꝙ haberent groſſum idioma Angoliſmenſe, vel Pictauẽſe, & ſcirent loqui Latinũ, & intelligerẽt ſcripturas: ſpernerẽt, & falſa opinione iudicarent gallicũ ſupremam vim eloquii obtinere. Propterea vileſcit ciuilis ſapiẽtia, quæ ſummo ſemp in honore fuit, & modicũ capitale fit de legiſtis, & magis modicũ fiet, & in futurũ nihil vt dicit Bal. in ſua prac. tit. quæ ſint partes iudicis quãdo ab eo fruſtratorie appel. adeo, vt ruſtici putent magis ſcire de hac ciuili ſapientia. quàm viri docti. Facit quod not. Spe. ti. de aduocato. §. nũc ver. ſed nũquid vbi dicit ꝙ aduocatus in cauſa leges & canones allegãs debet ruſtico id petenti materna lingua exponere Sed an hoc ſtatutum debat ſeruari in foro clericorũ, & ipſos liget, vide quid dixi ſupra arti. v. Adde ꝙ imperitus literarũ poteſt eſſe iudex. vt tradit Ia. But. in auten. cauſa. C. de epiſc. & cler. & Bal. in. l. i. C. vt quæ deſunt aduo. Idem tenet Spe. titu. de iudi. deleg vbi illiteratus habet cauſarũ experientiam & vbi aliàs naturalis diſcretio quæ mater eſt cunctarum virtutum, viget in eo. poteſt eſſe iudex magnum tamen eſt reipu. periculũ, vbi iudex ab aliis querit, quod ipſe ſcire debet, in autenti. de iudi. in princi. Quæro nunc an iudex excuſetur propter ſapientis conſilium à partibus electi, & videtur quòd non, ſi non eſt ſanum nec iuridicũ, niſi per partes ſit actum vel per conſilium,

Imperitus literarum poteſt eſſe iudex

quod

quod ſtatutum ſit ſequendum, vt.l. ſi conuenerit.ff. de re iudi. dic.tamen per Bar. quòd excuſatur,& imputent ſibi eligentes arg.in.l.item ſi vnus.§.principaliter.ff de arb.tamen ſi iudex proprio motu elegiſſet,non excuſatur ſecundum Inno,ex.de offi.deleg c. ſuper quæſtionum. & quod not.eod.titu.ſi pro debilitate per Innoc. & Ioan.Andr.& Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci ff.de offi.procó.& leg. An ſi de voluntate partium iudex miſerit ad conſilium ſapientis,& deinde tulit ſententiam ſecundum illud conſilium, parte contradicente, an teneatur in ſindicatu? dic, quòd ſic,quia illud ſequi non tenebatur.l filium.ff. de adminiſtra.tuto &.l.quidam decedens.§ pe.Bar. in dicta lege, ſi conuenerit.& Bal.in l mancipia.C.de ſer.fugi. niſi ex forma ſtatuti tenerentur ſtare conſilio,ideo conſulitur quòd iudex faciat poni in actis,quòd partes exnunc conſentiũt, & promittunt ſtare illi conſilio ſecundum Bar. ibi quod eſt verũ ſi iudex eſt imperitus,quia tunc debet ſequi conſilium ſapientis,ſi altera pars non conſentiat,vt dictum eſt ſecundum Ioannem And. in cap. ſtatutum de reſcript. in nouel.ſi tamen iudex,qui tenebatur pronũciare cum conſilio ſapientis, bonam ſententiam tulerit, ſine eius conſilio,valet ſententia,vt notat Bar.in lege prima.C.de ſenté. aduerſus fiſcum,& in legé,cum ſententiam.C.de ſenté. & inter.om.iudic. Quæro nunc ſi iudex de voluntate partium miſit ad conſilium ſapientis,& protulit ſententiam ſecundum conſilium illius an teneatur in ſindicatu, ſi ille male conſuluit Bar.in lege ſi cõuenerit.ff.de re iudi.dicit quòd ſic,quoniam non tenebatur illud ſequi , niſi dicant partes,quòd teneatur iudicare ſecundum illud conſilium, quia iudex non tenebitur in ſindicatu,& idem tenet Specu.in tit.de requi.conci.§.i.verſi an & ver.ſequen.Ioann. Andr.in regula nullus pluribus in mercu Bar. in lege prima,de exerci.§.ſi plures,& Bal.in lege mancipia.de ſer. fugi & pro hoc facit.c.cum olim de arb.vbi dicit An.de Bu. quòd iudex non tenetur ſequi malum conſilium ſapientis,etiam ſi ſtatutum diſponat,vel partes,quòd quis teneatur,niſi eſſet ex toto ignarus per glo in cap.venerabili. de offi.deleg.&.l.pluribus de præto.ſtipu.quod Anto.in dic.

Iudex an excuſetur propter ſapientis cõſilium à partibus electi.

Iudex ſi miſerit ad conſilium ſapiẽtis de voluntate partiũ.

Iudex qui miſit ad conſilium ſapiẽtis an teneatur ſi ille male conſuluit.

Iudex imperitus excuſatur ſi ſequatur malum cõſiliũ & non peritus.

c.olim dicit eſſe verum, vbi viri imperiti deputarentur iudices, quia tunc debent ſequi peritorum conſilium, tamen vbi ſtatutum diceret, quòd iudex tenetur ſequi conſilium ſapientis, non tenebitur ſequi: vbi eſſet iniquum, arg. dict. l. Titium. ff. de adminiſt. tuto. & Bar. in dict. §. ſi plures cuius dicta ibi videntur habere locum in extraiudicialibus non in iudiciis, quibus læſus habet appellandi remedium ſecundum eundem Bar. in dicta lege. ſi conuenerit, & inquantum Bar. dicit quòd iniquum conſilium non excuſat iudicem, tamen Imo. dicit quòd ex quo partes perſonam conſultoris approbauerunt vt peritum, quòd debet ipſis imputari & iudex excuſari, quia iuſta cauſa conſueuit qué excuſare. l. qui ſolidum. §. etiam de leg. ii. quod ſequitur Pau Caſtren in dicta lege. ſi conuenerit, & Bal. in. l. obſeruare, in. §. proficiſci de offi. procon. ff. & in dic. leg. mancipia, vbi dicit quòd quando partes elegerunt conſultorem imperitum, iudex non tenetur conſilium iniquum ſequi, tamen ſi iudex eſſet imperitus, & eligeret aſſeſſorem imperitum, teneretur, vbi eligeret conſilium doctoris approbati, excuſaretur. Quæro etiam de vna quæſtione, quam ſupra tetigi art. lxii. ſtatuto regio cauetur. aut alio ſtatuto, ſiue in literis iuſticiariorum & capitaneorũ, qui in regno ordinantur per Regem, aut alios dominos, ſententias & decreta proferas cum conſilio aſſeſſoris aut alterius? modo reſultat dubium, ſi iuſticiarius protulit ſententiam ſine conſilio aſſeſſoris alterius, propter quod pars aduerſa dicit ſententiam nullam, quid iuris, quæſtio eſt Old. quæ incipit antiquum ſtatutum eſt, vbi concludit ſententiam nõ valere arg. ff de arbi. l. ii. vbi non valet ſententia arbitri, qui aliter dicit, quàm ſibi fuerit commiſſum, & eo. titu. l. Pedius, & qui modum non ſeruat, aliter facit argu. ff. ne quid in flumine pub. l. i. §. quid autem facit textus & glo. in. l. ſi quis mihi bona. §. pater filie. & l eum qui duobus. ff. de a quir. hæ. vbi ſi quid fieri dabet cum conſilio, & fiat conſilio non requiſito, non valet, vt in auten. de non alie. §. quod autem, & §. ſi vero. tenet inno. in cap. ſi pro debilitate, de offi. deleg. & in. c. de cauſis, eo. ti. & Bal. per illam glo.

Iuſta cauſa excuſat.

Iudex ſi proferat ſentẽtiã ſine conſilio, qui iuxta ſtatutũ debet habere cõſiliũ aut iuxta ſui officij literas an ſententia ſit nulla.

Limitatio quod iudex non tenetur requi

glo.in dic.l. ſi quis mihi bona,in verſic.ſi mandauit alleg. Old.in dic.quæſtione quod limitatur,niſi lis illa decidere tur,per caſũ legis:quoniá tunc non requiritur conſilium ſapientis,ſecũdum Bar.in.l ille aut ille.ff.de leg.iii.§.cum in verbis.& in.l.inciuile.C de furt. quod etiam limitatur non habere locum in interlocutoria,quia non corruit ratione conſilij non adhibiti,vt ſingulariter voluit Bal. in.l. i.C nemini licere tertio prouo.arg l.i.§. quod in ſententiis ff quando appellan. ſit quod eſt verum vbi ex forma commiſsionis vel ſtatuti requiritur conſilium quia ſecus, ſi iudex ex ſe conſilium requireret,de quo plenè per Bar. in.l.i.§ quæſitum.&.l.ex conſenſu.ff.de appel.dicit etiam Bal.in.l i.vt quæ deſunt aduo.ꝙ in notorio non requiritur conſilium.& Bar.in dic.l.ſi quis mihi bona.§.pater ꝙ vbi eſſet caſus indubitatus vel vbi per calumniam peteretur conſilium non eſt requirendum.& Bal.in.l.i.C.de rela.dicit ꝙ ſi iuris articulus eſt certus,non debet cauſa cõmitti ſapientis conſilio,& per docto. moder.in.l.ſi ſic ſtipulatus,&.l ſi mihi & Titio.ff de verbo.oblig.quæ nota, vt tibi poſsis conſulere,dum opus erit.

rere cõſiliũ, etiã ſi ſtatuto caueatur vel alio modo teneatur.

Amendes contre ceulx qui calumnieuſement obtiendront lettres pour articuler faictz nouueaulx.

NOus volons que les impetrans de lettres pour articuler calumnieuſement faictz nouueaulx, s'il eſt trouué qu'ilz ne ſeruent à la deciſion du proces ſeront condemnez enuers nous en l'amende ordinaire du fol appel en noz cours ſouueraines, & vingt liures pariſis es inferieures, & moytié moins aux parties,& plus groſſes,ſi meſtier eſt, comme deſſus. *Artic. XII.*

Nos

Facta impertinentia quæ dicuntur.

NOn ergo prohibet hoc ſtatutum impetrare literas ad articulandum facta non pertinentia, ſed impertinentia:& dicuntur facta impertinentia,quæ nõ faciunt ad cauſam,ſeu quæ nõ releuant probantem,vt dixi ſupra articu. xxxvij.& vt ſciatur quando opus eſt impetrare has literas, de quibus in textu,quia multi imperiti & iuris ignari neſcientes conſulerere,parti ſuæ faciũt partem impetrare literas à principe,etiam ſi opus non ſit,quod reſpuit lex in cauſæ.ff.de minori.vbi dicitur quòd ſi cui competit auxilium ordinarium,nõ debet ei tribui extraordinarium.l.i. .ff de theſau.lib.x.Videndum eſt an libellus poſsit emendari,& breuiter eſt dicendum quòd ante litem conteſtatam poterit emendari indiſtinctè, poſt litem conteſtatam non,vt in.§.ſi minus inſti.de actio. & facit quod nota per Bal.& Cy.in.l.edita.C.de eden.poteſt tamen etiam declarari poſt litem cõteſtatam,vt in.l.in delictis.§.ſi detracta. ff.de noxa.quia qui declarat,nihil de nouo dicit,vt in.l.hæredes palam.§.fina ff.de teſta.& ibi plenè nota.vnde clauſula,quæ quotidie ponitur in libello ſaluo iure addendi, mutandi &c.nihil operatur vltra ius commune.Ita tenent doct.in dic.l.edita.pro quibus eſt glo.ſingularis in.c.inter dilectos.extra de fide inſtru.ſi tamen hæc clauſula hoc modo inſeratur,ſaluo arbitrio addendi,tunc poſt litem conteſtatam poterit addi,vel detrahi ſecundum Bald.qui ita notat in dicta lege edita.tamen ne te fallat opinio Baldi, vtere illa raro,aut nunquam: quia contrariam opinionem tenuit Ange.in.§.omnium inſti.de actio.quem ſecutus eſt Iaſo in dicto.§.& in lege edita.de qua materia vide practic.Papien.in libel.in actione reali,in glo.ſaluo iure addendi, & ſic habes quòd poſt litem conteſtatam libellus non poteſt emendari, & tunc impetrantur tales literæ ad proponendum & articulandum facta noua & pertinentia ante non,quia (vt dictum eſt ſupra) vbi competit auxilium ordinarium non debet tribui extraordinarium. Et eſt ratio,quia ordo iudiciarius per principem eſt introductus intelligendo de Papa & Imperatore:quia hi ſunt qui iura condiderunt,ex quibus ordo iudiciarius fuit introductus, nimirum ſi eorum inferior ſubuertere nequeat, quia par in parem

Libell⁹ poſt litem conteſtatam non poteſt emendari licet poſsit declarari.

Papa & Imperator iura condiderunt.

in parem non habet imperium,multò minus inferior cap. innotuit.extra de electio.& in lege,ille à quo.ff. ad Trebel.qui ordo tolleretur,ſi per alium hoc poſſet fieri,quod bene nota.quam rationem etiam poſui ſupra articu. lxiii. quia ibi ſeruit ad hoc quòd clauſula ſummariè, & de plano non poteſt concedi,niſi à principe,vt ibi vide. ¶ Nota tamen quòd exceptionem poſt litem conteſtatam quis poteſt proponere, ſi de nouo exorta fuerit, vel ſi de nouo ad eius peruenerit notitiam, ſuo iuramento probari poteſt : tenet Speculator titulo de exceptionibus.§. nunc videndum conſuluit tamen Oldradus,contrarium conſil. tertio, incipente cum cauſa, quòd poſt terminum peremptorium exceptiones peremptoriæ non admittuntur, quanuis offeratur iuramentum de noua notitia ipſarum, quod dictum refert & ſequitur dominus Feli. in cap. licet cauſam de proba. Et hoc dictum Oldra.videtur eſſe conforme huic ſtatuto,vt opus ſit literis regiis, vt admittantur. Præterea nota vnum ſingulare, & adde ſupra ad articu.ij ad finem vbi agitur de differentia inter actionem perſonalem & realem. Et ad articulum.xv.vbi agitur de libello in actione perſonali , & reali, quod ſi actor ſimpliciter rei vendi.proponit cauſa non adiecta, ſi abſoluatur reus, nunquam actor actionem poterit intentare,per quam,rem à reo poſſit auocare,quia vndecunq; & qualecunq; dominium habuit in iudicium,in prima rei vendicatione deduxit.ff.de excep.rei iudi.l.ſi mater.§. eandem in fine, ſi autem cauſam exprimat ex qua eſſet dominus,puta, peto talem rem , quia dico me dominum ex cauſa donationis, quam fecit mihi Titius, ſi ſuccumberet actor, nihilominus poſſet actor ex alia cauſa vendicare,& dicere,peto talem rem rei vendi,quia dico me dominum ex cauſa emptionis,vt dicta lege, ſi mater .§. ſi quis autem. Et .C. de petitione hæredit. lege hæreditas materteræ. Si vero agatur actione perſonali, & cauſa exprimatur, quæ exprimenda eſt,vt dic.arti.xv.diximus.Si abſoluatur reus cauſa expreſſa vel non, nihilominus ex alia cauſa conueniri poteſt,vt.ff.de exep.rei iudi. lege, & an eandem.§. actiones. Notat Rofredus in ſuis libellis,titulo de actione reali.

Adde

Renunciare liti quãdoque non licet.

Adde ſupradictis quòd licet poſt litem conteſtatam non poſsit libellus emendari, poteſt tamen liti in totum renunciari ante & poſt. l. poſtquam liti C. de pact quod intellige, niſi interſit aduerſarij, non renunciari: *quia tunc* non poteſt renunciari niſi cum eius conſenſu glo. *eſt ſingu.* in lege vtique. ff. de rei vend quam ſequuntur Bald. & Bar. Ang. ibidem, & dicunt omnia fore mente tenenda. & ideo ſi aduerſarius multas feciſſet expẽſas in lite pro quibus veniat condemnandus renunciare volens non poterit liti renunciare, niſi cum conſenſu aduerſarij: ſi autem non interſit aduerſarij tunc poſſet liti renunciare, in totum etiam eo inuito, vt dicta lege, poſtam liti. Similiter poterit detrahi à libello in parte niſi poſt litem conteſtatam: quia ſi licet in toto multo magis in parte: quia bonum eſt argumentum de toto ad partem, vt lege, quæ de tota. ff. de rei vendi. ita tenet Ioan. de Imo. in cap. ſignificantibus de libel. obla. & ibi Feli. & Lanfran. in repe. c. quoniam contra in verbo petitiones. Adde quòd dicit Bal. in dicta lege edita in repet. peruſina quòd ſi libellus in criminali continet varietatem in aliqua particula vel qualitate, tunc ante litem conteſtatam poteſt emendari, ſed non impune, in ciuili poteſt emendari ante litem conteſtatam, vt dicta lege edita poſt litem conteſtatam non licet emendare, quia iam formatum eſt iudicium. & hoc dicit procedere ſuper fundantibus iudicium, ſed ſuper aliis ſi non ſint de eſſe libelli, poteſt libellus emendari vſque ad concluſionem in cauſa, quod nota, tu qui dicis libellum poſſe ſemper emendari, dummodo concluſio non varietur.

Libellus quando poteſt emendari.

Ordo iudiciarius de partiũ conſenſu remitti nõ poteſt.

☙ Adde eundem Bal. in addi. Spe. in rubrica de ordi. cogni. vbi dicit quòd incidens quæſtio dicitur emendatio & mutatio libelli, quæ fieri poteſt ex eadem ſubſtantia, quando libellus peccat in materia, ſecus in forma, quia omnino debet eſſe nouus libellus, forma ſubſtantiali mutata ff. de adul. l. ſi accuſaturus de accuſa. l. libellorũ. notat etiã Bal. in addi. ad Spe titu. de libel. concep. in rubr. & ibi Io. And. dicit quòd mutare eſt cum veteri actione ſublata noua, proponitur quaſi propriè ſit mutare ſubſtantia remota in locum eius aliã ſubrogare. ff. de teſta. l. hæredes. §. ſi quid

quid multi ponűt exemplű in actionibus vi bono.rap.& furti in actionibus l aquil.& arbo.fur.ceſa emendare eſt defectum in forma ſupplere,exemplum in libello accuſatorio non erat locus,hoc erat vitium vel defectus libelli. per dic.l,libellorum.tenet tamé Spec.ti.delibel.concep. § nunc oſtendamus quod ſi reus ſit iam per libellum conuentus edita ſibi actione per iudicem vel executorem,nő poteſt amplius mutare reo contradicente,& vt proſequatur inſtante C.quomodo & quando iudex auten.qui ſemel Si vero reus conſentiat,poteſt etiam poſt litem conteſtatá mutari,& ſic intelligi dicit predicta l edicta, que eſt correcta per predictam autenticam,prior autem opinio eſt vera ſecundum antiqua iura,& hæc ſane ſunt intelligenda.ꝙ nota ideo Adde hic que dixi ſupra arti.xvii. ver.nam ille qui dedit ineptum libellum & intellige ꝙ actor non poſſit mutarelibellum niſi ſolutis expenſis. Nota præterea,quód communis doctorum opinio eſt ſecundum Ludo.Ro.ſingu.763. quòd partium conſenſu iudiciarii ordinis obſeruatio remitti non poteſt,licet ordo poſſit prepoſterari,vt notat glo in c.de cauſis,de offi. deleg.in c.fina de re iud.lib.vi & c.i.de libel.obla.gloſſ. eſt in auten.offeratur de litis conteſta ſententia tamen non poteſt ferri ſine ſcriptis in multis caſibus de quibus per glo.in c.fin.de re iudi.lib vi.Et vltra hos adde,quod de conſenſu partium poteſt ferri ſententia ſine ſcriptis, vt notat glo.in c.albe.de teſt.Item quando fertur in præſentia principis Spec.in titu.de ſent.prola.§ iſto ver.nő valet,& dicit ſing.Ang in conſi.xlii.quod ſi in cauſa vertente coram ordinario ſit petitum conſilium ſapientis & cauſa ſit omiſſa habet vitiare proceſſum de quo dictum eſt arti,præcedenti Nota ſecundo qnód iudex poteſt denegare copiam eorum quæ ſibi dantur ad inſtructionum iuris alteri parti ſecundum Inno.in c.per tuas.de teſti. quem refert Ludo.Ro.in l i.ff.de eden.& hoc dicit digito ligandum ſingu,·9·Quid .in exceptione quæ nó fuit oppoſita tempore allegationum an poterit poſtea opponi:dic quod ſic ſaltem verbo,quando eſſet talis allegatio,quæ tacite ineſt obligationibus, quæ intelliguntur, ſecundum

Sententia quando poteſt ferri ſine ſcriptis

Iudex poteſt denegare copiã eorũ que ſibi dantur ad inſtructionem.

Exceptio que nõ fuit oppoſita tẽpore allegationũ an poterit poſtea opponi.

Cauſa conclusa non fiunt allegationes.

ſecundum Barto. in l. eum qui ita. §. ſi ita ff. de verb. oblig. ſi tamen in cauſa eſſet concluſum, non fiunt aliæ allegationes, cuius dictum intellige quoad effectum regiſtrandi tales allegationes, quia cauſa concluſa nihil additur. ita notat Bal. in. l. fi. ff. de fer. & ſic vt tranſeant in acta iudici allegationes iuris vel facti non poſſunt fieri vel produci cauſa concluſa, tamen verbo fieri poſſunt, quia os claudi non poteſt alicui, quin poſsit ore allegare per. leg. quamuis. C. de adul. & in. c. Ioannes. ex. de fide inſtru. ſecundum Bal. in auten. iubemus C. de iudi. & ideo cautela eſt vt quando fit concluſio ad ſententiam. quæ eſt de proceſſu & ordine iudicario, vt dic auté. iubemus. & in c. auditis, de procur. fiat cum clauſula ſaluis iuris allegationibus, iuramenti delatione, & ſcripturarum productione, & tunc poſſunt iuris allegationes produci vſque ad ſententiam proferendam arg. glo. ſingu. in. l. ité labeo. §. i. in verbo pure, quod nota tu qui in litis ingreſſu claudis proceſſum ad ius, vt vtaris iſta clauſula, alias ſi pars aduerſa tibi opponit, nihil amplius poteris allegare.

Cautela quando fit cōcluſio ad ſententiam

Ar. xxiii.

Executeurs d'arreſtz ne pourrōt eſtre recuſez ſur les lieux.

QVe noz conſeilliers executeurs des arreſts de noz cours ſouuerines ne pourront eſtre recuſez ſur les lieux. Ains nōobſtant les recuſations qu'on pourroit propoſer cōtre eulx paſſeront oultre iuſques a la perfectiō deſdictes executions, mais biē pourrōt noſdictz conſeilliers eſtre recuſez au parauant leur partement, ſe bon ſemble aux parties, & il y ayt matiere de ce faire.

ISta ordinatio eſt contra ius cõmune, vt in c.poſtremo. & in c.ſecũdo requiris.§.iii.extra de appel.&.in l.apertiſsimi.C.de iud.quia pars malitioſa poterit impetrare iudicem delegatum.ſeu executorem, quem vocant commiſſarium, alteri parti ſuſpectum ipſa ignorante:& dum venerit in rem præſẽtem ſiue, vt vulgus dicit, ſupra locum nõ poterit recuſari ſecũdum formam huius ſtatuti.& ſic aperiretur via malitiis hominum quibus eſt obuiandum l.in fundo.ff.de rei vendi c.ſedes.extra, de reſcrip.quia ſuſpecti & inimici iudices eſſe nõ debent dic.§.Et.iii.quæſtio.v.c.quia ſuſpecti &.C.de iudi.l apertiſsimi quia quando Papa vel princeps reſcribit iudici quód in cauſa procedat recuſatione, vel appellatione nonobſtante intelligitur de friuola, & de ea quæ in iure non eſt expreſſa vt in c.paſtoralis extra de appell a. Adde quòd illa clauſula appellatione remota intelligitur qnoad partem non autẽ quoad ad tertium, iſte eſt caſus vnicus, & ſingularis in.c.ſuper eo ex.de appel.de quo facit magnum feſtũ do.Anto.But.in c.vt debitus eo.titu.& in facti contingentia.ita reſpondit per illum textum.parificantur enim appellatio & recuſatio, vt dic.c.ſuper eo.vide quæ dixi ſupra articu.lxxxvii. quare intellige hunc articulum dummodo pars fuerit vocata, dum impetratur talis executor, ſeu cõmiſſarius, quod fieri debet vbicũque poteſt ledi.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.l.nã ita diuus ff.de adop.facit textus in l.ii.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publi.& l.quoties de preci. impe.offeren.&]l.nec auus.C.de emancipa libe.aliàs ſi non vocetur pars, dum impetratur.poteſt recuſari vt ex ſupradictis conſtat, quare bonum eſſet addere huic articulo, parte præſente vel vocata, quod bene nota. Et aduerte, quod electus per partem aduerſam merito poteſt recuſari l.obſeruandum ff. de iudi.& de offi.deleg. capitu.inſinuante notat gloſſa.vl.in cap.cum canonicus de officio deleg.& in capitulo primo de foro competen. vbi vtriuſque conſenſu debet eligi iudex, alias poteſt recuſari, tenet Specul.& ibi Ioannes Andreas titulo de

Clauſula reſcripti vt procedatur appellatiõe nõ ob. ante intelligitur de friuola appellatiõe

iudice delegato.§.ſuper eſt ver.item ſi ad petitionem no ta preterea quod merus executor non poteſt recuſari, vt notat idem Spe.titu.de actione ſeu peti.§.i.ver.hoc quoque allegat textum in c.nouit de appel.& hec eſt ratio quia ſicut ab eo non appellatur,niſi excedat modum executionis vt C.quo.appel.non recip.l.ab executione ita nec recuſatur,cum appellatio & recuſatio parificantur, vt dictum eſt dicitur proprie executor,qui rem iudicatam ducit ad effectum C.de execu.rei iudi l.executorem & talis executor partes iudicis ſibi vendicare non debet, quia nõ habet aliquam cognitionem C.eo.titu.l.ſi vt pro ponis ita dicit glo.in c.ſuper queſtionum §.nos autem de offi.deleg.quare nota quod duplex eſt executio,mera & mixta mera executio dicitur,quando partibus preſentibus cognitum eſt de cauſa ab aliquo,& ille mandat alicui,quod ſententiam ſuam exequatur,dic l.executorem talis executor.non debet audire exceptiões dic.l.ſi vt proponis ſed debet negocium ad ſuperiorem,remittere c.de cetero ex de re iudi.ſed videtur contra de appella.c.dilecto.in fine vbi caſſatur proceſſus huiuſmodi executorum,quia exceptiones legitimas coram ſe propoſitas nõ admiſerunt,nec de veritate exceptionis mádatur inquiri,Spe.titu.de actione ſeu peti.§.i.ver.hoc quoque ſoluit hoc,contrarium quod ideo de veritate exceptionis non mandatur inquiri quoniam iam de hoc ibi conſtabat per partis confeſſionem,vt ibi dicitur vel dicit quod ibi erat datus executor,qui ſine cauſe cognitione per excommunicationem vel alio modo non debet compellere vt ex.de exceſ.prela.c.i.hic autem loquimur de mero executore,de quo vide ſupra arti.xcvi.Mixta dicitur executio que habet cognitionem annexam vt cum papa mandat alicui reſtitui rem ſuam,vel mandat dare beneficium coram tali executore admittuntur legitime exceptiones quantuncunque abſolute ſcribat vt ex.de offi.deleg.c.ex parte.ii.cum ſimili.notat glo.in c.paſtoralis ver.quod vero An vero delegatus poſſit ſubdelegare,diſtingue ſecundum Io.And.in addi.Spe.dic.titu.de actio & peti.&.§.i.ver.vltimo nota vt in c.is cui de offi.deleg.lib vi.& in cle.

ge.iudices eo.ti.in.c.ſuper quæſt ionum.§. ſi vero iuncta gl.& in.c.fi.ex.eo.titu. nota pterea ꝙ delegatus debet ſe premittere in literis quia repreſentat perſonam pape vel principis.xciiii.diſtinc c.i.& vt ipſe papa eſt honorãdus quoad cauſam ſibi commiſſam.xciiii.diſtinc.c.fi.vii. quęſtio.i.omnes qui & maior eſt illis quorum cauſa ſibi cõmittitur vt ex.d offi.deleg.c.ſane &.c.paſtoralis.

De declarer en concluant en proces par eſcript le chef de la ſentence ou lon pretend grief.

QVe es appellatiõs des ſentences des proces par eſcript,ou il y aura pluſieurs chefz,& articles, ſeront les appellãs tenus par la concluſiõ declarer ceulx deſdictz chefz & articles,par leſquelz ilz vouldront ſoubſtenir leur appel, & conſentir que quant au ſurplus la ſentence ſoit executée, autrement & à faulte de ce faire ſeront en tout & par tout declarez non recepuables comme appellans ſans eſperance de relief. *Arti.cxliij*

VIdetur tamen quòd ſentẽtia non poſsit pro parte valere,& pro parte non, vt lege in hoc iudicio. ff. fami.herciſ.quod intellige vbi eſt vnum capitulum in ſententia aut ſunt plura connexa:ſecus autem vbi ſunt plura capitula diuerſa,vt lege etiam.§ i.ff.de mino. & in ca. rainutius.&.cap.rainaldus.extra de teſtamen. & dicitur vnum capitulum,vel plura connexa & vnum factum pluribus ſuis circunſtantiis,verbi gratia,promiſi tibi decem cum pacto,quòd tu vadas pro me Romam:iſtud capitulum eſt annexum anteriori facto:ſed ſi promitto tibi de- *Sententia quomodo poteſt pro parte valẽre.*

Facta ſeu capitula diuerſa quomodo dicuntur.

cem ſi nauis ex aſia venerit, iſtud totum eſt qualitas anterioris facti Diuerſa autem capitula dicuntur, quando ſunt diuerſa facta diuerſo tempore intentata, vel diuerſa capitula dicuntur diuerſa facta, quorum vnum non dependet à determinatione alterius. Ita dicit Bar. in. l. aurelius in. § idem quæſiit. de liber. leg. Circa prædicta quæro, an iudex poſsit pro parte condemnare, & pro parte abſoluere, ecce actor petierat decem iudex dicit in ſententia ſua cõdemno eum in quinque, & in aliis quinque abſoluo, nunquid valet? certè ſic, vt in. l. i. C. ſi aduer. rem iudi. & ibi clarè dicit Ang. & nota quòd hoc caſu debebit actor cõdemnari in expenſis qui petiit decem, & non potuit obtinere niſi in quinque. Ita dicit ſingulariter Inno in. c. finé litibus de dolo, & cõtuma. nõ tamen allegat caſum, ego eũ allego in. c. vnico. extra de plus peti. Et hoc eſt notandum contra ignorantes iudices, qui cõtrarium ſæpe faciũt, vt vidi, & ſimile de facto ſæpe videmus ad ꝓpoſitum, quòd iudex appellationis poteſt ſententiã pro parte annullare, & pro parte firmare, vt in. l. quædam mulie. ff. fami. hercil. & in. l. carmelia pia. ff de iure patro. Ecce poteſt dicere iudex appellationis, dicimus ſententiam fuiſſe nullam in tali capitulo, & in tali dicimus fuiſſe recte iudicatũ. Vbi autẽ actor petiiſſet decẽ, & iudex in ſua ſententia dixiſſet hoc modo cõdemno reũ in octo, & de aliis duobus nihil dicit non valet ſẽtẽtia. Ita tenẽt Bar. & Bal. & eſt glo. ſingu. in. l i. C. ſi aduer. rem iudi. & idem tenet Bal in. l. vnica. C. ſi de momen. poſſe. fuerit appella. Et eſt ratio, cum de aliis duobus nihil fuerit dictum, nõ videtur cauſa fuiſſe finita ſuper tota controuerſia, quem finem debet ponere ſententia ergo &c. Eſt etiam alia ratio, quia ſententia debet eſſe conformis libello, vt aliàs dixi, vnde eſt neceſſe ꝙ iudex dicat condẽnamus in octo, & abſoluimus in aliis duobus, ſimiliter ſecundum Bal. in dic. l. i. C. ſi aduer. rem iudi ſi iudex habẽs iuriſditionem vſque ad decem duntaxat, & non vltra fert ſententiã in quindecim, non valet ſẽtẽtia, etiam in illis, decem, in quibus habet iuriſditionem: quia actus iudicandi eſt indiuiduus, & non poteſt diuidi, ita vt valeat contrarium tenẽt

Actor ſuccũbens in parte debet in expenſis cõdemnari.

Sẽtẽtia nulla eſt ſi ĩ vna parte rei petitæ ius dictum non fuerit.

ſpe.

Spe.& Ioan.And.in addi.in titu.de ſentẽtia,§.iuxta ver item eſt nulla ꝙ imo valet ſententia in illis decem.

Pour chaſcun chef de ſentence amende de fol appel.

ET pour chaſcun chef & articles ſeparez, y aura autre amende, ſinon qu'ilz fuſſent tellement conioinctz que la deciſiõ de l'vn emportaſt la deciſion de l'autre. *Arti.cxv.*

TOt enim ſunt ſtipulationes, quot ſunt res: & tot ſunt ſentẽtię, quot ſunt diuerſa capita.l.ſcire debemus.ff. de verb.oblig.l.etiam.§.i.ff.de mino.ſed Bal in.l. ordinarii.C.de rei vẽdica.dicit magis ad propoſitum, videlicet quòd circa eandem accuſationem dicitur vnus libellus à cõcluſione: nam vnitas concluſionis eſt illa, quæ facit vnitatem petitionis. licet in diuerſis actionibus, & accuſationibus. tunc dicitur vnicus libellus, quãdo cõcluſio eſt cõ munis vtrique actioni, aliàs dicũtur plures libelli.ff.fami. hercíſ.l.hæredes §.de pluribus.l.nõ eſt nouũ.ff.de actio. emp.& inducit ad quæſtionem. dicit ſtatutum quòd non probans accuſationem puniatur in centũ. Modo quidam eodẽ libello accuſat plures, & non probat de aliquo, quæritur, an debeat puniri in pluribus pœnis, an in vna? ſi ſũmatur accuſatio pro libello eſt tãtũ vna pœna, & ad hoc facit.l.edita.C.de eden.vbi actio ponitur pro libello, ſin autẽ aſſumitur pro iure accuſandi, tunc ſunt plures actiones.l.i.C.ſi reus vel accu.mor.fue.& etiã dicit ꝙ Dy. diſputauit illam quæſtionem, & dicit ꝙ erat vnica pœna quæ habebat locum ex vniuerſo & ex aliquo, id eſt, ſiue nihil prodeſt, ſiue probetur cõtra vnum, & contra aliũ, & hoc ex natura indiffinitè. quæ poſt verificari in vniuerſali & particulari, ſecundum quod Bal. ibi approbat. quod eſt notandum: de quo vide per Ange. in ſuo tract. maleſi.in glo.& ad querelam in verſi. quæro ibi quid ſi ex *Sententiæ tot ſũt quot capita diuerſa.*

forma iuxta prædicta. Adde quòd ſi ſtatuto cauetur, ꝙ pro quolibet verbo iniurioſo imponatur tanta pœna, intelligitur pro quacúque oratione. ita dicit Bar. in l. item apud labeoné in. §. ſed quod adiicitur. ff. de iniu. Ad de Spe. titu. de litis conteſta. §. nunc dicamus in prin. vbi dicit ꝙ ſi plura ſint in libello capitula ad ſingula reſpondendum eſt, ad hoc vt plena ſit litis cóteſtatio quia quot ſunt in libello articuli, tot ſunt petitiones. ff. de appella. l. cum in vna dic. l. etiam. ff. de ope. no. nuncia. l. de pupillo. §. ſi pluriú nota præterea, quod ſi vnus poſsidet vnam rem & alius aliam aduerſus vnúquem formabit vnam petionem ſecundum eundem Specu. ti. de teſta. §. ſequitur ver. quid ſi vnus & Bal. in addi. ti. de ordi. cogni. in rubrica ver. plures & de ſententia ver. in vno vbi dicit, ꝙ quádo plures res ſunt circa diuerſa non debent eodem libello permiſceri, quia nullam habent contiguitatem. Secus ſi quis agit pluribus actióibus diuerſis ſimilibus: quia túc cogitur facere vnum libellum & vnam inſtantiam, de omnibus dictis actionibus. vt notat Fran. cre. ſing. 118. textus in. l. non eſt nouum. ff. de actio. emp. Quæro iudex præcepit alicui ſub pœna decem librarum, quòd tale quid faceret: & dum in contumacia perſiſteret præcepit eidem ſub pœna viginti libra. deinde præcepit ſub pœna triginta, modo quæritur, nunquid iudex omnes prædictas pœnas exigere poſsit? Alber de gandi. in ſuo tracta. malefi. titu. de pe. reo. ver. quæſtio inſuper talis eſt, ponit hanc quæſtioné in propriis terminis, & arguit pro & contra, tandem ſoluit & dicit quòd ibi eſt quaſi vnum delictum, cum fuerit tantum vna ſpecies delinquendi, ſicut vbi ſunt diuerſæ ſpecies, vt ſi primo rapuerit, & poſtea interfecit ff. de priua. delic. l. nonnunquam. vnde vna pœna dicit eſſe puniendum, cum idem factum ſit. vt. ff de popu. actio. l. iii. punietur autem maiori pœna quia ex eo facto quando in plures pœnas quis incidit altera debemus eſſe contenti: licet habere poſſumus quatenus plus ſit in vna pœna quàm altera: iudex enim maiorem cómitando vel exigendo videtur recedere à minori. ff. máda. l. ſtichus. ff. de hære. inſti. l. ſi ita ſcriptum. & de præto. ſti pu.

Pena maior exigitur ſi quis ī plures pro eodem facto inciderit.

Proteſtatio contra ſubſtātiam rei inutilis eſt.

pu.l.idéque,& allegat Gandi.Spe.hoc tenere ∞ in tit. de cõtum1.§ nunc dicamus ver.ſed pone iudex cũ duobus ſequentibus facit quod notat idem Bald.in addi. ad eundem Spe.ti.de accuſatore ver.condemnatus vbi dicit ꝙ in actiõibus ad vindictam vna tollit aliã & in qua plus eſt.ff.de iureiu.l.ſi prætor edixit.§.ſi dicatur & ideo ſi iudex non obediens primo mandato ſecundo paruit euitat pœnam primi mandati vt eſt glo.in auten.de non alie. §. quia vero in verbo iudicibꝰ.Sed an pœne præcepti ſpreti ſint exigibiles ex eodem proceſſu vel requiratur noua citatio vide Bar.in l.i.ff.ſi quis ius dicen.vbi tenet quòd non requiritur nouus proceſſus quãdo inobedientia vel contumacia eſſet cõmiſſa corã ipſo iudice ſecus ſi coram alio quia requiritur nouus proceſſus vide Io.And.in addi.ad Spe.ti de iureiur.§ i.ver.adhuc. ∞ quare dicit Iaſ. in.§.item ſi quis poſtulante inſti.de actio. colla. iiii.quòd communis practica procuratorum inſtrumenta producentium , qui proteſtantur ſe producere inſtrumenta in partibus pro ſe tantum facientibus,& non aliter nec alio modo nihil operatur nec releuat proteſtatio.allegat Bal. & Sali.in.l.i.vt quæ deſunt aduo.C. id tenere & Angel. are.in dic.§.item ſi quis poſtulante contrarium tamen tenet Ro.ſingu.ccxxxvi.quòd imo releuat, & vide Alexã. de Imo.in.l.i.§.editiones.ff.de eden.& Fel.in.c. venerabilis de excep.vbi plene & glo in.c.præſentium de teſti. Præterea quæro an ſi ſint plures,quilibet teneatur ſoluere vnam emendam pro friuola appellatione, an omnes ſimul.hæc quæſtio dependet ex illa,an in delictis vno ſoluente cæteri liberentur.& dic breuiter aut ſumus in delictis propriè,& tunc pœna vnius corporalis vel pecuniaria non liberat conſocios.vt in.l.item mela.§ ſi plures.ff. ad.l.aquil. aut loquimur in quaſi maleficiis, & tunc vno ſoluente vel pœnam ſuſtinente reliqui liberantur.vt notat Bar.in l.ex maleficiis.§.penul ff.de actio.& obliga. Et idem quando ſunt plures officiales,& publicæ perſonæ ſimul delinquentes in officio:& tunc ſufficit ſolui vna pœna per vnum & alii liberantur: quia omnes reputantur pro vno.vt l.ſi multi.ff.de publi.&.l.ii.ff.de iur. fiſci. ita

Plures condemnati an teneantur quilibet ad emendam inſolidum.

dicit Bar.in.l ſi quis quod.§.fi.ff.de iuriſdi.om.iudi.&.in l.ſi in rixa.ff.ad corne de ſica.in fine.ii.col.facit.l tres. & ibi no. Bart.ff.de adminiſtra.tuto.& in in.l.ſacrilegii.§. i.ff.ad.l.Iul.pecu.ſic in propoſito plures pro friuola appel.nõ tenentur niſi ad vnã emẽdã vt in iuri. ſupra alleg. & quilibet pro ſua parte,vt in dic.l.ſi multi. de quo vide per Bar.in.l.ſemper.§.ſi in ſepulchto.ff. quod vi aut clã. & ĩ.l.i.ff ſi fami fur.fecíſ.dica.&in.l.ſi plures ff.arbo.fur. ceſ.& per Ang.in ſuo tract.maleficio.in gloſ. & Andreá marci lanificem verſi. quæro an Caio principaliter conuento. Tenet Spe.ti.de ſentẽtia.§.ſpecies ver.ſi. vbi dicit ꝙ ſi iudex cõdemnat tres in centũ ex eodem delicto,vnuſquiſque pro virili portione cõdemnatus eſt. C. ſi plu.vna ſenten.cõdem.fue.l.i. Adde ꝙ licet plures res ſint emptæ vno precio,tamen ſi ſit dictum,tantũ pro vna,& tantum pro reliqua,plures dicuntur venditiones. glo.eſt ſingu.in.l.ediles ad finem in verbo vno precio, id eſt vnice facto ex precio ſingulorum.ff.de edi.edicto quã reputauit ſingularem Bar.in quæſtiõe incip.publicanus, pro quo vide textũ in l.cũ duo ſerui. ff. de in diem adie. notat Anto.cor in verbo venditio.quod bene nota,quia proderit ad cognoſcẽdum, quãdo erit vna venditio,aut plures. quid ſit duobus aliquid præcipitur,vel aliqđ onus imponitur & vnus proteſtatus eſt, ꝙ paratus eſt facere,ſed non fit & eſt tale quid diuiſim fieri non poteſt nunquid ille excuſatur pro parte ſua ſi per eum nõ ſtat, Spe.in dic.ti.de contuma.§.nunc dicamus verſi. quid ſi duobus videtur tenere ꝙ ſit.ff cõmuni diuidum.l.ſi quis putans.§.damni & fami.her.l.heredes.§.idem iuris eſt & vide.ff.ſi quis cau.l.& ſi ſeruus.§.ſi plurium.

Venditiões plures dicũtur quando plures res ſunt empte vna precio.

Appellans du pays de droict eſcript amenderont leur fol appel.

QVe les appellans du pays de droict eſcript ſeront condemnez en amende pour le fol appel, comme les appellans du pays couſtumier.

PAtria iuris ſcripti his ſtatutis redacta eſt ad patriam conſuetudinariam, licet non ſit alienum à iure, vt temere appellantes puniātur vltra expēſas in quinquaginta libris argenti, vt in.l.ii.C.de epiſ audien.& in.l. ab executione.C.quo appella non reci facit l.eos.§ fi.C. de appel. Iſta emenda eſt eſt ſexaginta franco.pariſien. in ſupremis curiis, in aliis inferioribus eſt ſexaginta ſolido. cui detrahitur aliquando tertia pars. vide quæ dixi ſupra artic. vi. & viii. Vlterius nota ꝙ iſtæ mulctæ fruſtratoriæ appellantis debēt pauperibus erogari, aut ſaltem aliqua pars textus eſt in di l.ii.C.de de epiſ.audiē.Ideo Neapolis mittuntur ſæpe hoſpitali appellantis, vt dicit paris de pu. in ſuo tracta.ſindi in verbo an carcerarius quod male apud nos ſeruant appellationis iudices qui dicent quòd illa lex ii.loquitur in mulctis eccleſiaſticis, quas non debent epiſcopi imburſare, vt cap.ii ex.de pœ. Quia hic occurrit materia appellationis, de qua aliquid ſupra artic. xxx. eſt dictū: ſequitur videre aliqua de materia ipſius, cū vſus appellandi ſit frequens & neceſſarius, qua quidē appellatione per iudicē ipſius iniquitas ſententiæ, & imperitia iudicātis corrigitur: licet iudices appellationū ſententias ſoleant bene latas in peius reformare, vt dicit iuriſcōſultus, in.l.i.ff de appel.quæ nanq; appellatio interponitur à ſententia diffinitiua interlocutoria, & à grauamine extra iudiciū illato, vt eſt in electionibus, vt in.c.cū ſit Romana. extra de appel.hæc appellatio debet cōtinere perſonā appellantis, & iudicē à quo appellatur, & ſententiā à qua appellatur, vt in.l.i.§.fi.ff.de appel.& cū appellatur à diffinitiua, ſi appellaretur illico poteſt viua voce appellari, vt in l.ii.ff.de appel.& in.l.litigatoribus. C.eo.tit.ſecus eſt in appellatione ab interlocutoria, à qua etiam ſi illico appelletur, & incōtinenti, nō ſufficit ꝙ viua voce appelletur: imo requiritur quòd in ſcriptis, vt in.c.cordi.de appel. lib. vi. Si autē appelletur à diffininitiua ex interuallo bene oportet quòd appelletur in ſcriptis, vt.l.iii.ff de appella. Ita nota.per Bart.& Ange.in dicta lege, litigatoribus. Sed dubitatur modo, quis dicatur Incontinenti, ſeu illico appellare, vt ſciamus quando debet appellari in ſcriptis, & quando vi-

Emenda eſt lx.francorū Pariſien.in ſupremis curiis, in inferioribus eſt lx.ſolidorū.

Appellatio à quibus interponitur.

Appellare illico ſeu incontinenti quis dicatur

do viua voce. gl. in dic. l. ii. tenet quòd in eodem die. idem tenet Ange. in dicta lege litigatoribus. Bal autem ibi dicit incontinenti, iudice ſedente pro tribunali. ita debet communiter ſeruari, quod etiam tenet Bart. in dicta. l. i §. libelli. ff. de appella. & idem voluit glo. in dicta. l. litigatoribus. & Spe. in titu. de appel. §. qualiter, verſi per quæ iura: & ita eſt tenendum, ex quo ſequitur, quòd ſi hora tertiarum lata eſt ſententia, & poſtea eadem die voluerit appellare hora veſperarum, debebit in ſcriptis victus appellare: ſecus ſi hora tertiarum appellauit: quia tunc poteſt viua voce appellare, vt ex ſupradictis notatur. Vnum tamen nota quòd vbi quis interponit appellationem in ſcriptis, neceſſe eſt ꝙ inſerantur verba appello, &c. quæ verba ſi non inſerantur nulla eſt appellatio. Iſtud eſt dictum Ange. in lege errore. C. de teſta. Conſideranda ſunt inſuper quatuor tempora in hac materia appellationis. Primum tempus eſt interponendæ appellationis. Secundum petendi apoſtolos. Tertium tempus ſe præſentandi coram iudice ad quem Quartum tempus proſequendæ appellationis interpoſitæ. De primo & tertio dicetur hic: de ſecundo articulo ſequenti: de quarto dicetur infra artic. cxx. Primum tempus interponendæ appellationis eſt decẽ dierum, vt in auten. hodie. C. de appella. & illud tempus incipit currere à tempore ſcientiæ & ſententiæ, vt vult gloſ. in dic. auen. hodie. Iſtud tempus de momento ad momentum currit, vt eſt glo. nota. in. l. i. §. dies. ff. quando appellã. ſit. hoc tenet Bal. in. l. ſi quando. C. de teſti. Idem tenet Ange. in dic. auten. hodie. C. de appella. Et Spe. tit. de appel. §. reſtat. verſi. ſed nunquid, & verſi. ſequenti notat ꝙ dies ſentẽtiæ computatur in numero. x. dierum, attẽditur tamẽ tempus ſiue hora prolationis, verbi gratia ſententia fuit lata die iouis hora nona, ſequenti die illa hora poterit appellari, & quod dictum eſt, ꝙ tẽpus appellandi currit à tempore ſcientiæ, fallit in eo, qui per procuratorem defenſus eſt, qui vix poſt decendium appellare poteſt, notat idem Spe. dic. ti §. i. ver. illud, & §. reſtat ver. ſed nunquid. Tertium tempus ſe præſentandi corã iudice appellationis, eſt tẽpus quod iudex à quo ſtatuit appellanti, infra

Appellatiõi in ſcriptis verbum appello interponi neceſſe eſt.

Appellationis quatuor tempora.

infra quod ſe præſentet iudici, ad quem cum apoſtolis: ſed hodie non opus eſt apoſtolis, vt art. ſeq. dicetur, & eſt illud tempus de iure in arbitrio iudicis à quo, vt in. l. præſes, & ibi glo. C. de appella. & ſi infra illud tempus non comparuerit appellans coram iudice ad quem, ſuæ appellationi renūciaſſe videtur, vt in. c. perſonas. de appella. & debebit etiam fidẽ facere iudici à quo de ſua præſentatione facta coram iudice ad quẽ, & ad hoc poterit ſtatuere terminũ: & ita faciunt cauti iudices ſecundũ Ang. in dic. l. præſes. Hodie tamen ſecundũ ordinationes regias Caro. vii arti. xvi. ſtatuũtur tres menſes, infra quos ſi appellans nõ proſecutus fuerit appellationẽ dicitur eſſe deſerta, & currunt iſti tres menſes à tẽpore appellationis interpoſitæ, non autem à tempore ſententiæ, ſicut in curſu fataliũ dicitur, vt in auten. ei qui appellat. C. de tempo. appel & in cle, ſicut de appel. facit textus dictæ ordina. Caro. vii. cum ibi dicat qui appellat certè in dubio debemus nos referre ad tẽpus, quo appellatur. Ita tenet Pe. Iaco. in ti. de appel. verſi. forma tunc & tempus fatale nõ currit niſi poſt illos tres menſes: quia de iure præponũtur duo menſes infra quos non currit tempus fatale anni aut biennij, vt in auten. de iudi. §. appellationes. colla. vi. licet illud ibi dicat eſſe ſpeciale Petrus Iac. vbi ſupra, quod nota, quia multi iudices & aduocati errant putãtes illud tẽpus trium mẽſium currere à tempore ſententiæ, quod non eſt verũ. Quæro tunc, an omni tempore poſsit interponi appellatio? reſpondeo ꝙ ſic etiam die feriata ob honorem Dei poteſt offerri libellus appellationis per. l. miles. §. ſexaginta. ff. ad. l. Iul de adul. in quo die feriato libellus poteſt offerri, vt ibi dicitur qđ intelligo verũ in libello, qui porrigitur iudici, in alio autẽ libello porrigendo parti nõ, quia die feriata talis actio nõ poteſt explicari, vt notant Anto. de bu. & Ioan. de Imo. in cap. præterea. de dila. Quæro præterea, vtrum appellatio poſsit interponi coram notario, ſi ibi non ſit iudex appellationis? dico ꝙ ſic, caſus eſt in auten. quæ ſupplicatio. C. de præci. impe. offeren. & ibidem Raph. dicit ſe obtinuiſſe de facto, quia iudex à quo in vltima die, qua debebat interponi appellatio latuit, vt nõ ĩterponeretur appellatio: vnde

Tres menſes à quo tempore currunt.

Appellatio omni tempore interponi poteſt.

Appellatio interponi poteſt corã notario iudice abſente.

citur inuocare qui proſequitur ius, in quo erat, vt eſt glo. not in dic. cap. non ſolum, in glo. fi circa medium, ibi dic tamen, & in l. penul. C. de pigno: actio, ſed tempore primę ſententię, & ante iudex à quo erat in quaſi poſſeſſione detentionis iſtius carcerati: perſeuerando ergo in ſua detentione non dicitur innouare, & poterit talis incarceratus, qui etiam ſtetit per multum tempus in carcere appellare: licet grauamen ſit iam illatum, quia non dicitur appellare ab illato, ſed à grauamine inſtante & ſucceſſiuo: quia iſta incarceratio & detẽtio habet cauſam ſucceſſiuam, & ideo ratione futuræ incarcerationis appellat. Adde regulam, quam ponit Specu. titu. de appella. §. reſtat. verſic. ſed quid dices, quòd ſi grauamen habet vim ſententiæ, puta ſi iudex dicit non eſſe reſpondendum libello, vel petitioni, vel dicit pręcipio, vel volo, vel ſimilia, tũc infra decẽ dies eſt appellandum. Hæc enim vim habent interlocutorie arg. ff. de arb. l. qualem. ff. manda. l. ii. C cõmunia de leg. l. fi. vbi verò alias grauat, vel cõminatur, nunquam grauaminis illatio in rem tranſit iudicatam arg. ex. de cõſti. cum acceſiſent. §. i. dummodo grauamen non habeat vim interlocutorie, quia non omnis vox iudicis eſt ſententia. C. de ſenten. & inter om. iudi. l. ex ſtipulationibus. Quæro ſi iudex pronunciat ſe iudicem competentem, vel incompetentem an poſſit appellari? Reſpondeo quòd ſic. gloſ. eſt in auten. habita. C. ne filius pro patre. textus eſt etiam in cap. ſignificantibus. extra de officio delegati. & eſt ratio quare à ſentẽtia iudicis pronunciantis ſe iudicem incompetentem poſſit appellari, etiam de iure ciuili, quia quotieſcunque poſt interlocutoriam non ſperatur aliqua diffinitiua, à tali ſentẽtia interlocutoria poteſt appellari vt eſt textus in lege prætor. §. permittitur. ff. de minoribus. ſed quando pronunciat ſe iudicem incompetentem non ſperatur amplius aliqua diffinitiua: & hæc eſt bona ratio quare appellatur à ſententia, per quam pronunciatur iudicem fore competentem: ſed non eſt bona ratio, quare poſſit appellari à ſentẽtia, qua quis pronũciat ſe iudicem competentem: ſed ratio huiuſmodi eſt, quia per appellationem à diffinitiua non tollitur huiuſmodi grauamen, igitur. &c. quod

Appellare poteſt incarcerat⁹ à grauamine incarcerationis.

Appellatur à declaratione compstẽtiæ vel incõpetentiæ.

quod eſt verum niſi eſſet quæſtio inter duos iudices de iu riſditione & ſuperior cognoſceret & pronunciat iuriſdi tionem ad alterum pertinere, tunc nõ poterit alter ab hu iuſmodi ſententia appellare. Ita dicit ſingu. Ang. in. l. ii. ff. ſi quis in ius voca. non ie. Itē quæro an à denegata audien tia poſsit appellari, pone iudex non vult dare dilationem ad probandum, iudex non vult admittere probationes? di co quod poteſt appellari ſecundum Bal. in dic. l ii. Item à ſententia lata ab obſeruatiõe iudicii poteſt appellari quæ dicitur interlocutoria glo. eſt ſingu. in l. earum. ff. ſi ſerui vendi, & generaliter ſecundum Bal. ab omni interlocuto ria excludẽte proceſſum poteſt appellari. Item poteſt ap pellari à taxatione expenſarum ſecundum Inno in c. fin. extra quod metus cauſa. Quæro vlterius ſi iudex pronun ciet appellationem eſſe deſertam, nunquid à tali ſentẽtia poſſit appellari? determinat Bal. quod ſic. & bene dicit: quia iſta interlocutoria habet vim diffinitiuæ, & quotieſ cunque interlocutoria habet vim diffinitiuæ à tali inter locutoria ſemper poteſt appellari, caſus eſt in l. intra vti le ff. de mino. Ideo vtilius eſt victo ſe abſentare, & nõ pro ſequi appellationem interpoſitam, & permittere pronun ciare appellationem eſſe deſertam ex his omnibus ſub bre uitate eſt concludendum de iure ciuili regulariter ab in terlocutoria non poſſe appellari Ab iſta regula ſunt tres fallentiæ, & ſic tres facio concluſiones, ſcilicet quòd ab illa interlocutoria poteſt appellari quando grauamen nõ poteſt reparari poſtquam obtentum fuerit in diffinitiua Hæc regula probatur in l. ii. ff de appella. Secunda ſit iſta ab illa interlocutoria poteſt appellari, quæ habet vim dif finitiuæ, hæc regula probatur in l. intra vtile ff. de mino. Tertia regula ſit iſta ab interlocutoria poſtquam non ſe qui ſperatur aliqua diffinitiua poteſt appellari. Hæc er go ꝓbatur in l. ait pretor § permittitur ff. de mino. Quæ ro verum aliqua ſit differentia in appellatione ab interlo cutoria in caſibus in quibus poterit appellari, & in appel latione à diffinitiua? ſupra poſui vnam differentiam: quia appellatione pendente à diffinitiua nihil debet innouari: ſecus in appellationibus ab interlocutoria: quia appella tione

Appellare an liceat à denegata audientia.

Appellare licet ob omni interlocutoria habente vim diffinitiuæ.

Appellatio ab interlocutoria quomodo differt ab appellatione à diffinitiua.

tione pédéte pôt innouari, niſi expreſſè ſit ꝓhibitú per ſu periorẽ. vt in c. nõ ſolú de appella. lib. vi. Eſt alia differẽtia quia ĩ appellatiõe à diffinitiua nõ reqritur expreſſio cauſæ, vt in l ſcio. ff. de appel. in appel. autẽ ab interlocutoria debet exprimi, & ſpecificari cauſa, vt in c. vt debit⁹ de appella. & c. cordi. eo. ti. lib. vi. & in ordina. Ludo. xii. arti. lvii. facit quod no. per gl. & Bal. in l. minoribus ff. de his quib⁹ vt indig. Item appellari debet ab interlocutoria in ſcriptis, vt in dic. c. vt debitus & in c. cordi vbi autẽ appellatur à diffinitiua incõtinenti poteſt appellari viua voce. vt in dic l. ii. ff. de appella. alias nõ, ſunt tamẽ aliqui caſus vbi fertur ſententia contra cõfeſſum. nam poteſt à tali ſententia appellari, ſed in eius appellatione debet exprimi cauſa: puta, quia dicat. domine iudex lata eſt contra me ſẽtentia: quia confeſſus ſum, &c. ego appello: quia mea confeſſio eſt facta per metum. vel confeſſus fui metu gloſſ. eſt ſingu. in c. Romana in §. ſinautem de appella. lib. vi. quá glo. ſequuntur docto, Secundo fallit in appellatione reductionis ad arbitriú boni viri: quia debet exprimi qualitas & quantitas leſionis, alias ſimplex appellatio nõ tenet. vt notat Bal in l. vnica C. de his quæ pœnæ nomine. Tertio fallit ſi latæ ſunt tres ſententiæ conformes, & nonobſtãte hoc victus appellet ſi iudex pronunciat non eſſe deferẽdum appellationi appellans à tali ſẽtẽtia debet exprimere cauſam ſecundum Ioan de Imo. in. c. cupientes de electi. lib. vi & idem tenet Bal. in. l. vnica. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouo. Quarto fallit quando commiſſa eſt cauſa alicui cũ clauſula appellatione remota. nã debet talis appellans exprimere cauſam, alias non tenet appellatio. Ita tenet ſingulariter Inno. in. c. vt debitus, extra de appella. & cõcludo iſtam regulam, quod vbicúque prohibetur appellare, ſi quis appellat tenetur exprimere cauſam, alias nõ tenet appellatio. Ita dicit Lap⁹ in. c. Romana in §. ſinautem de appella. lib. vi. & ibi voluit glo. in verbo mandetur & præſumptio iuris eſt contra appellantem, vnde cum non poſsit appellare, debet exprimere cauſam in iſta appellatiõe. & ſic non eſt mirú ſi quãdo appellatur á ſententia cauſæ, de qua quis cognoſsit appellatiõe remota

Quæ ordinatiões fuerunt publicatæ. anno. M. D. xii.

Appellationis cauſa in multis caſibus eſt exprimenda.

remota debeat exprimi cauſa quia preſumptio eſt cõtra appellantem Idem quando ſunt latæ tres ſententiæ cõformes. iudex pronunciat non eſſe deferendum appellationi præſumptio enim eſt contra appellãtem: quia in vna eademque cauſa nõ licet tertio prouocare. vt in rubro & in nigro non liceat in vna & eadem cauſa tertio prouo. Eſt etiam alia differentia inter appellationem à diffinitiua & ab interlocutoria: quia in cauſa appellatiõis à diffinitiua poteſt fieri iuſtificatio ex nouis probationibus, vt l. eos. § i C de appella. & in l per hanc C. de tempo appella in appellatione autem ab interlocutoria nõ poſſunt fieri nouæ probatiões imo debet ipſa appellatio iuſtificari ex antiquis actis, vt in cle. appellati de appella. Quare dicit Bal. in addi ad ſpe. titu. de appel § confeſſus ver. item quæritur quod de iure ciuili in cauſa appellationis ſi probationes non ſunt plene licet plene probare. vt eſt caſus C. de appel. l. eos §. i. & in l. in offerendis §. fina. & l. amplio- §. i. C. de tempo. appel l. per hanc ſed in foro eccleſiaſtico ſecus, vt eſt textus in cle fin. de teſti. prima tamen opinio legiſtrarũ ratione preualet ſecundum eundem Bald. licet Guido papa ſingu. 108. & 109. dicat quod opinio canoniſtrarũ ſeruatur in practica & intellige dic. l. per hãc C. de tempo àppel. ꝙ in cauſa appellatiõis nõ deducta deducã. & nõ ꝓbata ꝓbabo vt ꝓbetur: ſeu deducatur aliq̃d in cauſa appellatiõis de nouo circa prius petita in cauſa principali nõ autẽ vt aliq̃d de nouo petatur & ſuper eo aliq̃d probetur: ſeu deducat̃ ꝙ nõ ſit petitũ in cauſa principali q̃a hoc nõ ꝑtinet ad iudicẽ appellatiõis vt dic. l. eos. C. de appel. ita ſingu. dicit Abb. in capitulo ſignificauerunt de excep. quod nota quia pauci aduertunt. Vlterius quæro quando appellatur ab executione in caſibus permiſſis, videlicet quando exceditur modus in executione, vt in lege. ab executione C. quo appellatio. non reci. an debeat appellari ſicut fit in diffinitiua, an ſicut fit in interlocutoria? Reſpondeo ſecundum Cy. Bartolum. Baldum & Angel. quod debet appellari ſicut quando appellatur ab interlocutoria, & ſic debet inſeri cauſa in ſcriptis. Sed quid in reductiõe ad arbitriũ boni viri

Appellatiões ab interlocutoria non poſſunt fieri noua probationes.

leſionis,& hoc reſpectu,nouas probationes poterit facere Enormis leſio in præſenti materia dicitur,ſi quis grauatus eſt in ſexta parte,vt.l.vnde ſi nerue.cum.l. ſequenti.ff.pro ſocio.ſecundum Bar.in dic.§.arbitrorum.in cõtractu venditionis,vel alienationis, dicitur enormis leſio vltra dimidiam iuſti precii,vt in lege ſecunda. C . de reſcin.vendi.ex quibus poteſt quæri an per pactum poſsit renunciari reductioni ad arbitrium boni viri,vt quotidie fit, & dico ꝙ non ſi interueniat dolus arbitratoris in ſẽtẽtia,eodem modo ſi non interueniat dolus:ſed adeſt leſio in magna quantitate: ſi autem in parua quantitate tenet renunciatio ſecundum Barto.in dic.§.arbitrorum. Adde ꝙ à ſenten.arbitrorum nõ appellatur nec appetitione de reducendo arbitrio arbitratoris ad arbitriũ boni viri vt tenet Ioan.And.in addi.ad Spe.ti. de appel. §.in quibus ver.quid ſi cõuenit Bar.tamen in.l.fin. ff. de appel.recep.tenet ꝙ ex iuſta cauſa poteſt appella. Eſt præterea aduertendum circa hanc materiam appellationis,quòd appellatio interpoſita coram iudice à quo habet vim libelli, adeo quod iudex ad quem poteſt procedere ſuper ea,nullo alio libello porrecto. Ita tenet Bald. in.l.ſi quis libellos.C.de appellatio Quæro pro declaratione huius materiæ vtrum appellatione pendente poſsit aliquid innouari?dic quòd regula eſt quæ notatur in rubro & in nigro.ff.nihil no.appella.penden.quæ qualiter procedat vide p Ange.in.l.p hanc.C.de tempo.appel. & & Lanfrã.vbi ſupra.Hæc regula tamen fallit in quinque caſibus,in quibus poteſt innouari appellatione pẽdente. Primo innouari poteſt ex prouiſione legis.vt dic.l.p hãc Secũdo fallit in innouatione,quę fit contra appellationẽ partium,quam fieri,aut non fieri non intereſt appellãtis. caſus eſt ſingularis in.l.creditor.ff.mãda.in prin. Tertio fallit quãdo poteſt attentari id quod potuiſſet attẽtari in cauſa principali,vt in.l.poſtquã in.§.impator. ff. vt leg. nomine cauea. Quarto fallit quãdo appellando innouat appellans quod fieri nõ debet,vt.l.eos.§.ſuphis.&.l. minime.C.de appella. Quinto fallit quando appellatio eſt fruſtratoria euidẽter,& friuola:quia tunc nõobſtãte tali

Leſio enormis quomodo dicitur.

Appellatiõe pendente an poſſit aliquid innouari.

appellatione eſt innouandũ, & poteſt fieri executio, vt in c. cũ appellationibus friuolis de appella. lib. vi. imo iudex tali appellatione pendente non tenetur differre executioné, vt ibi dicitur ſecundũ quod etiam tenet Ang. in. l. abſtinendum. C. quo appella. non reci. Iſtas fallentias ponit Ang. in dic. l. per hanc licet glo. pracma. ſanctio. in. §. quodque. in verbo iuſte in fine dicat quòd omni appellationi de cõſuetudine regni Franciæ defertur: extat tamen ordinatio. Frãciſci regis noſtri moderni ar iiii. & v. ꝙ appellationi ab interlocutoria, cuius grauamẽ eſt reparabile in diffinitiua, nõ eſt deferendũ neque ſuperſedendum, etiam propter inhibitionem ſuperioris vtiná bene ſeruaretur. Nota inſuper ꝙ appellatio ab interlocutoria iudiciali & extraiudiciali cõuenit in hoc: quia in vtraque terminus appellandi eſt decem dierum, & debet in appellatione exprimi cauſa in ſcriptis. textus eſt in. c. cõcertationi de appel. lib. vi. Quæro quo ordine ſit appellandũ? dic. quòd ab inferiore ad ſuperiorem, vt. l. i. in prin. ff. de appel. à ſuperiore autem ad inferiorem appellari non potem, nec à pari ad parem, cũ par in parem nõ habet imperiũ, vt in. l. nam magiſtratus. ff de arb. & in. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad trebel. & in. c. innotuit de electio. ſed in hoc eſt differentia inter ius canonicũ & ciuile. nam de iure canonico appellatur ab inferiore ad ſupiorẽ omiſſo medio, vt. ii. quæſtio. ii. c. metropolitanũ, & eſt glo. in. ca. ſi duobus extra de appel. Hodie tamen vtroque iure non licet appellare omiſſo medio, vt in pracma. ſanctio. in. §. ſtatuit in ti. de cauſis, & ibi glo. in verbo immediatũ, vbi quęrit nũquid ſit neceſſe exprimere ad quẽ iudicem quis appellet, & dicit ꝙ non. l. i. §. ſi quis. ff. de appella. per textum. l. qui Romæ. §. ſeia. ad finem. ff. de verb. obliga. vbi valet appellatio ad competẽtem iudicem glo. in. l. cũ proponas. C. de bo. aucto. iudi. poſſi. & ibi Bal. & quando appellans nõ exprimit ad quem appellet, intelligitur appellare ad immediatũ, quia gradatim eſt appellandũ no. Archi. ii. quæſtio. vi. c. anteriorum Ioan. An. in. c. vt debitus & ibi docto. de appel. Spe. eo. tit. §. nunc tractemus verſi. quid ſi appellans Bal. in. l. apertiſsimi. C de iudi. Itẽ quęro,

Appellare ad ſuperiorem omiſſo medio non licet.

ſto, pone lata eſt ſentētia per tres iudices delegatos, vel p tres arbitros, nunquid neceſſe ſit appellare ab eorum ſententia corā omnibus iudicibus, vel ſufficiat appellare coram vno? Reſpondeo, ꝙ ſufficit appellare coram maiori parte: vnde ſi tres iudices tulerunt ſentētiā ſufficit appellare coram duobus. textus eſt in cle. i. de appel. Si autem maior pars non reperiretur, tunc ſufficit corā vno, & coram honeſtis perſonis appellare. ꝓteſtatione ꝓpoſita ſecundum glo. in dic. cle i. in verbo maiori, eodem modo ſi lata foret ſententia per vnū iudicem tantum, & nō poſſet haberi copia iudicis à quo eſt appellatum. tūc ſufficit appellare coram honeſtis perſonis proteſtatiōe propoſita, ex quo nō poteſt reperiri iudex, à quo eſt appellatū, vt eſt textus in. c. ſi de appel. & ibi tenet glo. & Ang. in. l ii. C. de his qui per metum iudi. non appel. & etiam Imo. tenet Idem in dic. c ſi. plus voluit Ioan. And. in dic. cle. i. in glo. quòd vbi nō poteſt haberi copia iudicis, ſufficit appellari corā iudice ad quem. quod intellige ſemper præmiſſa ꝓteſtatione, quòd non habetur copia iudicis à quo per dic. c. ſi. facit ad hoc quòd habetur in ſimili, de eo qui per metū iudicis non audet appellare corā iudice à quo: quia ſufficit tūc appellare coram publicis perſonis, præmiſſa ꝓteſtatione, in qua apponitur cauſa. quare non appellet coram iudice à quo vt dic. c. ſi & l. ii. C. de his qui per metum iudi. non appel. ſed in huiuſmodi appellatione ad hoc vt teneat, plura requirūtur, quæ ponit Lāfrā. vbi ſuprà. Addo vnū in materia innouationis, de qua dixi ſupra ꝙ ſi appellatione pendente dilapidarentur fructus per poſſeſſorem. poterit peti ſequeſtratio ipſorū fructuum, vt l. imperatores. §. ibidem reſcripſerunt. ff. de appella. & fructus dicuntur dilapidari etiam ſi conuertātur in proprios vſus ſecūdum Archi. xii. quæ io. ii. c. & quia res. Idem etiam tenet Ange. in. l. diuus. ff. de peti. hære. & eodem modo dicendum eſt in cauſa principali, licet nulla lege hoc cautū reperiatur. Ita determinat Bal. in. ſi fideiuſſor. § fi. ff. qui ſatiſda. cogan. aliàs autem ſi non fiat dilapidatio fructuū ad inſtantiam petitoris, fructus nō debēt ſequeſtrari aduerſario exiſtēte poſſeſſore. Imo debet

Appellatio à ſententia arbitrorum

Sequeſtratio fructuū quando peti poteſt appellatione pendente,

iudex precipere petitori, vt non moleſtet poſſeſſorem in ſua poſſeſsione, cum lite pendente nihil debeat innouari: poterit tamen deſcriptio fructuū fieri lite pendente ſi judici viſum fuerit. hęc eſt ſentē. Bal. in. ſi. C. de edic. diui Adria. tollen. quod voluit Inno. in. c. in præſentia. in verbo petant de proba. Quæro vlterius vtrū appellatio per vnū ex cōſortibus interpoſita proſit alteri nō appellāti? dico ꝙ ſic vbi eadem eſt cauſa defenſionis, & cauſa non eſt ſeparata. aliàs non prodeſſet. textus eſt in. l. ſi qui ſeparatim. §. quotieſcunque ff. de appel. Ita determinat Bald. in. l. i. C. ſi vnus ex pluri. quod habuit ab Spe. titu. de appel. §. i. ver. Item ſi plures qui verſi. ſequenti notat ꝙ licet cōſors qui appellauit cōponat cū actore & alter conſors vult appellationis cauſam exercere poteſt & idem tenet ibi Ioan. And. in addi. appellatio tamen interpoſita per non confeſſum, non proderit conſocio, qui non fuit confeſſus in cauſa principali ſecundum Bald. in dic. l. i. quæ nota, quia quotidiana ſunt. l. legaui. ff. de lib. leg. Quis poſsit appellare & quādo ſit appellandū, vide per eundem Spe. titu. de appel. §. i. & . ii. & per nepotē de monte albano in ſuo libello fugitiuo titu. exceptiōes cōtra appellationes.

Appellatio vnius ex cōſortibus an proſit alteri

Ne ſera plus beſoing de demander apoſtres aux appellans de droict eſcript.

NOus declarons, & ordonns qu'il ne ſera beſoing cy apres aux appellans de droict eſcript de demander apoſtres, ainſi qu'il à eſté faict cy deuant, aincois ſeront receuz les appellans à faire pourſuyte de leurſdictes appellations, ſans auoir demandé leſdictz apoſtres, & ſans ce qu'il ſoit beſoing en faire aucunemēt apparoir.

Quanta

QVanta ſit legũ & canonũ abrogatio per iſta ſtatuta regia, nemo eſt, qui neſciat. Vbiq; varia ſunt ſtatuta, & cõſuetudines, quę tollunt, rũpunt, & fragilitãt leges & canones, & male ſ͠m Bal. in ſua prac. ti quæ ſint partes iudicis quãdo fruſtra appel. vide ſupra in prœmio. Circa tertiũ tempus quod eſt petẽdi apoſtolos, de quo promiſi dicere arti. præcedenti, eſt triginta dierũ. vt in. l. iudicibus. C. de appel. quod tẽpus incipit currere à tẽpore latæ ſentẽtiæ, vt in dic. l. iudices, & ſic ſpectat ad ſollicitudinẽ litigantis petere apoſtolos à tẽpore latæ ſenten. ſecũdũ Bal. ibi: & poteſt appellãs, ſi vult appel. etiã petere apoſtolos, vel etiã per ſe hoc facere: ita ꝙ nõ eſt vis ſecũdũ glo. in cle. quãuis de appel. pœna aũt appel. nõ petentis apoſtolos infra triginta dies erat ante hoc ſtatutũ, ꝙ videbatur ſuæ appel. renunciaſſe. vt in dic. cle. quãuis. & in. c. ab eo de appel. lib. vi. Idem ſi poſtquã appellãs petiit apoſtolos, iudex reſpõdet dare illos velle in certo termino ad accipiendũ apoſtolos, cũ & ipſos obtulerit iudex, appel. nolit accipere, videtur tũc etiã appel. renũciaſſe: vbi aũt iudex ſtatuiſſet terminũ certũ ad accipiendũ apoſtolos, & appellãs cõparet ĩ illo termĩo, nõ ſufficit niſi petat ſ͠m Bal. in dic. l. iudicibus. ſi autem iudex in termino ſtatuto nõ dederit apoſtolos, ſed aliũ terminũ adhuc ſtatuerit, dato ꝙ in illo termino nõ cõparuerit iſte appellans, nec petierit hos dari ſibi, nõ ſibi nocet. Ita tenet glo in dict. cle quãuis, quæ pœna nõ petentis apoſtolos eſt hic ſublata: nõ tamen ſublata eſt ſolẽnitas petendi apoſtolos, ſed quod erat neceſſariũ, factum eſt voluntarium argu. l non quicquid. ff. de iudi. bonum eſſet in multis aliis idem ſtatuere, vt cum agitur de bona fide, nõ eſſet curandum de iuris apicibus. vt. l. fideiuſſor. §. quædam. ff mãda. Et ſunt apoſtoli quędã literæ dimiſſoriæ, quas iudex, à quo appellatur, tradit appellanti deferẽdas iudici, ad quem eſt appellatũ, in quibus cõtinetur qualiter talis pſona ab eius ſenten. appellauit, vt in. l. i. ff. de libel. dimiſſo. & debent iſti apoſtoli ſæpius peti per interualla dierũ, vt probatur in dic. l. i. & notat gl. in. c. ab eo, de appel. lib. vi. quod fortaſſe fuit inductũ, quia iudices diuerſis negociis occupa-

Statuta varia & cõſuetudines tollũt leges & canones.

Apoſtolos petere infra trigĩta dies neceſſe eſt.

Apoſtoli ſi petantur cũ iuris ſolennitate peti debent.

ti non poſſunt omnia retinere in memoria facit.lii. quæſtio.vi.in.c.poſt appellationem.in fine:de cõſuetudine tamen hodie approbatur cle.ii.de appella.ꝙ ſufficit,ꝙ eodem cõtextu & eodem tempore petantur. Ita tenet prac. Papien.in forma appel.à ſenten diffi in gloſſ. petens formam reſponſionis,quã debet facere iudex petenti apoſtolos. Aduerte tamẽ ꝙ ſi iudex in cauſa procedat poſtquã fuerunt petiti apoſtoli niſi appellationi renũciatum eſſet inualidus eſt proceſſus,vt eſt textus in c.vt ſup de appella.lib.vi.iuncta gl.in.c.cordi.eo.ti.& de forma apoſtolorum.vide per eũdem de Ferra.in duobus ti ſequen. Spe. ti.de appel ver.ſequitur in tertia parte ſui operis vbi ponit quinque ſpecies apoſtolorum, ſcilicet conuentionales,teſtimoniales dilatorios,refutatorios, & reuerentiales.cuius expenſis debeant dari apoſtoli vide glo.in cle. quanuis.vbi format hanc quæſtionem in verbo oblatos quam notet iudex maior petra,contra quam iudicauit anno elapſo,& ſenten. à me bene latam in peius reformauit,vt ſæpe facit iuxta l.i.in prin.ff.de appella.Itẽ eſt aduertendum ꝙ in omni appellatione interponenda nõ eſt neceſſaria præſentia aduerſarii:nam poterit quis appellare non citata parte,& poterit recipere apoſtolos infra terminum ſibi præfixũ,ſed poſtmodum tenebitur inſinuare parti.textus eſt nota.in cle.i.de appella.& iſtos apoſtolos non tenebitur appellans petere quando appellat in caſu, quo non poteſt habere copiam iudicis à quo, vel in caſu in quo non audet appellare ꝓpter metũ: & hæc eſt ratio, quia ille non eſt iudex,qui debet dare apoſtolos. Ita tenent glo.& Bal.in l ii.C.de his qui per metum iudi.non appella. Nota practicam,quando petuntur apoſtoli, qua poteſt vti iudex,quãdo vult illaqueare peſſimũ appellantẽ,videlicet ꝙ apoſtolos in forma cõiter vſitata incontinenti nõ tradat,ſed reſpõdeat ſe eos traditurũ die penultima termini iuris tali hora,puta.xii. Tunc enim ſi appellans non cõpareat corã eo dicta hora ad petẽdos apoſtolos,appellatio eſt deſerta ſiue ante ſiue poſt cõparuerit, vt cle.quãuis de appel.notat Math.Math ſingu.21. à qua cautela & ſimilibus eſt abſtinendũ in foro conſcientiæ.

Cautela ad illaqueãdũ peſſimũ appellantem.

Pour chacun fol appel vne amende ordinaire.

QVe en toutes matieres, ou il y aura pluſieurs appellations, y aura pour chaſcun appel, vne amende ordinaire du fol appel, ſans les pouuoir aucunement reduyre, ou moderer, ſinon en noz cours ſouueraines s'il ſe trouuoit qu'il ſe deuſt ainſi faire pour treſgrande & treſurgente cauſe, dont nous chargeõs l'honneur & conſcience deſdictes cours. *Article. CXVIII.*

NOta quòd in textu deficit vnum verbum poſt verbum, *reduyre*, ſcilicet. *en vne* Ideo debet ſubaudiri ſicut verbum quondam ſubauditur ad orationem legalem, vt eſt glo. in. l. libertum. C. de nup. quã ibi commẽdat Bal. & verbũ volo, vt. l. verbum volo C. de fideicõ. liber de verbo moderari dixi ſupra arti. xij. Nunc quæro an inſtrumẽtum in quo mortuo patre dicitur filius talis, cum ille non ſit in rerum natura, reddatur vitioſum, & videtur prima facie dicendum quòd ſic, quia per mortem filiatio extinguitur, & patre mortuo non dicitur filius, nam mors omnia ſoluit, in auten. de nup. §. deinceps colla. iiii. contrariũ tamen eſt verum, & debet fieri ſuppletio, filius Sempronij ſcilicet quondam, vel olim glo. habes in. l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. peta. & hoc voluit ibi Bar. & Alexan. in addi. & pro illa glo. & doctrina Bar. do tibi caſum in c. Raynaldus de teſta. vbi Pepo ille erat mortuus. ita tenet Spe. in titu. de inſtru. edi. §. inſtrumentum, ver. quid ſi ita. Aduerte ꝙ vbi textus ſimpliciter imponit pœnam nõ exprimens cui ſit applicãda, videtur ꝙ fiſco applicetur. C. de ſacroſã. eccl. l. iubemus §. his quoq;. ſecus quãdo pœna imponitur per modum pactionis, quia tũc venit applicanda parti. ff. ex quib. cauſis infa. irrog. l. j. Idem ſi imponitur propter intereſſe priuatũ, in dubio applicatur parti. l. fina. ff. de leg. de quo per Inno. in. c. odoardus. de ſolu. Bar. in. l.

Verbũ quãdoque ſubauditur ad orationẽ legalem.

Inſtrumentũ nõ vitiatur in quo mortuo patre dicitur filius talis

l agraria.ff.de termi.mo.Ioan.And.in addi.Spe.tit. de do lo & contumacia.§.reſtat.circa prin. vbi dicit ꝙ vbicunq; pœna datur pro aliquo,accuſatori cedet,& non fiſco,niſi lex illam dimidiari præciperet.Bal. in.l.ii.C. de epiſc.audien.Ange.in auten.vt nulli iudi.§.quoniã.colla.ix. vide quod dixi ſupra arti xxxix.ſed prædictis obſtat.l.ii.C. de epiſc.audien.vbi pœna quinquaginta librarum,in qua condemnatur clericus iniuſté appellans,erogatur pauperibus.dic.quòd.l.illa in ſuo caſu loquitur. Et nota quod ſecundum leges calumnioſè appellans vltra condemnationem expenſarum condemnatur in quinquaginta libris auri,vt dic.l,ii.&.l.ab executore.C.quo appella. non reci.& in cauſa criminali perdita lite,notatur infamia.l.à pro cõſulibus.C.de appel.& ſentit glo.in.c.ad Romanã.ii. quæſtio.vj.Ioan.And.in c.vt debitus.eo.tit.ſentit ꝙ prædictæ pœnæ legales habent locum de iure canonico,ex quo nõ reperiebatur olim contrarium diſpoſitum de iure canonico:ſed Panor.ibidem contra per.c.ii.de appella. vbi papa tantummodo redarguit temere appellantem,facit.c.reprehenſibilis,eo.tit & dic c.vt debitus, vbi ſimpliciter papa mandat temere appellanté condemnari in expenſis:& hãc opinionem tenet gloſa in.l.j.ff.a qui.appel.non licet: ſentit Cy.in.l.eos,& ibi Bal.C.de appella Spe.eo. tit.§. nunc dicamus.in prin.Bal.in dic.l.ii.Panor.tamen latius diſtinguit in dic.c.ii.aut quis temerè appellauit, & punitur de iure ciuili,vt in legibus alleg.quæ non requirunt ad hoc calumniam.ad idem.l.quiſquis.C.quo appella. non re. ii. quæſtione ſexta,prope finem.c.ſi quis auſus :ſed de iure canonico talis non punitur , niſi in expenſis : ſed ſi non eſt ſoluendo poteſt puniri in corpus vt dic. c. reprehenſibilis.c.finem.de dolo, & contuma.c j. de electio in.vj. quia qui non habet in ere luat in corpore, eſt dubium in ciuilibus l.ſi id quod.ff.de iuriſdi.omni.iudi. vt notat Ludo. Ro.ſingu.xxiiij.Putat tamen quòd alia pœna extrinſeca puniri poterit, ſi iudici videbitur arg c.frequẽs.de reſtit. ſpo.in vj.l.non ignorat.C.de fruc & li. expen. vide ſupra arti.viii. ℂℂ Adde Spec tit.de appel.§.nũc dicamus ver. i.vbi dicit quòd temere appellans debet puniri ſecundum leges

Appellans calumnioſè in quo condemnatur.

leges in quinquaginta libris argenti, vel efficitur infamis, vt dic legibus, ab executore, & à procõſulibus ſecundum canones remittendus eſt ad eum, à quo appellauit condem natus in expenſis, vt in c. vt debitus de appell. ❧ Niſi appellans haberet iuſtam cauſam appellandi, quia tunc excũſatur à pœna & emenda, vt dicto capite primo, de elect. in vj. in fine cum ibi nota. ad hoc not. per Bart. in lege ſecunda. C. ſi ſeruus, vel liber. ad decu. aſpir. lib. x. Ioan. An. in cap. cum dilecti de elect. quòd boni ingenij iudex ſuo arbitrio eſtimabit. l. i. de leg. ii. & hoc eſt quod vult textus quando dicit, *ſinon qu'il ſe trouuaſt qu'ainſi ſe deuſt faire, &c.* vt in ſimili de expenſis dicitur, de quo Bald. in dicta lege ſecunda. C. de epiſco. audien. vel niſi ſit inops: quia propter inopiam ei pœna temeritatis remittitur per not. in dicto cap. reprehenſibilis. & ibi Bal. aut quis calumnioſè appellauit, & tunc in præſumpta calumnia Idem dicendum eſt, quod ſupra: non eo ipſo quòd appellans ſuccumbit præſumitur calumniatus, vt probatur in dicto ca. j. ad hoc c. fina. cum ibi nota. de calum. quod notat Bar in. l. fina. ff. de re iudi. & ſatis probatur iũcto c. j. quòd de iure canonico nó habent locum prædictæ pœnæ legales: nam ibi pro præſumpta calumnia imponitur alia pœna, & in certo caſu tantum, ſcilicet cum quis deficit in probãdo, quod obiecit in perſonam electi: aut quis poteſt conuinci de calumnia ex perſpicuis coniecturis, vel quòd contemptus appellauerit: & tunc puniri debet de iure canonico, pœna tamen arbitraria ad hoc. c. cum parati de appella. ſecundum vnum intellectum, nam calumniæ delictum non debet remanere impunitum, etiam de iure canonico. c calumniam de pœ. & de calum. per totum, ſed hodie per textum pragmaticæ ſanctionis, titu. de friuo. appella. §. quodque friuolè, vel iniuſtè appellans ante diffinitiuam punitur pœna pecuniaria in quindecim florenis auri de camera, id eſt quindecim ducatis: qui textus bene probat, quòd de iure canonico non habent locũ prædictę pœnę legales, cũ pro temeraria appellatione imponatur alia pœna, & in certo caſu tãtũ, ſcilicet in appellatiõe ante diffinitiuã: & poteſt etiam iudex talem appellantem ab interlocutoria fruſtratoriè

Appellare qui habet iuſtã cauſam appellandi, excuſatur à pœna & emenda.

Appellans iniuſte ante ſententiam punitur in foro eccleſiaſtico.

toriè, vt cótumacem mulctare. c. ſolicicitudiné. vbi Panor. de appella. & ad vlteriora procedere, ſi ſtatus cauſæ patitur. c. ii de dolo, & contuma. in vj. nec poterit huiuſmodi appellans poſtea appellare à diffinitiua, ſi fuerit eius appellatio ab interlocutoria manifeſtè friuola Ioan. And. in. c. licet. de appel. glo. in cle. conſtitutionem. §. inſuper de elec. Et intellige hanc ordinationem, quod pro qualibet appellatione ſoluitur emenda ordinaria, quæ eſt in curia ſeneſchalli ſexaginta ſolidorum, cui detrahitur aliquando tertia pars: & curia parlamenti ſexaginta librarum Pariſienſium, de qua emenda facit mentionem glo. prac. ſanct. vbi ſupra in verbo appellatæ, niſi vbi pronunciaretur in parte bene, & in parte male iudicatum: quia tunc nulla debetur emenda, nec hoc caſu appellans códemnatur in expenſis, ſed fit hincinde cópéſatio expenſarú, arg. c. Raynutius & c. Raynaldus de teſta. c. cum Ioannes de fide inſtru. vbi iudex, qui in vno confimat ſententiá, & & in alio infirmat, non condemnat in expenſis. Bar. in auten. hodie. C. de iudi. vbi dicit hoc caſu fieri compenſationem expenſarum, ſi vterque habuit iuſtam cauſam litigandi, vel ſi quilibet obtinuit in dimidia. vide Bar. in auten. poſt iuſiurandum. C. de iudi. Spec. in titu de expen. §. nunc videndum, circa finem. Inno & doct. in c. fina. de dolo & contuma. Sicu. in. c. i. de plus peti. in ſtilo parlamenti. ☙ Et ideo cautus aduocatus debet iuſtum articulum diuidere ab iniuſto, & ſuper iniuſto debet tantummodo appellare, vt patet in dic. c. Raynaldus. §. à cuius ſentétia, & c. Raynutius. ☙ an appellans, vel iudex teneatur ſoluere, & c. ver. Item vbi appellatio, & ibi Aufred. ſed Bald. dicit in dicta lege eos, quòd in articulis ſeparatis ſi quis vicit in vno articulo, & in alio vincitur debet condemnari in expenſis, ſed in connexis debet inſpici quis habet ſententiam pro ſe, & ille dicitur victor, alter dicitur victus, qui debet condemnari in expenſis, de quo per Specu. vbi ſupra. per Innocen. & doctores in capite finem de dolo & contuma. Panormitanus in capite primo, de plus peti. quod nota tu imperite, qui pridie tuliſti ſententiam, licet in vno articulo dixiſſes bene iudicatum, & male, condemnaſti partem in emenda,

Appellans non debet emendam ſi in parte bene indicatũ fuiſſe pronunciatur.

quod

quod eſt pluſquam aſininum, & tãto iudice, quem te dicis cum aliis tuis aſellis, qui tibi aſsident indignum, & nunquam obliuiſcaris. Nota præterea, quòd vbi quidam appellat ex pluribus cauſis, non proteſtans quòd non abſtringit ſe ad omnes probandas, tandem non probat, vel non proſequitur, niſi vnam, non tamen videtur appellationem deſeruiſſe propter alias cauſas deſertas, vel non probatas: quia vna bona cauſa ſufficit. ff. de appella. l. appellanti. §. non ſolent.

Apres deux ſignifications de venir plvider en cauſe d'appel ſera donné exploict.

Qve es cauſes & matieres d'appel, ou il y aura deux ſignifications de requeſtes deuement faictes au procureur de la partie, & il ne ſoit preſt au iour de l'audience, ſera donne exploict tout ainſi que ſi la cauſe eſtoit au rolle, qui ne pourra eſtre rabbaru par reliefuement de noz chancelleries, ne autrement en quelque maniere que ce ſoit. *Art. cxix.*

Facit textus in capite finali de cõfeſſ libro ſexto, lege de ætate. §. qui tacuit. ff de interrog. actio. & ibi Bartolus, vbi tacens habetur pro confeſſo, ſi confeſsio eſt ſibi damnoſa, ſi confeſsio eſt ſibi vtilis, tunc habetur pro negante ſecundum gloſam, in dicto capite fina. in verbo pro confeſſo, & Bald. in lege ſecunda. §. quod obſeruari. C. de iura ob. calum. dando, & in lege vna. C. de confeſſ. & ſic intellige verba Gallica *ſera donnè exploict*, id eſt, pronunciabitur pro bene iudicato, ſi eſt appellans, ſi eſt appellatus pro malè iudicato: præſumptio enim eſt cõtra fugientem vt in. §. ſi vero. in autent. de exhibend. re. colla. v. & in cap. nullus extra de prꝺſumptio. Sed quꝺro quomodo dabitur expletum, ſeu pronunciabitur pro bene iudicato, vel malè lite non conteſtata, cum in cauſa appellationis lis debeat conteſta-

Tacens in quibus habetur pro cõfeſſo aut negante.

conteſtari, vt in cap. Raynaldus. §. dilectus, iuncta gloſ. in verbo conteſtata, dic ſecundum Angel. quòd ſi vtraque pars eſt præſens, lis debet conteſtari: ſi autem altera pars eſt abſens, non requiritur litis conteſtatio. textus eſt in lege fina. § illud. C. de tempo. appella. & etiam determinat Ange. ibi, & Matthæus Math. in ſingu. ſuis ſingu. lxvi. dicit idem eſſe, ſi ambabus partibus præſentibus vna ſit contumax in nõ parendo iuſſui ſui iudicis iubentis litem conteſtari: quia tunc haberi debet pro abſente, & contumace, vt not. per do. Anto. de Bu. in. c. cum olim. extra de teſti.

Appellationis cauſa cõteſtetur ſi partes ſint præſentes.

De ne bailler lettres de relieſuement en peremption d'inſtance.

Ar. cxx.

QV'il ne ſera doreſnauant baillé aucunes lettres de relieſuement de deſertion, ne peremption d'inſtance, pour quelque cauſe, & matiere que ce ſoit, & ſi elles eſtoient baillées, defendons de n'y auoyr regard, ains les inſtances deſſuſdictes eſtre iugées tout ainſi que ſi leſdictes lettres n'auoyent eſté obtenues ne impetrées.

QVartum tempus proſequendi appellationis inſtantiam (de quo promiſi ſupra dicere art. cxviii.) eſt annus, vel ex cauſa biennium, vt auten. ei qui. C. de tempo. appella. c. cum ſit Romana. & c. conſtitutus. extra de appella. & aliquando triennium, vt. c. ex ratione, eo. tit. quo tempore elapſo, niſi fuerit lata ſententia, prima remanet firma: & iſtud tempus incipit currere à tempore interpoſitæ appellationis. caſus eſt in cle. ſicut de appella. quæ cle. multum fuit neceſſaria pro deciſione huius quæſtionis, de qua ante illam cle. maxima fuit altercatio, vt notat glo. in lege fina §, illud. C. de tempo. appellat. tamen ſatis hæc deciſio colli-

Appellationis inſtãtia intra quod tempus proſequi debeat

colligitur ex iuris ciuilis diſpoſitione,vt patet in auten. ſi tamen C·de tempo.appella.ex qua autem deprehenditur eadem determinatio,quæ eſt in dic c!e.ſicut idẽ per lapſum termini hominis dati appellanti ad proſequendã appellationem,appellante non proſequente,rata manet ſententia,vt c.cum ſit Romana.quia terminus præfixus ab homine ſuccedit loco termini iuris.ideo quoad deſertionem operatur eundem effectum,vt not.Inno.in c.perſonas.& c.ex ratione de appella.vbi vtrobique Panor.c. licet de ſenten.excommunica.lib.vi.vbi docto.& per ordinationem Regiam,de qua dixi in dic.arti.ſi appellãs non proſequatur appellationem infra trimeſtre,lapſo tẽpore,deſerta eſt appellatio. ❧ Nota tamen quod cauſe appellationis deſerte prorogatio per principem fieri poteſt ex eius certa ſcientia ſecundum Bald.in l.peremptorias C.ſententiam reſcindi non poſſe vbi dicit.quod licet reſcripta principum cauſe appellationis deſerte regulariter impetrata non valeant vt dic.l.peremptorias cum l.ſequenti tamen eſt verum niſi in reſcripto dicatur expreſſe nõ obſtãte ꝙ appellatio ſit deſerta vel alia clauſula equipollens vt quia vtatur princeps in predictis plenitudine poteſtatis quia in omni ſententia intelligitur ſalua principis ſuprema poteſtate l.fin.C.de leg. ſecundum Bal.ibi vel niſi ex certa ſcientia hoc fieret ab eo,qui haberet plenitudinem poteſtatis vt not.in glo.in c.ad hec in fine glo.magne de reſcrip.nam talis clauſula tollit legem contrariam habetque vim diſpenſationis ſpecifice glo.in c.eam te de eta.& quali.in verbo litterarum & dicit Ang. in.l.i.de ſententiam poſſis quod princeps ſententias iudicum recte latas vno verbo extra ordinem procedendo caſſare poteſt,Arg.l.apud ff de manu. vindic.& leg.i.de crimi.ſacri.& dicunt domini de rota deci.ccxxviii. que incipit non ſufficit petenti quod princeps poteſt reſtituere ad appellandum contra ſententiam que iam tranſiuit in rem iudicatam tunc tamen quando fit prorogatio inſtantie & cauſe appellationis a principe pars impetrans aduerſæ parti tenetur ad expenſas l.properandum§.ſinautem vtraque C.de iudi & l.eum quem temere ff.eo.titu. &

Terminus præfixus ab homine ſuccedit loco termini iuris.

Appellatio eſt deſerta ſi nõ ſit proſecuta intra trimeſtre.

& l. qui ſolidum §. i. de leg. iii. ideo quando talis conce ditur prorogatio ſeu reſtauratio debet concedi cum hoc vt reficiat parti expẽſas ita dicit paris de puteo in ſuo trac ſindi. in verbo expenſas ❧ Alia eſt inſtantia cauſæ principalis, quæ perit per lapſum triennii ſecundum leges. C. de iudiciis. leg properandum. ſecus de iure canonico ſecundum communem opinionem ad hoc c. cum olim §. iudices de priuile. vbi facta fuit condemnatio expenſarum factarum per quadriennium, quo durauit iudicium, & ſic non perit inſtantia triennio c tum ex literis. cum ibi nota extra de in integ. reſtitu. vbi lis durauit longe vltra triennium c. venerabilis. de iudi. vbi docto. & ſic dic. l. properandum. non habet locum de iure cononico, quia non fuit in foro eccleſiaſtico recepta ſecundum gl. in dic. l. properandum. nec illa hodie vtimur quia videmus inſtantiam cauſæ principalis vltra trienniũ durare: & de hac inſtantia non loquitur noſtra ordinatio. ſed de illa, de qua ſupra dixi in cauſa appellatiõis. De hac materia vide bonã gl. in prac. ſanc. ti. de cauſis inver. inſtã tia ❧ Dicit tamen paris de puteo in ſuo tracta ſindi in verbo reſtat practicam eſſe ꝙ à principe impetretur prorogatio ipſius inſtantie lapſu triennii perempte & tunc ſupplicatur principi quod cum lis ſit mortua ſpiritum vite inſuflet & det liti ſpiritum vt dicit glo. in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter ff. quib. ex cauſ. maio. quam Bal. ibi notat in eadem l. §. quoties & Bar in. l. ab hoſtibus C. eo. titu. vbi autem inſtantia eſt perempta dolo aduerſarii tũc prolongantur tẽpora ſecũdum glo. in l. arbitrio §. dolo ff. de dolo & facit quod not. in l. intra vtile ff. de mino. & in l. ſi cum ipſe ff. de excu. tuto. vbi dicit Cy. quod ſi propter procraſtinationem aduerſarii tempora ſunt decurſa conceditur reſtitutio, in quibus caſibus non currunt tempora, vide infra eo. arti. circa finem & per paridem. de puteo in predic. loco. Nota tamen quod ſi inſtantia eſt perempta negligentia actoris tunc ipſa pars impetrans inſtantiam ſuſcitari ſi ad hoc admittatur debet ſoluere expenſas parti aduerſe arg. l. properandum §. ſi autẽ vtraque C. de iudi & l. eũ quẽ

temere

temere ff.eo.tit. Et vtinam foret bonum ſtatutum circa hoc, vel huic adderetur, vt lites infra certum tempus terminarentur, vt eſt in multis locis. Et quærit ibi dic. gloſſ. nunquid lapſo tempore iuris ſtatuti, vel hominis ad proſequendam appellationem, poſsit iudex à quo ſententiam executioni mandare, appellante vlterius non citato? & communiter dicitur vt refert, quòd ſic: quia ſententia eſt liquida: quia appellatio eſt deſerta dic. capitulo perſonas. & capitulo ſequenti de appellatio. vbi Panor. & Baldus in lege ſi contra. C. de appellationi. vrbaniter tamen procederet, ſi citet eum pro informatione habenda ſummaria de impedimento de fructibus, & omnibus deducendis, vt lege. à diuo pio §. ſi ſuper rebus ff. de re iudici. & Do. de Rota. deci ccclviii. Et prudenter faciet appellans, ſi comparet coram iudice à quo, & docet de impedimento: & ſi hoc non obſtante, iudex vult procedere ad vlteriora appellet ad ſuperiorem. predicta limitat Inno. in capite cum ſuper. de re iudi. quando executio fit in rebus adiudicatis per ſententiam, & Bartol. vbi ſupra intelligit quando erat fienda executio in ſpecie adiudicata: tunc nõ requiritur citatio, ſed quoddam præceptum de exequendo ſecundum Bartolum in lege penultima ff. de aucto. tuto. poſt quod auferetur res manu militari lege qui reſtituere. ff. de rei vendica. Bartolus in lege meminerint C. vnde vi Bald. in lege prima C. de iure emphi. in lege ſi prætor. ff de iudic. ſed dicit Panor. in dic. capite ex ratione, hæc procedere, quã do non fuit appellatum, vel quando certum eſt impedimentum non fuiſſe in primo anno dato ad proſequendũ In dubio vero credit indiſtinctè citationem præmittẽdã licet ſit fienda executio in rebus adiudicatis. Bal. in l. filioſa. ff. ſolu matri. dicit executionem ſententiæ nõ poſſe fieri ſine citatione, ſiue fiat in bonis, ſiue in perſona debitoris: poſſet tamẽ fieri ſine aliqua probatiõe debiti, vel primorum actorum cauſæ: quia vbicunque abſenti poteſt competere defenſio, ſemper requiritur citatio etiã in notoriis. c fina. de offic. deleg. in. vi. notat Inno. in c. tua. de cohabi. cleri. & mulie. docto. in c. veſtra. eod. titu in c. ad noſtram.

Lites intra certum tẽp⁹ terminarĩ bonum eſſet ſtatuere.

Appellatio ſi ſit deſerta an appellãs ſit citandus ad executionẽ ſentẽtia.

Sententiæ executio fieri nõ poteſt ſine citatiõe

noſtram.iii.de iureiur.ſed in caſu iſto poteſt competere defenſio: quia forte appellans fuit impeditus in primo anno.Item iura ſemper exigunt citationem,& ſummariam cognitionem in executionis actu, quando veriſimiliter poteſt competere defenſio parti,vt colligitur ex dicta l.à diuo pio.nec obſtat ſi dicatur preſumptionem eſſe contra appellantem ex lapſu primi anni:quia dicit Panor. hanc præſumptionem non ſufficere,vt ſine citatione ſpolietur re ſua,ex quo poteſt ſibi aliqua defenſio competere.probatur in ſimili per c.licet epiſcopus de præbend. in.vi.&.c.ordinarii de offi.ordina.lib.vi.vbi habetur ꝙ licet per adeptionem ſecundi curati vacet primum ipſo iure.c.de multa.de præden.non tamen poteſt epiſcopꝰ illum ſpoliare,citatione prius non facta:quia poſſet ſibi defenſio competere.puta diſpenſatio,vel quid ſimile:& ex dictis iuribus probatur, quod licet contra abſentem ſit præſumptio iuris,uon tamen priuari debet poſſeſſione ſua citatione non præmiſſa.ita executio ſententiæ nõ poteſt fieri appellante non citato Baldus lege prima ff.nil.innouari appellatione pendente & dicit Baldus in dic.l.ſi cõtra,quòd ſi de facto fieret,deberet incontinenti de facto reuocari argu.c.cum cauſa.de offi.deleg.c.conquerente.de offi.ordina.l.fina.C.ſi per vim,vel alio modo.Aduerte tamen ad prædicta quia licet perempta inſtantia cauſæ appellationis perimatnr cauſa(vt dictumeſt tamẽ in cauſa principali ſolum perimit acta iudicii,vt libelli oblationem,litis conteſtationem,& ſimilia.vt dic l. properandum.vbi docto.non antem acta cauſæ perimit vt confeſſiones,atteſtationes,& ſimi.not. Spe.titu. de iure deli.§.reſtat.ver.ſed nũquid omnia de quoBar.in l.cũ lite ff.iudi ſol.Inno.& doct.iu c cauſam de teſti.doct.in dic.c.venerabilis.Quæro nunquid tempus appellãdi vel proſequendi appellationem poſſit per ſtatutum prorogari,vel minui? reſpondeo quòd ſic:ſed non in totum tolli.gl.eſt not in l.preſcriptionem.C.ſi contra ius,vel vtili. publi.& ibi etiam tenet Bal.per conſenſum etiam partiũ non poteſt prorogari tempus appellandi.ſed inſtantia proſequendæ appellationis bene poteſt prorogari per conſenſum

Citatione non facta epiſcopꝰ nõ poteſt aliquẽ ſpoliare

Appellatiõe perempta perimitur cauſa.

Appellationis proſequẽda tempus an poſſit prorogari ſtatuto vel conſenſu partium.

PRo intellectu huius, ordinationis quęro qualiter debebit pronunciare iudex? dico ꝙ pronunciabit: hoc modo, ſi vult confirmare primam ſententiam, bene iudicatum, & malé appellatũ: ſi autẽ vult confirmare primam ſententiam: tunc ſi prima ſententia fuit condemnatoria, ſufficit ꝙ tunc dicat pronunciamus malè iudicatũ, & bene appellatum: & ideo condemnamus dictum Titiũ conuentum in centum. &c. Ita quòd hoc caſu neceſſe eſt vlterius procedere. Ita no. doct. in. l. eos in prin. C. de appel. & ad hoc facit. l. offidius. ff. de leg iii. Et notandum eſt ſecundum glo. in dic. l. eos. in prin. ꝙ ſi dictus iudex ex probationibus coram eo factis æquam tulerit ſententiam, ſi poſtmodum in cauſa appellationis ſunt factæ nouæ probationes, ex quibus debeat ferri ſententia cõtraria, iudex appellationis habebit iudicare male iudicatũ, & bene appellatũ: & debebit adiicere ex nouis probationibus, vt ꝑ hoc ſaluet honoré iudicis à quo: & ita debet intelligi gl. in. c. ſicut nobis. extra de re iudica. in verbo exprimãtur. quæ dicit ꝙ in ſententia cauſæ appellationis, debet inſeri cauſa nã hoc intelligitur vbi per iudicem appellatiõis fertur ſententia cõtraria primæ ex nouis probationibus: quia debet adiici ſe ita iudicaſſe per nouas probationes, & hoc caſu intelligitur iudicẽ appellationis pronunciare male iudicatũ, ſcilicet quoad partes: quo autẽ ad iudicem

principalis

principalis cauſæ non fuit male iudicatum. Ita determinat glo. in dic. l. eos, quæ omnia ſunt notanda: regulariter tamen iudex nõ tenetur de neceſsitate cauſam exprimere in ſẽtẽtia: imo periculum eſt, & fatuum illam exprimere, ſi poteſt cum ſilentio pertrãſire: quia redargui poteſt ſententia de nullitate, ſi cauſa reperiretur falſa vel erronea fallit hæc regula in ſex vel ſeptem caſibus, in quibus de neceſsitate vel de vrbanitate cauſa eſt exprimẽda, quos videre poteris per Ioannẽ. Petrum. de ferra. in forma ſenten. diffinitiuæ in verbo relaxandum. & ita videtur quod ſi appellans reportauit contrariam ſententiam ex nouiter deductis puta, cum eſt appellatum a diffinitiua, in cuius cauſa appellationis non allegata allegantur, & non probata probantur. l. per hanc. C. de tempo. appella. c. fraternitatis. de teſti. c. cum Ioannes de fidę inſtru. ꝙ debeat euitare condemnationem expenſarum, cum iuſtè appellauerit, & obtinuiſſet, niſi fuiſſent probationes de nouo factæ Bar. in. l. tutorẹs. ff. de admi. tuto. in. l. properandum. §. ſi autẽ vtraque. C. de iudi. in. l. generaliter. C. de rebus credi. Io. And. in. c. ignorãtia. de reg. iu. in vj do. de Ro. deci. cclv. Pau. de caſtro. conſi. lxxx. hoc putat: verum Panor. in c. finem de dolo & cõtuma. niſi habuiſſet iuſtam cauſam litigandi ſuper toto: tunc enim non excuſaretur, licet habuerit iuſtam cauſam litigandi habito reſpectu ad cauſam puta petebam à te decem cauſa mutui, quæ verè tibi mutaueram, negaſti induxi teſtes ad hoc probandum, quæ non plenæ plobauerunt mutuum: iudex tamen ſequendo dictum illorum condemnauit te. tu appellaſti, quia iudex fuerat ſecutus probationes minus plenas: ego in cauſa appellationis produxi inſtrumentum debiti, & ſic iudex propter hoc inſtrumentum confirmauit ſententiam, non video cauſam. quare non debeat te condemnare iudex in expenſis, tam primę quàm ſecundæ inſtantiæ, cum temerè & calumnioſè litigaueris: licet ſententia fuerit iniuſtè lata contra te propter probationes non plenas: habent enim hic locum iura dicẽtia temerè & calumnioſè litigantem condemnandum in expenſis. c. calumniam. de pœ. cum ſimili. quia nõ debebat appellare, ſi ſciebat iniuſtam cauſam fouere aliud eſt in cauſa

Sẽtẽtia cauſa quandoque eſt exprimenda,

Appellans quandoque iniuſtè litigat licet ſententia fuerit iniuſtè lata contra eum.

appellationis ab interlocutoria, quæ iudicatur ex antiquis actis, vt in cle. appellanti. de appella vt dixi ſupra arti. xci. Aduerte circa prædicta, ꝙ vbi quis obtinet ex nouiter productis dolo, vel culpa aduerſarij ceſſante, ſiue ex iure ſuperueniente pendente iudicio debet condẽnari in expenſis factis vſq; ad illud tempus: niſi alias habuiſſet probabilem cauſam litigandi ff. de pigno. actio. l. ſi rem. §. fina. & l. ſi quis inficiatus. ff. depo. vide bonam glo. circa hanc materiam, quando quis excuſetur ab expenſis in cauſa appellationis, in prac. ſanct. tit. de friuo. appella. in verbo expenſarum. Adde vnum notabile & quotidianum in practica, ꝙ quotieſcunq; in cauſa principali, vel etiam in cauſa appellationis producitur de nouo aliquod inſtrumẽtum, vel publicantur aliquæ atteſtationes, quo viſo vel etiam quibus viſis tu es certus debere ſuccumbere in cauſa, debes ſtatim liti renũciare & etiam cauſæ, & euitabis pariformiter expenſarum cõdemnationem, arg. dic. l. ſi quis inficiatus. ff. depo. & ibi Bar. Idem ſentit in. l. properandũ. §. ſin autem. C. de iudi. & ibi clarius. & ſi hoc non fiat, tũc etiam victus in expenſis condemnari debet à tempore producti inſtrumenti, vel atteſtationum productionis citra, vſq; ad ſententiam. Secũdum Bar. in dic. l. ſi quis inficiatus, ex quo refellitur. Io. Fab. opinio in. §. fina. inſti. de pœna teme. litig. Sed iſtam doctrinam debere limitari puto, niſi inſtrumentum vel teſtes deponũt de tuo facto, quia præſumeris in dolo vel ſaltem in lata culpa. l. quanquam. ff. ad velle. Et ideo non euitabis expenſarum condemnationẽ, etiam ante productos teſtes vel productum inſtrumentum factarum, eodẽ modo debet limitari vulgaris doctrina, ꝙ vbi in cauſa appellationis fertur ſententia ex nouis actis, victus abſolui debet ab expenſis, vt notant do. de Ro. deci. ccxli. vnũ non omitto ſingulare & bene notandum, ad quod ſummi magiſtratus non animaduertunt, & quotidie iudicant contrarium, ſtatuto cauetur, ꝙ victus victori debet condemnari in expenſis. vt apud nos ſtatuto regio, an ſi habeat iuſtam cauſam litigandi, debeat ab expenſis abſolui, videtur quòd ſic quia ſtatutum continens id quod ius commune eſt ius commune, vt notaui ſupra art. viii. & per ea quæ habentur

Expẽſæ quãdo debentur à victo in cauſa appellationis.

Io. Fab. opinio refellitur.

Stante ſtatuto ꝙ victus victori debeat condemnari in expẽſis, etiã ſi habeat iuſtã cauſam debet condẽ ri in expenpenſis

bentur in.c.i.de conſtit.lib.vj.& plenè declarat Bar in l.i. ff.ad.l.Falc.in contrarium eſt glo.ſing.ꝙ Imo condemnabitur in expenſis in auten.de exhiben.& intro reis.§.ſancimus.ii.in verbo cauſam de qua glo.exclamat Ange.in.l. non ſolum.ff.de rei vendi.& ita dicit in facti contingentia conſuluiſſe refert, & ſequitur do.An.Barb. in repe.c. Raynaldus de teſta.in Ioannina.circa finem,& iſtud videtur verius quàm illud quod dicit Bal.contrarium ſentiẽs in.l.terminato.C.de fruc & litium expẽ.quod bene nota, & vide quod latius dixi in repetitione mea.l.eum quẽ temere.ff de iudi. Nota præterea quòd quando ſententia primi iudicis reuocatur ex nouis allegationibus & probationibus in cauſa appellationis factis,non dicitur iniuſte iudicaſſe,vt not.in cap.cum Ioannes heremita ex.de fide inſtru. Ad finem huius articuli, in quo onerantur cõſcientiæ ſupremarum curiarum iudicum.facit textus in cap.ſtatutum in.§.aſſeſſorem de reſcrip in vj. & in cle.j.in verſi.præcipimus cum concordatiis.de iure patro. de qua materia conſcientiæ aliqua notabilia & quotidiana tradita per legiſtas,hic ſubiiciam Et in primis dicit Bald.in lege,& ſi inutiliter,in.ii.nota C.de fidecom.quòd conſcientia eſt angelus humanæ menti præſidens, alibi dicit Bald. in lege fina §.ſed ſi quis vlti.col.circa medium.C.communia.de leg.allegando Chriſoſtomum ita dicentem quòd conſcientia eſt lex intellectus noſtri,alibi dicit Bald in auten.ad hæc.C.de vſur.circa tertiam col.verſi. ſed hic dubitatur,primo quòd conſcientia eſt ſenſus animæ,cognoſcentis bonum & malum.alibi dicit Bald.ſuo diuino conſilio ſciſmatis poſito poſt rubricã.C.ſi quis aliquem teſta. prohi.circa tertiam col.illius conſilij,quòd cõſcientia eſt dictamen rationis & cognitio ſui proprij cordis.alibi Bal. in rubrica extra de iudi.in.vi col. dicit quòd conſcientia eſt mens ſibi ipſi conſcia,& eſt flos intellectus,vel conſcientia eſt mentis qualitas ſeipſam diiudicans.alibi Bald. in lege,ſi quis filio exhæredato.§ irritum.ff. de iniuſto rup. & irri.teſta dicit quòd conſcientia eſt quid intrinſecus latens in mente,quæ nullatenus directo probari poteſt. & Bald.in cap.bone in.j.in pen.col.de poſtu. præ.dicit quòd conſcientia

Appellans quandoque excuſatur ab expenſis

Cõſcientiæ diffinitio.

conſcientia eſt ſcientia clauſa in mente, quam Deus aſſociauit animæ. vt eam reprehenderet de erroribus,& eſt de apicibus animæ.& Bald in cap. niſi cum pridem. in quarta col. de re iud. dicit ꝙ conſcientia eſt animi motus, ſibi ipſi perſuadens,& ſe concernens per illum textum: & vide in pen. col. circa finem.& Bal. in.c. ſi pro debilitate. in quarta col. de offi. deleg. dicit quòd conſcientia eſt paſsio animi ſuggerens bona & mala diſſuadens,& idem Bal. in.c. ſi ſacerdos de offi ordi. dicit quòd conſcientia eſt oculus cordis quaſi cordis ſcientia, quę debet eſſe ſicut ſpeculum ſine macula, ibi alia per eum. alibi multum pulchrè Bal. in rub. extra de pac. in fine dicit quòd conſcientia eſt paſsio animæ rationalis ſuper omnem irrationabilem cõcupiſcentiã habens prædominium & virtutem: alibi Bal. in.ç. quoniam contra. in pen. col. de proba. dicit ꝙ conſcientia eſt ſecretum ſecretorum, alibi Bal. in.c. cum cauſam. in vlti. colum. de teſti. dicit ꝙ conſcientia non eſt aliud quàm bonus vir, qui intra te loquitur in corde tuo: & propterea qui non habet conſcientiam nõ poteſt, aut debet dici vir bonus.& ibi per eum: an teſtis ſit interrogãdus de conſcientia? alibi in c breui. de iureiur. dicit ꝙ conſcientia eſt ſecretum ſecretorum mentis humanæ. alibi Bal. in.c. mulieres. de iureiur. dicit ꝙ conſcientia dicitur quaſi quædam conſonantia animæ ad Deum,& concordia ſpiritus & voluntatis. alibi Bal. in.c. vigilanti. in.ii. col. de præſcript. dicit ꝙ conſcientia eſt cordis ſcientia, vt ibi per eum. alibi Bal. in.c. cõſtitutus.ii.j. col. de appella. dicit ꝙ conſcientia eſt habitus perfectionis in mente ſincera: vel cõſcientia eſt motus pungens exiſtens in mente humana,& vbi conſcientia eſt, ibi Deus eſt & dicit Iſaias vltimo cap. quòd vermis conſcientiæ non extinguitur, quæ conſcientia eſt paſsio mentis, ſeu cordis, quæ ſemper eſt in actu. Vnde autem conſcientia dicatur, dic quòd à conſilio, quod opponitur voluntati, & ſcientiæ, quæ ſupponitur intellectui ſecundum Bal. in cap. j. de confeſ.& vide quæ dicit Bal. in cap. fi. de iureiur. & in. l. ab Anaſtaſio. C. manda. ꝙ aduocati præſumuntur parũ conſcientiati:& quottuplex ſit cõſcientia ponit Bal. in. l. fina. C. de pœ. iudi. qui male iudi.& de conſcientia habes

Cõſcientia vnde dicitur.

bes textum, quem ibi not. Bal. in. l. militis. C. de reli. & ſum pti. ſune. & in hac materia conſcientiæ tradit Bal. ſecundũ beatum Tho. de Aquino vnam regulam, quam no. in auten. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccle. in. viii. col. & Bal. in. l. pe nul. §. illo. C. de neceſ. ſer. hære. inſti. quòd vbicunq;. l. vel canon diſponit, vel prouidet ſuper aliquo certo, & ſic non ſuper præſumpto, & diſponit ſecundum aliquam rationẽ id quod obtinet in foro iudiciali, rationabiliter obtinet in foro pœnitentiali: & conſcientia, & aliqua de conſcientia bona & mala, & quid ſit habetur per Bal. in cap. ne innitaris. de conſtitu. & per eundem in cap. bonæ. ii. v. col. de po ſtu. præla. & dicit Bald. titu. de pace conſtantiæ, in verbo quæ vobis non conceſsimus, allegando Ioan. And. in cap. præſentium. de teſti. in nouella, quòd in omni iuramento ſufficiat dicere verum ſecundum conſcientiam. Et aduerte quòd quanuis cõtrahentibus licitum ſit ſe inuicem decipere, vt. l. idem ſi precio. §. quemadmodum. ff. loca. & l. in cauſæ. ii. §. pe. ff. de mino. quod habet locum etiam de iure canonico. c. pe. & ibi per omnes. extra de emp. & ven di. niſi ſit vltra dimidium iuſti precii. & ibi eſt textus: tamen illud non habet locum in foro conſcientiæ ſecundum do. Anto. de But. in dicto cap. pen. & propterea apud confeſſorem debet fieri conſcientia, allegat beatum Thomam ita tenentem ſecunda ſecundæ quæſtio. lxvii. art. j. accedat glo. no. in cap. hoc ius porrectum. x. quæſtio. ii. quæ dicit quòd prælatus eccleſiæ non debet maiori precio vendere quã valeat res, propter conſcientiam. & etiam propter honeſtatem: & de iſtis aſsignat Bal. pulchram rationem in dicto cap. cum cauſam. extra. de teſti. nam ſi cõſcientia idem eſt, ꝙ bonus vir, & bono viro nõ conueniat, vt liceat contrahentes decipere, vt dicit glo. no. quam reputat ſingularem in. l. ſemper in ſtipulationibus. & eſt glo. vnica. ff. de regu. iur. & Bal. in auten. ad hæc. in. viii. col. verſ. quæritur quid de mercatoribus. C. de vſu. vbi etiam allegat illam glo. ergo non erit licitum in foro conſcientiæ contrahentibus ſe inuicem decipere: & propterea ſubdit Bal. in dic. c. cũ cauſam, quo ergo ibit annima mercatoris. dicit tamen multum ſignanter Pe. de Ancha. in repe. regulæ poſſeſſor. de regu.

Contrahentibus licitũ eſt ſe decipere ſecũdum forum iudicij, non conſcientia.

de regu.iur.in.vi.in.xi.carta,quòd ſi aliquis emit fundum carius propter neceſsitatem:quia vicinus cuius erat fundus erat rixoſus,& multum moleſtus,quòd tunc iſte exceſſus precii fundetur ſuper cauſa rationabili. quòd ſubuenitur ſibi,nedum in foro conſcientiæ,aut in foro canonico,ſed etiam in foro ciuili & ſeculari:cuius dicti núquam obliuiſcaris:& dicit eleganter Bal in.l.vnica.circa.iii.col. C.de confeſ.quòd forus conſcientiæ eſt forus boni & æqui coniunctim,& eſt tribunal veritatis,& non fictionis in quo conſcientiæ foro apices iuris non excuſant. Et an in foro conſcientiæ naturalis ſola ſit efficax ad agendum,vide Bar.loquentem per verbum dubitatiuum forte in lege ſi pœnæ cauſa.in prin.ff.de condi.indebi.Bald. in dic.auten.ad hæc.C.de vſur.& Bald.in.l. cum quis. in.xi. col.C. de iur.& fac.igno.adde do.Anto.de But.in cap.i. de dolo & contuma.Sed quantum ad conſcientiam non differt pactum malum à ſolenni ſecũdum Bald.in rub.extra de pac. in fine.& in cap.i.in.ii col.eod.titu. Et pœnæ legales tripli,vel quadrupli in foro conſcientiæ non ſunt debitæ:& ideo fur quantumcunque manifeſtus, non tenetur in foro conſcientiæ ad aliud quàm ad reſtitutioné rei,ita eſt glo. vulgo reputata ſingularis.xii.quæſtio.ii.cap.fraternitatis, quam apud legiſtas allegat Bar.in.l.poſt deciſionem.C.de fur.& Imo.in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri ff.de verbo.obliga. & Bald.& Imo.in lege quibus diebus.§.dominus vbi multa pulchra ponunt in hac materia conſcientiæ de condi.& demonſtra.& vide multa deciſa per glo.in.§.ſed iſte.& ibi per Iaſo.inſti.de actio.& quinque limitationes per Feli. in cap.I.in.xxi coll & tribus ſequentibus de conſtitu. & Petger.in notabi xxiii.Panor.in prin decre in nigro in ii.col. Ange in conſi.xlii incipiente fratres ſeruorum in fine.vbi dicit quòd etiam in foro conſcientiæ poteſt pœnam conuentionalem petere,quotiens concurrit cum intereſſe: & ibi videas etiã Ant.de But.in.c.i. circa prin. extra de dolo & cõtuma & ibi habetur per canoniſtas de hac materia cõſciẽtiæ.& Bal.in.l.iubemus.§.ſanc.i.poſt prin.C.de ſacroſan,eccleſ.& ibi etiam ponit Bal.an malæ fidei emptor teneatur in foro conſciẽtiæ ſoluere preciũ, & an bona præſcripta,

Forus conſcientiæ eſt forus boni & æqui.

ſcripta,& ſic acquiſita ex præſcriptione poſsint licitè reti neri ſalua conſciẽtia,ſi forte poſt præſcriptiõem ſuperue niat noticia,quòd iſta bona erãt aliena? ponit in terminis Bal.in dic.autẽ.ad hæc in antep.col.ponit de aduocato& medico,qui extorquẽt nimis magna ſalaria:& doctor cõ ſulens ſine reuolutione cartarũ non poteſt in foro cõſciẽ tiæ petere ſalarium.gl.no.in.c.nõ licet.xi.quæſtio.iii.quã tamen gl.& merito reprobat ibi Archi.quia preteritorũ laborum poteſt tunc haberi remuneratio.Et an hæres ad eundo hæreditatem teneatur creditoribus,& legatariis in foro cõſcientiæ vltra vires hæreditatis? ponit Barto.& alii in rubri.ff de acqui.hære.& Bar.in.l..gerit.in.ii.col. eo titu.& ibi tenet quòd non,allegando theologos ita te nere.Et quid ſi hæres non fecit inuentarium, an teneatur in foro conſcientiæ,& vltra vires hæreditarias? ponit Bar.& alii in.l.fi.in prin.ii col.C.de iure deli.& Bald. in.l.filium quem habentem.in.xvii.col.C.fami.herciſ.ad de Bald.in repe.l.i.C.de ſacroſan.eccle.in.xv.col.in.iiii. quæſtio.principa.in ver.tertio quæro.vbi tenet quod nõ etiam ſi eccleſiæ:licet Bar ibi contra.Et an detractio falcidiæ,vel trebellianicæ habeat locum in foro cõſcientiæ Bal dicit quòd non.in.l.cum à matre.C.de rei vendi.& ibi vult plus Bal.quod eſt mihi multum mirabile,vt dicit Iaſ.in dic.§.ſed iſte.quod etiam non habet locum in foro canonico:ſed putat Bal.velle dicere in foro conſcien- & pro hoc allegat textum optimum & notabilem de iure ciuili in.§.ſi autem hæres.in auten.de eccle.titu.coll. ix.& ibi eſt textus expreſſus.quod in relictis ad pias cauſas non habet locum falcidia,& eſt textus etiam in auten. ſimiliter.C.ad.l.falci.& de prædicta quæſtione vtrum detractio facidiæ,vel trebellianicæ habeat locum in foro conſcientiæ ponunt cano.in.c.i.extra de dolo & contuma.& dicit Bal in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ in pe.col.de conſti.quod teſtis non eſt interrogandus de conſcientia. & idem Bald.in cap.paſtoralis.in prin.in prima col.in fine de reſcrip dicit quòd teſtis debet deponere de rebus ſenſatis non de conſcientia animi.c.i.§.fina.de conſue. recti feudi. Adde quòd vbicunque pœna imponitur ipſo iure

Aduocati & medici qui extorquent maiora ſalaria quã liceat

Falcidia nõ habet locũ in relictis ad pias cauſus.

iure à lege debetur non ſolum in foro iudiciali ſed etiam in foro conſcientiæ ſeu penitentiæ quod probatur in cap.ii.de preſcrip.lib.vi & hoc voluit do.Abb.in.c.i. de conſtitu.notat Anto. Cor.in verbo pœna.Item in materia adde,quod notat Ange.in.§.emphiteoſis.ii.per illũ textum in auten.de aliena,& emphi.quòd ſi ſtatutũ diſponat ꝙ mulier nõ poſſit contrahere ſine conſcientia duorum conſanguineorũ,ꝙ tunc non requiritur eorũ cõſenſus,ſed tantum ſufficit eorũ ſciẽtia,vt ibi notabiliter per eum,alibi Bald.in rubri.C.de exerci in iiii.coll.in verſi. quid ſi verba.dicũt.dicit quòd vbi aliquid debet fieri cũ conſcientia alicuius,ſufficit notificatio:nec requiritur cõſilium,vel conſenſus eius.allegat Ioan.An.in.c cum in veteri de elec.qui hoc nõ dicit.An illeteratus qui credit bene iudicare,& contra ius,teneatur parti,quam leſit in foro conſcientiæ?diſtingue vt per Cy.Sali.Fulgo.& Paulũ de caſtro in auten.hodie.C.de iudi.Nota etiam diligẽtiſſimè,quòd ille cuius conſcientiæ aliquid committitur, tenetur iurare quãdo declarat,alias non eſt ſibi ſtandũ.Ita Ang.& Paulus de caſtro in.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de no.ope.nun.Alexand.in conſi.ccviii.in.ii.volu.incipiẽte viſis verbis in.iii.col.ad finem Ang in.l.apertiſsimi.C.de iudi.Et an per illa verba,in commiſsione,in quo conſciẽtiam tuam oneramus, intelligitur electa induſtria delegati,vt non poſſit ſubdelegare ponit do.Alexan.in.l.à iudice.C.de iudi.in.iii.col Item vbi aliquid committitur cõſcientiæ alicuius videtur facta commiſsio,vt optimo viro Ita Bal.in.l.fina.C.de iure do.Impe.Item nota ꝙ ad probãdum,quòd aliquid fuerit geſtum ſecũdum conſcientiã alicuius,ꝓbatio dicitur eſſe per eius ſacramẽtũ.Ita Inno. in.c.paſtoralis.in verbo deferendum.de reſcrip. & facit glo.dic.§.ſed iſte.an primogenitus in foro cõſciẽtiæ ſtante conſuetudine poſsit in totũ ſuccedere ponunt Ia.de raue.Cy.in.l.barbarius.ff.de offi.prçto.& vide Alber.in prima col.vltimæ car.Et ex vno teſte quis non debet habere conſcientiam leſam ſecũdum Bal.in.c.vigilanti.in.ii.col. de præſcrip.vbi vide quicunque habet conſcientiã remordentem mortaliter peccat ſi contra eam facit.c.fina.& ibi Bal.

Bal in.i.col.notat de preſcrip.Item ſtatuta ſunt ſeruandā etiam in ſoro conſcientiæ,vt vult gl.in.c.quæ in eccleſia rum de conſti.& ibi Bal.in.i.col.notat & dicit quod nō reperitur alibi.Item aduerte quod papa Imperator,& alii principes,qui in ſuis territoriis habent vim ſupremi prin cipis debent ſemper iudicare ſecundum conſcientiā ſuā: non autem ſecundum allegata,& probata:alias peccarēt. Ita Bar.qui dicit ita theologos tenere in.l.i.ad finem.vt quæ deſunt aduo.An autem ſuccedens ab inteſtato ,tene tur aliquid dare in foro conſcientiæ heredi inſtituto, in teſtamento minus ſolenni:Bal.in.l.ſi poſt diuiſionem C. de iur.& fac.igno.per glo.ibi no.tenuit quod nō,& idē ſequuntur ibi Fulgo.& Paulus de caſtro.contrariū tenet Ioā.de Imo.in.l.nemo poteſt.ff.de leg.i.& ibi vide domi. Alexā.de Imo.idem tenet domi.Anto.de But.in.c.nouit. in.ii.col.de iudi.& in.c.quia pleriq; de immu .eccle. An autem quando committatur aliquid conſcientiæ alicuius poſsit alium ſubſtinere:vide Bal.tenentem quod non,in c.primo.§.finā de no.feudo quod nota pro executoribus teſtamentorum,quorum conſciētiæ aliquid committitur. An autem edictum,quod quiſque iuris.maximè quando impetrauit quis ius iniquum,licet eo non ſit vſus habeat locum,& ſit licitum in foro conſcientiæ?vide per moder. in lege tertia.§.fina ff.quod quiſque iuris.Item in mate- ria nota,quod dans damnum ex culpa leuiſsima in foro conſcientiæ nō tenetur.Ita ſingulariter in c ſicut dignū de homi.& refert Ludo.Roma. ſingu.105. adde Anto. Cor.in verbo forum conſcientiæ quod nota pro iſtis mo nitionibus quæ quotidie impetrātur ſuper dāno dato,vt non tenearis in foro conſcientiæ ex culpa leuiſsima,ſec9 eſt in foro ciuili ſi conueniaris l.qui ſeruádorū.§.ſi glás. ff.de preſcrip.verb.Item in materia multum nota illud quod pulchrè voluit Innoc.in.c.quia propter de elec vbi tenet quod electus ad aliquam dignitaté eſt tutus in foro animæ,ſi electio ſua tenuit de iure gentiū:licet nō fuerit ſeruata forma tradita de iure poſitiuo.& ſequit Abb.Pa- nor.in.c.i.in fine.de in integ.reſtitu.vbi ex hoc generali ter notat,ꝙ in omni actu,in quo eſt pretermiſſa forma iuris

Principes debent ſemper iudicare ſecundū conſcientiā

Iuris poſitiui forma in aliquo actu omiſſa non nocet cõſciẽtiæ.

iuris poſitiui in foro animæ, quis non tenetur ſibi facere conſcientiam: quod multum teneas corde ad prædicta, & ad multa ſimilia. vide etiam Feli. in. c. i. in. xix. col. ex. de conſtitu. vbi etiam per eum, quòd valet contractus mulieris in foro conſcientiæ, nõ ſeruata forma ſtatuti. Itẽ adde quod dicit Inno. in. c. cũ dilecti. de elec. & refert, & ſequitur Ang. in. l. iulian⁹ verũ debitorem. ff. de cõdi: Inde. ꝙ conuentus rei vendicatione, ſi iniuſtè fuerit condemnat⁹ & ſecutum fuerit præceptum de reſtituẽdo factum, tamẽ ſi non reſtituit, non peccat mortaliter, & poteſt illum retinere in foro cõſcientiæ. Item nota quod in teſtamẽto cõſcientiæ non eſt reddenda ratio. Ita Bald. in. c. i. §. fina. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis. oriatur. Nota tamen perpetuo, & nunquam obliuiſcaris, quod ſi teſtis dicat vera eſſe ſecundum ſuam conſcientiam, vel iudex in ſententia dicat ſecundum ſuam conſcientiam, neutrum valet. Ita ſingulariter Bald. in c. niſi cum pridem. in. iiii. col. de renun. Item in iſta materia conſcientiæ vide vnam notabilem regulam, quam tradit Bal. in lege penul. C. de neceſ. ſer. hære. inſti. Item adde quòd in omni iuramento ſufficit verum dicere ſecundum conſcientiam. Ita ſignanter Bald. in titu. de pace conſtan. in ver. quæ vobis non conceſsimus Ioan. And. in. c. præſentium. de teſti. in nouel. Quid autem ſi pars dicat, quod eſt contenta ſtare conſcientiæ, vel fidei alterius, nunquid ita poterit agi & excipi ac ſi iuratum eſſet? Ioannes. Faber. in. §. ſi quis poſtulante. tenet quòd non. Iaſõ ibi tenet contra, & ab alio non inuenit firmatum, vt dicit, ſcilicet quòd ſi pars in iudicio dicat ſe credere fidei alterius partis, quod omnia remedia agendi & excipiendi, ita competunt ſicut ſi eſſet iuratũ. Iſtud tamen limitat procedere, quando talis credulitas fuiſſet à parte acceptata, & ſecuta fuiſſet declaratio: alias crederem quod talis conuentio credulitatis reuocari poſſet ſicut delatio iuramenti. l. ſi quis iuſiurandum. C. de rebus credi. & ita in ſimili tenet Bar. in. l. fina. de præto ſtipu. in ſtipulatione, qua quis promiſit ſtare ſimplici dicto partis, vt talis promiſsio ante acceptationẽ, & declarationem poſsit reuocari. & ideo conſulit hoc caſu eſſe adhibendam

Sententia iudicis aut teſtificatio teſtis valẽt ſi ſecundum conſciẽtiam iudicatũ vel teſtificatũ fuerit.

bendam hanc cautelam,vt confeſtim accipiatur talis con uentio credulitatis:& ita in iuramento. Adde etiá quòd fraudans vel retinens gabellam principi debitam,contra populi voluntatem,non peccat,nec tenetur in foro conſcientiæ.vt expreſsè dicit Bar.in.l.vectigalia.in princi.ff. de publi.& Bald.in.l.ii. C. de commer. & mer. vbi dicit vnum ſingulare,quod notabis, quòd vbi lex naturæ non obligat,conſcientia non ligat.Vltimo non omitto vnum quod dicit Ange.in dic.§.ſed iſte. quòd ſi aliquid committitur conſcientiæ alicuius,quòd ab eius ſententia appellari non poteſt.allegat ad hoc glo. quam ipſe reputat ſingularem in.cap.ſtatutum.§.aſſeſſorem. de reſcrip. in vi.& credit Iaſõ. hic(vt ipſe dicit)quòd velit allegare gl. in verbo relinquatur.licet hoc ibi nó dicat.Ita tenet Bal. in.l.ii.C.de ſenten.ex peri.reci quem nó allegat Iaſon:licet ſecundú eundem Ange.poſsit ſupplicari, & ſic adiri ſuperior per viá ſupplicationis,vt in dic.§.per eú.Idé tenet Pau.de caſtro í.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.no. nuncia.allegat pro ſingulari dic glo.in dic.§. aſſeſſorem. Idem tenet Bal.in.c.ſi ſacerdos.de offi.ordi.quod limita verú,quádo agitur de paruo præiudicio:ſecus vero quando de magno:quia túc poteſt appellari,vt p Ludo. Ro. in rubri.de arbi.& Bal.in dic.l.ii,verſi. Ité ſcias & Cardi. in dic.cle.i.§.præcipimus.verſi.oneramus de iure pa. Ita dicit Celſus in addi.ad Lanfran.in repe.c. quoniá cótra. in verbo interlo.& appella.in decima tertiá fallétia caſuú in quibus non appellatur.Nota etiá multum,q͞ ille cuius cóſcientiæ cómittitur,non poteſt leges tranſgredi: quia intelligitur de cóſcientia legibus munita, non de ea quá pars ſibi fabricat.Ita ſignanter Bal.in ſua diſputatióe incipiéte,ſtatuto cauetur q͞ fenerator,in vltima coll. iſtud ſequitur & probat bona ratione Alexand.in cóſi. ccviii. in.ii.volu.incipiente viſis verbis in.ix.col.Item qui habet poteſtatem diſponendi & prouidendi ſecundú conſcientiam non debet ſequi propriam conſcientiam, ſed publicam. textus eſt iuncta glo.in.c.iudicet.iii.quæſtio.ii.& voluit Cy.in.l.quiſquis.C.ad.l.iul.maie. Bal in.l.i.C.qui accuſare non poſſunt.& dicit Bald.in.l. fina.C.de pe. iudi.

Gabellam principi cõtra populi voluntatem debitam, ſi quis retinet non peccat.

Conſciẽtia cenſetur munita legib⁹.

Iudex debet ſequi regulam legum & non cõſcientiã ſuã quæ legibus aduerſatur. qui male iudi. debere ſequi regulas legum, & non conſcientiam ſuam, quæ legibus aduerſaretur: poteſt tamen ſequi conſcientiam quæ nemini noceat ſecundum Bald. vide tamen ad primo dicta Ludo. in repe. rub. ff. de arbi. in. ii. col. ad finem. & vide Bal. in. l. ii in. iiii. nota. C. de fideicom Item vide textum in. l. certi iuris. in fine. & ibi Bal. C. de iudi.

20. Preſidens ne conſeilliers ne partiront ſans le congé du Roy.

Art. cxxix. NOus defendons à tous les preſidens, & conſeilliers, & autres officiers de noz cours ſouueraines, que durant la ſeance du parlement, ilz ne puiſſent deſamparer, ne ſoy abſenter de noſdictes cours, ſans expreſſe licence, & permiſsiõ de nous. Et s'il y a cauſe ilz nous en pourront aduertir, pour en ordonner comme verrons eſtre affaire, ſinon que pour grãde & vrgente cauſe il ſe peult autrement faire, dont nous chargeons l'honneur, & cõſciẽce de noſdictes cours ſouueraines.

Curialis in trib⁹ cauſis mittitur à curia ſine licentia principis. FAcit textus in. l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. x. quæ ſint illæ cauſæ magnæ & vrgentes, ex quib⁹ curialis mittitur à curia ſine licentia principis: dic ꝙ tres, ſcilicet honeſta, cauſaria, & ignominioſa: de quibus in. l. milites. §. miſsionẽ. ff. de re mili. de cõſcientia & materia eius de ua hic articulus loquitur in fine, dic vt in præcedẽti articulo. Iuxta prædicta quæro de vna notabili quæſtiõe & quotidiana, quã ponit Iac. de Bel. viſu in repeti. § cõtrahentes. c. romana. de ſo. compe. lib. vi & eam dicit habuiſſe

habuiſſe de facto coram ſe, quis eſt citatus ad audiendam ſententiam vel aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialem ad certam horam, ipſe comparet antequã iudex veniret ad iudiciũ hora ſibi aſsignata corã notario, & ſcribi fecit comparitionem ſuam & receſsit poſtea ſententia fertur vel proceditur cõtra ipſum an poterit appellare? & videtur quòd ſic, quaſi non videatur contumax vel cõtẽnens per premiſſa: contrarium tamen dicit fore verũ & iudicaſſe videlicet illum fuiſſe contumacem, & appellare non potuiſſe: non enim comparere videtur qui non ſtetit vt. ff. de excu. tuto. l. ſcire. §. ſcire. & §. conſequẽs. & § ſufficit. & quòd ibi no. per Bal. & ibi dicit poſt Ia. de are. ꝙ non ſufficit alicui comparere ſi non expectauit quãtum debuit: pro quo allegat. ff quib. ex cau. in poſ ea. l. ii. §. fi. ibi non ſufficit quẽ defendiſſe, ſi nõ duret defenſio, &c. Itẽ & hoc videtur deciſum, quia ille dicitur cõtumax & puniri debet etiam ſi veniat ad iudicium, ſi recedat illicẽtiatus etiam ſi procuratorem dimittat ſi nõ ſit ſufficiẽter conſtitutus extra de procura. c. cõſtitutꝰ vbi videatur gl. ſuper verbo illicentiatus quæ allegat. xi. quæſtio. iii. cap. certũ. & ibi eſt expreſſum quòd ille debet dici contumax & excõmunicari qui ante finitã cauſæ ſuæ examinationẽ à ſinodo abire præſumit, vbi videatur Archi. qui dicit ꝙ tales ſine licentia petita & obtẽta recedere nõ debẽt pro quo facit illa generalis regula inutiliter ſeu vitioſe aut nõ fieri equiparantur. ff. qui ſatiſda cogan. l. quoties. Itẽ non videtur ſe liti obtuliſſe: qui deſtitit. ff de iudi. l. deſtitiſſe. & de rei vẽdi l. is qui ſe obtulit nec videtur verſum niſi duret. ff. de in rẽ verſo. l. ſi pro pro patre. §. verſum bene facit extra de ꝓcur. c auditis. quia qui reuocat ꝓcuratorẽ ſine rationabili cauſa videtur iudicẽ cõtẽnere, facit ad præmiſſa de dolo & cõtuma. c. i. lib. vi. & in cle. i. eo. ti. & quod nota. ff. de procur. l. i. per Bar. & hanc quæſtionem decidit expreſsè Inno. in, c. calumniã. de pœnis vbi dicit quòd etiam ſi coram iudice comparuiſſet ꝓ tribunali ſedente, & ſine licẽtia receſsiſſet, vltima mora ſibi noceret ff. de peri & cõmo. rei vendi. l. illud ſciendũ & ad præmiſſa vide dic. l. ſi quis decurio. vbi ſi qs recedat à iuriſditione

Citatus cõparens tenetur ſtare & expectare iudicem.

c ua pena puniatur qui dant licentiã ſtipẽdiaris reipu.

ne ſine licentia puniendus eſt arbitrio iudicis. quæ eſt notabilis valde. ita dicit Ia. de bel. viſu numero quadrageſimoquinto. Adde, quòd dantes licentiam ſtipendiariis Reipu vt armigeris, doctoribus, & conſiliariis, de quibus loquitur hic articulus cum non poſſunt, quia eorum officium ad hoc nõ extenditur, qua pœna puniantur dic ꝙ ſalarium ipſius temporis quo licentiam dederunt officiales, de proprio ſoluere tenẽtur, caſus eſt ſingularis in l. ꝑ hanc. ~. de erog milita anno. lib. xii. quod nota. Et aduerte, ꝙ quanuis abſentes Reipu. cauſa vt ambaſiatores habent multa priuilegia, tamen qui data opera affectantes Reipub cauſa abſunt, non gaudẽt illis priuilegiis, vt. l. & qui data opera. ff. ex quib. cauſ maio. l. penul. C. quomodo & quando iudex. &. l. vniuerſi. C. de leg lib. x. ſecundum vnam lecturã. Ideo omnis ille qui abeſt cauſa Reipub. in officio pauci valoris, præſumitur affectanter & data opera abeſſe, textus eſt ſingularis in. l. ſpadonẽ, §. fi. ff. de excu. tuto. & illam nemo ad hęc notat, ſecundũ Ludo. Ro. ſingu. 551. quod nota cõtra preſidentes & cõſiliarios, qui data opera pro parua & minima rẽ abſunt, vt hoc tẽpore ſuis priuilegiis & ſtipendiis non gaudeãt. Nota tamen ꝙ doctor ſeu ſtipendiarius peregrinationis tẽpore ſalarium debet habere ſi de licẽtia domini itineret, Bal dicit glo. eſſe ſingularem in. l. ſi ea conditione. C. de cõdi. inſer. in l. deſertorem. §. ad diẽ. ff. de re mili. ſed caſus eſt ſingularis in. l. hac. C. de ꝓximis ſacro. ſcrinio. lib xii. Nota ſecundo ꝙ hæres præſidentis vel conſiliarii defuncti debet ſalarium totius tẽporis conſequi. l. ſi quis in ſacris C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. xii. & . l ii. C. de primip. & . C. de agen. in reb. l. iii. eo. lib. & . l. poſt duos. §. fina. de aduo. diuer. iudi. Nota tertio quòd licet aliquis debeat extrahi de vno collegio, quod intrauit, nihilominus gaudet illo priuilegio, ex quo intrauit. donec illud declaratũ ſit, quia cum ſit in poſſeſsiõe iuris illius priuilegii, debet gaudere illo priuilegio, arg. ff de aqua quoti. & eſti. l. fin. Ita notat Bar. illum textum in. l. i ad finem. C. de colleg. li. xi. & dicit ibi Bar. ꝙ ſi vnus de collegio remoueatur, & alius ſubrogatur, hoc fieri debet de voluntate & conſilio eorum, qui

Abſẽtes reipu. cauſa data opera.

Abſens reipu. cauſa in officio pauci valoris.

Doctor & ſtipẽdarius abſens de licẽtia domini.

Heres preſidentis vel conſiliarij.

Collegiatus gaudet iure collegij quãdiu durat queſtio ſuper eo.

qui præſunt collegio, vt in.c.conſtitutus de elec.ſecundũ vnam lecturam vbi recedenti de collegio nõ poteſt reſeruari vox in electione, licet poſsit vnus qui nõ ſit de collegio dare vocem in illo collegio ſi omnes voluerint c.ſcriptum eo.tit.notat Anto cor.in verbo collegium. Nota. quarto quod qui de nouo venit in collegium nõ tenetur pro debito antea cõtracto ꝙ facit vt ciues nouiter creati non teneãtur ad collectas quæ pro debitis antiquis imponũtur. Ita notat ſingulariter Dy.in l.incola.ff.ad municipa allegat ad hoc l.prouidẽdum C.de deçur.lib.x.& ibi Bar.refert, & ſequitur Dy.& nota illum textũ, quod ſucceſſor in officio non tenetur pro debito predeceſſorũ Nota quinto quõd preſidens ſeu conſiliari⁹ aduocatus & medicus aut alius officialis recipiũt ſalariũ dieb⁹ quibus ſunt in itinere: ita notat Bar.in.l.ꝙ niſi verſi qui dies ff. de oper.liber.& ad hoc vt habeát maius ſalariũ eunt per obliquas vias & non rectas: vt notat Bar.ĩ.l.q fiſcales C. de nauicu.lib.xi. Nota ſexto quòd maior dignitate & ordine vltimo recept⁹ in collegio, debet preferri antea receptis, quia maioritas ordinis potius attenditur, quá prioritas tẽporis c.ſtatuimus de maio.& obedien.l.fin.C.de tiro.lib.x.& ſi minor maioris locum occupat, punitur, quia debet poni ĩ loco viliori, caſus eſt ſingularis in c.precipimus.xix.diſtinc.notat Ludo.Ro ſing.189. Nota ſeptimo quòd ad hoc vt alius de vniuerſitate habeat vocem ad faciendos cõſiliarios, poteſt vniuerſitas diſponere, vt c ſcriptum de elec.lxiii diſtinc.c.obeũtibus, ſed nũquid ſi vnus tantum de vniuerſitate cõtradicat, valeat act⁹ ſeu electio? tu dices quod ſic l.quod maior.ff.ad municip.c.i.de his quæ fiũt à maio.parte cap.ſed contrariũ eſt veritas ſecũdum Lu.Ro.ſing.44.allegat cõpoſtellanum hoc dicere in dic.c.ſcriptum: & Io.An.illum ibi referentem & ſequẽtem, quod nota tu, qui facis conſules, ſcabinos, & capitularios. Sed quæro nũc, an habẽs vocem nomine proprio & nomine canonici poſsit illas voces diuidere ĩ diuerſas vidꝫ primo ꝙ ſic, quia ex quo ſuſtinet voces pluriũ, debet iure plurimorũ cẽſeri, vt in c.cum olim.de re iudi.cõtrarium tenet vin.in.c.quanuis de offi.deleg.vbi dicit ꝙ

Collegium non debet quis intrare ſine conſenſu eorũ qui collegio preſunt.

Collegium intrans de nouo non tenetur ad collectas pro debitis antiquæ impoſitas.

Succeſſor in officio non tenetur pro debito predeceſſorum.

vocẽ habẽs nomine proprio & etiã nomine canonici.

delegatus principis procedit nomine proprio & ſui colle gii nomine, tamen non potuit diuerſas ferre ſentẽtias, & mouetur per textum ſingularem in.c.penul.de elec li.vi. vbi probatur primum dictum ſic extendit dic.c. quãuis. Et ratio eſt, quia qua cõſcientia quis putat iuſtum nomine proprio, debet iuſtũ cenſere nomine ſui conſocii ſeu delegantis, refert & ſequitur Abb in dic.c. quãuis. notãt Ludo.Ro ſing.76.& Anto.cor.in verbo vox, Nota octauo, ꝙ ſimplex capellanus non habet vocẽ in capitulo, textus eſt ſingularis in.c.ſi.de ſta.mona qui licet loquatur in ſecularibus habentibus capellas in eccleſia ſeculari tamẽ non extenditur ad ſeculares clericos habentes capellas in eccleſia cathedradrali, vt not. p Inno.in.c ii.de inſti. idẽ dic in cõuerſo, vt videtur caſus in.c.nouit de his quę fiũt à præla. ſine cõſenſu ca.niſi hoc acquiſiuerint ex antiquiſſima cõſuetudine, vt not.per Inno.in dic c.ii. refert Ludo.Ro.ſing. 5?.&. 56. Nota nono ꝙ ſi ſtatuto cauetur, quòd talis non habeat vocẽ in capitulo, per tale ſtatutum eſt illi precluſa via in iudicio: ita ſingulariter dicit Bar.in l coloni in verbo voce negamus.C.in quib. cauſ. coloni cenſi.lib.xi. quod nota pro his quæ leguntur & notantur in cle.vt hi qui de eta. & quali. Quæro præterea abſens in electione rectoris qui non poteſt mittere procuratorem poſsit vocem ſuã per litaeras renunciare? dic ꝙ nõ, textus eſt ſingularis in c.ſi quis iuſto de elec. li.vi.

Vocẽ in capitulo an habeat ſimplex capellanus.

Stãte ſtatuto, quòd quis non habeat vocem in capitulo.

Vocẽ ſuam an poſsit quis nũciare per literas abſens.

Mercuriales ſeront tenues de moys en moys, & porteés au roy de trois moys en trois moys.

Art.cxxx.

NOus ordonnons que les Mercuriales ſe tiendront de moys en moys ſans y faire faulte, & que par icelles ſoyent plainement & entieremẽt deſduictes les faultes des officiers de noſdictes cours, de quelques ordres & qualitez qu'ilz ſoyent. Sur leſquelles ſera in

continen

continent mis ordre par noſdictes cours, & ſans aucune retardation ou delay, dont nous voulons eſtre aduertys, & leſdictes mercuriales, & ordre miſe ſur icelles, nous eſtre enuoyées de trois moys en trois moys, dont nous chargeons noſtre procureur general de faire la diligence.

Vide de hac materia Pari de pu. in ſuo tracta. ſindica. latè tractantem. Adde quòd mercuriales ſunt quæſtiones, & diſceptationes, correctiones & admonitiones, quæ fiunt in ſupremis curiis ſuper negligentia, dolo aut culpa officialium illarum ſupremarum curiarum clam & ſecreto mercurialibus diebus, in quibus quidem curiis cupido ocium & delitiæ magis regnant, quàm alibi, vt dicit Ioan. Fab. in. §. pupillus inſti. de inuti ſtipu. vt dicetur infra art. xlj. & dicũtur mercuriales, quia mercurialibus diebus tractantur, quare nota, ꝙ officialis non præſumitur in negligẽtia, niſi ad hoc ſibi fiat proteſtatio arg. l. i. C. de his qui per metum iudi. non appel. & l. j. C. de ſuſcep. & archa. lib. xj. ſed an ſufficiat vna proteſtatio an plures requirantur: & videtur quòd plures requirantur ſicut in ſimili dicitur de petitione apoſtolorum, vt. l. eos in fine. C. de appel. & auten. licet teſtator. C. de epiſ. & cler. & c. j. de milite vaſallo, qui contumax eſt cum ſimili, ibi ꝙ ſi ter admonitus facere diſtulerit in vſib feudo. & ibi Bal. dicit quòd per trinam requiſitionem cõuincitur malitia prælati, poſt quam recurri poteſt ad ſuperiorem, vt. c. ſtatuimus de ſupple. negli. præla. & idem Bal. in c. i. ſi de de inueſti. inter do. & vaſal lis oriatur dicit ꝙ requiritur trina requiſitio & demũ aditur ſuperior ego puto ſufficere vno contextu ſępius & inſtãter iudici proteſtari, vt in ſimili deciditur de petitione apoſtolorum in cle. quanuis de appel. licet Bar. dicat in l. i. de his quib. vt indig. quòd iudex dicitur negligens ſi tranſiuit tantum tempus, quod facere potuit, & non fecit

Mercuriales.

Vna proteſtatio an ſufficit an plures requirãtur, vt conſtet de neglìgentia iudicis.

&.l.in cognitione.ff. ad ſille.& ita ſe remiſit Bal.in l.mancipia.C.de ſer.fugi.ad Bar.in dic.l. infra quantum tempus dicatur negligens iuſtitiam non faciendo,cuius Bar. dictũ intellige,in his quæ ſpectant ad iudicis officium vt.l.properandum.§.ſinautẽ.C.de iudi & ff.quib. ex cauſ maio.l. ſed & ſi per prætorẽ.§.ait prætor.& Bal.dictũ in his, quæ ſpectãt ad partis ſolicitudinem, quia inſtare & proteſtari contra iudicem,debet,vt eſt arg.in.l. quibus diebus.ff de condi.& demonſtra.& c.his quibus ex.de electione ſecundum Bal.in dic.§.ſinautem.& facit glo.in.l.ſi curatoris in verbo necne.C.de iur.delj.quã ibi allegat Ang. dicens ꝙ omnis actus debet in iudicio fieri ad partis inſtantiã,& facit in.l.j.vt infra certũ tempus,& dicit Bal. in c.j.de pace iura.firman.§.duces ꝙ tunc iudex nõ tenetur de negligentia,quando non expediuit cauſam,ſi pars non petiit:& vide Bal.in.l ſtatutis.C. de ſenten ex peri recitan.& gloſ. in c.fina de teſti.quæ dicit ꝙ in iudice non habet locum pœna negligentiæ,niſi iuſtitia petatur à parte:& do.Anto.de Bu.in c.cum ſit,de foro comp.& Bar.in.l fina.de variis & extraor.cogni.& in.l.damni.§.ſabini.ff. de dam. inſec.dicit.quod facit,ad quæſtionem ſtatuti diſponentis,ꝙ ſi iudex non finit quæſtionem infra certum terminum, debet ſoluere certam pœnam,quòd iudex non incidit in pœnã, ſi non petitum fuerit,hoc tenuit do Anto.in cap.venerabilis de iudi. ☙ Nota tamen ꝙ quando quis promittit vel obligatus eſt ad aliquid faciendum ex aliqua particulari obligatione:& etiam ſtatutum arctat eum ad illud faciendum:tunc vt ſtatutum aliquid operetur, tenetur illud facere ſine monitione alias cadit in pœnam. Ita dicit Fedé. de Senis in conſilio ſuo ciiij.incip.quòd non fecerit reſidentiam,quem refert & ſequitur Abb.in cap.quoniam frequenter.in §.porro extra,vt lite non conteſta. ☙ Aduerte tamen ꝙ in cauſa exterorũ & peregrinorũ,ſi iudex vult ordinate procedere,dicitur iuſtitiã denegare,& ꝓceſſum retardare.ſecundum And.de Iſer in prohe.feudo maxime vbi cauſa eſſet modica per notata in auten. niſi breuiores. C.de ſent.ex peri.recitan.vel ſi talis eſſet cauſa,quæ celeritaté deſiderat,vel ſi plus expenderetur,ꝗ̃ ſit rei valor,vt ſi eſſet

Iudex quando dicatur negligẽs iuſtitiam non faciendo.

Iudex nõ dicitur negligens ſi pars nõ requirat

Iudex qui debet finire cauſam infra certum tempus ſub certa pœna.

Iudex ĩ cauſa exterorũ & peregrinorum.

Iudex in modica cauſa debet ſummarie procedere.

eſſet quæſtio de equo, qui interim in hoſpotio ſe comederet, vt dicit not. Bar. in l. ii ff. de re iudi. tunc iudex debet ſummariè procedere breuiatis dilationibus & lite nó conteſtata, & facit ꝙ idé Bar. notat in l. ſi prius. ff. de no. ope. núcia. & in. l. j. ff. de glande legen. & in. l. ſed ſi vſufructus. ff. de vſu leg. Bal. in. l. libertiq; C. de ope. liber. vel quando eſſet quæſtio, ꝙ quis eſſet officialis pro hoc anno, & tempus inſtaret, ꝙ debet ꝓcedere dilationibus breuiatis per textú in. c. ſignificauerunt. de iudi in verbo inutiliter labatur & dixit Spec. in tit. de ſecúdo decreto ver. videndú & verſi. quid ſit ꝙ procedi poteſt lite nó côteſt. Et aduerte quia Bar & Bal. latius dixerunt in dic. auté. niſi breuiores ꝙ in cauſis breuioribus ſentétia poteſt proferri ſine ſcriptura. vbi Bal. dixit ꝙ cauſę breues ſunt inter homines par uæ códitionis, nam cauſa vnius magna in ruſtico quia forte eſt maior pars fortunarú ſuarum ff. de offi præſi. l. illicitas. §. veritas vbi glo. de vno porcello, item ſi ruſticus peteret ſuam mercedé quia proceditur verbo ſine ſcriptis, & ſine ſportulis, quæ ſunt arbitratoria inſpecta perſonarum côditione, & rerú arg. de tranſac. l. cú hi nam corá iudice rurali nó debet libellus offerri, quia ratione ignorátiæ legum ſimplicitia ſunt côtenti ſecundum Bald. ibi & vide Ang. in. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. i. ff. de iud. Et aduerte ꝙ cauſæ fœni. & paleæ dicuntur modice, de quibus ponit exemplum glo. in auten. de manda. prin. §. ſit tibi notat Paris de Pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo ſententia. Et in verbo an contra. Sed nunc quæro qua pœna puniantur officiales gratia vel diſsimulatione non punientes maleficia, & non imponentes pœnas legibus vel ſtatutis impoſitas: vide textum iuncta glo. in lege prima. §. ſinautem. C. de deſerto. & occul. lib. xii. & ibi Bar. glo. dicit eſſe notandam contra capitaneos peruſij, qui gratia vel diſsimulatione non puniunt, ad quod facit ſecundum eum. C. lætitiæ vel conſulum nunciatores eod. lib. l. quicquid, vbi dicit iſtam legem ad hoc eſſe notandam. vide textum in lege finali. C ad legem Iuliam. de vi pub. puniuntur etiam ſimilitudine ſupplicij. l. fina. C ne ſanctum baptiſma ite. Aduerte præterea quòd propter delictum iudicis puniuntur omnes, iſtud probat textus

Iudex poteſt ſummariè procedere quando tépus expirat

Officiales gratia vel diſsimulatione maleficia non punientes qua pœna puniuntur.

Propter delictū iudicis omnes puniuntur.

textus mirabilis in.l.iudices.C. de nauic.lib.xj. quem textum inducit ibi Bar.quòd propter denegatam iuſtitiam à iudice vel rectore loci conceduntur repreſaliæ contra omnes ciuitatis ciues,quod nota,& vide per eum in tractatu ſuo repreſa & per cano.in cap.vno de iniur.lib.vi. quare valet ſtatutum Florentinorum,quòd vno delinquente cæteri de agnatione teneantur,iſtud probat textus in optimum argumentum in lege.iure prouiſum C.de fabri.lib. xj.& hoc colligit ibi Bar.& ratio ſtatuti & illius.l. ibi ponitur ſic,quia alij curabunt,ne aliquis delinquat.& ſic nota ibi caſum,in quo vnus pro alio tenetur alia ſimilia notantur per glo.in lege prima.§.ſi plures.ff de exerci.C.de primipi.l.fina.lib xj.& de hac quæſtione vide Bal.in.l.j.aliàs in rubrica res inter alios acta notat Anto.Cor.in verbo iudex & in verbo ſtatutum. Nota etiam quòd negligentia eſt lata culpa in iudice,ſeu dolus præſumptus,ideo tenetur inſolidum.l.mancipia.C.de ſer.fugi. & per nota. in lege ſecunda.ff.quod quiſq; iur. Et idem ſi iudex malè iudicat,quia inſolidum tenebitur,ſi dolo. & idem ſi abſq; ſententia damnum inferret.l.lectos cum.l.ſequenti de peri.& commo.rei vend.niſi ex cauſa hoc faciat.l. ſi is cum quo.ff.fami.herciſ.& in.l.fina.§.fina.de pig[illegible]o.actio.Si autem credidit ſe iniuſtè facere, tenetur, ſi ex ſuo capite facit,dic.l ii.ff.quod quiſque iur.&.l.fina.de var.& extraor. cog.ſi autem ad id inducitur propter diuerſitaté opinionum.parcitur ſibi,ſi paſſus eſt ſubtilis. vel punitur mitius inſti de obli.quæ ex quaſi delic.in prin.quia tenebitur ad purum damnum partis, non autem ad aliud intereſſe, & idem vbi conſuluit conſilio ſapientis electi per eum, ſecus ſi per partes arg.ff.de re iudi.l.ſi cōuenerit,& ibi Bar. & Bal.in dic.l.mancipia,vbi hæc dicit:ſed an iudex negligens facit litem ſuam,Bal.in dicta.l. mancipia videtur tenere quòd ſic.Bar.dicit quòd nunquam facit litem ſuam, ita quòd conueniatur actione in factum.l. ex maleficio.§. ſi iudex.ff.de actio.& oblig l.fina.de variis & extraord.cogni.ſed conuenitur ex titulo vt differentes iudices,Bal.tenet contrarium in dicta lege mancipia,per textum in lege ſi quis in conſcribendo.C.de pac.&.l.ſi quando.C. de teſti.Ang.

Valet ſtatutum quòd vno delinquente cæteri de agnatione teneātur.

Negligentia in iudice.

Iudex negligens an faciat litem ſuam.

ſti. Ang. ſuſtinet Bar. quia in lege ſi quis in conſcribendo non ſtetit in meris finibus negligentiæ, ſed iudicauit contra acta, ideo facit litem ſuam dicens quòd Bar loquitur, vbi pœna reperitur à lege impoſita, ſecus vbi non reperitur determinata, quia tunc iudex facit litem ſuã negligendo ſecundum Bal. & ſic ſi negligentia eſt diſſoluta & accedit dolo, tenetur inſolidum, ſi autem accedit culpæ tenetur in quantum religioni iudicantis videbitur equum. Et ſubdit Aug. quòd excommunicans non ſeruata forma in cap ſacro de ſenten. excommunica. non facit litem ſuam, ſed tenetur ad intereſſe condictione. c. i. de ſenten. excom muni. lib. vi. quæ not. & vide infra. art. cxlii. & fin. Præterea aduerte quòd iudex ſuperior poteſt prefigere terminum inferiori negligenti infra quem de cauſa cognoſcat, alioquin ipſe cognoſcet, & cauſam ad ſe aduocabit. cap. irrefragibili. §. exceſſus ex. de offi. ordi.

Excommunicans non ſeruata forma. c. ſacro.

Diſpoſitions de donateurs ou teſtateurs en faueur de leurs adminiſtrateurs declarees nulles.

NOus declarons toutes diſpoſitions d'entre vifz ou teſtamentaires, qui ſeront cy apres faictes par les donateurs ou teſtateurs au profit de leurs tuteurs, curateurs, gardiens, bailliſtres, & autres leurs adminiſtrateurs, eſtre nulles, & de nul effect & valeur. *Art. cxxxi.*

COncordat hæc ordinatio cum iure ciuili, quo non valet contractus initus per tutorem vel curatorem, aut alium de ſua familia, aut per eum interpoſitam perſonam cum pupillo, aut eius minore, vt. l. i poſt prin. & l. pupillus. §. item ipſe ff. de aucto præſtan. facit in arg. l. i. C. de contrac. iudi. niſi poſt ſuam ætatem minor contractũ comprobauerit, vt in dic. §. item ipſe. Et dicitur ſuæ ætatis pupillus poſt decimumquartũ annum, pupilla poſt duodecimũ, quo

Tutor vel curator cõtrhere non poteſt cum pupillo aut eius minore

Iudex debet ſequi regulam legum & non cõſcientiã ſuã quæ legibus aduerſatur.

qui male iudi. debere ſequi regulas legum, & non conſcientiam ſuam, quæ legibus aduerſaretur: poteſt tamen ſequi conſcientiam quæ nemini noceat ſecundum Bald. vide tamen ad primo dicta Ludo. in repe. rub. ff. de arbi. in. ii. col. ad finem. & vide Bal. in. l. ii. in. iiii. nota. C. de fideicom Item vide textum in. l. certi iuris. in fine. & ibi Bal. C. de iudi.

20. *Preſidens ne conſeilliers ne partiront ſans le congé du Roy.*

Art. cxxix.

NOus defendons à tous les preſidens, & conſeilliers, & autres officiers de noz cours ſouueraines, que durant la ſeance du parlement, ilz ne puiſſent deſamparer, ne ſoy abſenter de noſdictes cours, ſans expreſſe licence, & permiſsiõ de nous. Et s'il y a cauſe ilz nous en pourront aduertir, pour en ordonner comme verrons eſtre affaire, ſinon que pour grãde & vrgente cauſe il ſe peult autrement faire, dont nous chargeons l'honneur, & cõſciẽce de noſdictes cours ſouueraines.

Curialis in trib⁹ cauſis mittitur à curia ſine licentia principis.

FAcit textus in. l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. x. quæ ſint illæ cauſæ magnæ & vrgentes, ex quib⁹ curialis mittitur à curia ſine licentia principis: dic ꝙ tres, ſcilicet honeſta, cauſaria, & ignominioſa: de quibus in. l. milites. 6. miſsioné. ff. de re mili. de cõſcientia & materia eius de ua hic articulus loquitur in fine, dic vt in præcedẽti articulo. Iuxta prædicta quæro de vna notabili quæſtiõe & quotidiana, quã ponit Iac. de Bel. viſu in repeti. § cõtrahentes. c. romana. de ſo. compe. lib. vi & eam dicit habuiſſe

bus l.ſicut C de actio.& oblig Mortis cauſa donatio eſt illa quæ fit in euentum mortis ipſius donantis vt ſic morte demum ſecuta ſortiatur effectum,& nõ aliter,vt inſti.de dona. .i.& .ff.de donatione cauſa mortis.l.i.C.eo tit.per totum.in qua donatiõe debet exprimere donãs,ꝙ donat cauſa mortis vel poſt eius mortem aut ſi nõ exprimatur, videtur in dubio.& præſumitur donatio interviuos,vt determinat glo.in l.fina.C.de dona.cauſa mortis,& dic.§ i. inſti de dona.ff eo.l.ſenatus §.mortis cauſa.ex quibus poteſt colligi deciſio illius quæſtionis,quæ plerunque de facto cõtingit Pone aliquis donauit aliqua bona ſua Titio poſt mortem ipſius donãtis,quam donationem promiſit nullo tempore reuocare,aliqua occaſione,vel cauſa,Videtur quòd eſt cauſa mortis:quia collata eſt poſt mortẽ donantis.ergo &c.in contrarium videtur,quia promiſit nõ reuocare aliqua cauſa,quòd eſt oppoſitum donatiõis cauſa mortis quæ reuocari nõ põt niſi in certis caſibus, qui habentur & notantur in l.fina.C.de reuo.dona. breuiter dicendũ eſt quòd ſit donatio inter viuos,& nõ cauſa mortis per textum ſingularem in l.vbi ita donatur .ff.de donatione cauſa mortis & ibi per Barto.ſecundum quẽ habes talem regulam colligere.quòd vbi conuentio eſt contra ſubſtantiam contractus,de quo agitur,facit ipſam conuẽtionem tranſire & reſolui in aliud nomẽ cõtractus,ſi verborum ſignificatio patiatur. Adde quòd licet donatio non poſsit reuocari in caſibus notatis in dic.l.fin.fallit in donatione remuneratoria,quæ non reuocatur,textus eſt in.l ſi pater §.i.ibi hæc donatio irreuocabilis ff.de dona. Fit etiam donatio non ſolum purè,ſed ob cauſam & ſub modo vel conditione,vt.leg.ſenatus §.mortis cauſa.ff.de mortis cauſa dona & l.i.C.de dona que ſub modo & l.ſi cui mortis.in prin.ff.de dona.cauſ.mor.facit l.quod conditionis ff.eo titu.Præterea quæro quid differt donatio inter viuos,à donatione cauſa mortis?Reſpondeo quod differt in forma & modo cõcipiendi,vt ſupra dictum eſt. Item differt in ſubſtantia:quia donatio cauſa mortis regulariter ſola pœnitentia reuocatur,vt in l.quæ mortis. & in l.ſenatus in §.donationis,& lege mortis cauſa ff,de donatione cauſa mortis cũ ſimili.ſed donatio inter viuos nõ

tatem traditionis.

Donatio in dubio præſumitur eſſe inter viuos

Cõuẽtio cõtra ſubſtantiam cõtractus,de quo agitur,ipſũ contractum mutat.

Donatio inter viuos differt à donatione cauſa mortis.

reuoca tur

reuocatur,niſi in certis caſibus,de quibus in dic.l.fin.& in c.fina.de donatione inter virum & vxorem Amplius quæro an vtraque donatio fieri poſsit tam abſenti,quàm præſenti? dico quód olim iure fforum donatio inter viuos fieri poterat tam abſenti quàm præſenti per nũcium,vel per epiſtolam,vt in l.etiam.& lege abſenti.& leg.qui mihi.ff.de donationibus ſed donatio cauſa mortis ſolũ fieri poteſt præſenti,& non abſenti,vt lege inter mortis.in princi.ff.de donatione cauſa mortis.Hodie vero iure codicis vtraque donatio fit pacto nudo,vt lege ſi quis argẽtum.§.fina.C.de donationibus.& nota.per Cy.in dic.l fina.C.de donatione cauſa mortis.& fieri poteſt tam abſenti quàm præſenti per nuncium vel per epiſtolam,vt no. per eundem Cy.in l.nec ambigitur C.de dona.cauſa mortis.contrarium tamen ſtatuitur in textu,vt non valeãt donationes factæ abſentibus,quouſque fuerint per eos acceptatæ,& inſinuatæ in præſentia donantium & notariorum. Nam alternatiua vel ibi poſita(ou inſinuations) ponitur pro copulatiua,vt l.ſæpe.ff.de verbo. ſignifica. Adde quod quando donatio cauſa mortis reuocat̃,ſi res fuerit tradita,& fruct⁹ percepti,poteſt repeti res donata cum fructibus,caſus eſt in l.cũ quis.ff.de cõdic.cauſ.data cauſ.non ſecuta,& in l.videamus §.i.ff.de vſur.idem dic. in legato vt poſsit cum fructibus reuocari ſecundum Bal. in l.fina.C.de vſufruc.& habita.Sed an poterunt fructus percepti etiam ante reuocationem repeti:dic.ꝙ ſic quia ex quo titulus eſt reuocabilis,& ex quo poſſum principalem rem repetere poſſum etiam fruct⁹ perceptos repetere nam tunc iſtud legatum ſolutum donationi cauſa mortis equiparatur,ita ſingulariter dicit Bal.in rubri.ſi qs omiſſa cauſa teſta.& in dic.l.fin.Nota præterea,quod donatio ſimpliciter facta filioſa.vel inter cõiuges cõfirmatur morte donantis l.donationes C.de dona.inter virum & vxo. l.ii.C.de dona:tamen ſi eſt facta donatio ꝓpter bene merita,debebunt plene probari,nec ſtabitur tali aſſertiõi inter tales perſonas prohibitas,vt plene declarat Bar.in l ſi forte ff.de caſtrẽ.pecu.in l.cũ tacitum.ff.de proba.quare dic.quod iſta donatio non firmatur morte,quia quod potui,

Reuocata donatione cauſa mortis poſſunt repeti fructus percepti.

Fruct⁹ percepti ante reuocationẽ donationis cauſa mortis.

Donatio facta filioſa vel inter cõiuges cõfirmatur morte.

Donatio facta ob bene merita.

tui,nolui.& iſtud eſt ſing.dictum Ange.in.l.ſi donatiōe. C.de colla.poſt gl.& Ludo.Ro.quod alibi non reperies. Et ideo ſis cautus ad fieri faciendum tales donatiōes,vt ſi non ſint bene merita,nō apponantur talia verba,ne impediatur confirmatio poſt mortē. Aduerte tamē ꝙ ſi cōiuges faciant ſibi inuicē reciprocam donationem ſi contingat alterum premori,non dicitur donatio prohibita ſed valebit & non indigebit confirmatione per mortem & etiam non interueniente traditione poſt mortem poterunt bona peti.ita ſingulariter dicit Cy.& poſt eum Pau. caſtren.in l.ſi pater puelle in fine C.de inoffi.teſta. Nota ſecūdo,ꝙ ſi donās & donatari⁹ ſimul moriantur, preſumitur donans præmortu⁹,& habet locū ſtatutū de lucrāda dote,ita notat Bal in l.ſi eodē ff.de reli.& ſump. fune.vltra Bal.allego optimum textū in l.cum hic ſtatus. §.ſi ambo.ff.de dona inter virum & vxo.vbi ad validandam donationem præſumitur præmortuus donās quā donator. Nota tertio,quod licet filiusfa.poſsit donare cauſa mortis cum conſenſu patris,debet tamen interuenire ille conſenſus in principio,nō autem ſufficit quod poſt donationē interueniat,ita dicit Bal.in l.vxor.C.de cōdi.inſer. Nota quarto,ꝙ donatio inter viuos dicitur perfecta traditione,antequam enim tradatur donās remanet domin⁹ & ſic eam obligare poteſt l.quod ſæpe.§.quod ſi ſe ff.de contrahen.emp.de hoc eſt textus expreſſus in l.pe.§.lucius ff.de dona.& facit l.quoties.C.de rei vendi.per traditionem tamen inſtrumēti cēſetur res tradita,de quo in inſtrumento fit mētio,vt.l.i.C.de dona.Sed quid ego incido inſtrumētū,mihi traditū,an propter hoc inducatur retraditio in primum tradentem?dic.quod ſic glo.eſt ſingu.in l.ab emptione.ff.de pac.dota.quam ſe habuiſſe refert Ludo.Ro ſing.339.Bal.in vſi.feudo.in procе.vi.coll. Nota quinto,quod licet donatio omnium bonorū vel maioris partis per non habentem filios facta annulletur,filiis poſtea ſuſceptis,vt eſt caſus in l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.tamen talis donatio ad pias cauſas facta per liberorū ſuperuenientiam non reuocatur,niſi in legitima glo.eſt ſingu.in.l.quicunque.xvii.quæſtio.vltima, quam ſumme ponderauit

Donans & donatarius ſi ſimul moriātur.

Cōſenſ⁹ patris in donatione queſit per filiū debet in principio interuenire.

Traditiōe inſtrumēti cenſetur res tradita.

Inſtrumenti deciſione inducitur rei donatæ retraditio.

Donatio omniũ bonorum vel maioris partis per non habẽtem filios facta.

ponderauit. Bald. in l. titia. ff. de leg. ii. & Bald. in l. i. C. de inoffi. dona. & reputauit eam ſingu. Ludo. Roma. in repe. auten. ſimiliter. C. ad l. falcidiam. viii. col. Limita ſecundo dic. l. ſi vnquã per Bar. in dic l. titia. § imperator ff. de leg. ii. vbi quærit, quid ſi pater donauit alicui bona ſua nõ habens filios, & tamen in genere cogitauit de filiis, an propter filiorum natiuitatem reuocetur donatio? decidit ꝙ nõ. & eſt ſingularis limitatio ad dic. leg. ſi vnquam. & mouetur ibi Bar. quia pater cogitauit de filiis ĩ genere, & ad hoc allegat l qui iure ff. de teſta. mili. vbi non rumpitur militis teſtamentum licet vxor fuerit prægnãs, ſi ſibi fuit animus quencunque naſciturum ex hæredandi, & eãdem l. allegat io. de Imo. in c. fina. de dona ſed Io. An in addi. ſpec. titu. de inſtru. edi. § porro verſi. hoc autem certũ tenet, quod beneficio dic. l. ſi vnquam renunciari non poteſt, quia illa lex non eſt inducta donãtis fauore, ſed ipſorum filiorum fauore, ſed Bar in dic § imperator tenuit contrarium, & Do. And. Barb in repe. c. raynaldus de teſta i. col quia ſecundum eum dic l. ſi vnquam emanauit in filiorum fauorem tamen ille fauor habet ſubſiſtentiã ex mente, & ideo renunciatio illius pendebit ex paterna voluntate, & perconſequens ſecundum eum non recte locutus eſt Ioan An. dicit tamen equam eſſe eius opinionem, ſed Salic. refert & ſequitur opinionem ioã. An. in dic. l. ſi vnquã. Aduerte tamen ad clauſulam, quæ quotidie poni tur in teſtamẽtis, in quibus dicitur quod valeãtiure donationis cauſa mortis. Nã ſi is cui fit donatio eſt abſens, nec interuenit nuncius vel epiſtola, non poterit agere ex cauſa donationis: niſi notarius tanquam publica perſona recepiſſet hanc donationẽ eius nomine vel cuiuſcũque &c. poſſet tamen agere ex cauſa fideicommiſſi: quia ſi nõ operaretur vt donatio, ſaltẽ operaretur, vt fideicõmiſſum ſecundum Bar. per l. fideicomm. ſſa. in princi: ff. de leg. iii. & nota. per eum in dic l. i. & l. thais. ff. de dona. Adde Bald. in l. i. ff de dona. cauſa mor. vbi dicit, quod quando donatur cauſa mortis nõ valet, nec tenet, valet iure fideicõmiſſi per textũ in l. miles ff. de leg. ii. Sed quero nunc infra quod tempus debet fieri inſinuatio cum in hac regia conſtitutio

Lex ſi vnquam C. de reuo. do.

Donatio relicta abſenti per teſtamentũ, quomodo peti poteſt.

conſtitutione non fiat métio de termino, dic quòd videtur tempus collatum in arbitrium ipſius facere debentis vt probat textus in arg. in l. licet C. de iure delib. in lege. cum notiſsimi in prin. C. de preſcrip. xxx. anno. attamen nota quòd quis non admittitur ad faciédam inſinuationem póſtquá oppoſitum fuerit de inualiditate donationis propter inſinuationem nó factam in ipſa donatione, nam tunc erit ſibi precluſa via ad talem inſinuationé faciendam ita ſingulariter dicit Ange. in conſilio ſuo cc xxxvii. incip. viſis prædictis inſtrumentis allegat ea quæ habentur in l. eo decurſum C. de dona ante nupt. Et in l. fin. C. de iure dotium quod dictum refert. & ſequitur Alex. in conſilio ſuo. ccxxxvii. incip. perſpectis &c. In fine in vi. volu. quod dictum eſt ſumme notandum quia poteſt ſeruire ad multa quæ quotidie occurrunt. Nota inſuper quòd clauſulæ retentionis vſufructus & cóſtitutionis precarii, de quibus in textu, habent vim tranſlatæ poſſeſsionis: nam per eas cenſetur eſſe tranſlata poſſeſſio perinde ac ſi donatarius, vel emptor realiter illá apprehenderet. l. quiſquis. C. de dona. l. quod meo. ff. de acqui. poſſe. & l. interdú. ff. eo. & c. cum veniſſent extra de reſtitu. ſpo. ſi tunc temporis donator vel venditor poſsidebat: quod eſt neceſſe probare vt traditur, & notatur in iuribus ſupra alleg. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Differunt tamen iſtæ duæ clauſulæ conſtituere ſe nomine emptoris poſsidere, vel precatio nomine: nam primo caſu probatur traditio poſſeſsionis tá naturalis quá ciuilis, ſi emptor poſsideat, vt ſupra dixi per dic. le quod meo & c. cum veniſſent. ſecundo caſu non omnis poſſeſſio per tale conſtitutum tranſfertur in emptoré vel donátoré: ſcilicet ciuilis & remanet naturalis penes véditoré vel donatorem hoc enim importat natura precarii vt lege & habet §. cum. & ibi nota. ff. de preca. Eſt igitur conſultius pro emptore vel donatore, vt ſimpliciter faciat apponere formam conſtituti in inſtrumento, quo venditor conſtituit ſe nomine ipſius poſsidere omiſſo precario: licet in hoc multi errent notarii. & tantum operatur ſimplex conſtitutum quantum ſi inſtrumentum fieret in ipſa

Poſſeſſio transfertur per clauſulam retétionis vſufructus & cóſtitutionis precarij.

Notarij multi errant ponentes clauſulam cóſtitutionis precarij.

M

in ipſa re:fateor tamẽ quòd ſi precarium apponatur vel interueniat qudò nõ propterea impeditur contractus vt habetur in l. Iulian.i. §. ex venditione ver. poſſeſsioné. ff. de actio. emp. Vbi auté notarius multiplicaret verba apponẽdo ſimplex conſtitutum, & precarium dicens, talis venditor conſtituit ſe nomine talis tenere precario:tunc vtraque poſſeſsio diceretur trãſlata potius vi conſtituti, quàm precarii arg. in l. non ſolum. §. fi. ff. de vſufruc. ſecundum Ioan. Pe. de Ferra in forma poſitio. acto. glo. Itẽ quòd præſcriptus. Præterea bonum eſt vt creditor, quãdo facit ſibi rem obligari pro debito, faciat apponere hanc clauſulam conſtituti, quòd debitor cõſtituit ſe rem illam nomine creditoris poſsidere: quia tũc cõtra ipſum nulla currit præſcriptio. vt lege malè agitur. C. de præſcrip. xxx. anno. Ita multum ſingulariter notat Ioan. Pe. de Ferra. in forma reſponſionis libel. in actio. Hyppo. in glo. & exceptionẽ. Itẽ operatur iſta clauſula, ꝙ facit ceſſare excuſtionẽ: ita ꝙ quãdo debitor conſtituit ſe precario nomine creditoris poſsidere, quibuſdã reb9 alienatis, nulla facta diſcuſsione cõtra extraneos poſſeſſores nõ poteſt creditor agere hypothecaria: quia excuſsio requiritur ſed cõdi ex. l. fi. C de acqui. poſſe. quod eſt valde vtile Bononien qui vtuntur precario. Igitur ſint cauti creditores apponẽdo precariũ in obligatiõe. Iſta ſunt notabilia verba Ange. in. l. ii §. hac actione. ff. vi bono. rap. dicens hanc fuiſſe inuentionẽ bonã. idem Ange. in l. exitus. ff. de acqui. poſſe. in l ex libris. C. eo. tit. & ſemper loquitur Ang. in precario. Notat etiã Bal. in l. fina. C. de acqui. poſſe. & Angelus ibi. Et quando adeſt conſtitutũ poteſt creditor propria auctoritate ingredi per vim, etiã ſi inuenerit reſiſtentẽ: quia eſt defenſio non offenſio Bar. in l. iii. C. de pigno. in iiii. quæſtiõe ibi ſed pone debitor: & talis poſſeſsio trãſlata p conſtitutũ perditur: ſed fingitur nõ perdita ꝓpter promptũ recuperãdi remediũ. Ita Ange. in. l. peregrẽ §. quibus ff. de acqui. poſſe circa finem, dicẽs ibi circa principiũ ꝙ etiam merus detentator habet actionẽ in factum ad detentationem recuperandã. l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſi. lib. xi. l. fina. §. ſed cum ii. C. de fur.

Precarium appoſitum fauore creditorum.

Adde

Adde doctrinam mirabilem, quòd venditor qui tenetur actione perſonali ex empto ad tradendã vacuam emptori poſſeſsionem. l. ii & iii. & l. emptorem. §. i. ff. de actio. emp. liberatus eſt ab illa actione ex illo ſolo, quòd ipſe conſtituat rem venditam emptoris nomine poſsidere, ita tenet glo. in l. ab emptione. C. de pac quã ibi tenet But. & Bar. ad quod facit etiam glo vltima in auten. ſacramẽta puberum. C ſi aduer. vẽdi. & hoc probatur ratione, nã per talẽ actum conſtituti trãsfertur vera & naturalis poſſeſsio in emptorem l. certe. § i. ff de preca. &. l. quæ iam mulier. ff. de rei vendi. & l. quod meo in prin. ff. de acqui. poſſe ergo liberatus eſt venditor ſicut per meram traditionẽ item pro hoc facit l. ratio in principio. &. l. ſi in emptione. §. i. &. l Iulian. § ex vendito. ff. de actio emp prædicta tamen intellige, quando conſtabat venditorẽ tempore illius conſtituit poſsidere ciuiliter & naturaliter rẽ venditam, ſi autem hoc non conſtet, tũc obtinere debet emptor agẽs, vt res ſibi tradatur, nam ex quo fundata eſt actoris intentio, quia cõſtat de venditione, debet venditor clare ſuam exceptionem probare propter traditionẽ, probatio enim dubia exceptionis nõ releuat, vt. c in præſentia de proba. cũ ſimili. ſed ita eſt, quòd licet cõſtet de conſtituto, nõ conſtat, quòd venditor poſsideret rem illam tempore conſtituti, ergo apparet poſſeſsionem eſſe tranſlatam in emptorẽ, vbi enim non poſsidens rem aliquam conſtituit ſe eã nomine meo poſsidere, ex illo cõſtituto nulla trãsfertur poſſeſsio in me. l. quamuis in prin. ff. de acqui. poſſe. pro hoc allego, quod notat Ang. in dic. l. quamuis. § i. vbi dicit ꝙ emptor qui allegat per pactum cõſtituti rem ſibi fuiſſe redditam & ſibi fuiſſe quæſitum dominium vel quaſi dominium, ſuccumbet in rei vendicatione & publiciana, niſi allegauerit, & probauerit vẽditorem poſsidere illam rem tempore cõſtituti, ita dicit de facto pluries obtinuiſſe, & bene, ſi vero conſtaret quòd tempore cõſtituti, ſola poſſeſsio ciuilis erat penes vẽditorẽ, tunc dubito, quid iuris ſit, tamen primo dici poteſt, aut poſſeſsio naturalis erat penes alium puta penes vſufructuariũ, aut penes emphiteotam, & tunc non ſit liberatus venditor,

Clauſula conſtituti liberat venditorem à traditione poſſeſsionis.

Limitatio.

Probatio exceptionis dubia non releuat.

publi. ſuccũbit niſi probet vẽditorẽ illã rem, poſsidere tẽpore conſtituti.

ditor, arg. l. ii. §. i. & l. iii. ff. de actio. emp. aut poſſeſsio erat vacans puta in caſu. l. clam poſsidere. ff. de acqu poſſe. tũc ſit liberatus venditor, ſi emptor neglexerit adipiſci illam naturalem, cum primum potuerit nam habetur pro tradita, ex eo quòd per eum non ſtetit. arg. l. iuris ciuilis. ff. de condi. & demonſtra. ſed ſi emptor non potuit, quia ſtatim naturalis fuit per alium occupata, credo quòd venditor nõ ſit liberatus, arg. l. i. & . ii. ff. de actio. emp. ❧ Vnũ nõ omitto in actione reali quod non tetigi ſupra art. xvi. quare huic adde videlicet quòd in rei vendi. nõ eſt neceſſe cauſam exprimere. ſufficit enim libellus quo dico rem illam ad me pertinere nec propterea eſt ineptus, vt quidam putant quia eo ſolo quòd vendicatur res conſtat de cauſa nam rei vendicationis cauſa non eſt alia, niſi dominium, quæ ei ſoli competit, qui dominus eſt de iure gentium, vel ciuili, vt ff. de Rei vendi. l. in rem. i. reſpõ. ex quo enim vendico, & ita dico, peto talem rem rei vendi. quia dico meam eſſe, non poteſt alia adiici, niſi dominium ex quacunque cauſa, & non niſi ex vna cauſa dominium habere poſſumus, vt ff de acqui. poſſe. l. poſsideri § ex plurimis & ex conſilio meo ſtultus eſſet reus, vel eius aduocatus ſi poſtularet ab actore cauſam edi. vnde factus dominus, cum inde actori malum poteſt contingere nam actor quando ſimpliciter rei vendi. proponit cauſa nõ adiecta ſi abſoluatur reus, nũquam actor actionem poterit intentare per quã à reo poſsit auocare, quia vndecunque & qualecunque dominum habuit, in iudicium in prima rei vendi deduxit, vt ff. de excep. rei Iudi. l. ſi mater §. eãdem in fine. Si autem cauſam exprimit actor, ex qua eſſet dominus, puta peto talem rem rei vendi, quia dico me dominum ex cauſa donationis, quã fecit mihi Titius, ſi ſuccumberet actor, nihilominus poſſet ex alia cauſa vendicare, puta peto talem rem rei vendi, quia dico me dominũ ex cauſa emptionis, vt ff. de excep. rei iudi. l. ſi mater. §. ſi quis autẽ & C. de peti. here. l. hereditas matertere vt dic. art. dixi cum enim dominii ſit difficilis probatio vt l. cũ res C. de proba. nõ eſt neceſſe probare dominiũ auctoris mei, vt ex prædictis cõſtat, & ita tenet Roſ. in ſuis libellis

lis titu.de actione ſpeciali & reali & Spe. titu.de libelli conceptione §.ſequitur Ideo tria probare ſufficit, primo emptioné, ſecundo vacue poſſeſsionis inductionem, & tertio precii numerationem licet glo.& Bar. In dict.l. cum res ſequendo Ioan. voluerunt quartum eſſe probandum ſcilicet venditorem fuiſſe dominum quod obiter dixi, propter illam variam doct.opinionem, ideo ad rem rediens dico, quòd eſt alterius effectus illa clauſula conſtituti, nam ſi debitor in obligationis inſtrumento conſtituit ſe nomine creditoris omnia ſua poſsidere tũc ſi ipſe debitor alienat aliqua bona poteſt debitor tanquã poſſeſsione priuatus agere contra poſſeſſorem nulla facta excuſsione contra debitorem & poteſt agere conditione l.fina.C.de acqui.poſſe.& fortius etiam non excuſſis aliis ſi plures eſſent ad eundé debitum obligati ſecundum Iac.Bu.In autem hoc ſi debitor C.de pigno.ſcias tamen quod talis conſtitutio precarii nihil operatur ſi apponatur ſuper re incerta ſecũdum Bar. per illum textum in l iii in §.incertam ff.de acqui.poſſe vbi dicit, quòd cũ quidam emiſſet centum tabulas terræ in predio tuo, in illa parte quam eliget venditor, licet tunc conſtitueret ſe precario nomine illius emptoris poſsidere, nihil facit propter incertitudinem quæ eſt ratione loci & quote, licet enim exprimiatur certus tabularum numerus, tamen.eſt incertitudo ratione quote fundi quia non dicitur de tertia vel quarta fundi parte nec dicitur in parte oriẽtali vel occidentali. ☞ Adde in hac materia vnum ſingulare videlicet quòd ſi filiæ vnius ex fratribus fuit data dos per fratrem de bonis communibus aliis fratribus tacentibus & non contradicentibus, vidétur. fratres qui non contradixerunt eorum partem donaſſe, ita dicit Ioan. de Imo. in quodam conſilio ſuo incip, in caſu præmiſſo de pluribus eſt videndum notat Hyppo. de Marſi.ſingu.344. *Dos data per fratrem filiæ aliis fratribus non contradicentibus.*

☞ Apres trente cinq ans on ne pourra plus pourſuyure caſſation de contractz ſoubz vmbre de minorité.

Articu. cxxxiiii.

NOus voulans oſter aucunes difficultez & diuerſité d'oppinions, qui ſe ſont trouuées par cy deuant ſur le temps que ſe peuent faire caſſer les contractz faictz par les mineurs, ordonnons qu'apres l'aage de trentecinq ans parfaict & accõply, ne ſe pourra pour le regard du priuilege, ou faueur de minorité plus deduire ne pourſuyr la caſſation deſdictz contractz demandant ou defendant par lettres de reliefuement ou reſtitutiõ, ou autrement ſoit par voye de nullité, pour autre alienatiõ de biẽs immeubles faicte ſans decret, ne auctorité de iuſtice, leſiõ, deception, ou circunuention: ſinon ainſi qu'en ſemblables cõtractz ſeroit permis aux maieurs d'ẽ faire pourſuytte p relief uement, ou autrevoye pmiſe de droict.

SImilis textus in cle. ne Roma. de elec. & in c. quia diuerſitaté. de cócesſio. præbé. & in. §. i. de colla. in prag ma. ſanctio. & ibi glo. per huiuſmodi varias & contrarias doctorũ ſententias totũ ius penè turbatum eſt, quemad modũ antiquis ſactum eſt téporibus. C. de vete. iur. enucle. l. ii. §. nullus iuriſperitus. & dicit Goſ. in prĩ. ſummæ, ꝙ glo'arum diuerſitas intelligentiam textus nonnunquã obtenebrat. & Ioãñ Fab. in. §. ſi. inſt. de iuſti & iur. Vtiná, inquit glo. quæ magis onerát, quã proſunt eſſent deletæ. & in. §. i. inſt. de oblig. quæ eſt quaſi cõtrac naſcũ. Vtiná, inquit, oẽs ſummæ & ſcripta, niſi quæ vadunt ad intellectũ textuũ, eſſent deleta: quia per textus bene intellectos oía habétur. in proœ. inſti. ſic inquit, ſunt enim nonnulli

Gloſarum diuerſitas nõnunquam textus obtenerat.

qui

qui ſe inter quæſtiones & ſubtilitates gloſſarũ inuoluunt, & textum deſerunt,& ignorant:nonnulli qui multas leges nominare ſciunt,& ad aliquod modicũ notabile allegare, & tamẽ caſus earũ ignorãt.& qui ad quæſtionem dubiam ſcirent allegare aliquid,& tamen de multis caſibus legum interrogati neſcirent ex improuiſo de vno reſpõdere.Sũt nõnulli qui librorum multitudine delectantur, & per eos vagantur cõtra doctrinã Senecæ dicentis,diſtrahit animũ librorum multitudo:itaq; cum legere nõ poſsis quantum habueris,ſatis eſt habere quantũ legas:probatos itaq; ſem per lege,& ſi quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi:faſtidientis enim ſtomachi eſt multa deguſtare,& quæ varia ſunt inquinant,& nõ alunt.Igitur ſi huius ſcientiæ, & ſecurus vis eſſe profeſſor, textus ſeu eorum effectus in mente retine & concluſiones doctorum:diſputationes autem longas chartis commenda,cum omnia non poſsint ſimul memoria retineri,vt.l.ii.§.ſi quis autẽ.C.de vete. iur. enucle.& dicit glo.in.c.j.de fratri.de nouo beneficio inueſti.in vſu feudo ſtudioſos debere eſſe ſollicitos ne lenti efficiantur.& Sali,in.l.ſi ex cautione. in vlti. coll.C. de non numera.pecu.inquit ſileant qui ſcripta tãtum diſcurrunt, & propter frigiditatem ſtomachi,in eis cõtenta non digerunt Iſta enim ordinatio non videtur aliquam iuris ambiguitatem,vel opinionũ diuerſitatem tollere, vt dicit,cum nulla ſit.l.nam & ſi ibi poſt defectũ.ff.de iniuſto rup.& irri.fac.teſt,nec eſt quæſtio iuris l ancillæ C.de fur.& ſic de re non dubitabili.Dictum doctoris debet intelligi ſecundum.l.quam allegat,vt dicit Bal in.l.nõ ſolum §.liberationis.ff de liber.leg. ☞ Vtinam in caſibus & materiis vbi variæ ſunt opiniones, fieret principalis conſtitutio determinans has varietates ſecundum ius vbi præualeret quid certum,alias ſtatueret : quod ſibi placeret & eo caſu meritorium putarẽ. de quo inſtitution.de iure naturali gentium & ciuili notat Ioannes Andreas, titulo de confeſsis. §.poſtremo,verſiculo confeſsio in additionibus ad Speculato.quod bene fieret. Nam lex conſulit ne quis inanibus vexetur ſumptibus .ff.de inofficioſ.teſtament.l.j. cum nonnullas moras habeat exceptio iudicij.ff vt leg.nomine

Librorum multitudo animũ diſtrahit.

caueа.l.etiam & euentus litis ſit dubius & incertus.ff. de pecul.l.quod debetur:intereſt enim noſtra litibus non vexari de mino.l.in minoribus. Sed tempus in integrum reſtitutionis petẽdæ minoribus à lege datum auget. Nam minor de iure poſt vigeſimumquintum annũ maior factus habet quatuor annos petendi reſtitutionem in integrum: & ſic durat reſtitutio vſq; ad vigeſimum nonũ annũ.Item & maior abſens ex legitima cauſa poſt eius reuerſionem numerandos infra quod tempus,debet etiam lis terminari,vt in.l.ſuperuacuã.C. de tempore in integrum reſtitutionis petendæ.Hodie vero durat reſtitutio vſq; ad xxxv. annum,ſecundum hoc ſtatutum.& ſic bis fuit fuit auctum iſtud tempus petendi reſtitutionem olim ante dictam.l.ſuperuacuã.erat ſolum annus vtilis poſt.xxv.annum, & poſt loco illius anni vtilis dati ſunt quatuor,& nunc loco illorum quatuor dati ſunt decem,& non currit illud tempus minoribus nec maioribus durante abſentia,vel ætate minore vt dic.l.ſuperuacuam. Vel dic,& minoris erit dubitationis,ꝙ præſcriptiones lõge in corpore iuris clauſe,non currunt minori, imo ipſo iure ſeruatur illeſus, & idem dic.in conſtitutionibus Regiis,vt in illa quæ prohibet cõtractus poſt decem annos reſcindi,& ſimilibus quæ non currit,niſi poſt minorem ætatem,id eſt poſt.xxv.annos.Et completur poſt.xxv.annos,vt.l.ii. & fina. quib. ex cauſ.in in integ.reſtitu.non eſt neceſſa.ſecus ſi ſit municipalis pręſcriptio,vt c.cõſtitutus ex.de in integ.reſti.vel cõuentionalis,vt.l.amplius ff.de mino notant Spec.& Ioan. And.in addi.in titu.de in integ.reſtit.§.j ver.eccleſia. Quæro nunc vtrum iſtud ſtatutum augens tempus præſcriptionis aduerſus reſtitutiones in integrum minorum valeat? Baldus in ſua practica, titulo de ſtatutis vigſima quarta quæſtio.format hanc quæſtionem,quam poſui ſupra arti.lxxi. & dicit quòd communiter omnes tenent ꝙ ſic:quia ius ciuile addit,& detrahit iuri communi,vt.ff.de iuſti.& iure.l.ius ciuile.Ideo prævalet ſtatutum, & rumpit legem in illo municipio, vt.l. de quibus, in fine .ff. de leg.&.l.venditor.§.conſtat.ff.communia prædio.Præterea quæro,ſi tempus huius decennii,quod hic datur,ſi elapſum,

Minores intra quod tẽpus reſtitutionẽ in integrum petere poſſunt

pſum, an per ver viam excipiendi poterit minor vel maior ſe defendere petendo ſe reſtitui? videtur quòd ſic: quoniam regulariter traditur, quòd ea quæ ſunt annua ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, vt.l. pure. in fine. ff. de doli except. in contrarium determinat Cy. & alij doctores in dicta lege ſuperuacuam. Ratio eſt, quia fuit in ipſius poteſtate per viam agendi ſe petere reſtitui: ideóque ſibi imputet, ſi non egit. arg. l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de inoffi. teſta. & .l quæſitum. §. in dolo. ff. de pecu. cum ſimilib. quæ ratio ceſſat in dicta lege pure: facit etiam ad prædictam regulam, quod traditur in lege ſi minor. ff. de iureiur. quòd de reſtitutione data poteſt excipi non de danda lege necnon. §. extraneo. ff. ex quibus cauſis maio. ſed pone, quòd minor deceſsit infra tempus reſtitutionis petendæ, & tempus fluxit ante aditam eius hæreditaté, an poterit hæres petere reſtitutionem in integrum? diſtingue breuiter hoc modo, aut hæres fuit negligens, & tunc denegatur ſibi reſtitutio: aut non fuit negligens, & tunc conceditur, vt determinat Cy. in lege ſecunda. C. de tempo. in integ. reſti. peten. Adde quòd hæres minoris reſtituitur. l. non ſolum. ff. de in integ. reſtitu. fallit ſi hæres approbauerit glo. eſt ſingu. ſecundum Bart. in l. paterfamil. ff. de priui. credi. notat Ludo. Rom. ſingu. xcviii. fallit etiá contra vltimam voluntaté, puta minor frater habés etiam curatorem, inſtituerit me extraneum in omnibus bonis, & veriſimiliter deberet te fratrem inſtituere, contra tale factum teſtamentum non competit (tibi fratri hæredi ab inteſtato, id eſt qui ſucceſſurus fuiſſes, ſi non condidiſſet teſtamentum) in integrum reſtitutio. per textum ſingu. in. l. Aurelius. §. Caius ſeius. ff. de liber. leg. Sed quid erit in donatione cauſa mortis, quia donauit mihi omnia bona ſua. Bald ſingu. in cap. i. §. ſacramenta de pace iura firmam. dicit quòd tũc poterit peti in integrum reſtitutio, quia donatio cauſa mortis non eſt mera vltima voluntas, & ſic nõ habet locum textus in dicta lege Caius Seius, ſed ego reperio Bal. in cõtrarium in. l. ſi curatorem. C. de in integrũ reſtitu. in. iii. col. vbi dicit, ꝙ dictus. §. Caius Seius habet locum etiam in donatione cauſa mortis, quæ equiparatur vlti-

Maior an poßit ſe deffendere petẽdo reſtitutionem poſt tẽpus conſtitutum.

Maior ſuccedens minori an vtatur ſuo priuilegio.

Donatio cauſa mortis cõfirmatur more. vltimæ voluntati, & iſtud magis placet mihi, quia donatio cauſa mortis ad ſui confirmationem equiparatur vltimæ voluntati, & cõfirmatur morte, vt habetur per Bal. in .l. ii. ff dona & per docto. in .l. ii. ff. de lega. j. notat Franc. Cre. ſingu. cxvii. Quæro nunc quid ſi hoſpitale fuerit inſtitutum ſub conditione? ſi infra annum capellam edificaret, quòd ſi non fecerit, inſtituit tertium demum mortuo teſtatore tranſiuit annus, petit reſtitui nunquid poſsit? quia Bald. reperitur ſolus hanc quæſtionem tetigiſſe in .l. pupillorum. C. de rep. hæred. qui ibi arguit pro & contra, & ſe inuoluit non allegando caſum in .l. iii. § & ſi hæres. ff. de mino. qui licet loquatur in minore, tamen idem eſt, cum minori pius locus equiparatur per dictum. § Nota præterea, quòd ſolutio facta minori iuſſu iudicis operatur, quòd aduerſus talem ſolutionem non poterit minor in integrum reſtitutionem petere, caſum habes ſingularem in .l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Nota ſecundo, ſi filius contrahat cum patris iuſſu reſtituitur .l. cum mandato. ff de mino. fallit in contractu mutui, in quo (interueniente patris iuſſu) non reſtituitur, caſus eſt in .l. iii. §. ſed vtrum, verſi. excepta mutui datione. ff. eo. tit. Quid autem dices ſi maior ſuccedit minori vel maiori, vel priuilegiatus non priuilegiato, an ipſe ſucceſſor poterit vti proprio priuilegio, vel ipſius defuncti? dic. plenè per Dy in c. ſi quis in ius de reg. iur. in vj. & in .l. hæredem. ff. de reg. iur. & per glo. & Iaco. Butri. in .l. ea quæ. C. de reſtitu. in integ. Et eodem modo quæri conſueuit ſi eccleſia ſuccedat alicui priuato, an vtatur iure priuati vel ſuo, & idem in fiſco ſuccedente priuato, in eccleſia vide quod nota in .c. fina. in fine de iure patro, extra. in fiſco, vide quod no, in .l. ii. C. de priui. fiſci, & in .l. ii. C. ad .l. Iul. de vi publ. & .l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. ff de iure fiſci. Quid autem diceres ſi iudex abſoluat aduerſarium minoris petentis reſtitutionem in integrum, an iterum poterit petere iſte minor ſe reſtitui? videtur quòd ſic per .l. i. cum ſequen C. ſi aduer, rem iudi. in contrarium eſt veritas per textum in lege prima & ſecunda. C. ſi ſæpius. in integ. reſtitu. peti. fuerit: poterit tamẽ ab hac tali ſententia appellare, & ſic vti iure cõmuni,

Hoſpitale ſi fuerit inſtitutum & nõ impleuerit teſtatoris voluntatẽ intra tempus an reſtituatur.

Minori pius locus equiparatur.

Maior ſuccedens minori an vtatur ſuo priuilegio.

Minor priuatus per ſententiã reſtitutione petita an poſsit reſtitui aduerſus iudicatum.

muni,vt in dic.c.ii.& in.c. fina.de in integ. reſtitu.nec obſtant contraria,quia loquuntur,quando ſententia fuit lata ſuper alio q̃ ſuper reſtitutione,vt.l.ſi ex cauſa.in princ.ff. de mino & ſi forte læſus ſit circa lapſum inſtantiæ cauſæ principalis vel appellationis ſibi ſuccurritur beneficio reſtitutionis vt.l.& ſi ſine.§. fina. &.l. minor omiſſam.ff. de mino.& tamen vt latius videamus poteſt ſic diſtingui ſecundum Bar.in.l.contra pupillum.ff de re iud.& per Cy. in.l.& cum vos minores.C.ſi aduer.rem iudi. cum quæritur an ſententia lata cótra minorem debeat dici nulla,vel ab ea appellari,aut in integrum reſtitutionem peti ſic diſtingue, aut ſententia eſt lata contra pupillum, aut contra minorem.xxv.annis nullum habentem tutorem vel curatorem tunc ſententia eſt ipſo iure nulla,tanquã iudicium ſit inchoatum & finitum cum perſona minus legitima, vt dic.l.cum & vos minores.&.l. contra pupillum &.l. acta. in fine.ff.de re iudi.aut eſt lata contra pupillum vel minorem habentem tutorem vel curatorem: & tunc tutor vel curator interuenit à principio reſtitutionis, & poteſt reſcindi ſi læſio interceſſerit,vt in dic.l.cum & vos minores ſecundo reſponſo.C.ſi aduer.rem iudi.cum ſimili.aut tutor vel curator non interuenit à principio, nec in cauſæ proceſſu & tunc ſententia eſt ipſo iure nulla,vt in dic.l.cũ & vos in prin.& in dic.l contra pupillum.&.l.acta.in fine aut interuenit in principio,ſed in cauſæ proceſſu non interfuit:& tunc valet ſententia ipſo iure,ſed ope reſtitutionis reſcindi poteſt,vt.l.ſi præſes.C. quomodo & quando iudex,aut econtra non interfuit à principio litis, ſed ſolum in cauſæ proceſſu:& tunc ſententia eſt ipſo iure nulla.Ideo nõ eſt opus quòd ope reſtitutionis reſcindatur,vt l.momentaneę.C.qui legi.perſo.Eſt enim reſtitutio prioris ſtatus in integrum repoſitio: quare iudex reſtituendo minorem,debet ipſum de præſenti actualiter reſtituere.dicendo ipſum in integrũ reſtituimus,& ipſum in ſuo priori ſtatu & gradu,in quo fuerat, antè factas alienationes,& præſcriptiones reponimus:non enim ſufficit quòd iudex pronunciet ſimpliciter ipſum reſtituendum:quia verba de futuro non diſponunt,vt.l.ſi à colono.ff. de verbo. oblig.

Sententia à qua minor reſtitui poteſt.

Reſtitutionis diffinitio.

& no.

& no per Iac Butr.in.l.cum index C.de ſenten.& interlo. om.iudi.Sed hoc ſuppoſito quòd minor vel maior ſit reſtituendus,nunquid eius aduerſarius erit etiam in ſtatu priſtino reducendus ſeu reponendus? & dicendum eſt ꝙ ſic,vt in.l.i &.ii.C.ſi aduer.tranſac.& not.in.l. quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino. Inde quæritur an data minori reſtitutione proſit etiam fideiuſſori eius? verbi gratia,ſi fuit minor reſtitutus aduerſus venditionem, pro qua tenēda fideiuſſorem præſtiterat, & gloſ. videtur tenere ꝙ hæc exceptio præſtitæ reſtitutionis tranſeat ad fideiuſſorem argu.in lege exceptiones quæ ff.de excep.in fine.Petrus tenet contrarium,dic plenius vt nota. in lege fina.C. de fideiuſſo.mino & in lege minor.xxv.anno.ff. de mino. Quid ergo ſi talis exceptio non porrigatur ad fideiuſſorem ſecundum aliquos an agente fideiuſſore contra ipſum minorem poterit ipſe minor aduerſus eum etiam petere reſtitutionem in integrum? dic quòd ſic,vt habetur in lege prima.C.de fideiuſſo.mino.& ibi per Cy. & dic.l. minor. Adde bonam cautelam pro minoribus, quam ſic declaro,minor poterat concordare cū aduerſario cum mille ducatis,deinde noluit concordiam, ſed eam refutauit, poſtea fuit condemnatus in duobus millibus, an ſibi noceat talis ſentētia,etiam ſi tranſiuit in rem iudicatam,dic quòd nō nocebit talis ſententia imò habebitur pro tranſactione,& quia ex conſequenti ſententia condemnatoria apparet de euidenti læſione,reſtituitur ergo minor in integrum aduerſus concordiam omiſſam,gloſa eſt ſingularis & ibi Bal.Bar.& Alb. in.l. ex cauſa.§. nunc videndum. ff.de mino.idem dicit Baldus in repetitione.l.ſecundę.C. de reſcin.vendi.Nota præterea,ꝙ minor reſtituitur ne res ſua cadat in commiſſum ætatis beneficio,vel ſi minor non ſoluat gabellam rerum,ex quibus ſoluere tenetur,vel portet rem prohibitam, textus eſt ſingularis in dicta.l. ſi ex cauſa.§.ſi. Nota ſecundo,quòd minor reſtitui poteſt contra delictum etiam doloſe cōmiſſum in negando etiā veritaté,quia homines ſunt multū ꝓni in iudicio ad negandū id quod pro aduerſariis facit,vt dic.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum,&.l.electio.§. neque de nox.act. nec obſtat.l. i. & auten.

Minoris aduerſarius, reſtituitur cū minore.

Minor an poſſit reſtitutionē petere aduerſus fideiuſſorem.

Cautela ꝓ minoribus.

Minor reſtituitur aduerſus concordiā,omiſſum etiam poſt ſecutā ſententiā.

Minor reſtituitur ne res ſua cadat in commiſſum

Minor reſtituitur aduerſus delictū negādo.

tuten. ſacramenta puberum C.ſi aduer.vẽdi.quia illa loquitur,quàdo minor incurreret periurium hodie petẽdi in integrum reſtitutionem,vel alio modo veniret contra contractum,contra quem inrauerat nõ venire,ſed hic eſt ſecus,quia iſte iurauit ſolum dicere verũ,modo iſte petit reſtitutionem contra pœnam,quia negauit verũ,& ſic de præſenti nõ incidit in nouum periculum,quod eſt memoria bene notandum,& ſi minor petat in integrum reſtitutionem aduerſus confeſſionem illam nõ dicitur obtinere ex hoc ſolo,quia non apparet id aliter eſſe verum niſi per ſuam confeſsionem,nam per hoc non concluditur, quod ipſe fecit,quod feciſſet quilibet maior,qui fuit cõfeſſus verũ,ergo &c.l.fin.C.de in integ.reſtitu.& l.ná poſtea §.ſi minor.ff.de iureiur.oportebit autẽ quod ſummatim aut ſemiplene probet cõtra ſe rẽ nullo modo aliter ſe habere,& hoc videtur de mente Inno.in.c.ex literis de in integ.reſtitu. Quare dicit Spe.titu.de in integ.reſtitu. §.i.ver.ſed quare & ver.illud quoque quod in contractibus minor non ſeruatur ipſo iure illeſus,ſicut & in preſcriptionibus,quia in contractibus eſt incertum ſit deceptus vel non vnde non debet reſtitui,niſi deceptione probata vt C.eo.titu.ſi minorem in preſcriptionibus autem temporalibus certũ eſt,quod eſt deceptus vnde in incertis locus eſt coniecturis,vt ff.de verb.oblig.l.continuus §.cum ita omne tamen delictum cadit in perſonam impuberis,preter crimen adulterii tale enim crimen poſt pubertatem incipit,vt ff.ad l.iul.de adul.l.ſi minor. Nota tertio vnum caſum caſum quotidianum,quod eſt ſpeciale in mutuo,quod minor.xxv.ann.qui recipit mutuum carens curatore,ſi petat in integrum reſtitutionem, habet neceſſe probare leſionem,quia preſumitur conſumpſiſſe, niſi aduerſarius probet contrarium,l i.C.ſi aduer.credi. Nota quarto,quód in minoris reſtitutione conſideratur initium ſi in minori etate aliquid egerit,licet poſtea factus fuerit maior,caſum habes in.l.iii.§.ſcio.ff.de mino. Idem dic in matre,quæ nõ petierit tutorem,quæ ſi fuerit minor,non priuatur hæreditate,licet facta fuerit maior, textus eſt in l.qui cũ maior.§.ſed ſi minor.ff.de bo.liber. ita

veritatẽ cõmiſſum

Minor ſi petat reſtitutionẽ aduerſus cõfeſſionem.

Minor preſumitur leſus eo ipſo quod recepit mutuũ.

Initium conſideratur in minoris reſtitutione.

Mater minor ſi nõ petierit tutorẽ

Mater minor ſi nõ petierit tutorẽ

ita tenet Ludo.Ro ſingu.221.licet ſingu.771.dixerit qꝫ minor ſi tacuerit per quinquennium alienationem à ſe factam poſtquam factus eſt maior non poteſt vlterius reuocare,aut cui bonorum ſuorum adminiſtratio ſeu alienatio eſt interdicta propter naturale impedimentũ ſi alienauit & ceſſante naturali impedimento tacuerit per quinquennium,caſus eſt in.l.fina.C.ſi maior factus alienationem ſine decreto,ſed intellige dictum.s.ſcio ſi nõ fuerit tranſactum quinquennium poſt maiorem etatem aliàs ſecus,& ſic debet intelligi Lu.Ro.in vtroque ſingulari,de quo aliquid dixi ſupra arti cxxvii.Vltra quæritur,an ſententia lata ſuper reſtitutione in integrum ſit interlocutoria vel diffinitiua?ſuper quo diſtingue aut ſuper ea fuit principaliter oblatus libellus:ſed incidẽter fuit de reſtitutione quæſitum,verbi gratia,ſi minor fuit conuentus ab alio actione reali & perſonali per modum excipiendi ipſe minor aſſeruit ſe leſum,& per hoc petiit ſe reſtitui in ingrum,& tũc eſt interlocutoria,vt habetur in dic.l.necnõ § extraneo.ff.ex quib⁹ cauſ.maio.ad quod facit regula l.quod iuſsit.ff.de re iudi.& quod ibi nota.& dic.l.nam & poſtea.§ ſi minor.ff.de iureiur.Et nota quod nedum contra alienationem,ſed etiam contra præſcriptioné longã,vel lõgiſsimam ſuccurritur,tam maiori quàm minori ex iuſta cauſa.C.ſi aduer.vſuca.l.i.&.l.quod tempore.C.de reſti.mili.cum ibi no.&.l.necnon.§.extraneo.&.l.ab hoſtibus §.quod ſimpliciter.ff.ex quib cau maio.facit etiã l.i.§.item ait prætor.in prin.eo.titu.licet in minoribus aliter hodie ſit diſpoſitum.vnde ſecũdum Cy.in.l.fina.C.in quib.cauſ.in inte.reſti.nõ eſt neceſ.ſic diſtingue.aut præſcriptio temporalis cœpit contra prædeceſſorem ipſi⁹ minoris qui prædeceſſor erat maior,aut contra ipſum minorem.Primo caſu,aut loquimur de preſcriptione conuentionali,& illa currit contra minorem,& cum effectu,vt in l.emilius.ff de mino.aut quæritur de præſcriptione legali:& tunc licet ſint opiniones diuerſæ,tamẽ ſecundum Ia co.de Are.diſtingue,aut eſt præſcriptio,cuius curſus tendit ad confirmationem contractus habiti cum defuncto,tunc currit ipſo iure,& cum effectu,vt.l.ſi intra.C.de nõ numeri

Sententia ſuper reſtitutiõe in integrum an ſit interlocutoria vel diffinitiua.

Preſcriptio incepta contra maiorẽ quandoque nocet minori & ecõtra

numerā pecu.ſi autem ad confirmationem non tēdit,tūc currit ſed datur reſtitutio,vt no.in.l.i.C.ſi aduer vſuc.& l.i.& ii C.ſi aduer.vendi.pigno.fallit in preſcrip.xxx an no.Secundo caſu principali quando preſcriptio cœpit in perſona minoris:tunc ſubdiſtingue,aut eſt talis preſcriptio quam ius antiquū volebat currere ſine aliqua ſpe reſtitutionis in integrum:& tunc etiam currit cum effectu: aut eſt talis quæ currebat,ſed dabatur reſtitutio,& tunc hodie ipſo iure minori non currit,vt in dic.l.fina.fallit in caſibus,videlicet in.l.properandum.§.pe.C.de iudi propter rigorem iuris conſeruandum,vt in auten de appell. & intra quæ tempo §.i.aut eſt talis preſcriptio quæ de iure veteri nō currebat,& adhuc hodie nō currit.vt.l.ii.C. in quib.cauſ.in inte.reſti non eſt neceſ.Et premiſſa procedunt ſecundum Inno.in preſcriptione clauſa in corpore iuris:in cæteris autē preſcriptionibus extra corpus iuris inductis,vel per l.municipalem,vel cōſuetudinem nō iuuatur minori hodie ipſo iure,ſed ope reſtitutionis tātū vt no.per eum in c.conſtituimus.in fine de reſtitu.in integrum.vide etiam quod habetur in.l non eſt incognitū. quib.non obſtat longi tempo.preſcrip.Maiori autem læſo facto pupilli,vel abſentis etiam ſuccurritur alia via,& alio remedio,vt in l.vt perfectius.C.de anna excep Solet in dubium reuocari,an vtrunque ſimul poſsit peti, videlicet contractum & preſcriptionem reſcindi& poſſeſſionem rei reſtitui?& dixerūt quidam quòd non,ſed res ipſa duob⁹ iudiciis debet expediri.vt primo imperretur reſciſio contractus,& reſtauratio actionis:quia obtenta poſtea intentatur actio reſtitutoria.Tu autem verius dic ſecundum communem opinionem docto.vtrūque ſimul & conſecutiuè poſſe proponi,vt plenè not.in.§.rurſus in ſti.de actio.& in dic.§.extraneo.& per Inno in c.cum ex literis de in inte.reſti.ſicut in ſimili dicitur de peti.hęre. quæ ſimul & conſecutiuè proponi poteſt cū quærela inofficioſi.teſtamenti,vt no.in.l.qui de inofficioſo ff.de in offi teſta & ita quotidie vtimur in reſcriptis quæ à principe ſuper reſtitutione obtinentur. Præterea quæro, an data in integrum reſtitutione ſint fructus rei ſicut ipſa

Minor in quibus præſcriptionibus non iuuatur ipſo iure.

Reſciſionis petitio an poſſit cumulari.

res

res reſtituendi? & videbitur quòd ſic per dic.l.quod ſi minor.§.reſtitutio ff.de mino.& l.necnõ §.fina.ex quibus cauſis maio.in contrarium facit,quod habens titulũ eſt excuſandus à reſtitutione fructuũ,vt in.l.ii.C.ſi igno. rem mino ſine decre.eme.& in.l.bonæ fidei.ff.de aqui re rum domi.& plene per glo.&Bar.in l.ſed ſi lege.ff.de pe ti.hære.& l.ſi fur.§.i.ff.de vſuca.& per Dy.in.c.poſſeſſor de regu.iur.lib.vi.& vide ſupra arti.xciiii. Præterea quæro,vtrum reſtitutio in integrum impediat executionem? declaro,lata eſt ſententia in minorem,vel eccleſiam quæ tranſiuit in rem iudicatam.minor.vel eccleſia petit reſtitutionem in integrum,& illam obtinet.victor petit executionem ſententiæ opponitur ei de reſtitutione pendẽte,quæ debet ſuſpendere ſententiam,ſicut in appellatiõe dicimus,quæritur quid iuris?Inno.in.c ſuſcitata.de in in te.reſtitu.dicit,quòd aut eſt præſumptio contra petentẽ reſtitutionem:& tunc non impeditur executio,ſed habebit locum cautio:quia tenebitur cauere victor petenti reſtitutiõem,quod ſi ſuccumbat reddet illi rem de qua agitur,vt eſt textus in l.penul.ff.de peti.here.aut præſumptio non eſt contra petentem reſtitutionem:& tunc impeditur executio,vt in l.vna C.vt in integrum reſtitutione poſtulata,ne quid noui fiat:& ita etiam eſt textus in leg.ſi cauſa cognita.C.de tranſac.ſi autem talis reſtitutio haberet naturam ſupplicationis,veluti ſi quis peteret reſtitutionem principis:tunc non impeditur executio,ſed habet locum cautio,de qua ſupra.& ita fit hodie,quia omnes reſtitutiones petuntur à principe,vt ſupra dixi artic. cxxvii.vide Lanfran.in repeti.c.quoniam contra.in verbo interlocutoriæ,& appellationes ver.ſed plus dubitatur de reſtitutione.Vltimo quæro,an hæc ſtatuta Regia trahantur ad præterita & futura,an habeant tantum locum in futuris negociis?Bald.in ſua practi titu.de quæſtionibus circa ſententiam format iſtam quæſtionem, & arguit pro & contra tandem diſtinguit,quia aut lex conditur ante litem conteſtatam,aut poſt.Primo caſu,aut factum,ſuper quo lis inchoatur,preceſſit conditionem legis,aut poſt legem conditam factum ſuperuenit.ſi factũ preceſſit

Fructus an petantur cũ reſtitutione in integrũ.

Reſtitutio ĩ integrũ,an impediat executionem.

Statuta regia,an trahantur ad præterita & futura.

præceſſit legis conditionem. vt quia conuenerat factum, vel contractus antequàm lex ederetur: & tunc illud factum, ſeu ille actus debet terminari ſecundum veterem, vt no. C. de leg. l. leges ii. & in auten. vt cum de appella cogno in prin. & hoc eſt verum, ſiue lis, ſiue iudicium nullo modo erat inchoatum ſuper illo, ſiue pendebat ſuper eo iudicium. In ſecundo vero caſu, quando lite iam conteſtata ſuperuenerit factum, vel contractus, & tunc non eſt dubium, quia tâquàm poſtea contingês debet terminari ſecundum. l. nouam precedentem. & ita loquitur dict. l. leges. & quando ſimpliciter lex loquitur ſi autem dixerit quòd habeat locum in præſentibus & futuris, tunc licet factum, vel contractus preceſſerit legem, ſi tamen erat in iudicio introductum, & in iudicio pêdet, dic ꝙ ad illam legem nouam trahitur, cum ſit precedens ff ad trebel. l. i. ſed ſi non eſt lis inchoata, ſed ſuperueniens, locum non habet, vt ex prædict. patet: vel dic, quòd ſi lex dîcit quòd habeat locum in præſentibus, præteritis, & futuris, tunc ad omnia trahitur, ſiue inchoata, ſiue non, vt notat Inno. extra de teſti. c. cognouiſtis. niſi ſit per ſtatutû terminata C. de fide inſtru. l contractus, & C. de fruc. & li. expen. l. terminato. & C. ſenten. reſcin. non poſſe. l. fina. Sed quando lex dicit quòd habeat locum in præſentibus & futuris tunc ad litem inchoatam tantum trahitur. l. i. C. de ſacro ſanc. eccle. quia lis pendet donec finis imponatur per ſententiam diffinitiuam. ff de re iudi. l. i. & dicit Bal. in dic. quæſtione, quòd lex trahitur ad delicta ante commiſſa, ſi talia ſunt, quæ per l. ſpecificentur, vel ſint per. le. naturæ, vel diuinam prohibita: quamuis in l. nihil de præteritis dicatur. extra de vſu. c. cum tu. C. eo. titu. l. pe. de quo vide per Math. Math. ſing. cxii incipiente, nota quòd vbicunque & Spe. titu. de appel. §. de officio ver. ſed quid. Quæro inſuper de vna quæſtione, quæ ſæpe poteſt contingere in facto, ſi cui concedatur gratia, priuilegium, vel reſcriptum, vel ſit reformatio, & dicitur quòd valeat non obſtante ſtatuto, vel non obſtantibus quibuſcunque aliis literis, nunquid ſi fiat nouum ſtatutum, vel concedatur aliud reſcriptum in derogationem valebit gratia, vel re-

Lis pendet donec finis imponatur per ſententiam diffinitiuam.

Reſcriptum cum clauſula nonobſtâtibus literis

an poſſit per aliud derogari.

formatio, vel primum reſcriptum? & videtur quòd ſtatutum nouum valeat & reſcriptum: quia gratia vel reformatio videtur conſideraſſe effectum ſtatuti tunc vigẽtis, non futuri ff. de verbo. oblig. l. cum ſtipulatus. §. ſi cũ ſtipulatio. de auro & arg. lega. l. ſi ita ff. de leg. iii. l. his verbis de verb. ſigni. l. boues. §. hoc ſermone econtra ꝙ non quaſi omnis effectus cuiuſcũque ſtatuti, & impoſterũ eſt ſublatus ff. de liber & poſtu. l placet. & not. in l. ſi ſeruit* ii. reſponſo. ff. de ſerui. ruſti. prædio. & l. ſi mihi & tibi. §. in litibus ff. de leg. i. quia ius mihi quæſitũ à me ſine culpa mea auferri nõ poteſt ff. de bono. poſſe contra tabu. l. ſi poſt mortem ad finem. ad idem facit, quod nota. xx. quæſt. v per totum Bal. vbi ſupra reſpõdet, quod in conceſsione huius gratiæ, vel priuilegii ſunt vocandi hi, qui ex hoc læduntur arg. l. in concedendo ff de aqua plu. arcẽ. aliàs nihil in eorũ præiudiciũ agitur C. quomodo & quando iudex. l. i. & dicit Anto. de cremo. ibi in addi. ꝙ in quæſtione prædicta ita fecerũt homines de mortario: quia cũ nobiles Chriſtofori filii de maletis eſſent exempti, priuilegio imperatoris: princeps vero conceſsit illi communitati, quòd nemo eſſet exemptus: ipſe poteſtas dicebat priuilegium eis nobilibus conceſſum, non tolli per conceſsionem domini Ducis. quod bene nota propter literas Regias, & reſcripta principis, quæ quotidie conceduntur, vt non tollantur per ſecunda in cõtrarium impetrata. de quo vide ſupra arti. xxxv.

Priuilegio conceſſo vocandi ſunt qui ex hoc læduntur.

Auant que receuoir erreur ſeront veux les faictz & inuentaires des productions.

Art. cxxxv

QVe au parauant que receuoir les articles d'erreur par noz aimez & feaulx les maiſtres des requeſtes de noſtre hoſtel, ilz verront les faictz, auec les inuentaires des productions des parties.

NAm

NAm inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita, iudicare vel reſpondere. l. inciuile ff. de legi. facit. l. vt reſponſum C. de tranſac. & l. diuus ff. de re iudi. quod facit contra plures iudices qui non viſo proceſſu, aut in totum perſpecto ferũt ſentẽtias, quæ non valent, tanquam ſine cauſæ cognitione latas. l. ne cauſas C. de appella. & puniuntur, vt ibi (proh dolor) multi ſunt qui faſtidio laboris, aut cupiditate lucri totam legem non perſpiciunt: imò ſufficit eis aliquam particulam proceſſus cauſæ videre, quod fieri non debet: imò debent ita ordinatè procedere, vt veritate reperta rectam & iuſtam ferant ſententiam, vt inſti. de offi. iudi in prin. iuxta illud recte iudicate filii hominum, & diligite iuſtitiam vos qui iudicatis terram vide quod dixi ſupra arti. cx. & fundatur iſta practica proponẽdi errorem in. l. vna C. de ſenten. præfec. præto. vbi habetur, quòd à ſentẽtia præfectorum prætorio non appellatur: ſed principi ſupplicatur infra biennium & in. l præfecti ff. de mino. & in auten. quæ ſupplicatio C. de preci. impera. offeren.

Lege tota non perſpecta inciuile eſt reſpondere.

☙ Adde quis ſit prefectus pretorius, & quæ ſit eius poteſtas vocatur ergo prefectus pretorius, ſenatuſcõſultus qui centũ conſueuerunt eſſe numero C. de peti. here. l. fi. non quilibet ſenator ſeparatim, quare dicit Spec. titu. de appel. quod dicimus ꝙ à ſententia ſenatus appellari non poteſt, eſt intelligendũ de omnibus, non de quolibet ſeparatim, quod declarat Ioan. And. in addi. & dicit non intelligendum ꝙ vnus vel duo qui preficiũtur hodie, de quibus in decre. fundamenta de elec. lib. vi. habeat illam poteſtatem quã habuerunt illi centũ, ſed dicit, ꝙ ſeparatim vnus vel multi non poteſt, ꝙ omnes poſſunt, hinc videmus ꝙ à ſententia lata in curia franciæ non appellatur cũ rex ipſe in tẽporalibus ſuperiorẽ nõ cognoſcit, vt idẽ notat Spec. quando multi cognoſcunt non ſeparati, ſed quando vnus aut duo cognoſcũt ſeparati, tunc ab eis appellatur, vt fit quotidie, & poteſt talis ſenatuſconſultus condere legem & facere ius, vt. ff. de legibus. & ſenatuſconſultis lege non ambigitur vbi de hoc alii dicunt, quòd prefectus pretorius dicitur ille, qui immediate

ſubeſt principi, & maior & excellentier aliis magiſtratibus & iudicibus ſub principe, & iſte prefectus pretorius habet triplex priuilegium, ſiue trina letatur ſpecialitate primum quia non appellatur ab ipſo, vt in iuribus allegatis, ſed ſupplicatur Secundum quia minores contra eius ſententiam non reſtituuntur. ff. de off. prefec. preto. leg. vna in fine niſi à principe ff. de mino. lege in cauſæ in fine & l. i. Tertium eſt quòd poteſt condere leges ſiue cõſtitutiones, dic. lege vna & dic lege non ambigitur de iſto perfecto prætorio dicitur in auten. de defen. ciui. §. iuſiurandum notat nepos de monte Albano (quem Ioan. And. ſepe citat) in titu. exceptiones aduerſus appellationes ver. Item appellati ☛ Et nota quòd ſupplicatur à ſententia principis, & omnium à quibus appellari non poteſt: & hæc ſupplicatio poteſt fieri cuilibet qui retractare ſuam ſententiam pôt ſecundum Ioan Fab. in dic. auten. quæ ſupplicatio. C. de preci. impera. offeren. qui autem ſuam ſentẽtiam poſsit retractare, dic quòd nullus iudex, quod intellige de diffinitiua, ſecus de interlocutoria. hoc niſi ſolus princeps, qui de poteſtate abſoluta. non autem ordinaria ſuam ſententiam diffinitiuam poteſt reuocare. Ita tenent Bal. & Ange in lege. ii. C. de ſenten. ex peri. recitan. vide quod dixi ſupra arti. cix. vnde error dicitur cum quis aliud pro alio putat: & errare eſt aliud pro alio putare xxxviii. diſtinc. c. quamuis. & xxii. quæſtio. ii. c. in quibus nihil enim eſt tam contrarium conſenſui, ſicut error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. om. iudi. &. l. ii ff. de iudi. vel error eſt priuatio veritatis cauſata in intellectu per falſam imaginationem, vt probatur ff. de teſta. l. de ſtatu. & in dic. lege ſi per errorem. Adde quòd vbi ſumus in caſu, in quo non poteſt appellari, poterit querelari, ſingu. eſt glo. ſecundum do Cardi. ibi in. c. querelam de procur. in. i. glo. cum querela ſit actus citerior appellatione. vt dicit ibi dic. glo. quam do. Abb. dicit ibi eſſe notandam propter ſtatuta prouidentia contra querelantem in certis caſibus vt non extendatur ad legitime appellantem cum ſint ſtricti iuris. l. quicquid abſtringende ff. de ver. oblig. l. iii §. hæc autem verba. ff. de neg. geſt. & ibi

Supplicatur in iudiciis, in quibus appellari nõ poteſt.

Errare eſt aliud pro alio putare.

Querela habet locũ vbi non poteſt appellari & cõtra.

ibi Bar.c.in noſtra de iniur.& dam. da. Item dic econtra eadem ratione.& ad hoc ego adduco celebré textũ in. c. concertationi, de appel.lib.vi vbi ſi grauamen nõ poteſt reuocari per remediũ appellationis propter lapſum decé dii poterit tamé reuocari per alia iuris remedia, & illum textũ allegant ſcribentes & do.Cardina.in cle conſtitutionem §.inſuper de elec.& adduco. l. fina. §. illud C.de tempo appel &.§.tunc enim,vbi eſt caſus, quòd à negligentia iudicis non appellatur,ſed querelatur ibi & tarditatem iudicis in querelá deducere.& hoc voluit ibi Bal. & hoc teneas in practica. Ité dic quòd prohibita appellatione nõ prohibetur ſupplicatio,textus eſt in dic.l.vnı. C.de ſenten.præfec.& dic.l.præfecti iuncta.l. ſi quis aduerſus cũ dic.auten.quæ ſupplicatio.C de preci impera. offeren.& glo ordinaria.in c.ex literis in verbo ſupplicauit de in integrũ reſtitu.& an in caſib⁹ in quibus ſit prohibita appellatio ſit ꝓhibita ſupplicatio? Bar.in l. vna ne liceat ter.in vna eadem que cauſa prouo.tenuit quod ſic. Idem voluit Bal.in l.fina.C.de edic.diui.Adria.tollen. & Ioan.Imo.in dic.c.ex literis præalleg. vbi reprehédit do. Anto.tenentem ibi contrarium eius,quod voluit Bar. in dic l.vnica,quod dictũ do. Anto.ſequitur Abb.in.dic.c. ex literis vbi ex illo textu colligit,quod licet non poſſit tertio ꝓuocari,poterit tertio ſupplicari,dom.And.Barb. nouorum repertor dicit in dic.ca.ex literis,quod Bar. & Ioã.de Imo.rectius loquuntur quàm do.An.& do. Abb. & nõ licet tertio ſupplicare,imo nec ſecũdo,allegat textũ celebrem in dic.l.ſi quis aduerſus,qui hoc optime probat cõtra eos quia non tantũ ſemel principi ſupplicatur, ſed bis,& ter,nec obſtat dic.c.ex literis, quia iudicio meo poteſt ſic reſponderi vt procedat in principe admittente illam ſupplicationem ex ſola benignitate,non ſecundum iuris rigorem,nam ex ſolo iuris rigore procedit vt nõ liceat tertio prouocare cum ergo princeps ſit ſupra ius.c. propoſuit de conceſſio.præbend.& ex ſola volũtate poſſit diſpéſare contra ius poſitiuũ,vt voluit.Inno in.c.cum ad monaſterium,de ſta.mona.quem refert do.Anto.in.c. ii.de cõſti.& do.Abb.in dic.c.ex literis,& in.c.de multa

Grauamen quod nõ poteſt reuocari appellationis remedio.poteſt alio reuocari.

de preben. ergo poterit contra ius diſpenſare ſupplicatio nem admittendo, arg dic. c. propoſuit, & hoc modo procedat opinio do. An. & do. Abb. aliàs procedit do. Bar. & ſequacium, & ſi vis tenere contrariũ diſputando vide do. And. Barb. in. c. i. de offi. deleg. vbi plenè diſputauit, an prohibita appellatiõe videatur prohibita querela, & adde Alex. cõſi. xciii vbi vult, ꝙ ſtatutum tollens appellationem non intelligitur tollere querelam, allegat Bar. & Salic in dic. l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. Quare nota caſus in quibus ſententia poteſt reuocari primus ſi error probalis poſtea detegatur, ſingu. eſt glo. in. c fraternitatis in verbo per errorem de frigi. & malefi. quam dicit ſingularẽ do. Abb. & intellige procedere, quãdo detegetur error nõ per probatiões admittẽdas, quia poſſet excipi, vt non admittantur propter tranſitum in rem iudicatam, ſed quãdo aliàs in ipſa re apparuit de errore, vt in dic. c fraternitatis, ex quo do. Abb. infert ꝙ hoc dictum non ſit reſtringendum ad cauſam matrimonialem, id procedit etiam in alia cauſa, vide quod legitur, & notatur in c. ii. de purg. vulg. & ibi do. Abb. & vide notata in. l. admonendi ff. de iureiur. Et ſi probationes iniuſte de facto retractarentur, iudex debet retractare ſententiam nonobſtante ꝙ tranſiret in rem iudicatam: ita ſingulariter dicit Inno. in c. cum dilecta de reſcrip & in. c. cum Bertoldus, de re iudi refert, & ſequitur do. Abb. in dic. c. fraternitatis.

Caſus in quibus ſententia poteſt reuocari.

2. Caſus.

Secũdus ſi notoriè appareat ſententiã eſſe iniuſtã debet reuocare, nonobſtante ꝙ non fuit appellatum, ſingulare dictum Inno. in dic c. fraternitatis refert. & ſequitur ibi do. Abb. in c. ii. de purg. vulg. & optime facit vterque textus. nam notorietas iniuſtitiæ reddit ſententiam nullam, vt in c. inter cæteras de re iudi. Et ſententia iniuſta tenet propter præſumptionem, quæ ceſſit, vbi notorietas iniuſtitiæ eſt incontrariũ. & opinio debet cedere veritati. viii. diſtinc. c. veritate cũ ſimi. & vide de ſentẽtia notorie & euidẽter iniqua, quod voluit do. Cardi. in c cũ Bertoldus de re iudi. & Hoſtien. in c. ii. de arb. Bald. in. l. vnica ſi de momen. poſſe. Bar. in l. i. in prin. ff. de no. oper. nuncia. & Ang. in. l ſi pars ff. de in offi. teſta do. Anto. in c. ſuam

c.ſuam de pœ. Abb.in.c.nouit de iudi.Hoſtié.in.c.ii. de arb.Bal.in.l.vnica.C.ſi de momé.poſſe Bar.in l.i. in prin. ff.de no.ope nuncia.& Abb in.c.inter ceteras, de re iudi. vbi refert,& ſequitur dictum Inno.& ad illud notat illum textum valde notabilem ſecundum eum, quòd ſententia continens manifeſtam iniquitatem eſt ipſo iure nulla, vide ibi per ſcribentes,ex quo dicto Inno.infert do.Abb.in dicto cap.fraternitatis,quòd ſententia notorie iniuſta eſt reuocabilis, non obſtante quòd appellatum non fuerit, etiam ſi notorietas iniuſtitiæ poſtea acciderit,vt probatur in dic.c.fraternitatis optime facit dictum.c.inter cæteras, & quod ibi nota.quod dictum dicit nunquam obliuioni eſſe tradendum,& poteſt eſſe ratio ſecundum eum, quia ſententia iuſta à iure ſuſtinetur,quia præſumitur iuſta propter auctoritatem iudicis vt in.c. bone de elec. & in.c. in præſentia de renuncia quæ ratio ceſſat cum conſtat notorie de iniuſtitia.Nota inſuper peregrinum dictum Hoſt. ſi verum ſit in cap.ii.de purg.vulg.vbi dicit quòd ſi ſententia eſt lata contra ius litigatoris,& tranſiuit in rem iudicatam,licet non debeat iure ordinario retractari,poteſt petere in integrum reſtitutionem ex clauſula generali argu c.ex literis de in integrum reſtitu.& in.l.i.ff.ex quibus cauſ.maio & idem ſenſit glo.in.l.fideiuſſor.§.in omnibus ff.manda.& in.l.ſine.ff.rem ratam hab. Et licet canoniſtæ tranſeunt cum dicto Hoſt.tamen doctores legiſte communiter hoc non admittunt,vt not.in lege prima C de condic.indeb.& per Bar.in dicta lege ſi ſine,& cum hac opinione legiſtarum tranſit do.Abb.in dicto cap.ii.de purg. vulg.temperat tamen niſi à principe petatur hæc reſtitutio in integrũ:nam ſolius principis eſt hoc concedere per textum in.l.diui.ff.de pœ.& ibi Bar.de quo dixi ſupra art. xxxv.nam cum ſententia faciat ius inter partes,vt cap.cum inter de re iudi.& in.l res iudicata.ff.de reg.iur.non poteſt inferior à principe ius parti quæſitum tollere,ad idem l.i.&.ii.C. ſenten.reſcindi non poſſe,vbi iura generaliter dicunt ꝙ nec proferens nec ſucceſſor poteſt ſententiam retractare mihi videtur aliquid dicendũ, ꝙ vt ille deſiſtat à peccato,poterit agi per viam denũciationis euangelicæ, 3. *caſus.*

per ea quæ leguntur & notantur in.c.nouit de iudi. & in c.peccauerit.11 quæſt.i. cũ ſimi nam non poteſt ſalua conſcientia rem illam detinere, quia nunquam dimittitur peccatum. & c.c.cum tu de vſur.c.peccatum de reg iur.lib.vj. cum ſimili.de qua monitione generali.vide etiam ſupra artic.1. Nota ſecundo, quòd ſententia contra abſentem lata dolo aduerſarii præſentis in exprimẽdo falſum, ſiue illud probauerit per falſos teſtes, ſiue non, eſt nulla ipſo iure, caſus eſt ſingularis in.l.Marcellus.§.prætor.ff.de iudi.ſecus videtur ſi præſens tacuit aliquam exceptionem dilatoriam vel peremptoriam aduerſario abſenti competentem, quia tunc valebit ſententia ſiue dicas eum fuiſſe in dolo, & ſic faciendo, ſiue non, ratio eſt qua minus delictum eſt facere ius aduerſarij verum quàm exprimere falſum.iiii.quæſtio. iiii c.i. Et iſtam doctrinam ſentit Bar.C.de ſatiſda l.i. Inno.in.c.præterea, in fine ex.de dila.Ioan.And.in.c ſi duobus ex.de appella. Nota tertio, quòd ſententia interlocutoria expreſſè lata cõtra communis iuris regulam eſt nulla, licet reperiantur aliqui caſus excepti, in quibus ſaluari poſsit illa ſententia, ex quo illi caſus ſpeciales non ſunt expreſſè in ſententia, vnde ſi iudex interloquitur ſeruum torquendum eſſe contra Titium dominum ſuum, hæc ſententia eſt nulla vt eſt glo.ſingularis in lege ſecunda.ff. de appella.recip.ſimiliter ſi pronunciauit iudex filiumfamil. poſſe teſtari, & ideo valere teſtamentum, ſententia eſt nulla, licet poſsit ſaluari in peculio caſtrenſi vel quaſi, ſimiliter videmus in citatione: nam citatio facta vt quis compareat die feriata eſt nulla, niſi exprimatur cauſa ſpecialis ꝙ illo tempore procedi poſsit, vt notat Inno. in cap. præterea de dila. Bar in lege ſecunda ff ſi quis in ius voca non ie. Adde aliũ caſum, quo retractatur ſẽtẽtia prætextu teſtamenti, nam ſicut retractatur iuramentum prætextu teſtamenti, vt.l.fina.C.de reb. cred. & iureiur. ita & ſententia, cum iuramentum & ſententia æquiparantur, vt.l.nam & poſtea.§.qui temporali.ff.de iureiur.& de hoc videtur caſus recte intuenti, in lege mater.ff. de except rei iudic.de quo dixi ſupra artic.xcv.quæ nota, quia alibi non inuenies ita cumulate, & clare.

4. caſus.

5. caſus.

Citatio vt quis compareat die feriata nõ valet ſpeciali cauſa non expreſſa.

6. caſus.

¶ Adde ſeptimum caſum tu vides ſæpe ꝙ partes vnum ſingunt,& aliud faciunt & circumueniunt iudicem ad interponendum decretum ſuum tali contractui & idco ſcias & nota perpetuo ꝙ ſi iudex repererit ſe deceptũ in interpoſitione decreti poteſt proprio motu ex ſuo mero offi sio illud reuocare:ita dicit Io. And.in addi in c. conſultationibus ex.de offi.deleg.quẽ refert Bal.in.c.i.de mili.vaſſa,pro quo facit textus in ca i.ſi ex fal. alleg.C. ſecundum quem alias conſului contra quendam qui præſens teſtamentariam tutelam ſuſceperat.poſtea conuentus nomine tutoris & vt cõfirmaretur requiſitus ,propoſuit quendam excuſationẽ,& iudex male cautus alium dedit,qui cognoſcens primum ſe falſis allegationibus excuſaſſe onus tutelæſuſcipere recuſauit,& illũ conuenit vt munus ſibi iniunctum ſubiret.Et ipſe liberaretur quod iuſta ratione facere potuit:& debebat iudex ita circũuentus ſtatim (quod fecerat) reuocare ſi ſapiens fuiſſet.ſed quia ſtultus partes longa vexatione conſumpſit,vt ſolent hodie iudices,aliud non omitto addendum ſupra art.cxxxiiii.quòd extraneus non cogitur eſſe tutor vel curator,niſi legatum ſibi à teſtatore relictũ fuiſſet,quia tunc eo priuatur affinis vel conſanguineus ſic,vt lege prima.§.quanuis vbi pupil. edu.debeat.& lege prima.C. eod. titu. curator vero bonis inuitus dari non poteſt niſi voluntarius non reperiatur vt.ff. de curatore bon.dando. lege prima.§.quæritur. Præterea nota,& adde dic.art.pulchram doctrinam Spe.tit.de proba.§.i.ver.negatiua autem iuris,vbi dicit ꝙ licet de iure communi,qui iuris ſolennitatem negat adhibitam,probare debet,l ab ea.ff.de prob tamen fauore ætatis minor qui dicit rem ſuam alienatam non adhibita iuris ſolennitate, ſcilicet tutore,curatore:& cum decreto hoc non probat, imo rem reuocat,niſi is qui dicit adhibitam hoc probet. ff.de publi.l.quæcunque.§.fina.quod nota pro minoribus. Item ſi pupillus minor vel miles repetit tanquam indebitum quod ſoluit reus debet probare ſe debitum recepiſſe, vt idem notat Spec.dic.§.ver.quintum eſt. Nota inſuper ꝙ pax poteſt haberi cum hæredibus defuncti, ſi ſint minores ſine decreto iudicis ſecundũ Bal.in.l.pacto ſucceſſorum , 7.caſus.

ſorum.C.de pac.& Spe.titu.de homi.ver. Illud notat Paris de pu.in ſuo tract.ſindi.in verbo vltimo.

20. Propoſans erreur conſigneront douze vingtz liures pariſis, & les deux ans de propoſer erreur reduictz à vn.

Article. cxxxvi.

QVe ceulz qui vouldront propoſer erreur ſeront tenuz conſigner la ſomme de douze vingtz liures pariſis, & au lieu de deux ans qu'ilz auoient par les anciẽnes ordonnáces, auront ſeulement vn an, pour ſatisfaire à ce qu'ilz eſtoyent tenuz fournir & ſatisfaire dedans les deux ans ordonnez par leſdictes ordonnances.

Erroris proponendi forma.

DE forma proponendi errorẽ habetur in ordina. Philippi.vi.in titu.de ſententiis, arreſtis, & executione eorundem in antiquis latinè ſcriptis, & in ordina. Ludouici gallicè ſcriptis, quæ corriguntur per iſtam. Nam per illas ſufficiebat dare cautionem de duplici emenda Regi ſoluenda: necnon de damnis & expenſis parti ſoluendis: hodie vero hoc non ſufficit, ſed requiritur ꝙ partes conſignent duodecim viginti libras pariſienſes. Et ſufficiebat etiam proponere errorem infra biennium, vt habetur in dicta ordina. Ludo.xi. hodie vero debet proponi infra annum: poſteriores enim leges derogant prioribus l. ſed & poſteriores.ff. de leg. in aliis vero remanent incorrectæ: quia quod non mutatur, quare ſtare prohibetur.l. ſancimus.C.de teſta.videlicet quòd in interlocutoriis arreſtis non proponitur error, vt in dicta ordina. Philippi. vi. aut in poſſeſſorio, ſiue eccleſiaſtico, ſiue prophano, vt in ordina. Ludo.xii.articu.iiii. Et aduerte quòd illa conſignatio debet fieri coram iudice competẽti ipſarum partium, vt.l. acceptam.

Leges poſteriores derogant prioribus.

acceptam.C.de vſur.aliàs non valeret arg.l. ſi pater ne de teſta.defuncto.poſt quinquennium quer.vbi interpellatio facta coram iudice incompetenti non interrumpit præſcriptionem,in qua facienda debet pars vocari: quia poteſt lædi.l.nam ita diuus.ff de adop.l.de vnoquoque.ff.de re iudi. quæ requirunt cauſæ cognitionem , debent fieri partibus præſentibus,not.gloſ.in lege ſecunda.C.ſi propter publi.penſita.Adde quòd iſtud ſpeciale eſt in principe,vt ſi petatur in integrum reſtitutio aduerſus ipſius ſententiam,vt ſententia executioni mandetur indiſtinctè, ſingulare eſt ſecundum Baldum in lege, ſi cauſa cognita. C.de tranſact. alius caſus eſt in capite ſuſcitata de integ. reſtitu.vbi ſi eſt præſumptio malitiæ contra petentem in integrum reſtitutionem ꝙ cauſa differendi executionem hoc petat,non ſuſpenditur executio præſtita cautione,

Sciẽtia principis mãdatur indiſtincta executioni.

Et ita ſupplicatio non impedit executionem per no. per Bar. & Ang.in.l.ij.ff.de appella.recip.§.vbi dicunt ꝙ id quod dicitur ꝙ à poſſeſſorio nõ appellatur habet locũ quoad executionem impediendam, qua licet appelletur, non impeditur executio per textũ in.l.i.ſi de momen. poſſe.qui dicit ꝙ ꝑ appellationẽ non impeditur effectus,licet quoad alia procedat appellatio refert & ſequitur Paris de pu.in ſuo tract.ſindi.in verbo an ſi ſtatuto. Nota præterea ꝙ ſententia lata contra abſentem cum allegatione doloſa eſt nulla.l.ſi prætor §,Marcellus.ff.de iudi. vbi autem interuenit dolus aduerſarij in allegatione & falſa cauſa ſententia valet,ſed reſtituitur.l.diuus.ff.de re iudic. Et dicit Ang.in dic.§.Marcellus ꝙ quando cauſa eſt falſa ſine allegatione doloſa requiritur appellatio vel reſtitutio.c.dilecta.de reſcrip.&.c. cum Bertholdus de re iudi. & glo.in lege ſi is ad quem.ff.de acqui.hæred.Et tenet ibi Dy.ſed Bar.quem refert Bal.in lege prima.ff.de condict. inde dicit quòd ſi victo poteſt imputari in ſcientia vel negligentia:quia non vidit acta,& ideo fuit negligens in appellando,& multo fortius ſi vidit, & ſibi de iniuſtitia paruit, & non appellauit quia tunc non poteſt reſtitui, quia ſecundum eum iſta reſtitutio datur ex clauſula generali,ex qua non iuuatur.ff.ex quibus cauſis maio.l.non enim. Et facit

quod

quod not.in.l.i.ff.quod quiſq; iur.in glo. quam approbat Cy.in.l.fina ff de in integ reſtitu. Et reſtitutio competit ex alio æquitatis capite ne fiant extorſiones per legem illicitas in prin.ff. de offi.præſi.quod eſt ſatis not.verbum ſecundum Bal in dic.l.i.ff.de condic.indeb. quod erit optimum remedium, qui plus dicit ꝙ ſolutum vigore ſententiæ iniuſtæ poterit repeti per actionem in factum, vbi eſſet dolus, dicens ꝙ in hoc caſu eſt remedium, vbi etiam dicit qualiter ſuccurratur condemnato, qui deinde reperit ſolutionis inſtumentum, ac etiam in reo dabitur officium iudicis arg.l.plane in fine.ff.de peti.hæred.& per not.per Bar. in.l.j.ff.quod vi aut clam: & quæ ſcribit Ang.in.l.& ſi ſine ff.rem ratam habe. Et late Pau.in conſi. cccxxi. vbi tenet glo.in.l.fideiuſſor.§.in omnibus, ff.manda.quæ dicit quòd exactum vigore iniquæ ſententiæ repetitur per condictionem ſine cauſa, quæ communiter impugnatur niſi in caſu, quando cauſa ex qua ſolutum fuit reducitur ad non cauſam etiam allegat Bal.in lege ſub prætextu.C. de tranſac. dabitur etiam aliud remediũ condemnato vigore ſententiæ iniuſtæ ꝙ ſi ipſa ſententia eſſet lata ex falſa cauſa, puta quia iudex dicit in ſententia quia per tales teſtes eſt probatum, vt apparet ex actis Titium condemno, & ex actis apparet teſtes non probare ſecundum Bar.in dicta lege, ſi is ad quem notat Paris in verbo iudex malè iudicans.

Pour iuger propoſition d'erreur ne ſeront plus les chambres aſſemblées.

Article. cxxxvii.

QVe pour vuyder leſdictes inſtances de propoſition d'erreur ne ſera beſoing aſſembler les chãbres, ainſi qu'il eſt contenu par leſdictes anciennes ordonnances : mais ſeront iugées leſdictes propoſitions d'erreur, en telle chambre de noſdictes cours, & en telle cõ

paignie

paignie & nombre de iuges qu'il ſera ſur ce aduiſé & arbitré par noſdictes cours, ſelon la grandeur & qualité de matieres.

ET ratio poteſt eſſe, quia penè nihil immenſum bonum eſt, vt in auten. vt deter. ſit numerus cle. colla. i. & multitudo numeroſa nihil habet honeſtum, quoniam in paucis ex multis, quæ ſecundum virtutem eſt vita ſaluatur in auten. de referen. ſacri pala. colla. ii. Adde quod multitudo eſt legibus, & canonibus inimica extra de pręben. c. quia intantũ multitudo quidẽ reſtringitur C. de proxi ſacro. ſcrinio. lib. xii. l. comperimus licet integrum ſit iudicium quód à pluribus confirmatur l. item ſi vnus §. in impari numero ff. de arb. Et dicitur cauſa magna, vel parua ſecundum qualitatem facti, & conditionem perſonæ, vt alibi dixi. nam cauſa erit magna inter duos pauperes, quæ tamen cenſetur parua inter duos diuites, ſecundum Cy. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & Ange. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libertis, ff. de iudi.

Cauſa dicitur parua vel magna ſecũdũ qualitatẽ facti & cõditionẽ perſonæ.

20. Cinq ans pour faire iuger erreurs.

ET ſeront tenues les parties de les faire iuger dedans cinq ans, autrement n'y ſeront plus receuz.

Arti. cxxviii.

LItes propoſiti erroris aduerſus ſententias præfecto rum prætorio, ſeu arreſta parlamentorum debẽt terminari infra quinque annos: & ſic corrigitur etiã illa ordinatio Caroli xi. in hoc quód per eam ſtatuitur, vt infra annum poſt illos duos annos erroris proponendi proſequatur litem vſque ad dicendum ius. Quæro ſtatuto cauetur, quod omnis quæſtio debeat per iudicem terminari infra vnum, vel duos menſes, vel aliud certum tempus (vtiram hic adderetur, & fieret bonum ſtatutum, prout eſt

Erroris propoſiti lites intra quinquennium debent terminari.

in pluribus ciuitatibus,vel locis.) Accidit autem quód vnus ex litigantibus habet teſtes in remotis partibus, ad quos producendos dantur ſex vel nouem menſes ſecúdú locorum diſtantiam,vt traditur in.l.i.C.de dila.&.l.fina. eo.titu.an iudex teneatur dare hanc dilationem, quæ tempus litis terminandæ excedit? determinat Bal.quód ſic,in l.ſi cum tempore.C.de excuſa.tuto & Cy.in.l.fina.C de adul.nec ſecundum eos ipſa dilatione pendente currit interim aliquòd tempus inſtátiæ,quod eſt notabile:nam ex hoc poſſet aſſumi cautela,ſi iudex videret non poſſe cauſam congruo in termino inſtantiæ diffinire,poſſet inducere ad petendam hanc dilationem eo modo,ſi pars vellet cauſam in longius protrahere,vt fortaſſe poſſet componere cum aduerſario,debet fingere ſe habere teſtes in remotis. Verum in aliquibus locis contra huiuſmodi fictionem prouiſum eſt,quòd non aliter hæc dilatio detur,niſi prius pars iurauerit,quòd non dolo,malitia, nec cauſa protelandi litem petit hanc dilationem,& ex his poteſt terminari alia quæſtio,vt ſi per ſtatutum,vel iudicem præfixus ſit certus terminus.puta decem dierum probãdi,& probatum habendi,quòd hæc dilatio non porrigitur ad probationem fiendam per teſtes,qui ſunt in remotis partibus:maximè quia impoſsibilitas,& abſurditas non dicuntur in dubio,in lege,vel alia diſpoſitione comprehẽdi arg.in l.fina.C.ad exhiben.& in l.filiusfamilias.§ abſurdum.ff.de leg.i.&.l.fina.ff.quæ ſenten.ſine appella.reſcin.&.l.cum in iure.C.qui petant tuto.& in.c.quanto.extra de iureiur.Ita dicit prac.Papien.in forma produc inſtru.gloſ.in termino,quod nota pro his ordinationibus quæ dilationes amputant.

De vacquer diligenment à l'expedition des proces criminelz.

Articus
exxxix.

NOus eniognons à tous noz iuges qu'ilz ayent diligenment à vacquer à l'expedition des pro-

tes, & matieres criminelles preallablemēt, & auant toutes autres choſes ſur peine de ſuſpenſion & priuation de leurs offices, & autres amēdes arbitraires, ou ilz feront le contriare, dont nous chargeons l'honneur & conſciēce de noz cours ſouueraines.

Iudices quæ peccata punire differũt deũ ad irã prouocant.

VBi maius periculum eſt, ibi cautius eſt agendũ ff. de car. l. i. §. i. c. vbi periculum de reſcrip. lib. vi. C. de proba. lege. ſciant. & de appella. l. additos. & de fal. l. vbi. &c. Nã in criminibus ſtat põdus & eſtus diei ſecũdũ Bal. in rubrica de confeſ. in addi. ad Spe. iudices enim ad iram deũ prouocãt, qui peccata punire differũt: nã malos punire. & bonos ſubleuare & defendere eorũ eſt officiũ. principes ſeculi & rectores malis & peruerſis ignoſcere nõ debẽt: imo diligẽtiſsimi rectores habentur, qui malos & perfidos homines proſequũtur. & puniũt: nã corrigẽdum eſt ꝙ malẽ, & illicitè factũ eſt: ſed tamẽ ꝓ qualitate peccati pœna eſt infligenda, quia crimẽ pro iuſtitia punire nõ eſt crudele, ſed pietas. & varia crimina variis pœnis ſunt affligenda, quæ in corpore iuris reperiũtur ꝙ tẽplũ Romanæ iuſtitię appellatur, vt. C. de vete. iur enucle. l. i. §. cumque. ver. Itaq;, & l. ii. §. hoc igitur verſ. ne autem incognitũ quæ vix in mẽte ſubtiliſsimi viri capi poſſunt ꝓpter ꝙ dicit text9 in autẽ. vt defunc ſeu fune, eorũ colla. v. in prin. q varietatẽ cauſarũ cognoſcũt nõ facile ad culpã veniũt, ſi veritatẽ examinãt, erubeſcãt enim inquit Iac. de bel. viſu in ſua prac. in fine iudices criminum idiotæ, ſi ne legitima ratione tam magnũ ordinem expedire. & qualiter illiterati talia auſi ſunt temerariẽ attẽtare, ſicut eſt in corpus humanum animaduertere: & ad Dei ſimilitudinẽ fabricatum tot & tãtis laboribus, & ſumptibus nutritum ad mortem tam vilem & horribilem condemnare, & caninæ tradere ſepulturæ ignorantes ſubtilitates morales,

Crimen puniri non eſt crudele, ſed pietas.

quæ

quæ in templo Romanæ iuſtitiæ continentur, vt in autē. de trien. & ſemiſſe §. conſideramus colla iii. cum ibi not. ſed tanquam cæci in deſerto ambulantes, falcem in meſſem alienam imponentes, non attendētes ad id quod ſcriptum eſt nolite iudicare: & non iudicabimini: nam qua menſura menſi fueritis remetietur vobis, & quo iure vſi fueritis, eodem iure contra vos vtetur, iuxta nota C. de iudi. l. rem non nouam. circa principium ibi iudicabuntur. & extra de accuſationibus. c. qualiter & quando. & ff. quod quiſque iur. l. i. §. ait Cato, patere legem quam tu ipſe tuleris, dicente Ieſu ſaluatore noſtro, ore tuo te iudico ſerue nequam. O iudices criminum intelligite qui iudicatis terram æquè, iuſtè, & rectè in iudiciis ambulantes, iuxta textum & glo. in auten. de iudi. § i. colla. vi. variè ex perſonis cauſiſque diffinientes, & tam ad abſolutiones, quam condemnationes promptiores, vt in feu. hic finitur lex Federici, & conſue. Regni incipiunt. Aduertant igitur ad ſupradicta iſti latrunculatores, & iudices maleficiorum, quos præpoſitos mareſcallorum nominamus, & qui eis talia officia committunt, qui cum deberent eſſe literati viri, ſunt ignari, & omnium bonarum literarum expertes, tiranni vindicatores, ſibi & ſuis complacētes, pereant à cæterorum commercio & exterminentur tales tiranni, & homicidæ, & eorum officia bonis viris, & literatis committantur. ☞ Nam magnum periculum eſt rei pu. ab aliis querere quod quis ſcire debet in auten. de iudi in prin. & aduerte quod iudicis imperitia aut ſeueritas parti obeſſe non debet l. qui cum maior §. ſi tamen quis libertum ff. de bo liber. qui textus eſt ſingularis & facit pro clerico qui ciuiliter crimen inſtituit quod ſi iudex criminaliter condemnauit non ſit irregularis & facit c. i. de homi. lib. vi.

Prepoſiti mareſcalorū ſunt ignari & tiranni.

☞ Chambres criminelles expedieront les priſonniers & criminelz les premiers.

AVſquelles ſemblablement nous enioignons de proceder aux chambres criminelles

criminelles à l'expeditiõ des priſonniers & criminelz ſans ce qu'ilz puiſſent vacquér au iugement d'aucuns autres proces, ou il ſoit queſtion de intereſt ciuil, ores qu'ilz dependiſſent de criminalité, iuſques à ce que tous les priſonniers criminelz ayent eſté depeſchez.

SAncta & iuſtá eſt hæc ordinario, ſi bene ſeruáretur in magnis curiis, vbi regnãt cupido, & ocium, & delitię, quibus nihil magis cõtrarium ſaluti. vt inquit Ioan. Fab. in. §. i. inſti. ſi quadru. paupe. feciſ. dica. faciunt enim iudices ſe adorari in illis curiis, præſertim in eccleſiaſtica, vt idolum ſecundum eundé Ioan. Fab. in. §. pupillus inſti. de inuti. ſtipu. oportet enim iudicantem ante omnia reſpicere ne quid procedẽdo aut iudicãdo durius, aut remiſsius faciat, quá cauſa depoſcat. neque enim aut ſeueritatis, aut clemẽtiæ gratia cauſa afficienda eſt: ſed perpenſo & iuſto iudicio, provt queque res & cauſa expoſcit ſtatuẽdũ eſt. Sed tamẽ in leuioribus cauſis & negociis prõptiores ad lenitatem & benignitatem iudices eſſe debent: in grauioribus quidem & atrocioribus delictis ſeueritatem legum cum aliquo benignitatis temperamento ſubſequi, debẽt etiam iudices habere ante oculos Deũ & æquitatem non delinando à dextris, neque à ſiniſtris, neque excandeſcere debent aduerſus eos, quos malos putant, neque precibus, neque lachrymis aliquorum illachrimari, quia nõ eſt cõſtantis iudicis neque recti, cuius animi motum vultus detegit ff. de pœnis. l reſpiciendum ff. de offi. præſidis. l. obſeruandum ff. quod certo loco. l. quòd ſi epheſi. nec præſumant iudices iudicare ſecundum eorũ cõſcientias, vt faciunt Veneti iuris & iuſtitiæ ignari: ſed ſolum ſecundum leges & iura, & probatiões ſibi factas, licet aliud viderint oculata fide, vel habeant in conſcientia ſua quantum ſit probatum, niſi eis eſſet notum vt iudici, quod eſſe debet ſecundum Bonifa. de Vitel. in prœmio ſui tracta-

Cupido ociũ & delitiæ in magnis curiis regnãt.

Iudicans quid reſpicere.

Iudices iudicare non debent ſecũdum cõſcientiam.

tus maleficiorum. ☞ Adde paulum.i.Corinth.vi.c.qui contemptibiles vocat iudices:ex hoc innuens ꝙ aliorum iudices non multū magnifiunt apud deum nā vt ipſe paulus ibi ſcribit.iii.c.ſapiētia hui⁹ mūdi ſtultitia eſt apđ deū vnde Angu.imple chriſtiane iudex pii patris officiū ſuccéſere iniqtati,memineris vt in peccatorū atrocitatibus non exerceas vlciſcendi libidinem,ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.xxiiii. quæſtio.v. ca.i.defectus noſtri temporis quibus non ſolum merita, ſed etiam corpora defecerunt,antiquā canonū non patitur manere cenſuram xxxiiii.diſtinct c fraternitatis not. Spe.titu.de diſpenſatione.§.i ver.quia melius eſt.

Recit des erreurs que ſouloient commetre les iuges en la confection des proces.

Arti.cxli. ET pource que pluſieurs iuges ſubalternes, tant des noſtres, que autres ont par cy deuant commis pluſieurs faultes, & erreurs en la confection des proces criminelz, qui ont eſté cauſe que nos cours ſouueraines ont pluſieurs foys donné arreſtz interlocutoires pour la reparation de pluſieurs faultes, dont s'en eſt enſuyuie grande retardation de l'exploict deſdictz proces, & punition des crimes.

FAcit textus in.l.vt reſponſum. C.de tranſac.& l. diuus.ff.de re iudi.& c.de muliere ex.de ſpon.

Amēdes contre leſdictz iuges qui auront notablement failly en proces criminelz.

Que

QVe les iuges qui ſeront trouuez auoir faict faulte notable en l'expedition deſdictz proces criminelz, ſeront condamnez en groſſes amendes enuers nous pour la premiere foys, pour la ſecōde ſeront ſuſpenduz de leurſdictz offices, & declarez inhabilles de tenir leurs offices royaulx. *Arti. cxlij.*

FAcit ordinatio Ludouici xii.arti.quinquageſimo nono,& quod notat Bar.in.l.de eo.C.de pœna iudi qui malè iudi.& dicitur facere litem ſuam iudex,vt in. l. ſi filiusfamilias ff. de iudi.&.l.ſi iudex litem ſuā. ff. de variis, & extraordina.cogni &.§ i.inſti.de obliga.quæ ex quaſi delicto naſcun. Nota.ii. quæſt.vi. cap. hoc etiam placuit & c.cum ſit generale ex de foro compe.ex de priui.c.dilecti.&.ff.quibus ex cauſ.maio.l.ſed ſi per prætorē.§.pretor.&.§.ſequenti ff de iniur.l iniuriarum. In dubio tamen preſumitur pro iudice l.ii.C.de offic. ciuil.iudi.l. herennius.§.gaia ff de euictio.c.piſanis de reſti.ſpo.quod intellige verū & locū habere quando iudex ſeruauit debitū ordinē in procedendo ſed quādo debitum ordinem omiſit non preſumitur pro eo ita not.dicit Bal.in l.ſancimus ver.tertio decimo quæritur C.de iudi.& iſta poteſt eſſe ratio quia cognoſcere iuris ordine non ſeruato eſt ius alterius conferre ſecundū Baldū in ca.i. de pace iura firmā eſt & alia ratio quia iudex procedens extra ordinē dicitur procedere de facto ſecundum eundem Bald.in lege ictus fuſtium ſi de his qui notan.infa. Adde an iudex negligens faciat litē ſuā,quod dixi ſupra ar.cxxx. & aduerte,quòd ſicut iudex male iudicando facit litē ſuā, ſic etiā omne damnum parti reſtituere tenetur.in auten. vt iud.ſine quoquo ſuffra.§.volumus cum ipſe ledit indebite,vt dic.l.ſi iudex ff.de variis &extraordi.cogni.&.l.

cuſandus quia non eſt error ſingularis ſed communis. Item ſi dubium tale apud ſapientes eſt incertum: & ſtat in opinionibus tunc iudex excuſatur: quia hoc caſu lex eſt incerta vt in prima conſtitutione C.§.quibus in gloſ. ſecundum Bar.quē vide in dic l.fina.C.de pœna iudi.qui male.Qui autem recedit à communi opinione eſt in culpa ff.de leg.lege minime ſecundum Bar.ſi autem velit ſe excuſare: quia ſententia tulerit ex conſilio talis ſapiētis: hoc ſolum non excuſaret eum: quia debuit iuris rationes ponderare non perſone auctoritatem legibus preferre ff. de offi pre.l.ſed licet aliàs fere ſemper excuſaretur quia ſemper haberet conſilium vel colloquium cum ſapientibus l.ii.C.de ſenten.ex peri.reci. Et not.in auten. de appella.& intra quæ tempora §.ad hoc col.iiii.in glo. ordi. ſed an iudex qui ſoluit damna & expenſas poſsit eas recuperare contra reum & videtur quòd ſic per textum in l.miſsi opinateres C.de exac.tribu.Et ita tenet Spe. tit. de expen.§.poſtremo ver.& ſi iudex vbi dicit quòd ſi iudex omiſit condemnare victum in expenſis, & propter hoc ſoluit eas,poterit recuperare a reo per dic.l.miſsi cuius opinionem reprehendit Imo.in lege ſi tertius.ff. de aqua plu.arcen. quia reus cenſetur liberatus ab expenſis eo ipſo,quòd iudex in ſententia nihil iudicauit per legē terminato de fruc.&lit.expen.opinionem Imo.tenet Ludo.in.l.iiii.§.fina.de dam.infec.& dicit quòd fuit originalis opinio.Cy in lege ſancimus C.de iudi. vbi reprobat Spe allegando contra ipſam textum & glo in.l. mancipia C.de ſer.fugi.vbi iudex pœnam quam ſua culpa ſoluit à parte non repetit ſed dicit poſſe ſaluari Specu. vbi ille expenſe eſſent debite iure actionis vel contractus Ange.autem in dicta lege mancipia dicit per illum textum quòd iudici litis eſtimationem ſoluenti nullum ius acquiritur quia quoad iudicem eſt mera pœna,dicens ꝙ non obſtat lex litis extimatio ff.pro empto.quod dicit verum,quando iudex male iudicando,quia ſui delicti pœnam ſuſtinet ſed ſed ſi facit litem ſuam negligendo tunc ſi ſoluit quod verſabatur in obligatione poteſt recurrere contra eum qui erat obligatus per dic.legē miſsi opi-

 natores

natores tamen illa lex loquitur in extraiudicialibus vbi negligentia ſtat in meris finibus ſuis ſed iudex negligẽs facere iuſticiam facit iniuriam deo & principi in auten. vt diffe.iudi.& parti.ipſam petenti & ſic delinquit omittendo argu.lege ſi quando C.de teſti. notat paris de pu in ſuo trac.ſindi.in verbo an iudex. & ſi eſt legũ imperitus, debet formare ſententiam iuxta conſilium periti, Innocen in ca.ſi pro debilitate de offi.de leg.l.i .C. de aſſeſſo. aliàs tenetur ad intereſſe damni, nõ lucri, vt verbum ſonat, & interdum poteſt videri equum, quod nõ punitur de culpa leuiſsima ſicut nec arbiter dic.lege ſi quis in conſcribendo nec tabellio.C.de magiſtra.conue.l fina.nec tutor lege fina.C.de neg geſt. quia neceſsitas officii excuſat.l.quicquid C.arb tute. Et ſi iudex eſt in dolo, punitur ad intereſſe partis, & vltra ſi iudici videbitur, & iſtud vltra intelligitur ſecundum Iaco.de bel.viſu, quòd teneatur actione iniuriarum.arg. qui ſatiſda. cogan.l.ſi vero.§ qui pro rei facit C.de excu.tuto.l. ſeueriter.Bald.in dic.§. duces dicit quòd iudices nõ tenentur pœna talionis, ſed pecuniaria, vide Spec. de execu. ſententiæ.§ ſi iudex, & Baldus in addi: qui allegat Barto. iudex qui male iudicauit in dubio, præſumitur iudicaſſe per ignorantiam ff.ad trebel.lege ſeruo inuito .§. cum prætor niſi qualitas facti nulla poſsit tergiuerſatione celari.vt dic.lege ſi filiusfa.ff.de iudi.§.iudex, & Baldus in lege obſeruare §.proficiſci ff.de offi. proconſul. & leg. Adde Ioannẽ And. in tit.de teſte.§.opponitur ver. item qui interrogatur in addi.Spe. vbi dicit quòd iudex non interrogans teſtem de cauſa tenetur parti ad intereſſe allegat legẽ ſi quando in fine C.de teſti. &. l. ſi quos iudices C.de officio prefecti præto. quod reſtringit vbi dol' vel notabilis negligentia interuenit facit caput per tuas ex.de teſti nõ enim videtur teneri iudex niſi de dolo propter neceſsitatem officii ff.de cuſto.reo.lege diuus notat Baldus in titulo de accuſatio.in addi ad Spec. An iudex excuſetur propter opinionum diuerſitates Baldus in dic. §. proficiſci dicit quòd hoc habent arbitrari

Iudex legũ imperitus.

Iudex non punitur de culpa leuiſſima.

Iudex ſi dolo iudicat.

Iudex in dubio preſumitur iudicaſſe per ignorantiam.

iudices

iudices ſeu ſindicatores, quia leuis & non colorata opinio non excuſat, ſed grauis & ponderoſa, vt notat gloſa inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delicto. & not. per Innocentium in capite ne innitaris de conſtitutio. & per Baldum in dicto. § proficiſci, & in lege mancipia. C. de ſer. fug. & vide Pari. de Pu. in verbo iudex male iudicans. Sicut qui maiorem aduocatorum partem accipit dat intelligere ꝙ malam litem fouet, vt C. de poſtul. l. prouidendum. Et tutor qui cõtrahit matrimoniũ cum pupilla dat intelligere ꝙ male tutelam adminiſtrauerit, vt. C. de interdi. matri. l. ſi tutor. Nota tertio ꝙ iudex qui admittit ad probationem inſtrumentum, quod non debebat admittere, non ſolum facit litem ſuam, ſed etiam tenetur titulo quod quiſque iur. Innocen. ſingu. in capite cum venerabilis de exceptionib. & illud nos docuit Baldus in lege fina. C. ſi cert. peta. idem ſi non admiſit exceptionem, quam debuit, aut probationem, vt dixi ſupra articulo centeſimo trigeſimo, quare attendat iuuenis iudex, quod ſi culpa vel malitia male iudicat, tenetur inquantum relationi iudicis videbitur, ſecus ſi dolo, quia tunc tenetur ad veram litis æſtimationem, & hoc modo dicitur facere iudex litem ſuam, & aduertat, ne cauſam decidat leuato velo, dicitur autem leuato velo, cauſa decidi, quando iudex ſine diſcuſſione & examine negotij procedit, vt dicit Bald. ſecundum Dy. in lege tribunus. § cum aliquis. ff. de teſta. mili. de quo verbo leuato velo & ſummarie, in lege prima. ff. furti. aduer. nau. caup. & in. l. de ſubmerſis de nauicu. vbi textus dicit leuato velo, & glo exponit remoto omni velamine, & Baldus in lege ſecunda C. de ſpor vbi dicit, quòd nuncij coram iudice delinquentes leuato velo ab officio remouentur, & hoc verbo etiam vtitur. Bald. in. l. fina. C. qui bo. cede. poſſunt vbi dicit de illo qui temere & leuato velo bonis ceſſit Idem dic ſi iudex non condemnat quem debet condemnare in expenſis, damnis, & intereſſe & de ſuo ſoluet vt argu. C. de iudi. l. properandum circa finem. Item ſi iudex non recipit iuris allegationes, dicitur litem ſuam facere, & præcipit aliquid dari vel fieri grauatur partẽ tan

Iudex an excuſetur propter opinionum diuerſitates.

Iudex qui admittit ad probationẽ inſtrumentum.

Iudex ſi iudicat culpa malitia & dolo.

Leuato velo.

quam propere, & ex obrupto procedens.l. ait prætor.§. permittitur.ff.de mino.& Bal.in lege fina.C.de ſententiis. Idem dicit Bald.in addi.ad Spec.titu.de ſenten. execu.vbi dicit quòd iudex qui non vult recipere libellum vel accuſationem facit litem ſuam,vt in auten.de quæſto.§. ſi vero.coll.vi.Idem ſi illegitimã admittit arg.C.de pac.l.penul.in fine non tamen facit iudex litem ſuam in eo quod non eſt petitum, vt.l.iiii.§. hoc autem iudicium. de dam. infec. Si iudex non iudicat ſecundum allegata & probata facit litem ſuam, verum ſi ex actis colligitur dolus vel culpa eius, poteſt appellari. & reſtitutio in integrum peti,ſingularis eſt glo.in lege ſeruo inuito.§ cum prætor. ff.ad Trebel.Cy.in lege fina.ff.de iuſti.& iur.& Bal in lege prima.C.quomodo & quando iudex.Quæro nũc quid ſi iudex errauit in criminali,an detur fiſco in integrum reſtitutio,videbatur quòd ſic,quia fiſcus minor & reſpublica æquiparantur,vt habetur in lege reſpublica.C.ex quib. cauſ.maio.dic tamen quòd non poterit peti in integrum reſtitutio in publicis pœnis,quia in criminalibus non datur in integrum reſtitutio.l.auxilium ff.de mino.ita ſingulariter dicit Bal.in addi.ad Specu.tit.de accuſa.verſi.quid ſi iudex.quod nota tu magne Regis procurator, qui contrarium quotidie ſeruas petens in integrum reſtitui aduerſus ſententiam etiam poſt duos annos latam in criminali,& ab illo tempore conaris appellationem interponere ab illa ſententia lata quod non potes, ſed habes remedium contra eum qui eam tulit.Nota quarto cautelam iudex,ſi dubitas ex ſententia,vt conueniaris in ſindicatu,aut puniaris ſecundum hæc ſtatuta,vt proferas ſententiam cũ aliqua reſeruatione,videlicet quòd ſi poſtea aliquid appareat,habeatur pro non lata,& valet talis ſententia,& interim poteſt fieri executio.l.ſi pecuniam.ff ſi cert.peta. nec eſt nouum,ſi ſententia pendeat.l. in lege Aquilia ſi deletum.ff.ad legem Aquil.in ſententiis quandoque fiunt reſeruationes ff.fam.hærciſ.l.labeo.§.primo ponũtur quandoque verba ſine præiudicio ſententiæ potioris.l. Claudius.ff.qui potio in pigno.& aliquando apponitur clauſula ſine præiudicio iuris alieni.ff.de liber. hom exhib.l.iii.

Reſtitutio non poteſt peti aduerſus delictũ etiam ſi iudex errauit

Cautela ne iudex ex ſẽtẽtia teneatur.

notat

notat Paris de Puteo, in verbo an ſi iudex & ſequenti.
Et iſto caſu recipiuntur probationes, lata ſententia, nec peruertitur ordo, quia poſt ſententiam fuit probatum quia ſententia non erat liquida. l. cum iudex. C. de ſenten. & arg. C. de confeſ. l. i & l. penul. Ita Bal. in lege prima. C. de accu. qui idem tenet in addi. Specu. tit. de ſententia. ver. ſuper hoc dicens, quòd ſententia ſub conditione pertinenti valet. Contra me loquor, quia ſum iudex: ſed parcant ſocij, quia me iudico ſicut ipſos, vt dicit Ioannes Faber in. §. cum autem in fine qui & ex quibus cauſis manu. poſſunt. vbi dicit quòd aduocatus tenetur, ſi per imprudentiam cauſam perdiderit. idem dicit Specu. in titu. de aduoca. §. fina. verſicu. quid ſi per imprudentiam. *Aduocati tenētur ſi per imprudētiā cauſam perdiderint.*
Et in titulo de requi. conſi. §. primo, verſi. conſiliarij, quòd contra inique conſulentem poteſt agi quanti intereſt alicuius conſilium datum non fuiſſe. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo. & ſi non ſit ſoluendo, debet reſtitui litigator ad priſtinum ius ff. eo. l. eleganter. §. pen. ff. de eo per quem factum eſt. l. fina. Adde quòd aduocatus qui inſtrumenta vnius partis apud ſe depoſita alteri oſtendit facit litem ſuam, & tenetur pœna falſi, lege prima. §. qui depoſita. ff. ad legem Corne. de fal. vbi bona glo. ſecundum Bartolum quod facit contra actorum notarios, qui oſtendunt articulos alteri parti ante publicationem in cauſa, & idem in lege ſi quis. §. ſi quis inſtrumentum. ff. de pœ. vbi textus notat, facit etiam litem ſuā aduocatus, qui paciſcitur de quota litis, qui debet priuari tanquam depredator, quia etiam de minima litis parte paciſci non licet ſub nomine quotæ, nec de aliqua re litigioſa. l. ſi qui aduocatorum. C. de poſtu. & de præſcrip. verbis. l. naturalis. §. penul. tamen de alia re licet paciſci. l prima de ſuffra. & l. ſumptus. ff. de pac. & C. de procur. l. litem. & ff. manda. l. ſi vero non remunerandi. §. maurus vbi gloſa tenet quòd ſi procurator facit ſumptus litis, valet pactum de quota litis, licet gloſa in dicta lege ſumptus ſit in contrarium vbi gloſa dicit quòd non licet ſub nomine quotæ paciſci, ſed de re de qua litigatur vel quantitate debet ſalarium ęſtimari, quia vbi mos vel conueniens ſalarium rem illam excedit, præſumitur fraus, *Aduocatus qui inſtrumēta vnius partis alteri monſtrat.* *Aduocatus qui paciſcitur de quota litis.*

fraus, vt ibi in glo ſecus vbi mos non exceditur, quia valet pactum ſecundum gloſam in lege ſi ſub ſpecie. C. de poſtu. quæ videtur contraria, & hoc habet iudex arbitrari ex litis quantitate & aduocati facundia, vt notatur in lege ſalarium. ff. manda ſecundum Bartolum, in dicta lege ſumptus, vnde qui paciſcitur de eo quod eſt in lite dicitur litis redemptor, licet non paciſcatur per modum quotæ, dicta lege litem: C. de procur. vnde non valet pactum quod ſoluantur decem pro centenario illorum, quæ vertuntur in lite: ſecus ſi ſimpliciter ſecundum doctores in dicta lege ſumptus, & vide in lege prima. C. de ſuffra. & Spec. in titulo de ſala. aduo. & Innoc. in cap. primo, vt lite non conteſta. & ideo talia pacta non valent, quia aduocati præſumuntur calumniari. Bald. in lege ab Anaſtaſio C. manda. Item etiam aduocatus qui promittit aduocare pro vna parte ſi ſuſcipiat patrocinium alterius partis dicitur facere litem ſuam. l. fina. ff. de poſtu. ſi tamen in cubiculo conſuluit vnum poteſt hoc nõobſtante eſſe alterius partis aduocatus, vt in dicta le, niſi ſint illi reuelata alterius partis ſecreta, quia erit præuaricator, ſi tanquam conſultori aut aduocato ſint ſibi nudata ſecreta, & ſolutum ſibi condignum ſalariũ pro conſilio, quia non debet contrariis partibus conſulere, ſecus ſi ſit ſolum tentatus à parte, quia obuiandum eſt malitiis ſecundum Guil. in dicta lege fina. & Bal. in ſecunda lec. cætera vide in Specu. in titu. de aduo. & per Pari. de Pu. in ſuo tractatu ſindi. in verbo aduocati, & adde quod dicit Bald in lege fina. C. de hæred. inſti. quòd cauſæ ſubtiles groſsis aduocatis non ſunt committendæ propter iuris ignorantiam, & Specu. titu. de re qui. conſi. quòd ſi cauſa eſt mere canonica, quæ committitur Mero Iuriſtæ poteſt ſuſpectus allegari. & medicus. ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. fina. § præterea inſti. eo. l. cum plures § locator. ff. loco. ☙ Quare dicit ange in lege cornelia §. conſtitutum per illum textum. ff. ad legem corne. de ſic. quòd medici caſtrantes homines impudentes puniuntur etiam ſi conſentiunt ſi ægritudo, quam ibi patiebantur non erat mortalis, ſi autem erat mortalis, quæ non poſſet aliter quàm per inciſionem curari non tenentur

Cauſæ ſubtiles groſsis aduocatis nõ ſunt cõmittendæ.

nentur medici. Et ideo ipſi ſemper dicunt & proteſtantur quòd recipiunt ipſum pro homine mortuo tamen parum prodeſt iſta proteſtatio, ſi ipſi medici aliquam culpam vel imperitiam commiſerint in curatione & mors ſequatur, vt dic §. Et dicitur notabilis defectus, error euidens, ſeu notorius, qui nulla poteſt tergiuerſatione celari, vt in capite tua, & cap. veſtra, & fina. de cohabita. cle. & mulie. & notatur in lege ſi verò. §. qui ꝓ rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan. materia notorij non eſt pręſentis ſpeculationis, quia iſta eſt materia canoniſtarum ſecúdum Angelum in procœmio inſtitu. qui ſunt magiſtri in materiis iudicialibus ſecundum Ioannem Fab. inſti. manda. §. item ſi adhuc de quo vide per eum in dicto. §. primo per Innocen & Hoſtien. in dicto cap. tua. & per Abbatem vltra omnes in dicto cap. veſtra. & per Specu. in titulo de notorio crimine, & per Albertum de Gandi. in ſuo tractatu male. titulo de rumore occulto & manifeſto, & per Bonifacium de Vitel. in ſuo tractatu maleſi. titu. de notorio crimine, & dicam infra articu. cxii. vnde tu iudex caueas & aduertas ad hæc ſtatuta & ordinationes, & noli ſapere pluſquam oporteat, ne in ſindicatu tenearis. Ita dicit Ange. in ſuo tractatu maleſi. in gloſa, & ibi caput verſic quæro. Et aduerte ꝙ licet in dubio præſumatur pro iudice. l. ii. C. de offi. ciui. iudi l. Herennius. §. gaya. ff. de de euictio. cap. Piſanis de reſtitu. ſpo. hoc tamen intellige verum & locum habere, quando iudex ſeruauit debitum ordinem in procedendo, ſed quando debitum ordinem omiſit, non præſumitur pro eo. ita hoc dicit Bal in. l. ſancimus, ver. tertio decimo quæritur. C. de iudi. Et ratio poteſt eſſe quia cognoſcere iuris ordine non ſeruato, eſt ius alterius auferre ſecundum Bal. in cap. i. §. ſeu furtum de pace iur. fir. Item alia eſt etiã ratio quia iudex procedens extra ordinem dicitur procẽdere de facto ſecundum Bal. in. l. ictus fuſtium. ff. de infa. de quo aliquid dixi ſupra art. xix.

Error euidẽs dicitur qui nulla poteſt tergiuerſatione celari.

Des dommages & intereſtz aux parties au cas deſſuſdict.

Et

l.fina. Et io.And.in c.cum dilecti de dolo & contu-ma.& in Addi.ad Spe.titu.de expenſis §.i.ver.fina.quia periculoſum eſt cum iudice litigare & difficile eſt proba re intereſſe vt notat idem Spe.titu.de teſte.§.ſatis ver.ſed quid & paris de pu.in ſuo trac.ſindi,in verbo quia plerũ que & in verbo quidam vbi dicit quod non excuſatur iudex propter imperitiam quia ratione imperitie de culpa tenebitur l.ſi quis ſeruum in.§.celſus.ff.loca.nam ex quo erat imperitus non debuit permittere ſe iudicem fieri Sapientie vii.noli appettere fieri iudex ſi non potes virtute diſrumpere iniquitaté. quod caueas tu iudex, vt formata inquiſitiõe non ſuperſedeas in proceſſu:quia teneris in ſindicatu quòd incidis in turpillian ſi vide Ange.& quod notatur in additio.ad ipſum in ſuo tractatu malefi.in ver.hæc eſt quædam inquiſitio. Quare eſt aduertendum,quòd oportet,quòd diffamatio ſiue indicia præcedant:ſine indiciis autem,& ſine ſuſpitionibus,& diffamatione in criminali non poteſt iudex ad aliquem actũ procedere,vel capturæ,vel arreſtationis perſonæ,vel tormentorum,vel ad inquiſitionis formationem,vt in.c.qualiter.&.ca.inquiſitionis. de accuſatio per Inno.Io.And. & Anto.de Bu.& notat Ange.in l.ſi vacantia:C.de bo.vacan.& Bar.in.l.de minore.§ tormenta.& in l.fina & l.i in prin.ff.de quæſtio.quia nemini dubium eſt ſi poteſtas capit aliquem in criminalibus temere,tenetur,vt dicit Bal. in.l.ii.C.de his qui latro quinimo Salice.in l.fi.C.de quæſtio.in fine,vult quod antequam in criminalibus iudex veniat ad capturam,quòd habita informatione primo & formata inquiſitione poſtea veniat ad capturam.quod eſt verum quando inquiſitio emanat principe incõſulto:ſecus ſi eo conſulto,& de eius ſciẽtia,vt.l.nullus & ibi Bal. C.ad.l.iul maie.& pro hoc facit quod notat Inno.in.c.cũ oporteat.de accuſa.ad finem,vbi dicit,quòd quando inquiſititio emanat de principis ſcientia,non eſt neceſſe ꝙ conſtet de fama quia ſola principis ſcientia ſupplet defectum cuiuſlibet ſolennitatis.Ita dicit Bal.arg.dic.l nullus.Quod nota tu iudex quando crimen eſt atrox,& nõ ſunt ita vrgentia indicia,quód tu facias inquiſitionem tu am

Iudex non poteſt criminaliter procedere ſine inditiis,& ſuſpitiõib⁹.

Informatio criminis debet precedere capturã,

Principis ſcientia ſupplet deffectũ ſolẽnitatis.

ſed etiam ex coniecturis ex quibus probatur intereſſe, vbi dicit Bar. quòd licet intereſſe non probetur clare iudex ſuo arbitrio arbitrabitur in arbitrariis & in actióibus bonæ fidei, quia in aliis actionibus intereſſe eſt concludéter probandum l fina. ff. de præto. ſtipu. Notat paris de pu. in ſuo trac. ſindi in verbo contra officiales & aduerte quod iudex qui preſtat auctoritatem actui ipſo iu ipſo iure nullo, tenetur ad intereſſe Bald in l. i. in prin. ff. de tute. & ratio diſtrahen. & Bar. in. l. i. §. ſi preſes de magiſtra. conue. notat idem paris in dic. ſuo trac. ſindi. in ver' iudices & in verbo quero & ſequenti & in verbo ſententiam vbi querit an ſi ſententia eſt nulla iudex faciat litẽ ſuam & dicit gl. in l. iudices. C. de extraordi cogni. quod non, vbi Bar. quod eſt verum pronunciando ſed bene faceret litem ſuam exequendo ar. l. lectos ff. de peri. & commo. rei vendi. & tenetur ad intereſſe parti, ſecus ſi parti. non intererit, quia erat verum debitum, ad quod de facto fuit compulſus, l. fina. in fine. ff. quod metus cauſa & ideo iſto caſu. credit Bal in l. i. ff. quod quiſque iur. quod tenetur parti quia non intereſt ſed tenetur ad pœnam extra ordinem quia non ſeruauit legem C. de ſacroſanc. eccle. l. iure noſtro & ibi dicit Bal. in ſecũda lectura, quod quãdo ſententia eſt nulla non fit retorcutio contra iudicem & vltra dicit paris de pu. in dic. verbo ſententia quod ſi iudex dederit ſententiam nullam in fauorem actoris tenebitur ipſi actori ad intereſſe, quia debebit condemnari quatenus iudici videbitur, ſcz ad expenſas & damna vt iterum ſuis ſumptibus proferatur ſecundum Barto. in quadam ſua diſputatione.

Les iuges ou leurs lieutenans feront eulx meſmes les proces criminelz.

ET afin que leſdictz iuges ſubalternes ne tõbent cy apres en ſi grandes faul *Art. cxliiii.*

tes

tes, Nous volons que tous les proces criminelz ſe facent par les iuges, ou leurs lieutenans & aſſeſſeurs, & non par noz procureurs & aduocatz les greffiers, ou cõmis, tant aux interrogatoires, recollemens, cõfrõtatiõs, ou autres actes & endroictz leſdictz proces criminelz, & ce ſurpeine de ſuſpenſion de leurs offces, & de priuation d'iceulx, ou plus grande peine & amende, s'ilz eſtoient couſtumiers de ce faire.

criminales cauſæ delegari non poſſunt.

EX hac ordinatione nota quòd cauſæ criminales non ſunt delegabiles, vt in auten. apud eloquentiſſimũ. & ibi nota. C. de fide inſtru. & in cle. iudices de offi. deleg. & eſt bonus text⁹ cum glo. in. c ii. de iudi, & in l. iii §. eiuſdem verſi. nam ipſos interrogare ſoleo. ff. de teſti. quem textum ad hoc ponderat Bal. in c. ſi qui teſtium. extra de teſti. & glo. in. c. at ſi clerici. extra de iudi. & glo. in. c. conſtitutus. extra de fideiuſſo. & glo. in. c. porro. extra de teſti. cogen. nedum in toto quoad totum quod eſt de parte quoad partem, vt in. l. quæ de tota ff. de rei vendica. & maximè notariis ſeruientibus, & aliis ſimplicibus, vt faciunt ſæpe iudices etiam in magnis curiis, qui committũt examinationem teſtium & informationes faciendas ſeruientibus & notariis. quos arguit Hoſtien. in c. cum cauſam. extra de teſti. cum in propria perſona ipſos audire deberent, aut ſaltem committere deberent perſonis diſcretis, idoneis, & honeſtis, vt dic. c. ſi quis teſtium. extra de teſtibus cogendis. c. i. cum enim in probationibus ſit tota vis cauſæ, potius deberẽt committere alia, quàm teſtiũ examinationem. xlii. diſtin. c. quieſcamus. quod dicit eſſe notandũ Ange. in ſuo tracta. maleſi. in verbo qui iudex ſtatuit

tuit quia ſæpenumero ignari iudices maleficiorum committunt notario quod nõ valet etiã ſi ſit cõſuetudo in cõtrarium, vt ſentit gloſſ. in. c teſtes. iii. quæſtio. ix. & vide Inno. in dic. c. ſi qui. notat Spe. titu. de teſte. §. nũc tractãdum ver. non tamen. Ideo bonum eſſet hic addere quòd de cætero tales informationes non committerentur, aut litteræ in cancellariis non darentur, per quas talia committuntur notariis ſeruientibus, aut aliis ſimplicibus. *Probatio eſt vis totius cauſæ.*

☞ Adde quod notat Bal. in addi. ad Spe. titu. de cõfeſſ. ver. confeſsio quòd confeſsio non debet fieri coram ſolo notario, nec coram iudice in camera, ſed coram iudice ad banchum cauſarũ C. de cuſto. reo. l. ii. & de liber cauſ. l. iubemus ff. de teſti. l. iii. §. idem diuus ibi nam ipſos interrogare ſoleo ex quo innuit Bald. quòd cauſa non eſt committenda cauſæ notario. ☞ Pro huius materiæ pleniori doctrina, quæro nunquid iudex poſsit committere examinationem teſtium? videtur communis opinio quòd ſic in ciuili, in criminali autem nõ, vt dic. auten. apud eloquentiſsimum, & l. iudices C. eodem ſecundũ Lanfran. de Oria. in. c. quoniam contra, in verbo teſtium depoſitiones: & confirmatur, quia cauſæ meri & mixti imperii non poſſunt delegari, vt. l. i. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. quod eſt verum, niſi ex iuſta cauſa ſecundum Cy. Nico. de mata. & Bal. in dic. auten. apud eloquentiſsimum. vt puta ſi teſtes ſint alterius territorii, & ſcribit iudex iudici loci teſtium, vt examinet tales teſtes: tamẽ melius foret, quòd iudex iudici mittat literas, quòd mittat tales teſtes ad ipſum, & admoneret, vt coram eo dicerent veritatem, ac eis præſtaret iuramentum de veritate dicenda coram iudice examinatore, qui iudex debet videre teſtes, quo calore deponant, vt in. l. de minore. §. tormenta ff. de quæſtio. & ibi per Bar. & idem tenet Inno. verũtamen examinator electus ad examinandum teſtes non poterit alteri delegare: quia electa eſt induſtria perſonæ à qua non eſt recedendum, vt in. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. reis. & in. l. inter artifices. ff. de ſolu. & in. l. is cui bonis. ff. de cura furio. & in. l. vnica. §. ne autem. C de cadu. collen. & ibi plenè per Bal. Adde quod ille cuius indu- *Teſtiũ examinationẽ, an poſsit cõmittere iudex.* *Examinator electus ad examinãdum teſtes, non poterit alteri delegare.*

ſtria electa eſt, non poteſt alium ſubſtituere, vt in cap. fi. de offi. deleg. & in lege is cui eo. titulo libro vi. dic. l. i. §. ne autem, de cadu. tollé. quod notét iudices petra. qui cõmittũt proceſſus criminales fiendos cauſarum actoribus, quia non valet quod agitur lege inſtar C. de iure fiſci. notat Tancredus titu. de proba. quæſtione nona. fallit niſi velit ſubſtituere filium, vt faciebat Bald. Papien. nullus enim poteſt ſeruire per ſubſtitutum, vt eſt textus notabilis in lege nullus qui nexu. C. de decur. libro x. fallit etiã niſi electus ſit abſens ex cauſa vtili & neceſſaria quoniam tunc poteſt etiam deſeruire per ſubſtitutum. l. de pollicitationibus ff. de polli. notat Ludo. Ro. ſingu. 664. aliàs ſubſtitutus debet eſſe equè idoneus. vt. l. i. C. de prin. agẽ. in reb. hoc voluit ibi Barto. quod dicit eſſe notandum. ꝙ ſi doctor vult ſeruire per ſubſtitutum debet ſeruire per doctorem, & non per ſcolaſticum licet ſit eque idoneus vt dic. l i. C. de princi. agen in rebus libro xii. idẽ dicit eſſe dicendum in milite qui ſi vult ſeruire per ſubſtitutum debet ſeruire per alium militem & non per domicellum, & dicit ꝙ ſubſtitutus debet eſſe moribus præditus ſcientia & peritia quid nota pro locis vbi viget ſtudiũ quòd doctores non poterunt ſubſtituere ſcolaſticum licet hoc non ſeruetur vt quotidie videmus, vt notat idem Roma. ſingu. 442. & Anto. Cor. in verbo ſubſtitutus. Quare nota quòd exercens artem per ſubſtitutum non gaudet priuilegio artis ſingularis eſt textus ſecundum eundem Ro. ſing. 64. in. l. fina. ff. de excu. tuto. & aduerte quòd ſtante ſtatuto, vt quis perfecto officio gaudeat tali immunitate & aliquis non valens perficere propter infirmitatem trãſit ad aliud leuius officium debet gaudere quaſi primum perfeciſſet caſus eſt in lege ex agentibus C. de prin. agen. in rebus libro xii. ſicut in ſimili quando quis debet habere totũ ſalatiũ ſi deficit per alterã partem, niſi cũ alio ſe locauerit. l. ſed addes. §. ſi ff loc. quia iſte examinator habet nudũ miniſteriũ: & ideo nõ poteſt per alterũ explicare, vt extra de offi. deleg. c. fi. Ita determinat glo ſingularis in cle. iudices de offi deleg. Itẽ & ſecundo poteſt iudex ſecundũ prædic. docto. delegare examinatiões teſtiũ in

Subſtituere an quis poſſit alium cuius electa eſt induſtria.

Exercens artẽ per ſubſtitutum.

Stante ſtatuto quòd quis perfecto officio gaudeat immunitate.

in cauſa criminali, propter multitudinẽ occupationum, vt in.l.i.§.huius rei ff.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi. Limita etiam prædicta non habere locum, quia alteri cõmittit examinationem teſtium in criminalibus. Ita not. Spe.in titu de teſte.§ nũc tractandum in prin.& hoc eſt clarũ in ca.propoſuit.extra de conceſ.præben. Item limita prædicta vbi ageretur de crimine per viam exceptionis.Ita voluit Pe.de Ancha.in.c.ii.de teſti.lib.vi. Item in cauſa hæreſis per textum in c.vt officiũ.§.verum de hære.in vi.Item etiam vbi perſona examinanda non poſſet venire ad iudicem, & iudex ſit perſona multum honorata,vt probat textus ſingularis in ca.ii.in verſi. aut ſi talis. & ibi glo.Pe.de Ancha de iudi.in.vi. & Dominus in dic ca.ii.§.i.Item quando teſtes ſunt alterius territorii, vt dictum eſt.vt voluerunt Io.de Ana.in c in tantum.extra de collu.detegen.Io.And.poſt Io.Mona.in cap.Romana.§. cõtrahentes de foro competen.in vi Albe. de roſ.in dic. auten.apud eloquentiſsimũ.& Bal.in dic.c. ſi quis teſtiũ. extra de teſti.ne pereat facilitas probãdi,& etiã parcatur expenſis iuxta.l.ſed & ſi quis ex ſignatoribus ff. quemad. teſta.ape.ſed contrarium partem tenent Sali. & aliqui in dic,auten.apud eloquẽtiſsimũ.& Do.Abbas in c.cõſtitutus.extra de fideiuſſo.& in c.cũ cauſam. extra de teſti. Tene ergo primã opinionem, quia vacillationes teſtium poſſunt trãſcribi ab examinatore,vt voluit Inno.in dic.c. quoniã cõtra extra de proba.&maxime practicãdo,vt docet Bal.in dic.c.ſi qui teſtiũ.videlicet ꝙ ſcribatur iudici alterius territorii,vt ex ſua iuriſditiõe illos recipiat, nec tũc dicitur officiũ committi ſed exigi iuxta.l.cũ vnus.§. is qui ff.de bo.auctoritate iudi.poſsi.& licet Bar.Ang.& Sali.in dic.auten apud eloquentiſsimum.ſentiant cõtrarium tamen Ioan.And.& Do An.de But.in dic c. conſtitutus.dicunt quòd de conſuetudine ſeruatur contrariũ. vide Ange.in ſuo tracta maleſi.vbi ſupra.& addi. ibi.

Teſtium vacillationes poſſunt trãſcribi ab examinatore.

De promptement informer & conclure par le procureur du Roy ſans luy bailler ſalaire,pour apres par le iuge decerner les prouiſions de iuſtice.

Arti.cxlv.

ET ſi toſt que la plainɛte deſdiɛtz crimes & exces, & malefices aura eſté faiɛte, ou qu'ilz en aurõt autrement eſté aduertiz, ilz en informeront, ou feront informer bien & diligemment, pour incontinent apres l'information faiɛte, & communiquée à noſtrediɛt procureur, & veues ſes concluſions) qu'il ſera tenu mettre au bas deſdiɛtes informations, & ſans aucun ſalaire en prendre (eſtre decernee par le iuge telle prouiſion de iuſtice qu'il verra eſtre à faire ſelon l'exigence du cas.

Criminalibus in cauſis quo proceditur.

VNde eſt aduertendum quòd in maleficiis, ſeu cauſis criminalibus altero de quatuor modis procedi poteſt per accuſationẽ, exceptionẽ, per denũciationẽ & inquiſitionẽ, & extraordinariè in notoriis, vt probatur .C. ad.l.corne.de ſal.l.cũ ſuppoſiti.C. de accuſa.l.ea quidem de abo.l.ii.extra de accu.c.inquiſitiõis, &.c.ſuper his. extraordinariè in notoriis proceditur, vt extra de accuſa.c. euidẽtia.c.qualiter & quãdo §.ad cogẽdos.ff.de extraor. cri.l.i.& extra de iureiur.c.ad noſtrã, & de coha.cleri. & mulie c.fin.ii.quæſtio.ii.c.ſcelus & .c. de manifeſta .cum ſimili. Regulariter autem procedẽdum eſt per accuſationẽ: quia nemo ſine accuſatore punitur, vt l. reſcripto ff. de mune & hono.§ ſi quis accuſatorẽ. Iuxta illud Dominicũ mulier vbi eſt, qui te accuſat. facit quod habetur.ii. quæſt.i.c.nihil & dic c de manifeſta.cum ſimi. Ibi nota, niſi in certis caſibus quibus ex officio procedi poteſt, de quibus traditur per glo.& Bar.in.l.ii.§ ſi publico.ff.ff.de adul.& per Ange.in ſuo tracta . maleficio.in ver.hæc eſt quædam inquiſitio ibi ſecundum principaliter, & p Boniſa.de vitel.in ſuo tracta.malefi.in rubri. de inqui.& earum

Accuſatio debet procedere in criminalibus.

rum formis, cuius regulæ ratio fuit, vt nullus de crimine infamaretur, niſi cum plena cauſæ coguitione: & vt auda cia accuſantium compeſceretur, ne faciliter prorũperét ad iniuriam, & infamiam alicuius metu ſimilitudinis ſup plicii, vt habetur in.l.i.in prin.cum ibi nota.ff.ad turpil. quare dicunt quidá quòd non poteſt procedi per inqui ſitioné, niſi in illis caſibus, vt in dic.§. ſi quis accuſatoré. Sed cõtra eos apertè ſunt multa iura, per quæ videtur ꝙ procedi poſsit per inquiſitioné in omni caſu, vt in auté. de colla.§.iubemus.colla ix.extra de accuſa.c.ſup his. & de offi.ordi.cap.i.ad l.Iul.pecu.l.lege.§.mãdatis. & ita de generali conſuetudine etiã obſeruatur, vt notatur per Al ber de Gandi.in dic.ſuo tracta.maleficio.in rub.quomo do de malefi.cognoſ.per inquiſitionem, qui allegat Spe. hoc dicentem in.iii.parte ſui operis, & per Ioã.Fab.in §. i.inſti.de publi.iudi.& pract.Papien. in forma inquiſitio nis inverſi.verum hodie.vbi dicit quòd hodie per ſtatuta terrarum, & decreta principũ caſibus exceptatis à regu la, eſt facta generalis, & vniuerſalis regula, ꝙ de omni cri mine poſsit cognoſci, ſine accuſatore iudicis officio: qđ ideo ſecundum aliquos adinuentum eſt, ne maleficia re- maneant impunita, quæ plerunque defectu accuſatoris impunita remanebant, quodq́ repugnabat bono ſtatuti Reipublicæ, vt.l.ita vulneratus ff.ad.l aquil. ſtatus enim Reipublicæ cõfunditur, ſi locus delinquentibus prebea- tur. Ideoque ſummũ remediũ in peccãtibus eſt accelara- ta correctio. Alia inſuper ratio dedit cauſam huic edicto ſecundũ eundé Papien. vt pecuniam traherent ad ſe offi- ciales, quorum manus deberent eſſe ab omni auaritia, & pecuniæ cupiditate ſemotæ, iuxta illud Valerii prętoris, non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiã oculus à libi dinoſo aſpectu cõtinens eſſe debet, probatur in auté. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.i.in fine.in.§ magis autem.col la.ii. Si enim auaritia iudicum, & officialiũ animabus in hereat, quis non ſine periculo furabitur, quis non latroci nabitur, quis nõ homicidiũ faciet, adulterium, cętera q́ue ſimilia cõmittet per iudicé, qui auro omnia védit? ceſſet igitur his iudicibus imminere profanus ardor auaritię, & omni

Criminaliter proceditur officio iudicis ſine accuſatore.

Auaritia iudicum multa affert incommoda.

omnī cura, & cum puritate ſtudeāt iudiciū & veritatem miniſtrare, vt.l.i.§.iubemus ff.d offi.pre.affri ſintque etiá iudices, & iuſtitiæ miniſtri conſtantes ſuper omnimoda exhibenda iuſtitia quia iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas, &c.vt.l.iuſticia.de iuſti.& iure.in prin.nec eñ amore, vel odio debent animum à veritate & iuſtitia declinare.nā (vt inquit Tullius in officiis) nō eſt iuſtus iudex qui morté, qui exiliū, qui egeſtatem timet: & hoc intelligo ꝙ poteſt procedi in omni caſu per inquiſitionem ex generali conſuetudine, quæ vicem legis obtinet .ff.de leg.l.cum de conſuetudine &.l de quibus §.fina.C. quæ ſit longa conſue.l i.& per totum ſi fama precedat, vel clamor, vel indicium vnum, vel duo quòd optime probatur in textu noſtræ ordina.in prin.& in.c.qualiter & quãdo. &.c.cum oporteat.extra de accu . iudex autem ſuo motu fama non precedente, &c.nō poteſt procedere ad inquiſitionem quia iam poſſet infamare inſontem, & non culpabilem, & punire iniuſte, quod non videtur iuridicum. extra de ſimo.c.licet Heli §.ad corrigendos, &.§. nos vero.&.c inquiſitionis.extra de accuſa.§.ad hoc. nam licitum non eſt etiam alium infamare, vt.v.quæſtio.i. ca. i.& ii.&.iii.&.c.ſi quis famoſum . imo qui ex officio offendit innocentem, vel condemnat cótra veritatem, punitur.C. qui latro.occul.l.ii.§.ſinautem.Ibi non ignaro iudice. & ff.ad.l.corne.de ſica.l i.circa prin.ibi qui ve.cū magiſtratus.ff.ad.l.Iul.repe.l.lege Iulia.& vide quod notatur ſupra art.cxliii. ℚℚ Fama enim excuſat iudicem & regium procuratoré denunciãtem ſeu inſtigãté ff.de adul.l. miles.§.mulier notat Bal.in addi.ad Spe.tit. de accuſa .nota tamen ꝙ iudex poteſt capi.facere aliquem malefactorem antequã ſibi conſtet de crimine ſi timet ne fugiat vel eū habeat ſuſpectum de fuga vel propter criminis enormitatem perſonæ conditionem & pœne grauitatem c.ſi clericus de ſenten.excōica.in vi.& ſi malefactor reperiatur in fraganti crimine ipſum licet capere.l.interdum. §.i.ff. de fur . & in criminibus poteſt iudex incipere à captura vt dic l.ii.C.de his qui latro occul.ſi tamé caperet temere innocenté deberet puniri quia innocés nō debet ſumptibus

Iudex non poteſt ſuo motu fama non precedēte ad inquiſitionem procedere.

ptibus vexari ſecundum Bal.ibi & eum vide in.l.neminé. C.de requir.reis & in.l.fina.C.de proba.vbi dicit ꝙ ſemiplena probatio releuat accuſatoré à calumnia, niſi reuscõtrarium plenè probet. Item nota quòd iudex debet eſſe cautus, vt cum relatum ſibi fuerit de crimine commiſſo ab aliquo, ipſe debet interrogare qui erant præſentes, & ipſos examinare, & veritatem inquirere, & ſecundum veritatem ſuam formare inquiſitionem, & teſtes ſuper ipſa examinare, & ſic non peccabit. Item teſtes debent eſſe bonæ conditionis & famæ, non inimici, non cohabitantes cum inimicis, & tales qui non repellantur à teſtimonio, vt dicto.cap.cum opporteat.extra de accuſa. & de teſti.c i.&.c.teſtimonium.ff.de teſti.l.ſcio.&.l. ob carmen cum ſimi.vt infra plenè dicetur: ſed mali aſſeſſores & proterui, & ignorantes iura, & vilipendentes Deum & iuſtitiam non obſeruant prædicta, & tales non poſſunt dici iudices, ſi non habent in ſe iuſtitiam, & ſi eam non obſeruant.extra de verb ſignifi.c.forus.§. iudex. Imo iſti tales non ſunt iudices, ſed potius canes nuncupari merentur, ſecundum Bonif.de Vitel.ſupra. Et ſit cautus iudex quando diffamationem recipit contra aliquem, vt dictam diffamationem recipiat ad banchum iuris iudice ſedente pro tribunali, ne poſſit dici, quòd diffamatio in occulto facta fuerit. Ita dicit Angel in ſuo tracta.malefi. in glo.quod fama publica in prin.& nota quod dicit, vnde quando recipis dictam diffamationem in tuo baſtardello facias quòd notarius maleficiorum dicat, & prædicta dicta, & facta fuerunt ad banchum iuris iudice ſedente pro tribunali, quod tene mente dicit Angel.in practica ne erres. Et aduertas, quòd quando ibi teſtes examinantur in informatione, & pro habendis indiciis neceſſe eſt quòd ad hoc, vt præiudicent malefactori, quòd ipſi illo citato iurent, & ſic in contradictorio iudicio: aliàs autem, ſi ſimpliciciter examinarentur, eo inſcio, & non citato, ſibi non præiudicant, vt notat Bartolus in lege de crimine adulterij.C. de adulte.& in lege finali.ff.de quæſtio.& in lege cuſtodias. ff. de publicis iudic. ex quo infert ad aliud, quòd teſtes examinati ſuper inquiſitione generali non præiudicant

Teſtes debent eſſe bonæ famæ, nõ inimici.

Teſtes inquiſiti quomodo nocent accuſato.

maleſactori, contra quem ſpecialiter poſtea inquiritur: ſi maleſactor nõ fuit citatus, quando teſtes iurauerunt in inquiſitione generali. l. ſi quãdo. C. de teſti. Ita dicit ſingulariter Bal. in dic. l ſi. ff. de quæſtio. quod intellige, niſi ſtilus palatij aliter ſe haberet. Ita Alexand. in conſi. i. col. ii. ver. accedit in. iii. vol. quia conſuetudo poteſt derogare ſolennitati citationis, vt voluit Bal. in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. & vide ad materiã Franciſcum de Are. in conſi. clxv. & ſic ſe habet ſtilus curiarum in cõtrarium, ꝙ nõ citatur maleſactor in informatione facienda, ne aufugiat. Et ideo dicit Ang. in ſuo trac. maleficio. in ver. quòd fama publica. Ibi quæro qualiter probetur indicium ſequendo Bar. vbi ſupra ꝙ cauti iudices antequam forment inquiſitionem recipiunt informationem à teſtibus. & in ſcriptis redigũt, ne poſtea dicant cõtrarium, qua informatione habita formant eorum inquiſitionem, & ſi pœna eſt corporalis citari faciunt inquiſitum realiter, ſcilicet capiẽdo perſonam, non autem ſimplici verbo, ne aufugiat arg l. nullus. C. de exhiben. reis. & ibi Sali. & poſtea faciunt reum reſpondere inquiſitioni: & ſi neget, iterum examinant teſtes reo citato, & in iudicium veniẽte, vt videat iurare teſtes. Dicit præterea Ange. vbi ſupra, ꝙ iudex, vel aduocatus rei poteſt interrogatoria facere. ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. quod hodie non fit, vt patet in articulo præcedenti: & iſtæ ſecundæ atteſtationes non primæ præiudicant ei in totum, ſi plenè probant, vel quoad torturam, ſi faciũt ſufficientia indicia: quod notabiliter dicit Sali. in. l. fina. in fine. ff. de quæſtio. vide Bal. in. l. ſi tibi. ff. de condic. ob turpem cauſam. in verſi. ſed nunquid iſti teſtes recepti. Nota ex hoc articulo, ꝙ informatio poteſt committi facienda ibi, *ilz informeront, ou feront informer*, de quo vide articulo pręcedenti. Pręterea nota ꝙ in informatione, ſeu inquiſitione plura requiruntur, nomen accuſatoris, & accuſati, crimen commiſſum, cum qua perſona ſit commiſſum crimen, & in quo loco ſit commiſſum, & etiam locus loci debet apponi, ſcilice in tali domo, & in tali angulo dictæ domus, quo anno & quo menſe, diem & horam commiſſi criminis nullus inuitus cõprehendit. Item debet apponi

Conſuetudo derogare poteſt ſolennitati citationis.

Citatio realis.

Informatio poteſt cõmitti facienda.

Informatio multa habet neceſſaria.

poni dies quãdo fit informatio,ſeu inquiſitio,& locus vbi fit,& totus proceſſus:aliàs nõ valet, vt.c.quoniam contra. de proba.&.l.penul.ff de iuſti.& iure.& in auten, vt præpo.nomen impe.§.fina.& dicit Bonifa.in titu.quid ſit accuſatio.ſe obtinuiſſe propter defectũ loci iudicij,qui non erat in actis ſcriptus:quia hodie in cauſa criminali non datur libellus:& ita obſeruatur per totam Italiam, ſed ſimpliciter accuſatio fit,quam accuſator iurat veram eſſe, & ſic poſtea in quaterno criminis ponitur, ſic in hoc regno Franciæ,quod optime firmat Bar.in.l.j.C. de iura.cal. vbi dicit ꝙ hodie ſecundum conſuetudinem Italiæ accuſator iurat in principio ꝙ accuſatio eſt vera,& ꝙ non animo calumniandi hoc facit,& reus iurat de dicenda veritate,& in.l.is qui reus.ff.de publi.iudi.ſed licet libellus non detur, tamen in tali ſcriptura debent contineri omnia ſupradicta,quæ ſi deficiant non procedit talis ſcriptura quæ hodie datur loco libelli,vt.l.libellorum ff. de accuſa. ☞ Fallit in crimine falſi, quia in eo non requiritur locus & tempus.Ita ſingulariter dicit Ange.in ſuo tractatu male,in verbo falſario.verſi.& tene menti:allegat ad hoc gloſam inſtitu.de pub.iudi.circa principium.Et Bal.in capite.i.quibus modis feudum amitta. ☞ Neque enim eſt inſcriptio de conſuetudine hodie facienda in accuſatione ſecundum Gandi. vbi ſupra,& Bart.in dicta.l. libellorum & in.l.ſi cui.in prin.ff.eod.titu.Et Specu.titu. de accu.§. qualiter.verſi.his igitur:quia ſi hoc eſſet verum pauci homines inuenirentur,qui ſe obligare vellent ad talem pœnam,ſcilicet talionis:quoniam poſſet reus abſolui,vel quia plene maleficium non eſſet probatum, vel propter imperitiam aduocati vel iudicis : & ſic timore pœnæ ſubſcriptionis multa maleficia remanerent impunita, quod eſſe non debet.ff.ad l.Aquil.l. ita vulneratus : cum ſimilibus: quia dictum eſt ſupra quòd diem delicti commiſsi quis non tenetur ponere in libello:tenet tamen Bar.in.l.is qui reus.ff.de publi.iudi.verſi.ſed quæro,quòd imo ſi equum iudici videatur,& pars imploret officium ſuum,vt ponatur,vt ſuas defenſiones facere poſsit.vt quia dicit ſe fuiſſe abſentem toto illo die,vt ſibi nõ auferatur defenſio, & vt libellus

Inſcriptio ſublata per conſuetudinem.

libellus, ſeu accuſatio ſit talis per quam reus plenè inſtruatur, an velit cedere, & cõtendere, vt lege prima. ff. de eden. facit. l. penult. ff. de interrog. actio. Aduertas tamen iſto caſu quòd licet aliquando dies ad rei petitionem declaretur: non tamen de neceſsitate probandus eſt. Ita dicit Bartolus in dicta lege libellorum. in fine, verſic. circa tempus, &c. & hoc etiam notat Salice. in lege penul. C. de accuſa ſi autem non vult exprimere, vel iudex non vult compellere accuſatorem ad dicendum diem, quod remedium erit ipſi reo: tunc dicit Bar. aut delictum probatur per mei confeſsionem, & tunc ſatis eſt mihi, licet dies non exprimatur quia probatio mea, quam faciam per teſtes ad mei defenſionem concludet neceſſario: quia probabit de illomet delicto, de quo ſum confeſſus, cum confeſsio mea iudicialis debeat regulari & intelligi ſecundum confitentis intentionem, vt. l ſi quis intentione. ff. de iudi. ☙ Confeſsionem enim ſuam poteſt quis interpretari extra de accuſa. cap cum dilecti, ſecundum Bald. in addi. ad Specu. titu. de poſi. in rubrica, verſic. poteſt, & verſi. licet. ❧ Et ſic intelligitur confeſſum fuiſſe illud crimen, quod poſtea probatur feciſſe ad ſui defenſionem: ſi vero crimen ſit negatum & per teſtes probatum, tunc reus debet facere articulos, ꝙ illo menſe vna tantũ rixa interuenit inter ipſum & vulneratum, in qua fuerunt præſentes tales teſtes. Item ꝙ in dicta rixa fuit primus inſultus à Titio, teſtes inquiſitionis hoc faciliter probabũt, ſcilicet hoc vulnus eſſe factum, ſi verum eſt, & etiam teſtes mei poterunt probare defenſionem, vt c. cum Ioannes, extra de fide inſtru. Item nota, vt dixi, ꝙ locus loci debet apponi in accuſatione, nũquid fines loci debeant deſignari non videtur: quia in illa lege libellorum. ff. de accuſa. non dicitur ꝙ fines deſignentur, ſed ꝙ locus apponatur in accuſatione, & ſic debet ſufficere, ſi locus ſolus apponatur: ſed tutius eſt ꝙ fines loci deſignentur, & ſaltem duo, vt. ff. de cenſi. l. forma. & dic. l. libellorum. Ibi in domo illius. Et aduerte etiam, ꝙ licet dies commiſsi delicti non debeat poni in inquiſione (vt dictum eſt) bene tamen dies cõtractus debet apponi in inſtrumento, vt. l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipu. Ita notat

Confeſſio iudicialis debet intelligi ſecundũ intentionem confitentis.

notat Bonifacius de Vitel. in titulo quid ſit accuſatio. ¶ Nota ꝙ exceptio ineptitudinis accuſationis reddit impoſsibilem pronunciationem arg. ff. de interrog. actio. l. ſi filius. ii. Et dicitur accuſatio inepta pluribus modis, primo modo, quando cauſa non infert concluſionem nec de iure nec de facto, vt accuſo te, quia minxiſti ad parietem, vt no. in. l. j. ff. de eden. & de doli excep. l. ii. §. circa. Secũdo, quando continet apertam rei defenſioné, vt accuſo te, quia occidiſti bannitũ, vt. C. de his qui ad eccle. confu. l. ſi ſeruus. & arg. C. de libe. cauſ. l. cum precũ. Tertio, quando apertam accuſatoris continet calumniã. ff. de bo. liber. l. qui cũ maior. §. ſi præſens extra de offic vica. c. i. Quarto, quãdo apertã lapſus tẽporis cõtinet præſcriptioné. l. accuſaturus. ff. de adul. & facit ad prædicta. C. ne quis vela regia. l. ii. in fine. & ibi de hoc. Nota etiã ꝙ vbi libellus eſt ineptus, ſiue propter omiſsioné modi, ſiue formæ ſubſtãtialis, vt dic. l. libellorũ, vel propter alias ineptitudines prædictas, bannũ latum tanꝗ in contumacé nõ valet nec videtur contumax cõfeſſus eſſe maleficiũ, vt dic. l. filius. & no. C. de iura. calũ. l. fi. §. ſinaũt reus. & ſi nõ valet bannũ, non valet ſubſquens ſentẽtia, quæ fundatur in banno. ff. de re iudi. l. fin. ne meretur executionem ſententia, quæ eſt ipſo iure nulla. ff. de fer. l. ſi feriatis. ff. de iud. l. ſi prætor, & de re iud. l. iiii. § cõdemnatũ ☞ Item nota, ꝙ actus iudiciarius debet fieri aduerſario præſente, aliàs nõ valet, vt lege de vnoquoq;. ff. de re iudic. ff. de confeſ. l. certum. §. ſi quis abſente. debet etiam ſcribi in actis, ſiue in libris tabellionis coram iudice, videlicet citationes, dilationes, exceptiones, proteſtationes, & omnia quæ in iudicio fiunt, vt dicto capite quoniam contra falſam. extra de probationibus. Præterea dicit Ioannes Faber in dicto. §. primo, quòd iudex non tenetur oſtendere parti, ſi non velit informationem, vt in Speculo de accuſa. §. nunc tractemus. verſiculo hoc autem ſcias. contrarium tenet practicus Papien. in forma inquiſitionis verſi. & ſic per hoc, vbi dicit quòd peſsimè faciunt ipſi iudices reos compellere inquiſitioni reſpõdere, nullo præcedente, nec aſsignato eius termino ad accipiendam copiam indiciorum, & inquiſitionis: licet opinio Ioannis Fabri ſeruetur in practica, vt ſequenti articulo dicetur.

Iudicialis actus fieri debet aduerſario præſente

¶ Nota

Nota quòd male citatur Specu. per Ioannem Fab. in in illo loco: quia debuit eum citare in.§.impugnatur ver. ſed nunquid titu. de inqui. vbi totum contrariũ dicit.

Condẽnatio mortis fieri nõ poteſt ſuper cõfeſſione facta ſine inquiſitione.

Quid ſi non fiat informatio an valeat proceſſus? Ioannes Fab. vbi ſupra dicit quòd ſic, ſi reus non excipiat, vt in cap. fina. de accuſa. libro ſexto contrarium videtur determinare. Innocen. in cap. per inquiſitionem extra de elect. vbi dicit quòd contra confeſſum de crimine non poteſt procedi ad condemnationem nulla præcedente inquiſitione: quia ad hoc vt fiat condemnatio mortis oportet vt quid petatur, vel quòd ſubſit materia, ſuper qua fundetur condemnatio. Item tenet Bald. in lege vnica. C. de confeſ. & in addi. ad Spe. titu. de confeſ. verſi. confeſsio tamen ſi hoc caſu inquiſitio ſequatur poſt confeſsionem, & ſic peruertitur ordo dico quòd procedi poteſt. quia ſententia poteſt ferri contra cõfeſſum etiam ex inordinato proceſſu. Ita tenet Barto in dicta lege confeſſus. ff. de cuſtod. reo & idem tenet Bald. in dicta lege vnica C. de confeſ. & Ioan. And. in cap. qualiter & quando de accuſa. quod eſt intelligendum ſecundum Bar. vbi ſupra: ſi confeſsio eſt emanata principaliter ſuper crimine, vt fit comuniter aliàs ſecus quod ſequitur Bal. in dic. l. vnica. C. de cõfeſ. de quo vide per Ang. in addi. in glo. quod fama publica, verſi. aduertas. Nota inſuper ꝙ nullus ordo iuris ſeruatur in criminalibus puniendis in regno Franciæ ſecundum Specu. tit. de appel. §. nunc breuiter. ver. alibi. quod maxime iniquum & iniuſtum putat: ad quod aduertant iudices maleficiorũ in ſenatu Burdegale hoc anno. 1543. conſedentium, qui cum me ad ſe accerſiſſent, ꝙ quendam furẽ ſententia torquẽdum dixiſſem, & ipſi ſuo arreſto cũ ſuis furtis abſoluendum: quęſiuerũt inter alia quid erat ordinariè procedere, qui cũ dixiſſem ꝙ ſecundum ordinẽ & formã iuris: & extra ordinariè extra ordinẽ & formã iuris, ſubridebant dicentes, ꝙ imo ordinariè procedere erat ſine confrontationibus, & extraordinariè per confrontationes: & quia nõ vſus eram, confrontationibus in proceſſu illius furis, dicebant me erraſſe in iure, & in facto, & allegabant aduocatus & procurator Regius. l. ordo. ff. de publi. iudi.

Criminis cauſa in regno Frãciæ non ſubiicitur regulis iuris.

contra

contra me, quòd pluſquàm aſininum eſt, & tantis viris indignum. ſed quia coram ipſis non audebam apertè loqui: ideo tacui. nam aliam eſſe formam & ordinem iuris in criminibus & aliam horum ſtatutorum nemo eſt qui neſciat quod ſatis patet ex dicto Spec. ſed ſi veritatem dicam nõ mihi credent, vt dicit Ioan. Fab. in. §. retinẽdæ inſti. de interdic. ❧ Vnum dictum Spe. titu. de fer. ſ. i. ver. item nota repeto de quo dixi ſupra in proœ. quia pulchrum & multum placebit dominis parlamentorum curie francie quod nulla lex poteſt principis curiam coarctare quin poſſit quolibet tempore ius reddere etiam diebus feriatis C. de his qui ad eccle. confu. l. preſenti in prin. ibi quoties vſus exegerit &c. nam ipſe eſt lex animata in terris in auten. de conſul. ſ. pe. in fine & alibi dicit titu. de ſententia. §. iuxta verſi. quid de interlocutoria quod ſententia in curia Franciæ in ſcriptis non pronunciatur quia ibi ſecundum iura ſcripta non litigatur quinimo diebus feriatis audiunt & pronunciant & plura alia faciunt preter iura ſecundum ſuas obſeruantias ſpeciales & aduerte quod de iure crimina dicuntur ordinaria, quia certa pœna in eis ſtatuitur & extraordinaria quia non eſt certa pœna ſtatuta ſed arbitrio imponitur iudicantis & hoc ſecundũ delicti & perſone qualitatẽ, hec ꝓbantur ex. de accu. c. ſup his de offi. dele. c. de cauſis ff. de effrac. & expila l. i. ❧ Quæro vltimo ſi accuſator & accuſatus lite pendente cõponant, nunquid iudex ſuperſedebit in ſuo proceſſu? & videtur quòd ſic: quia nihil aliud agit iudex, niſi vt partes concordet, & diſcordiam iam habitam dirimat. ff. de nóui oper. nuncia. l. i §. penul. extra de dolo & contuma. cap. fina. l. quidam eſtimauerunt. ff. ſi cer. peta extra de tranſactio. c. fina. nam interueniente concordia inter partes abſoluendus eſt reus, etiam ſi fuit condemnatus. ii. quæſtio. ii cap. ſi quam & hoc eſt. quòd dicitur omnia iudicia eſſe abſolutoria. inſti. de perpet. & tempo. actio §. fi. quod intellige in ciuili: quia in criminali ex perpetrato delicto delinquẽs dupliciter obligatur, ſcilicet priuato in quem deliquit, & Reipublicæ. vt. ff. de publi. l. licitatio. ſ. quòd illicità &. C. de offi. recto. prouin. l. iuſtiſſimos. Ibi vt

Accuſatus ſi cõpoſuerit cum parte. an ceſſet iudex procedere.

Crimen qui perpetrat. dupliciter obligatur. ex delicto.

vt cenſuræ noſtræ vigor eos abſumat.l.ita vulneratus.ff. ad.l aquil.c.vt fame.de ſenten.excom. nam de vnoquoq; delicto oritur duplex actio vna ad commodum iniuriati quæ dicitur actio in factum,& vocatur actio ciuilis,alia ad vindictá vel pœnam fiſci quæ dicitur criminalis,vt notat Ange.in ſuo tracta.maleficio.in gl.& ad querelam in verſi.ſi vero.qui de hoc dicit eſſe textú in.l.fina ff.de priua.delic.& in.l.fina.ff.de fur.& in.l.fina.de iniuriis, & in l.qui nomine.ff.de fal.maxime cum pœnæ delictorum fiſco,ſeu Reipublicæ applicátur.Ius enim huiuſmodi quęſitum fiſco,vel Reipublicæ ex illa remiſsione litigantium nó tollitur arg ff.ad.l.Iul.devi.publi.l.qui cœtu.§.qui vacantem.&.l.diuus marcus.ff.ad ſilleya.&.ff.de adminiſtr. rerú ad ciuita.pertinen.l.ii.§.huius Reipublicæ:quia ius Reipublicæ mihi quæſitum,ſine facto meo mihi tolli nó poteſt.l.& attilicinus.ff.de ſerui ruſti prædio.l.poſt mortem ff.de bono.poſſe.contra tabu de qua quæſtione vide per Bar.in.l.athletas.§.calumniator.ff.de his qui notan. infa.& Bal.in ſua prac.titu de quęſtio.circa emergen.in cauſis q̃ſtione quinta.Cy.Sali poſt Guil.de cug.in l.i.C. ad turpil.& dic idem ſi ante litem componant,cum Reipublicæ intereſt vt in iuri.ſupra alleg.& cóprobatur in hoc articulo,quod eſt cótra eos,qui putant quòd ſine accuſatore,vel inſtigante quis non debeat fatigari,cuius cótrarium ex ſupradictis ſatis patet.Et vltimo nota quod regulariter non ſufficit vnum indicium ad formandam inquiſitionem:ſed requiruntur plura,vt notát gl.& Bar.in l.i.§.occiſorú.ff.ad ſilleya.&.l.i.in prin.ff de quęſtio.de quo dic vt in infra arti.clxii.Ibi quito quæro.& vide per Ange.in addi.in gl.quo ĩfama verſi.regulariter.❧No ta tamé vnú ſingulare ꝙ ſi fiat pax.de vulnere ꝙ tunc mortiferum videbat extenditur ad mortem,& ſic poteſt fieri pax de morte ante mortem l.diuus ff.ad ſille, ſi autem vulnus non erat mortale preſumitur infirmus ex negligentia mortuus ff.ad l.aquil.l.qui occidit notat Spe.titu. de accu.§.i.ver.ſed pone.& Bald.in addi ver.pax.facta Nota preterea,quod in criminibꝰ vbi ille ad cuius dolorem principaliter ſpectat remittit crimen vel facit pacem precluditur

Iudex debet mittere peritos medicos

Denunciatio facta per medicú vt valeat.

prȩcluditur via omnibus aliis.ff.de iniur.lege eum qui §. in popularibus & de preua l.preuaricatores & l.ſepulchri deſepul.vio. Adde quod iudex debet mittere peritos medicos ad videndum,iudicandum,& referẽdum, an ſit remanſura cicatrix vel non,vt notat Bar.in proœ. ſſorum.in prin.verſi.item nota & ſtabitur dicto eorum l.qui ſemel.C.de re mili.lib.xii.& denunciatio facta per medicum,qui dicat aliquem infirmum.vel ex vulnere remanſuram cicatricem nunquam aliquid operari debet, niſi procedat diligens inquiſitio.Et ideo ſemper ſit cautus iudex,quad in actis faciat ſcribi,quomodo iudex diligenter examinauit vtrum ex vulnere eſſet remanſura cicatrix,& ipſe medicus diligenter examinatus hoc retulit,aliàs non valeret.ita probatur ſecundum Bar.in dic.l. ſemel.quare nota pro his,quæ notantur in c,ſignificaſti de homi.& in.c.propoſuiſti de proba.Et nota quod ſi plures haberi poſſunt medici,non ſufficit.quod vnus refferat,vt in auten.de non aliè.§.quod autem facit,quod notatur in.l.i.ff.de ven.inſpi.& in.l.quod tamen.§.ſi arbiter.ff.de arb.ita notat Bar.in.l.ſi in rixa.ff,ad l.cor.de ſica.& Paris de pu.in verbo officialis ſi tamen inique fuerunt arbitrari ab iniquo eorum arbitrio poteſt appellari vt.l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi Bar.Bal.& Ange.Si autem diſcordant ſtatur peritioribus,gl in.c.veterum.ix. diſtinc.ſi autẽ eſſent numero equales.ſtabitur illis qui fauorabilius deponũt,etiam ſi deponunt negatiue,licet credatur magis duobus affirmantibus,quã mille negãtibus, vt eſt.gl,in.l.diẽ proferre.§.ſiplures.ff.de arb.fallit in criminalibus vbi teſtes deponunt negatiue fauorabiliter,textus eſt ſingularis cũ ſua gl.in.c.clericos.xx.diſtinc.quem textũ Bal.docuit legiſtis ſi l.data opera,in pe.charta.C.qui accuſ.non poſſunt,notat Anto.cor.in verbo teſtis qui dicit quod illa gloſ.debet intelligi in teſtibus ſenſum negantibus. Adde quod magis eſt credendum perito in ſua arte quam alii.vnde an vulnus ſit ex falce,lapide, vel,calce,iudicio medicorum ſtatur.& fuit in cauſa cuiuſdã homicidii corpus exhumatũ:& cũ medicis oſtẽſum fuiſſet

Appellari poteſt ab iniquo m edicorum arbitrio.

Medici ſi diſcordant.

fuiſſet interfectum & fuit reſponſum per cirurgos quod falcis & pronnuciatum quod eorum dicto credendũ erat, vt notat Spe.tit.de proba.§.fina.ver.quia magis & idem dicit ti de homi.§.de facto quod ſi plures laici teſtes dicunt vulneratum ex ſebre obiiſſe,medici vero pauciores quod vulnus extitit cauſa febris,potius credendum paucioribus medicis,quia factum melius noſcunt arg.ff.de orig.iur.l.ii.§.exactio in auten.de non alie.§.quod autem ex.de teſti.in noſtra,C.de re.mili.l.qui ſemel cũ ſimili.notat etiam Io.And.in addi.Spe.ti.de homi.§.i.ver.noſcunt quod ſi iudex ad dictum medici dicentis vulnus titii. cũ plures vulnerauerunt fuiſſe mortale condemnauit titiú de occiſo qui titius dicens medicum falſum dixiſſe petit ante ſepulturam peritiores medicos adhiberi quod factú eſt & illi referunt illius vulnus non fuiſſe mortale retractabitur ſententia ſicut dicitur de lata per falſos teſtes vel inſtrumenta C.ſi ex.fal.inſtru.l.falſam & l.fina ff.de iudi.l.diuus Nota preterea quod dictum medicorum poteſt recipi etiam publicatis atteſtationibns tam ad petitionem alterius partis quá ex mero iudicis officio ita ſingulariter dicit Bal.in c.cauſam de proba.ſed quid ſi iudex poſuit ad queſtionem mulierem que dicebat ſe pregnantem qui ante queſtionem adhibuit medicum,qui retulit ſe credere,quod non erat pregnans,propter quod fecit abortiuum dubitatum quæ fuit an iudex teneatur in ſindicatu ex quo mulierem pregnantem torſit,& medicum adhibuit imperitum per incertum,& dubium iudicium dedit,& dicit paris de pu.in ſuo trac.ſindi in verbo officialis quod non,quia quando medicus interrogatur an mulier ſit.prognans.quia hoc non poteſt cadere in eius ſenſum niſi per credulitatem,& ideo de credulitaté iurabit ſecundum glo in l.iuriſiurandi C.de teſti.ita tenet paris de pu.in ſuo trac.ſindic.indic. verbo officialis vbi dicit quod cum caſus acciderit,quod mulier eſſet carcerata ꝑ magna cauſa,& diceret ſe pregnantem ad deludendum torturam vel pœnam & non poſſet expectari, quod venter,oſtenderet pregnantiam,erit cautus index quod vna cum medicis adhibeat obſtetrices expertes que ventré

tangant

tangant quarum iudicium talibus ſolet eſſe ſecurũ ſicut iudicium medicorum. & nota quòd dicit Angel.in.l. vtique ff.de rei de rei vendi.quòd ſi iudex elegit imperitum medicum,cum peritiorem potuit adhibere, tenetur in ſindicatu.l ꝙ ſi nolit.§. mancipium ff de edi. edic. & intellige medicum imperitum,quando eſt nouellus,vt dicit Angel.in.l.i.§.pueritiam ff.de poſtu. Nota præterea, quòd ſi accuſans ob vtilitatem publicam deſiſtat ab accuſatione accuſatus eſt abſoluendus,nec poteſt iudex tertium compellere ad ipſam proſequendam l.ii.§.ſenatus. &.l ſenatus.§.ſenatus ff.de iur.fiſci. ſecus ſi non cõtumaciter ſed ob aliam neceſſariã cauſam deſtitiſſet, caſus eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum,glo.& ibi Bar.in l.monetæ C.de dela.lib.x.C.tunc enim tertius cogi poteſt,licet ſecus videtur per regulam vt nemo inuit⁹, &c. quod intellige,niſi accuſator illam accuſationẽ ad publicam vtilitatem inſtituiſſet nomine alterius,puta tutor nomine pupilli,& procurator nomine domini, tunc. enim quandocunque moriatur non poteſt tertium cõpellere ad ipſius accuſationis proſecutionẽ, textus eſt ſingularis in.l.diuus ff.ad turpil.quod facit pro limitatiõe dictæ.l. monetæ,&pro his quæ notat Bar.in.l.libellorum.ff.de accuſa Sed quid de hac quæſtione quidã fuit occiſus,opponebatur heredi,quòd non vindicauit necem defuncti, & per conſequens non debebat habere hæreditatẽ, quæro quando habet locum pœna appoſita hæredi non vindicanti necem defuncti:do.Abb.in repe.c.extirpandæ §. qui vero,in.x.col.de pręben.dicit quòd pœna ipſo facto committitur,cum affuit facultas ipſum actum gerẽdi, & minime fuit geſtus,etiam nulla monitione pręcedẽti,de hoc allegat glo.ſingu.in.l i.de his quib.vt indig. in verbo reddere,& dicit quòd de illa gloſſ.facit magnum feſtum Bal.in.l.in cognitione ff.ad ſille.vbi per illam gloſ. dicit,quòd pœna inflicta propter nõ factum incontinenti dicitur committi,cum affuit facultas, & oportunitas actum faciendi,& minime fuit geſtus, ego de hoc allego Bal.in.c.tertio loco de proba.vbi idẽ tenet,& allegat Inno.in.ca.tertio loco de proba.notat Anto.Cor. in verbo

Medic⁹ imperitus intelligitur quando eſt nouellus.

Accuſans ſi deſiſtat ab accuſatiõe

Pena appoſita heredi nõ vindicãti necem defuncti quãdo habet locum.

pœna. ℞ aduerte ꝙ pœna ſeu emenda quæ debetur ꝑ morte occiſi ſeu interfecti applicatur propinquis parentibus non extraneis etiam ſi ſint hæredes .l. pro hærede in fine de acqui.here.de colla.bono.l.cum emancipati.§. emácipa.de interdic.& releg.l.iii.de his qui deie.vel effu, l.ſi vero.§.ſi à libero tenet paris de pu.in ſuo tract. ſindi. in verbo vltimo & dicit in verbo accuſatus ꝙ iudex poteſt quem cogere accuſare de homicidio Bar.in.l.in eum ff.de accu.per l ſi quis homicidium C.eo. Nam iudex in actione.l.cornelie poteſt cogere offenſum,ꝙ nō admittat criminalem,& agat ciuili, ne per ciuilem præiudicetur criminali.l.prætor.§.i.ff.de iniur.ideo dicit Spe.tit. de accuſatore §.i.ver.quid ſi ꝙ licet nemo agere compellatur,tamen iſto caſu frater occiſi poteſt cogi per iudicé accuſare,quod ratione probatur quia lex punit heredem ſi non accuſat,quia perdit hereditatem defuncti dic.l.i. ff.de his quib.vt indig.ergo iudex poteſt eum cogere accuſare nec delinquit in eum, hinc eſt ꝙ ſi iudex viderit ꝙ tu delinquis poteſt te cogere ne delinquas. l.i. in fine de offi.præfec.vrb.ita dicit Bar.in dic.l.in eum & in. l.ii. §.fina.ff.de adulte.quòd pluribus ſimul concurrentibus ad accuſandum iudex eligit idoneorem & ex cauſa prefert vnum alteri.Et ſi reperit vnū colludentem, vel eſſe infamem preferret alium dicens ꝙ ſi occiſoris propinquus accuſat ſimpliciter & extraneus accuſat adiecta qualitate qua magis punitur,tunc iudex poteſt preferre vlteriorem propinquiori ſi iudici apparet illam qualitatem eſſe veram,& vide pulchre Ang.in.l.qui crimen. C.qui accu non poſſunt notat paris de pu.in ſuo tract. ſindi.in verbo accuſatus. ☩ Nota ſecundo regulam, quòd quotieſcunque ex delicto publico ex quo non poteſt quis punire vel accuſare datur actio ciuilis in factum parti offenſæ,vt.l.nec quicquam.& ibi not.ff.pro ſocio. ℞ preterea aduerte ꝙ qualitas appoſita in accuſatione vel inquiſitione debet probari aliàs illa non probata debet ſequi abſolutoria ſecundum Cy.in.l.ii.C.de proba.& Io. An. in addi.Spe.tit.de accu.& inquiſi. in rubrica vbi dicit ꝙ ſi accuſo te de vulnere mihi illato cū ſanguinis effuſione,

ſi

ſi non probetur ſanguinis effuſio, debes abſolui ſecus ſi accuſo te generaliter ꝙ percuſsiſti me, quia quomodocũ que probetur, debes condemnari nã iſte probatiões ſunt lite non conteſtata recepte lege denunciaſſe. §. quid tamen ff. de adulte. vbi Bartol. & Baldus ibi pro & contra dicit licet Guil. de cu. in lege quid ergo. § pœna grauior ff. de his qui notan. infa. dicat, quòd ſi agitur de percuſſione cum ſanguine & probetur ſine ſanguine vel de vi publica & probetur de priuata, quòd debet condemnari in eo quod eſt probatum, quia crimina vndecunque claruerunt ſunt punienda que cum dubia ſint propter varias doctorum opiniones, bonum eſt, quòd apponatur clauſula in fine libelli aut inquiſionis ſuper quibus omnibus & eorum ſingulis cum omnibus dependentibus emergentibus & connexis ex eis & prorſus extraneis petit iuſticiam adminiſtrari & c. cuius clauſule virtute licet nõ ſit probatũ delictum ita qualificatũ, vt fuit deductum ſequeretur condemnatio ſecundum Baldum in lege ſecũda C. de probatio. vbi dicit, quòd iſta clauſula operatur, quòd non videtur agi connexe, ſed diuiſim & dicit Bar. conſilio nono, quòd iſta clauſula operatur quòd procedetur ad condemnationem illorum, de quibus actum non fuit quia iudicis officium latiſsimum eſt lege prima de iuriſdi. om. iudi. Ita notat paris de pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo an dictum eſt & Ioan. pe. ferra. in forma libelli in actione rea. in verbo non abſtringens & dicit, Bal. in titulo de pace conſtan. §. ego in fine quòd reuelans ſecreta curie debet ab officio remoueri. Adde ad ſupradicta, quòd vbi plures volunt agere, ille prius admittitur, cuius iuſtior cauſa videatur. ff. de ſepulchro violato lege prætor. § 1.

Interrogatoires ſeront diligemment faictz & repetez.

Arti. cxlvi. SErõt incõtinent leſdictz delinquans, tant ceulx qui ſeront enfermez, que les adiournez à comparoir en perſonne bien diligemment interroguez, & leurs interrogatoires reiterez & repetez ſelon la forme de droict, & nos anciennes ordonnances, & ſelon la qualité des perſonnes & des matieres, pour trouuer la verité deſdictz crimes, & delictz, & exces par la bouche des accuſez, ſi faire ſe peult.

Reus interrogari debet in genere, non in ſpecie.

VNde aduerte, quòd iudex debet eſſe cautus, vt interroget reum in genere, non autem in ſpecie, ne dicatur confeſsionem habuiſſe per ſuggeſtionem in tortura, vel alibi: quia non debet interrogare reum, an percuſsit Caium in brachio enſe tali die, & tali loco: quoniã eſſet ipſum inſtruere, vt eſt textus, & ibi Bartolus in lege prima. §. qui quæſtionem, ff. de quæſtio. & hoc dicit Bartolus in teſte torto & interrogato. ſed debet eum interrogare, ſi cum aliquo fecit aliquam rixam, vel etiam ſi cum Caio, vel ſi Caium vulnerauit: non autem in ſpecie magis inclinet vel dicat (vt rectius) ſi aliquod maleficium cõmiſerit, ne plus dicat, nec vlterius interroget: aliàs forte ille metu tormentorum, vt doctus illud diceret quod nunquam ſciuiſſet dicere, nec dicere potuiſſet: & ſic contra ius in confeſsionem haberet de c icto, quod forte nunquam commiſit, quod eſt iniquum. facit quod notat gloſſa in lege ſi prius ff. ad ſille. & no. C y. in lege fina. C. de accuſatio. & ibi Salice. in verſi. quæro nunc de modo. Ita dicit Angelus in ſuo tracta. maleficio. in ver. quod fama publica ibi tertio ſit bene cautus. & Guil. de ſuza in tracta. malefic. in rubrica quando reus ſubiiciatur torment. in fine, dicit quòd quando aliquis torquetur, non eſt interrogandus in ſpecie, an Caius occiderit

Sciũ:

Seium:ſed eſt interrogandus in genere,puta, quis fuit il le qui occidit Seium,& allegat dictam legem primam §. qui quæſtionem ff.de quæſtio.Et Specu titu de accuſa. §.qualiter ver.& dicunt.Idem tenet Iacobus de bello viſu in ſua practica titulo de quæſtio. numero quinquageſimo, vbi dicit, quòd reus eſt interrogandus in genere, & non in ſpecie:& allegat textum.ff de pœ lege qui vltimo.in fine,ſic dicendo,quis fuit tecum, cum illo tunc eras tu ſolus tempore criminis commiſsi, vel quot eratis,vel qualiter potuiſti hoc facere ſolus ſine adiutorio, & qualiter fuiſti auſus talia facere,vel quo mandato, vel quo procurante hoc feciſti,& quantum debebas habere pro hoc faciendo,& à quo, vel impoſsibile eſt quòd talia facere poſſes ſolus, vel intelleximus quòd multi eratis,vel quis fuit ille,qui primo incepit?quia multi eratis & dicitur,dic ergo qui erant tecum, & qualiter fuit factum,& cum quibus:& ſic ſubtili ingenio neminem nominando eſt veritas de conſociis extorquenda argumentum lege ſecunda C. de commerciis & mercatoribus nō autem eſt interrogandus in ſpecie, erat ne talis tecum,vel talis quia illud eſſet periculoſum, vt dictum eſt allegat dic.§.qui quæſtionem.& C. de fer. lege prouinciarum.& de accuſa.lege fina.in fine & de cuſto.reo.lege prima & ff.de quæſt.lege diuus Marcus, &.ff.ad ſilleya. lege ſi certus ſit percuſſor.iuxta commune dictum, *auec vn larron prendrons les autres* ego putarem iſta vera vbi indicia non eſſent nimis manifeſta ſed vbi conſtaret de delicto verè contra culpatum.non video quare iudex ad conuincendam maliciam malefactoris, qui negaret, ad hoc vt denotaret ſibi,quòd imo iudex ſcit omnia .. quare iudex peccaret, ſi hoc diceret reo per ea quæ habentur in lege cum hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſac.vbi malitiis hominum obuiandum eſt ꝯ vel dic.cum Specu. titulo de accuſa.§.qualiter ver.& dicunt quidam quod illud poteſt habere locum, cum quis ad probandum maleficiū quod dicitur ab alio commiſſum inducitur,vbi autem accuſatus de facto ſuo interrogatur,ſatis poteſt interrogare an ipſe maleficium de quo accuſatur commiſerit ❧ debet

Reus criminis quomodo debet interrogari.

itaque curioſus iudex indagare de multis quæ ſunt indicia ad torturam, id eſt demonſtratiua adminicula ad torturam, vt C de adul. lege ſi hi qui adulterii, & . ff. de præſcriptis. verb. lege ſolent cum quibus hominibus, & per quæ loca conuerſabatur delatus de crimine, quem torquere intendit nam mala conuerſatio eſt malæ vitæ indicium, vt. ff. de adminiſtra. tuto. lege ſi plures. § aſsidue. ex mala enim conuerſatione bonus efficitur vitioſus, vt ff. de edi. edicto lege ediles. §. pedius. ibi aleator ſortè, &c. & ad idem dictum philoſophi, talis quiſque eſt, talium conſortio delectatur, vt. ff. de adminiſtra. tuto. lege ſi plures. §. aſsidue. Item in quo loco, ſeu locis cóuerſabatur: quia ſecundum locorum diuerſitatem & varietatem varia colligitur coniectura, vt. C. ſi manci. fue. alie lege prima & penulti. et. ff. de pœ. lege aut facta. §. euenit habet etiam conſiderare iudex cuius vitæ fuerit anteactæ, & cuius eſtimationis & famæ, & qualem vitam quis duxerit. Item qualitatem maleficij. Item debet inquirere bonus iudex, ſi ille, qui de crimine inculpatur erat inimicus occiſi, vel offenſi. Item ſi ſcienter recepit illum in domo ſua, qui fecit offenſam. Itē ſi dedit opem ne malefactor caperetur. Item ſi aufugit de domo, vel de loco, vbi maleficium fuerit commiſſum. Item ſi occaſione dicti criminis fuit captus ab aliquibus & retentus. Item ſi inter prædictos fuerant vel præceſſerant aliqua verba iniurioſa. Item ſi potuit prohibere ne illud maleficium committeretur. Item ſi ſciebat malefactorem latere certo loco, & de his interrogatus dixit ſe nihil ſcire. Item ſi aliàs aliud maleficium commiſit, vel committi fecit in perſonam offenſi, vel in perſonam alterius. Item ſi publica vox & fama eſt quod tale maleficium commiſit. Item an fuerit comminatus, quoniam erit indiciū quòd operibus adimpleuerit quod verbis loquendo perfudit, vt ex dictis hominum facta penſamus, vt C. ſi quis impera. maledi. l. vnica. Item conſiderare debet iudex an poſſe habuerit talia faciendi, quod eſt notatu dignum, vt. ff. ad legē Iul. maieſta l. famoſi Item ſi aliud erit indiciū quod quilibet ſapiēs iudex poterit per ſe perpendere ſecūdum factorum

Accuſati vita in conſiderationem venit.

factorum varietatem, & perſonarum qualitatem, de quo per Gandi.in titu.de quæſtio.& tormen.verſi.ſed quæro. & per Iaco.de Bel.viſu in ſua practica criminali, verſicu poſſumus autem. Et nota quòd iudex pro inueſtiganda veritate & inueniendo maleficio debet eſſe ſubtilis inueſtigator per textū in.l. de minore.§.i.ff. de quæſtio. interrogando pro inueſtiganda veritate, de circunſtantiis etiam remotis per illum textum, & per.l.teſtium.C.de teſti.fingendo ſe facere quod non vult, vt videat quem actum faciat reus, qui examinatur. Et qualiter ſe gerit.c. afferte ex. de præſumpt. vbi Salomon ait, afferte gladium fingens velle puerum diuidere. Et cap. quod appellatur ſubtilis cognitionis diligentia, ſecundum Bartolum in dic.l. de minore, de quo per Pari.de Pu.in ſuo tractatu ſindic.in verbo, & aduertendum vbi vide. Item interrogari debet quis ſuper facto ſuo non alieno: aliàs non ſtatur dicto ſuo in alios, ſed in ſe tantum, vt.ff. de quæſtionib.l. repeti .§. qui de ſe, &.C. eodem, lege ſicuti, in principio, &. C.de accuſationib.lege fina hoc tamen fallit in caſibus, in quibus confeſſus de ſe torquetur, & interrogatur de aliis, ſi tamen aliqua præcederet præſumptio, vt.C, de quæſtio. lege prima. Primus caſus eſt in quibuſlibet latronibus qui confeſsi de ſe interrogandi ſunt de ſociis mandatoribus, & receptatoribus, vt.ff.de cuſtod.& exhibi.reo.l.diuus & C.de fer. lege penultima. Secundus in falſatoribus monetæ, vt.C.de falſa moneta.lege vltima. Tertius.ff. ad exhiben.lege fina.vbi ſeruus torquetur, vt indicet conſocios criminis. Quartus de maleficiis & mathemathicis.lege vltima. Quintus in ſeruo de nece domini de ſe confeſſo, vt interrogetur quo mandante, vt ad ſilleya.lege prius & lege ſi percuſſor, & eſt ſpeciale, vt ſentit gloſa ordinaria, in lege is cui.ff.de quæſtio. Sextus eſt.ff. ad legem Aquiliam.l. idem neratius.§. ſed ſi ſeruus: hos caſus ponit Gandi.in titu.de quæſtio.verſi.& primo, & vide per Specul.titu.de accuſatore.§.primo verſic. item repellitur. & eum allegat Anto.de Butr. in capite primo.de confeſ.bene dixi ſi aliqua præcedat præſumptio, quia alias non debet interrogari de aliis, vt.C. de quæſtio.l.i. Item eius reſponſio

Accuſatus quandoque torquetur, & de aliis interrogatur.

ſponſio contra alios facta non erit plena probatio, ſed aliqua erit præſumptio contra eos de maleficio illo, vt notat Accurſius. C. de accuſatio. l. vltima. Sed quæro, nunquid iſti nominati & inculpati ab illo torto, poterunt per illam talem nominationem ſubiici quæſtionibus & tormentis? Reſpondeo quòd ſic in illis dictis ſex caſibus, vt dicta. l. inde neratius. §. ſed ſi ſeruus, & arg. ff. de quæſtio. l. i. §. cum quis latrones. in aliis caſibus non poterunt poni ad tormenta, vt dicta lege fina. C. de accuſatio. & de quæſtio. l. is cui. ¶ Quod intellige quando ille tortus iurauit & ratificauit ſuam confeſsionem & inculpationẽ aliàs ſua confeſsio & inculpatio nõ faceret indicium ad torturam ſecundum Bar. in. l. Marcellus. ff. rerum amo. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. notat Paris de pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo confeſsio, vbi dicit ꝙ in aliis caſibus quicquid de iure communi de conſuetudine vidit torqueri argu. l. diuus. ff. de quæſtio. & hoc idem tenet Ioan. And. Bu. Abbas, & alij in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. dicũt tamen ꝙ debet inſpici an perſona torta ſit talis, quæ potuerit ſuſtinere tormenta. ff. de quæſtio. l. i. §. quotiens: nã aliqui ſunt adeò impatientes, quòd ſe & alios criminãtur l. quæro ad finem. ff. de edi. edic. quare tenuit Guido de ſuza in tractatu ſuo de tormentis, quòd in dictis caſibus, in quibus ſocius poteſt interrogari de ſociis dictum ſeu depoſitio ipſius ſocij criminis non facit indicium ad torturam contra ſocium, niſi alia ſint indicia. Et idem voluit Sali. in lege fina C. de accu. quem refert Alexander conſilio ſuo cccxiij. incip viſo themate, & hoc etiam tenuit Ioan. de Imo. in capite primo de confeſ. & Iaſon, in §. Item ſi quis ver. duo etiam inſti. de actio. allegat gl. ex hoc in. l. ſi quem. & ibi Bal. C. de excep. vbi dicit Bal. quòd alibi iſtud in iure non habetur, quæ mihi æqua videtur opinio. ¶ Sed quid ſi perſona nominata à torto ſit malæ famæ & cõditionis & ſuſpitionis, nũquid in aliis caſibus nõ exceptis poterit poni ad tormenta? dic de iure ꝙ nõ, niſi præcedant alia ſufficiẽtia indicia: nam inculpatio de ea facta non inducit indiciũ, cum de hoc nõ debuerit interrogari, vt dic. iuri. proximè allega. ergo quod inde ſequitur tanquam

Accuſati à torto quãdo que poſſunt poni ad quæſtionem.

tanq̃ factum lege prohibēte nō valet.l.non dubium.C.de leg.tamē dicit Gandi vbi ſupra ꝙ de cōſuetudine cōtrarium vidit ſeruari,pro quo facit.ff.eo l j.§. diuus Adria. & l.fi.& Bonifa.de Vit.tit.quæ indicia debeāt præcedere torturā ibi ſed quid de caſu occurrente quotidie. Idē tenet Guido de ſuza.in ſuo trac.maleficiorum titu.qualiter reus ſubiicitur tormen.Ange.& Ludo.Rom in.l.& ſi certus.ff.ad ſilleya tenent quod ſocius contra ſociū facit indicium ad inquiſitionem,non ad torturā.vide Abb.in.c.i. extra de confeſ.& glo.in.c.quoniā.extra de teſtibus.quicquid ſit de iure non eſt recedendum ab opinione Gandi. & Guido.qui fuerunt magni practici:vide addi.ad Ange. in tit.quod fama publica præcedente,ibi, quæro an particeps & Bar.in.l.repeti.ff.de quæſti. Sed quid ſi ſocius criminis,qui ſociū accuſauitdum eſt ſuper furcha, anteq̃ miniſter iuſtitiæ eum proiiciat & occidat,dicit ego Titiū inculpaui indebite & iniuſte.Et dixi fuiſſe ſocium delicti, pro quo morior,quod non eſt verum imo falſo eum accuſaui,quia nihil vnq̃ illius delicti ſciuit:hoc dicto ſtatim miniſter iuſtitiæ eum proiicit & occidit,an per iſtam exonerationem ſit ſublatum indicium exiſtens contra ipſum Titium propter primum dictū illius rei factum in iudicio ſolenniter coram iudice in quo Bal.in conſilio ſuo.lxxix.incipiente regula iuris eſt,&.c.in fine.in iii.vol. videtur tenere ꝙ non ſit ſublatum dictum indicium proueniens ex prima confeſsione rei.Et allegat rationē,dicēs ꝙ reuocatio confeſsionis factæ in iudicio,ſi fiat in carcere, nihil operatur:quia talis reuocatio fit extra iudicium non autem in iudicio,& ſic pariter videtur dicendum in reuocatione confeſsionis,facta ſuper furca.notat Hippo ſingu. 182. qui hoc tenet pluribus rationibus in ſua prac.§.reſtat. Quid de quæſtione quæ tota die occurrit de facto, accuſatus eſt quidā de furto & indiciis præcedentibus torquetur,& confitetur ſe illud furtū feciſſe,nunquid debet procedi in tortura & interrogari,ꝙ dicat & cōfiteatur de aliis furtis,ſi qua fecerit,ad quæ nulla habemus indicia?dicit Gandi.vbi ſupra ꝙ nō de iuris ſubtilitate,quia quantū ad illa furta,de quibus in genere,vel in ſpecie nunc quærimus

Accuſatus qui cōfeſſus eſt delictum vnū an poſſit pro aliis torqueri.

mus nulla procedunt indicia, ſed ſine indicii snullus torquẽdus eſt, vt. C. de fal. l. ſicut. & ff. de quæſtio. l j. in prin, & l. maritus. dicit tamen Gandinus, quòd de generali con ſuetudine Italiæ contrarium ſeruatur ſpecialiter in furtis: quia magis frequentantur, quæ conſuetudo poteſt iuuari per. l. non omnes. § à Barbaris. ff. de re milit. & ff. de offi. præſil. congruit. & malè ſecundum Bonifacium de vitel. vbi ſupra, ibi ſed quid ſi accuſatur aliquis de furto. ☞ De quo vide per Pari. de pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo viſo, verſi quidam Albanenſis, vbi dicit quòd quidam Albanenſis fuit accuſatus de furto pannorũ & præcedentibus indiciis fuit poſitus ad chordã & confeſſus fuit furtum, & cum interrogatus vbi poſuerat dixit in ſcrinio ſuę domus, miſit & non inuentum eſt ibi furtum & pro tali variatione & mendacio fuerunt dati duo tractus chordæ, vt verum diceret, & dixit quòd re vera poſuerat extra ciuitatem: & adhuc mentitus eſt propter quod repetita fuit tortura, iterum dixit quod forte inde fuit ſubtractum furtum: deinde iterum variat in chorda. Et dixit quòd vendiderat cuidam, quem nõ cognoſcebat & pecuniam expenderat repetitus ad chordam, vt emptorem manifeſtaret dixit pignoraſſe cuidam Iudeo, & Iudeus affrontatus dixit quòd non erat verum. Deinde dixit quòd confeſſus fuit propter torturæ impreſsionem. fuitque liberatus, quia videbatur talis confeſsio facta per torturæ impreſsionem. Et delictum confeſſum non fuit verificatum. ☜ Aduerte ad id quod dicitur in hoc articulo quòd interrogatoria debent repeti & reiterari: nã actus geminatus plus poteſt, quàm actus ſimplex, per ea quæ tradit Bart. in. l. cum ſcimus C. de agri. & cenſi. lib. xi. vbi dicit quòd licet confeſsio facta per verba enunciatiua non præiudicẽt: tamen ſi eſſet confeſsio geminata præiudicabit. Item confirmatur per doctrinam Ioan. And. in titu. de dona. inter virum & vxorem in rubr. qui voluit, quòd contra confeſsionem geminatam non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, & dicit Speculator in titulo de confeſ, §. fina. verſic. ſed nunquid in criminalibus, quòd vbi confeſsio fuiſſet perſeuereta non poteſt reuocari, & ipſum ſequitur ibi Io. And.

Interrogatoria debẽt repeti & reiterari.

And.& certe iſta eſt mirabilis & noua deciſio in iſta materia & periculoſa,& corroboratur per ea quæ ante dixi. Dominus Antonius de Butr.in capi.fina.extra de confeſ. faciens mentionem de iſta doctrina Speculatoris,dicit ꝙ pro dicto Specu.eſt gloſa in terminis,in cap.ex literis extra de diuort.& per prædictam doctrinam datur iſta regula,quòd vbi confeſsio eſt deliberata:quia datus eſt terminus ad reſpondendum nunquam admittitur reuocatio confeſsionis:ſed ibi dicit dominus Antonius quòd putat quòd in criminali admittatur reuocatio:niſi iurauerit plenam dicere veritatem circa inquiſita:quia non poſſet tunc tanquam oſtendens ſe periurum admitti ad reuocationem ad excuſationem bene admitteretur, vt in cap. cum dilecti.extra de accuſat.dum tamen eſſet talis excuſatio, quæ in toto non perimeret confeſsionem,quoad factum, vt ibi notatur,& vbi deliberatè quis confitetur, licet difficilius admittatur: admittitur tamen cum maiori cognitione,& ad hoc allegat Ioannem Andr.in cap.cum in poſitionibus de iureiur.lib.vj,in nouel.quinimo fortius.Ibi dicit dominus Antonius de Butr. quòd forte poſſet dici quòd dato, quòd iurauerit plenam dicere veritatem poſſet illam reuocare:quia iura plenam dicere veritatem de eo quòd ſcit: ſi ergo probabili errore facti deceptus ſit, in eo quod confitetur,ex hoc non eſt periurus iurans falſum:non obſtat dic.cap.cum dilecti.quia dicit ibi quòd ille non probat errorem.& certe iſta ſunt mente tenenda: quia communiter iſti malefactores confitentur, dato ſibi primo iuramento per officiales:& vide docto.maxime dominum Antonium de Bu.& Abba.in dic.c.cum dilecti.& Bal.in.l.j.C.de confeſ.in pe.col quomodo iſti malefactores reuocant confeſsionem ſuam,ne ſubiiciantur tormentis,quando coram alio iudice confeſsi ſunt. Ego non dubito quòd ſemper confeſsio poteſt reuocari probando cõtrarium:loquor in criminalibus,quia ad defenſionem ſemper probationes,& quandocunque debent recipi, ne innocens indebitè puniatur,per.l.diui fratres.ff. de pœnis, etiam ſi ſententia eſſet lata.Intelligo prædicta dummodo calumnioſe iſta non fiant per ea quæ notat Bal.in.l. à procedente.C.de dila.licet contrarium ſtatuatur infra articu. clxi.

Confeſsio quandoque reuocari nõ poteſt.

Confeſsio quomodo poteſt reuocari.

clxj.clxiiij & artic.cxlviij.& male vbi dicetur quod poteſt ſaluari vt intelligatur, ſi iſta calumnioſè fiant,& tunc non admittatur(vt ante dixi)quia nimis rigidum eſt quod hic ſtatuitur.vide addi.ad Ange.in ver. comparant dicti inquiſiti in.j.glo. Vnde dicit Specu.titu de confeſ.§. fina.verſi cæterum,quòd ſi fui confeſſus me occidiſſe hominem,nunc probo eum viuere,admittar ad reuocandum vt.l.inde neratius.§.fina.ff.ad.l.Aquil. Et ibi in addi.dicit Ioan.And.ꝙ ſi quis vulnerauit aliquem,quem forte credidit occidiſſe,& captus ſic,confeſſus eſt,etiá admitti debent amici ad probandum:quòd ille viuit. Adde ad id quod dixi ſupra ꝙ interrogatoria debent repeti & relegi ipſi reo aliàs non valet eius confeſſio ſi aliquam faciat,vt in.l.fideicómiſſa.§.quoties.ff.de leg.3.& debet eſſe cautus iudex,vt faciat ſcribere qualiter fuerũt ſibi lecta interrogatoria & reſponſiones,& quomodo perſeuerauit vel nó, per ea quæ notat Bar.in dic.l.vbi dicit,ꝙ ſi reperitur ſchedula teſtamenti in prothocollo notarij,& non dicatur in ſchedula.qualiter lectum eſt & publicatũ dictum teſtamentum,ꝙ non valebit dictum teſtamentum,nec faciet fidem illa ſchedula.Idem dic in dicto teſtis,qui poſtq́ depoſuit, debet ſibi legi ſua depoſitio,& ſcribi qualiter lecta fuit & perſeuerauit.quare ſi notarius ſcripſit teſtamentũ teſtatore exiſtente in periculo mortis,& cœpit ipſe notarius publicare teſtamentũ præſentibus teſtibus(vt moris eſt) anteq́ finiuerat notarius publicare mortuus eſt teſtator,non valet tale teſtamentũ per illum textũ & ita ſequuntur Bar. & cæteri doc.& vide quæ habétur per Franciſcũ de Are. in.l hæredes palam.ff.de teſta.notat Lanfran.in repe.cap. quoniá contra in verbo inſtrumentorũ productiones,ibi, quæro vlterius numero quinquageſimo& quinquageſimo ſecũdo.Adde quòd iſtud operatur verborum geminatio, quia inducit efficatiorem effectũ per id quod voluit Bal. in auten.ſed cum teſtator.C.ad.l.Falc.& in.l. neque natales.C de proba.& Ioan.de Imo.in.c.& ſi Chriſtus, de iureiur. vbi dicit ꝙ ſermo duplicatus cenſetur cum maiori & matura deliberatione prolatus facit glo. in cle.fina. de appella.in verbo ſuper ea ibi ſemel & iterum appellando.

Teſtamentũ non volet ſi in prothocollo notarij nõ dicatur fuiſſe lectum.

Teſtamentũ nõ valet ſi teſtator mortuus ſit priuſquã publicatum ſit

Nota

Nota etiam quod geminatio actus eſt maximi effect⁹ ita quod licet ex forma legis vel ſtatuti pro aliquo crimi ne eſſet imponenda pena pecuniaria tamen ſi accuſatus de tali delicto conuincitur quod illud aliàs etiam commiſit & frequentauit tunc talis reus debet puniri capitaliter ita dicunt Bart.Bal.Ang.&Io.de pla.in.l.i.per illum textũ C.de ſuperexac.lib.x.Bar.& Bal.in l.licitatio§.quod illicite circa prin.ff.de publi.niſi iſta gemuatio eſſet minima quia tunc ſupradicta non haberent locum leg.ſcio.ff. de in integ reſtitu.l.omnes.ff.de impen.in reb dota. ſac & in.c.licet cauſam in verbo nulla autem modica de proba.notat hyppo.ſingu.378.Sed nunquid in iſtis interrogatoriis faciendis & confeſſione reorum ſint teſtes adhibendi? non videtur neceſſe cum actis ſine teſtibus ſit credendum arg.C.de dona.l.in donationibus:ſed contra videtur in.l.ii.C.de cuſto.reorum.ibi,ita enim quaſi ſub publico teſtimonio cõmemoratio admiſſi criminis fiet.ſed dic.quòd illa.l.intelligitur in confeſſionibus factis in tormentis,vt patet in fine vbi dicit vt iudicibus immodicè ſeuientibus,freni quidem temperies adhibita videatur, Bonifa.de vitel.in titu.de perſeueratione poſt tormentum.dicit,quòd tutius eſt quod adhibeantur ſaltem duo teſtes.l.vbi numerus.ff de teſti.Aduerte tamen quòd omnia debent ſcribi in actis:alias non creditur iudici vt.c. quoniam contra.extra de proba.Aduerte etiam iudex nõ recipias aliquam reſponſionem in maleficiis:niſi iuret re⁹ reſpondere veritatem & non ſufficit quód reſpondeat per verbum credit:imo veritatem debet reſpondere, vt notat Bar.in.l.marcellus ff.re.amo.&.l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.& Ange.in ſuo tractatu maleſi.in verbo cõparuerunt dicti inquiſiti & addi.ibi.tene tamẽ mẽte ſecúdũ Ang.in dic.ver.ibi quæro,an poſt publicationẽ quod nunquam recipias reſpondentem accuſationi vel inquiſitioni dicẽtem nego me eſſe culpabilem.vel nego me eſſe punibilem:quia reus debet reſpondere ſuper facto vtrũ fecerit,vel nõ fecerit id de,quo accuſatur vel inqritur:quia vtrum id ſit culpabile vel nõ ſpectat ad iudicem.ita dicit Bar.per illum textum in.l prima.§.accuſatiõem ff.ad tur pil.

Actis creditur ſine teſtibus.

Accuſatus reſpondere tenetur ſuo facto.

pſl nota etiam quod ſi reus qui iurauit dicere veritatẽ, & poſtea dicit mẽdacium, vt ſaluaret vitá: quia negauit omnia cõtẽta ĩ ea vera eſſe, licite potuit hoc facere vt mortẽ euitaret: quia iura permittunt vnicuique vitá & ſanguinẽ propriũ, quouis modo redimere & nõ tenebitur de periurio, vt not. in. l. i ff. de bo. eo. vide Alexan. ĩ apoſtil. Bar. in dic. l. i. in fine vbi dicit ita fuiſſe cõſultum per plures peritos doctores prædicta tamen intellige vera quãdo eſt crimen tale, ex quo venit imponenda pœna ſanguinis, vt. l. tranſigere. C. de trãſac. & quod notat ibi gl. & Bal. & dic. l. i. ff. de bo. eo. Nũc quæro an induciæ deliberatoriæ ſint per iudicem concedẽdæ in cauſa criminali? ſicut in ciuili, vt in auten. offeratur. C. de litis contesta. & videtur ꝙ ſic, quia in criminalibꝰ proceditur ad ſimilitudinem ciuilium, vt. l. abſentem. ff. de pœ. ſed ita eſt in ciuilibus ex dic. auten. offeratur. Secundo quia vbi maius periculũ eſt, ibi cautius eſt agendũ. ff. de carb. edic. l. i. §. parui enim refert. verſi. nam magis cõſulendum eſt, & c. vbi maius periculũ de elec. lib. vi. cum ſimi. Sed omnis cauſa criminalis eſt maior qualibet pecuniaria, vt in. l. in ſeruorum. ff. de pœ. ergo quilibet ſic diceret per prædictas rationes, ſed in contrarium eſt gl. ſingu. communiter ignota in. c. de indiciis iii. queſtio. 3. vbi eſt glo. aurea rationem, ibi vide per eam, & dicit Tancre. alias Bal. in titu. de cita. & dila. in queſtione vtrum iudex poſſit minuere tempus, quòd interrogãdus in criminali non habet dilationem ad reſpondendũ: quia in facto ſuo non habet dilatiõem cum poſsit ſcire ſi eſt noxius vel innocens, & licet ſit textus in. l. ii. C. de exhiben. reis quód accuſato criminaliter debent dari. xxx. dies ad componendum mœſtos penates dic ſecũdũ Bar. quód illa eſt ſolennitas iuris ciuilis, quæ nõ ſeruatur, cũ in criminalibus procedi poteſt de plano ita dicit Bart. in extreuag. ad reprimendum in verbo per edictum. Secũdo quæro tu vides ꝙ his ſtatutis breuiãtur dilatiões, vtrum hoc fieri poſsit, dic. quòd ſic, quia papa & princeps indiſtincte omnes dilationes legales minuere poteſt, textꝰ eſt notabilis ſecundum. Pe. de Ancha. in. c, ex ore, de his quę fiunt à maiori parte cap. iudex vero ex cauſa dilationẽ minuere

Induciæ deliberatoriæ an ſint per iudicẽ cõcedẽda in cauſa criminali.

Interrogandus in criminali nõ habet dilationem.

Dilationes an breuiari poſſint.

nuere poteſt.vt.l.ii.& ibi plene per Bart.ff.de re iudi. & in l.ad peremptorium.ff.de iudi.dilationem vero legalé iudex in totum tollere non poteſt glo.eſt not.in.l.quòd iuſsit.ff.de re iudi.in fine magnæ glo.& voluit Specu.in titu.de citatione.§.nunc de tempore verſi.tua,& quādo iudex diminuit dilationem legalem debet cauſam exprimere,cum ſit decretum,vel ſentétia interlocutoria,vt videat vtrum grauatus eſt partem,necne,facit.l.qui teſtamé to.& ibi glo.& Bar.ff.de excu.tuto,Et quod plene notāt Ange.& Imo.in.leg.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. oblig.notat Ange.in ſuo trac.malef.in verbo iudex commiſit ver.& eſt notandum. Aduerte preterea quod iudex promittens delinquenti remittere ſibi,delictum ſi illud confiteatur quod ſi confiteatur ex tali confeſſione poteſt eum condemnare & excuſatur iudex ex tali ſimulatione ita dicunt vgo.& Archi.in c.nos in quamquam ad finem.ii.queſtio.i.per textum in.c.vtilem xxii.queſtio.ii. ad quod facit quod notat Io.And.in Addi.Spe.in rubrica de furtis vbi dicit quod ſi paſſus damnum fecit pactū cū titio ꝙ ſi indicaret fures ab ipſo nihil peteret ſi ſibi ex illa cauſa in aliquo teneretur,quo ſtante ipſe titius indicauit furtum per ꝙ apparuit ipſum fuiſſe de furibus dominus contra eū agit furti,ipſe excipit de pacto.nihilominus poterit dominus furti agere contra eum nec iuuabitur pacto,quod eſt ſingulare verbum quia quotidie occurrit aliquod furtū,& fiunt proclamationes ꝙ indicanti furtū parcetur ſi eſt de ſociis intellige quod dictū eſt ꝙ reus promittens delinquenti remittere ſibi delictum & .c.ſi reus in ſua confeſſióe perſeueret,alias ſi eā reuocet,quòd pōt,nó debet ex tali cōfeſſióe puniri,Ita ſingulariter not. Io.de Imo.in cōſilio ſuo cix.incip.viſa inquiſitióe & paris de pu.in ſuo tractatu ſindi.in verbo ſequitur queſtio. quotidiana refert hyppo.ſingu.177.&.202,

Iudex cum diminuit dilationé legalé debet cauſam exprimere.

Que le procureur du roy prēdra incōtinēt ſes concluſions.

ET apres leſdictz ĩterrogatoires faictz & paracheuez,& mis en forme ſeront incontinent

incontinent monſtrez & communiquez à noſtre procureur qui ſera tenu les veoir à toute diligence pour auec le conſeil de ſon aduocat, y prendre les concluſions pertinentes.

De iure tamé in cauſa criminali nó requiritur aliqua cóclusio, ſed ſufficit ſola facti narratio, vt. l. i. §. i. ff. ad turpil. hæc eſt ſentétia Bal. i. l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. nec eſt doctor aliquis qui ab hac opinióe recedat: & eſt ratio, quia in criminali cauſa nihil cócluditur debere dari vel fieri parti quia aut eſt pœna corporalis, & applicatur corpori: aut eſt pœna pecuniaria & appli fiſco. vt in. l. agraria. ff. de termino mo & ibi pulchre per Bar. cú ergo cócludatur, nihil debere fieri parti, nimirũ ſi nulla eſt cóclusio neceſſaria in libello criminali: quia incótinenti narrato facto ſuccedit pœna legalis, quæ eſt à lege vel à ſtatuto ordinata: vel ſi eſt arbitraria, iudex debebit imponere talem pœnam, quæ eſt conſueta imponi pro talibus delictis, vt eſt textus in. l. confeſſus. ff. de cuſto. reo. vnde iudex qui eſt legis miniſter & adminiſtrator Reipublicæ ſine aliqua petitione partis imponet pœnam á lege ſtatutá: & in hoc differt libell' ciuilis à criminali, vt nota. per Lanfran. de Oria. in repe. c. qnoniam contra. in verbo petitiones in prin. extra de proba. aliter tamé ſeruatnr vt hic vides, quia in pœnis imponédis in regno Francię nullus ſeruatur ordo iuris, vt præcedéti articulo dixi. de quo dic vt infra arti. clv.

Pœne vt inferantur in regno Franciæ non, ſeruatur ordo iuris.

Confeſſion pertinente de l'accuſe ſera communiquée pour ſi l'on y prend droict bailler concluſions & attenuations.

Ar. cxlviii. ET s'il trouue les confeſsions de l'accuſe eſtre ſuffiſantes & que la qualité de la matiere ſoit telle qu'il puiſſe

&

& doiue prẽdre droict par iceluy il communiquera leſdictes confeſsions à la partie priuée s'aucune y à pour ſcauoir ſi elle veult ſemblablement prendre droict par icelles pour cela faict bailler leſdictes concluſions par eſcript à leurs fins reſpectiuement & icelles eſtre cõmuniquées à l'accuſe pour y reſpondre par forme de attenuation tant ſeulement.

Sed quid ſi ſponte confeſſus vult reuocare confeſsionẽ ſuá, an poſsit? dic vt dixi ſupra ar. cxlvi. & idem tenet Bal. in ſua prac. titu. de quæſtio. circa probatiões queſtione xv. & latius infra dicetur. An aũt cõfeſsio iurata poſſit reuocari vide Ro. in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matri. in. xxi. fallen. & do. Anto. de But in. c. cum dilectus de ſucceſſo ab inteſta. in pe. col. & Bar. l. cũ quis decedẽs. §. cum quis codicillis. ff. de leg. iii. Ang. in auten. de iureiur. à moriẽte præſtito. circa finem. & Bal. in. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ii. domi. de ſancto Geminiano in c. fin. de iureiurando lib. vi. Imo vltra omnes ponit in repe. c. cum contingat. extra de iureiurando in. xxxi. carta. Bal. in. l. ſi creditor C. de fideiuſſo. & Bald. in rub C. res inter alios acta. in vltima col. Bal. in. l. rationes. in. ii coll. C. de proba. & in auten. quod obtinet C. eo. ☞ & paridem de pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo ſequitur quæſtio vbi dicit q̄ cõfeſsio ĩrata poteſt pretextu erroris reuocari vt in c. cũ dilecti de accu. & glo. ſing. in c. ex literis de diuor. poteſt etiam incontinenti reuocari c. præterea de teſti. cogen etiam antequam ſit in ſcriptis redacta c. olim de cenſi. & glo. in c. cum in poſitionibus de iureiur. in. vi. ſecundum Bal. in lege edita C. de edẽ. niſi fieret malitioſæ ſecũdum glo. in capi. apud miſericordem xxxii. quæſtio. i. & lege rura C. de omni agro deſerto poteſt etiam confitens

Cõfeſsio iurata an poſſit reuocari

ex interuallo ſuam confeſsioné interpretari per dic.c.cũ dilecti nam ſi confeſſus fuit occidiſſe hominé,poterit probare ꝙ ad ſuam legitimam defenſionem occidit & nota vnũ ſingulare ꝙ ad probandum errorem confitentis & confeſsionem rouocantis admittuntur conſanguinei ſecundum Ange.in.l.ſi is cum quo.ff.de confeſ.arg.l. aditos C.de appel.& l.aditos C.de epiſco.audié. quod tenet Ioan.And.in addi.Spe.ti.de confeſ.§.poſtremo ver.ceterum vbi dicit ꝙ ad probandũ hominé viuere qui dicitur occiſus ab inquiſito admittũtur amici & tenet etiã Spe. titu de inquiſi.§ i.ver . ſed nunquid vbi dicit ꝙ ad probandum innocentiam admittuntur teſtes domeſtici & cubicularii de quo etiam infra dixi arti.cxlv. Sed quid ſi accuſatus de aliqua violẽtia vel delicto cõfitetur illud, ſed dicit ſe feciſſe voluntate domini talis,ad qué pertinet res,de qua agitur:& ad hoc probandũ inducit dominũ,qui dominus teſtificatur vt cõfeſſus eſt accuſatus,nunquid ex hac diſpoſitione domini excuſabitur reus accuſatus? Bal.vbi ſupra quæſtio.xvi arguit pro & contra: & tandem diſtinguit,aut dominus dicit ad excuſationem illius,& creditur ei,& prodeſt excuſatio.vt.l.ii ff. ad ſille. aut ad accuſationẽ,& tunc nõ creditur.vt l ſi quis in graui.§.i.ff.eo.ti.Iſtam quæſtioné format practicus Papien. in forma inquiſitionis in glo.præter & cõtra vbi eá melius decidit & quærit quid ſi formato proceſſu inquiſitionis per iudicé cõtra furé veniat dominus rei furatæ corá iudice,& dicat & proteſtetur ꝙ ipſe accepit rem ipſam de eius cõſenſu,& voluntate,an liberabitur fur,& circũducetur proceſſus? videtur quòd ſic, quia ſciẽti & volenti nõ fit iniuria,neque dolus vt.l.cũ donati õis C.de trãſ. & per textum in.l.inter omnes.in.§.recte.ff.de fur.quam ſententiam diſputando tenuit Iaco.Butri.& hoc,quia inquiſitio,& officium iudicis ſuccedunt in locũ accuſationis partis,vt.l.ſi ob cauſam C.de euictio.vnde ceſſante accuſatione,& partis volũtate debet ceſſare iudicis officiũ in tali inquiſitiõe.ſed Bar.in dic.§.recte nõ approbat hãc opinionem:quia ſequeretur abſurdum quòd eſſet in poteſtate domini liberare,vel nõ ipſum furem:vnde ſecũdũ eũ cõſiderãdũ eſt,ꝙ ex furto & quocũq; alio dilicto naſcuntur

Iniuria nõ fit ſciẽti & cõſentienti.

ſcũtur duæ obligatiões,& duo iura.vnũ pſonæ dãnũ vel iniuriã ſeu furtũ paſſæ,aliud Reipublicæ cuius intereſt ne delicta remaneãt impunita,vt.l.licitatio.§.qđ illicitè. ff.de publi,&.l.ita vulnerat⁹,in fi.ff.ad l.aquil.&.l.i 6 me rito ff.depo in fine vnde licet ius partis remittatur p hãc proteſtationẽ,nõ tamẽ remittitur ius Reipub.ſicut confeſsio,vel ꝑteſtatio filii vel ſerui nõ nocet parti vel dño niſi appareãt aliqua legitima indicia p q̃ cõualidetur ipſa cõfeſsio vt.l,quæro in fine ff.de edi.edic.&.l.cũ ꝓbatio ff.de ꝓba.ita in ꝓpoſito talis proteſtatio dñi nõ nocebit iuri publico niſi appareãt aliqua indicia,ꝓpter q̃ dici poſcit ꝙ cõſenſum & volũtatẽ prebuerit, verbi gratia, quia eſt eius cõſanguineus vel proximus & amicus vel cõſuetus talia cõcedere,& ſimilia,quibus apparẽtib⁹ iudex nõ procederet vlteri⁹:qđ dicit eſſe notãdũ dic.Papiẽ. q̃ ſemel dicit ſe habuiſſe de facto:quæ nota,pro his quę po ſui ſupra ar.cxlv.& vide Ang.ponẽtẽ iſtã quæſtio. in ſuo trac.malefi.in verb.cõparẽt dicti inquiſiti ibi quid ſi fur. ¶ pro quibus facit etiam,nam ſi accuſatus ꝙ carnaliter cognouit mulierẽ non iuuatur nec excuſatur ſi ipſa mulier confiteatur ſe primo contraxiſſe matrimoniũ cũ illo niſi cum hac confeſsione concurrant alia indicia ſecũdũ Bal.& alios in.l.penul.vbi eſt glo.not.C.de fideiuſſo.Bal. in l.quicũque C.de ſer.fugi.faciunt etiam dicta per Pe. de Anch.in c.fi.de ſucceſſo.ab inteſt. ꝙ ſi moriens dixit ſe mori culpa medici,tamen propter hoc non iuuat percuſſorem,ſi aliter hoc nõ appareat,quod dictum refert. & ſequitur Fel.in c.literas in pe.col.ex de præſump Item nec confeſsio offenſi nocet offendenti ſeu accuſato etiã ſi offenſus ſit in mortis articulo conſtitutus ſecundum Bar.Ang.& alios in l.ſi quis in graui.§.i ff.ad ſille. caſus eſt tamen in quo confeſsio offenſi prodeſt offendenti nã ſi aliquis fuit vulneratus,& dicit quòd non fuit vulneratus à tali inculpato vel accuſato talis confeſsio ipſius vulnerati prodeſt ipſi accuſato de tali vulnere,adeo quòd ipſe non poterit torqueri ex indiciis contra eum exiſtentibus,quia habet innocentis iudicium pro ſe ita ſingu.dicit Bal.in lege prima in vltima col.ver.pone teſtator. C. communia de leg.allegat l.paulus.§.i.ff.de bo.liber. ¶

Sed quid ſi quis confiteatur crimen vltro, de quo inculpatur, id eſt, abſque formidine tormentorum, an ſtatim ſit condemnandus, vel debeat perſeuerare antequam condemnetur? dixerint quidam antiqui & moderni doctores eum non eſſe ſtatim condemnandum. ſed ꝙ debet iudex poſt dies & tempus iterum coram ſe facere adduci reũ, & iterum interrogare de ipſo maleficio: quia dixerunt, quòd confeſsio facta in criminali cauſa ſtatim non præiudicat nec ſtatim facit plenã probationem, vt expreſſè dicit l. ii C. de cuſto. & exhibi. reo. & ita eã. l. intelligunt ſi ſit facta cõfeſſio formidine tormentorũ, vel ſine: & intelligunt etiam ita l. i. §. diuus. &. §. ſi quis vlto ff. de quæſt. & ita dixerunt locum eſſe perſeuerationi, ſiue confeſsio ſit extorta formidine tormentorũ, ſiue ſit facta ſponte, dicentes quòd in hoc eſt differentia inter cõfeſsioné in cauſa ciuili factam, & factam in cauſa criminali arg. inſti. de publi. iudi in prin. vos tamen dicatis cõtra, & hæc eſt cõmunis opinio doctorũ. Nam cum quis cõfitetur crimen cõmiſiſſe, ſtatim carcerandus eſt, & ſtatim abſque alia perſeueratione & confeſsione damnãdus eſt, vt. ff de cuſto. reo. l. vlt. i. reſpõ. & C. de pœ. cum reis. & ita intelligatur. C. de cuſto & exhibi. reo. l. ii. quia intelligitur in cõfeſsionibus factis in tormẽtis, vt patet in fine iudicibus immodicè ſeuientibus. &c. & hæc eſt verior lectura, & cõmunis opinio doctorũ. Si auté cõfiteatur quis in tormentis vel formidine tormentorũ, tũc cõfeſsioni nõ ſtatur, nec pro cõfeſſo habetur, vt dic. §. diuus &. C. quo appel non recip. l. ii. & eſt ratio, quia quæſtio fragilis eſt res, vt ff. de quæſt. l. i. §. quæſtioni fidé. & habet locũ tunc dic. l ii. C. de cuſt. & exhibi. reo. vt iudex faciat corã ſe criminoſum venire, & quærat ab eo vtrum velit in cõfeſsione ſua perſeuerare retractare vel aliter dicere, & ſi perſeuerauerit tenet cõfeſsio. arg. dic. §. ſi quis vltro & l ii. quo appel. nõ reci. ita tenet Gãdi. in ſuo trac. malefi. ti. de quæſt. & tormen. verſi. & quidem Bal. & docto. in. l. ii. C. quod metus cauſa Bal. & Arge. poſt gloſſ. in. l. i. C. de confeſ & idem Ange. in. l. j. ff. de confeſ. qui limitat prædicta: niſi contra illam cõfeſsioné, quæ eſt ſponte facta ſine tortura. poſtea probetur

Cõfeſsio facta in criminali cauſa nõ ſtatim præiudicat.

Confeſsioni factæ in tormentis non ſtatur.

probetur falſitas, quia ex illa cõfeſsione facta in criminalibus, tunc non poteſt ſequi condẽnatio. allegat Spe. hoc voluiſſe in titu. de cõfeſ. §. effectus ad finẽ. & hãc ſententiã approbauit etiã Bal. in. l. ſi quis in hoc gen' C. de epi. & cleri. ex cuius dictis potes limitare prædicta. Secundo limita, ꝙ verũ eſt quòd propter ſolam cõfeſsionẽ ſponte factã in capitalibus quis poteſt cõdẽnari, ſi talis cõfeſsio eſt veriſimilis. dic. l. i. §. ſi quis vltro ff. de quæſt. & hic poſſum ponere exẽplum Ang. quod poſuit in l. i. C de cõfeſ. de illis Melãdrinis, q cõfeſsi ſunt ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos, & proieciſſe eorum corpora in mare, an ſtãdũ ſit illi cõfeſsiõi? quia inſpiciẽdũ eſt an mare vel flumen eſſet ibi, vel non ex ipſis cõprehenditur veriſimilitudo quia ſi erãt hoĩes malæ vitæ, & ibi aqua erat prope poterant damnari, aliàs non. Sed dubito de illa deciſiõe, quia cõtra videtur innuere ipſe Ang. in l. certũ. ff. de confeſ. Itẽ dubito propter textũ in. l. i. §. item illud ff. ad ſille vbi primo opus eſt ꝙ conſtet de maleficio antequã procedat (vt dixi) Adde Pari. de Pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo confesio. & ideo Bald. in addi. Spe. titu de ſentẽ. ver. titius fuit cõfeſſus dicit ꝙ ſi quis confitetur hominẽ occidiſſe, & proieciſſe in mare cum non conſtet de corpore mortuo, ille non poteſt occidi, ſaltem niſi probetur per famam illum eſſe mortuum per dictum . §. item illud de qua doctrina Bald. dubito, quia vbi tractatur de magno præiudicio, mors non probatur per ſolam famam, vt dicunt doct. in, l. ſi quidem. C. ſolu. matri & Ange. in l. fi. ff. de his qui notan. infa. & notat Lanfran. de Oria . in repe. c. quoniam contra. in verbo teſtium depoſitiones circa finem, & etiam de illa doctrina quam tradit in auten. ſed nouo iure. C. de fur. vbi dicit quòd qui confeſſus eſt ſe plura furta feciſſe diuerſis perſonis, per iſtam ſolã confeſsionem non poteſt damnari: niſi iudex inueſtiget ab illis perſonis à quibus dicit ſe res furto ſubtraxiſſe.

Confeſſus plura furta non debet cõdẽnari pro omnibus niſi aliter appareat.

☙ Idem tenet Bal. in addi. ad Spe. ti. de confeſ. §. an ex ſola vbi dicit ꝙ non valet confeſsio etiam decies repetita niſi præcedant indicia quæ debent eſſe veriſimilia . C. de quæſtio. l. milites. §. oportet. ff. de edi. edic. l quæſtio. §. fi.

& de proba. l. cum proba. ff. de quæſtio lege maritus. Tertio limitat Bald. in dic. lege ſi quis in hoc genus. ꝙ opus eſt quòd illa confeſsio fiat ante ſententiam, ſecus ſi fiat lata ſententia extra iudicium, vt lege non tantum ff. de appellatio. & ibi dicit quòd eſt glo. ordinaria. Quarto limita prædicta non habere locum in teſte: quia teſtis qui confeſſus eſt per torturam non debet perſeuerare in con feſsione illa. ita bonis rationibus cõcludit Bal. in. l. fin. C. de quæſtio. Sed iuxta hoc ego quæro quæ cõfeſsio dica tur facta metu tormẽtorũ? reſpõdeo ſi torquẽdus ducatur ad pedem torturæ & ligentur eius manus retro, & dicatur ei à iudice ꝙ niſi cõfiteatur incontinenti, ſubiicit eũ tormentis, vt C. quorum appella. non recipiuntur. l. ii. ibi aut formidine tormentorum. & nota quòd ibi dicit formidine tormentorũ, nõ autẽ dicit in tormentis: & idem ibi ſentit gl. arg. ff. de iniu. l. item apud labeonem. §. adiicitur ver. quæſtionem ibi, nuda ergo interrogatio vel leuis territio &c. ergo à cõtrario ſenſu nõ leuis territio habetur ipſum tormẽtũ. ad hoc cõcordat quod dicitur ſufficit terror armorũ etiã ſi quis eis vſus nõ ſit. ff. de vi. & vi. arma l. idem eſt. §. armis Itẽ quoad. l. corneliã. de ſiccariis. ęquipollentia ſunt hominẽ percutere gladio, & ſtringendo gladium hominem inſultare. l. i. §. diuus. ff. ad legẽ corne. de ſica. l. is qui cũ telo & facit ff. ex quib. cau. maio. l. iii & C. quod metus cauſa l metum. ſed quid ſi ducatur ad pedẽ torturæ, & non ligentur manus retro ſed tãtum minatur ſibi de torquendo eũ, ſi nõ cõfiteatur, & ob eas minas confeſſus fuerit, nunquid talis confeſsio videtur facta formidine tormentorũ vt dicamus confeſsionem non valere, niſi fuerit perſeueratum in ea? videtur quòd ſic, vt arg. ff. de vi. & vi. arma. dic. l. idẽ eſt. §. qui armati &. ff. de incen. rui. & naufra. l. i. §. ex incẽdio. & l. patron⁹. i. reſpõſo. ſed contrarium videtur quoniam leuis terror non ſpectat ad formidinem tormentorũ, vt dic. l. apud labeonẽ. §. adiicitur. ver. quæſtionem Primo dictum verius putat Gandinus in ſuo tract. malefi. titu. de quæſt. ver. ſed hoc ego quæro. vide etiã Ange. in ſuo tracta. male. ver. quod fama publica ibi aliquis eſt captus. Sed quid ſi extra locũ, in quo homines torquẽtur, iudex dicit, aut cõfitearis, aut ducam

Confeßio que dicitur facta metu tormentorũ

ducam te ad torturam, inferẽdo ſibi terrorẽ de hoc quantum poterat, & ille talis his auditis fuerit confeſſus, nunquid dicetur in hoc caſu confeſsio facta formidine tormentorum? dic quòd nõ, quia leuis territio &c. vt dictum eſt ſupra per dic. §. adiicitur. verſi. quæſtionem, & ff. quod metus cauſa. l. metum. non iactationibus autẽ terrorem aut metum tormentorum accipere debemus præſentem & inſtantem torturæ argu. ff. quod metus cauſa. l. metum. j. reſpon. & ff. ex quib. cauſ. maio. l. iij. ad finem. leuis territio tormentorum extra locum facta illuſoria eſt. ff. ſi cui, plus quàm per. l. Falci. l. hæc ſatiſdatio. ☞ Dy videtur velle contrarium in. l. nouiſsime, ver. quid enim ſi compulſus. §. quod falſo, tuto. vbi dicit per illum textum quòd idem operatur probabilis ſuſpitio tormentorum, quod operatur ipſa illatio quod credo verum, ita quòd reus hanc confeſſionem poteſt reuocare, ac ſi facta eſſet in conſpectu tormentorum, ideo perſeueratione eget, quod nota ☞ Sed quęro apud quem locum debeat duci reus ad perſeuerandum? Gandi. vbi ſupra verſi. ſed quæro. dicit ꝙ apud acta, vel ad alium publicum locũ, & non in conſpectu torturæ. Ideo videmus (vt ipſe dicit) aſſeſſores in perſeuerentia facienda conuocare teſtes, & ſub publico teſtimonio ſcribi faciunt talis tali die, & tali loco præſentibus talibus teſtibus perſeuerauit, & cõfirmauit, &c. & benefacit in arg. C. de cuſto. & exhib. reo. l. ij. ibi ſub publico teſtimonio dicit tamen Cepol. conſi. xl. ꝙ valet conſuetudo ꝙ reus cõdem netur ex cõfeſsione facta in loco tormentorũ, & vbi ſunt inſtrumenta ad torquẽdum, & dicit Ang. in addi. ad Ang. in glo. & ad quærelam in verſi. procedamus. Item quæro quantum erit intermedium ab hora cõfeſsionis torti, vſq; ad horam reductionis ad perſeuerandum Gand. dicit hoc non determinari lege aliqua, vt dic. l. ij. C. de cuſto. & exhibi. reo. Ibi itaque poſtmodum eductus: non tamen dicit quantum ſit illud poſtmodum quare dicit arbitrio iudicis relinquendum conſiderata qualitate perſonarum, & leuitate vel grauitate criminis: cũ enim certũ tempus, vel quid aliud non præfigitur à iure, in iudicis poteſtate relinquitur, vt ff. de iure delibe. l. j. cum ſimi. hoc idem tenet Bart.

Tormẽtorũ metus leuis cõfeſsionem non reddit inutilem.

in l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæſtio.licet Iaco But.in dic. l.ii.dicat quòd reus debet quieſcere per diem ac noctem antequã perſeueret:alias non valet talis perſeueratio,quia ſemper dicitur facta metu tormentorum quem ſequitur practica Papien.in forma inquiſi.Ibi quid ergo dicẽdum. Lanfran de Oria.in repe.c.quoniam contra,in verbo confeſsiones numero nono,pro quo facit ordinatio Ludoui. xii.artí.cxiii.vide Ang.vbi ſupra verſi.ſecundo nota.& ibi addi.Item quæro qui debeant intereſſe quæſtioni? Gandi. dicit vbi ſupra, quòd iudex recipiet in ſecreto dictũ torti ad ſimilitudinem teſtis,vt notat dominus Azo. in ſumma.C.de quæſtio.§.ſed adhibetur. &.l. imperator.ff.eod. titulo.& dic ſecundum Gandi.vt.ff.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.fina.ſtatur enim actis factis coram iudice in ſecreto, ſine teſtibus.c.in omni extra de teſti.tu dic vt ſupra dixit Gandinus quòd ſicut in perſeuerentia facienda debent cõuocari teſtes:ita in quæſtione adhibenda.Ita tenet Bar.in dicto.§.diuus Seuerus & extat ordina.Ludo.xii.art.ſupra citato. ☞ Ioannes And.in addi.ad Spec.titu.de accuſa. §.qualiter.verſi.quia ex confeſsione dicit quòd quæſtioni & confeſsioni debet eſſe præſens accuſator, ex quo expeditur illa quæſtio,qua quæritur iudex dicit confeſsionem ſponte factam:reus vero cum tormentis,quia quando fuit tortus nemo aderat,niſi iudex & eius famuli.dicit Petr.de Ancha. ſuo conſilio.23.quòd præſumitur confeſsio facta metu tormenti per locum à cõmuniter accidentibus,quia vt plurimum poteſtates ponunt homines nocturno tempore ad torturam nemine exiſtente quod non habet locũ apud nos,niſi in iſtis mareſcallorum præpoſititis.Ideo reperio Bald.melius dixiſſe in lege vna.C.de confeſ. quòd quando reperitur confeſsio rei de crimine,& dubium eſt vtrum confeſsionem illam fecerit metu tormentorum,an ſponte,& ſic ex conſcientia criminis, tunc præſumitur in dubio quòd illam potius fecerit ex conſcientia criminis, quàm metu tormentorum,quare dic ſecundum Bald.in.l. legis virtus.ff de leg.quòd in tormentis aliqui ſunt adhibendi probi viri, qui videant ꝙ non fuit exceſſus modus in tormentis:nec etiam fuit compulſus tortus ad confitendum

Quæſtioni qui debent intereſſe.

dum:notat Pa.de pu.in verbo quia ſæpe. ☙ Sit bene cautus iudex ſecundum Ang.in ſuo trac.maleſi in ver.comparuerunt dicti inquiſiti ibi necnon:quãdo habet minorem in carcere pro aliquo delicto ꝙ nunq̃ eius reſponſinẽ ſiue inquiſitionẽ recipiat:niſi dato eidem, in proceſſu curatore,tam in ciuilibus q̃ in in criminalibus:quia nõ habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio,vt.l.clarum.C.de aucto. præſtan. & ibi no. Intantum quòd dicit ibi Cy.& alij ꝙ etiam ſi ſponte confitetur talis dicta confeſsio minori ſponte confitenti delictũ non obeſſet,quod tene mẽte ſecundum eundẽ Ang.ne erres,& ne proceſſus tuus poſtea poſsit irritari:vide etiam ad hoc Bar in.l.fi.§. pupillus.ff. de verb.obliga.vbi tenet ꝙ minor reſpondere non poſsit ſine curatore.&dicit Sali.in l.j.C.de confeſ. ꝙ iudex crimiſum recipiat cautelam,vt ad vidẽdum iurare minorem faciat eius curatorem adeſſe: idem dicit Ang. ſi altercatũ eſſet,ꝙ minor ille propter indicia eſſet tormẽtis ſubiicien dus,vel non:nã in pronunciatione ſuæ interlocutoriæ de illum tormentis ſubiiciendo,faciat eius curatorem citari: & ſi nullum habet prius,ei det vnũ,poſtea interloquatur: nec eſt neceſſe vt poſtea adſit in in tormentis,quia hæc eſt executio illius ſententiæ,ad quam videndam nõ eſt citandus curator,ſicut nec in aliis executionibus fiendis: & ex hoc potes percipere ꝙ confeſsioni factæ in tormentis nõ eſt neceſſaria auctoritas curatoris:& ita ſeruatur cõmuniter in practica ſecundum eum.imo eſt quaſi ridiculum dicere,cum eius auctoritas nõ poſsit adaptari:eſt enim tortura actus iudicis,cui curator non habet auctoritatẽ præſtare,quod no. Ang.poſt Ia.But.& ſemel de facto dicit vidiſſe Bononiæ Iſta eſt vna maxima difficultas in iure,an in criminalibus cõfeſsio minoris in tormentis,vel extra præiudicet minori,ſine auctoritate curatoris :de qua vide per Ang.vbi ſupra & addi.ibi nam apud nos iudices malè hoc ſeruant iuris & iuſtitiæ ignari:licet textus ſit in.l.clarũ. & ibi no.C.de aucto.præſtan.tenet tamen contrarium Nico. de Ma.vt refert Cy.in dic.l.clarum.faciens differẽtiam,an adultus vel doli capax confiteatur ad ſolennizandum iudicium:& ſic reſpõdendo inquiſitioni in criminali vel in informatione

Minori dandus eſt tutor priuſquam procedatur contra eum ciuiliter aut criminaliter.

Minoris confeſſio in tormentis aut extra facta ſine curatoris auctoritate an præiudicet.

ſibus,in quibus minor habet legitimam perſonam ſine curatore,qui not.in cap.ex parte.extra de reſtitu.ſpo Præterea Albe.de Ro & Rapha.Fulgo.in dic.l.clarum.tenent quòd confeſsio minoris in tormẽtis non valet: & dicit ibi Raph.quòd Albe.de Ro.dicit quòd hoc obtinuit de facto,& dicit ꝙ hæc pars eſt verior:& vide moder.ibi intantum quòd dicit Bal.in.l j.C.de confeſ.verſi.ſed pone,ꝙ ſi minor dicat iudici,non torqueas me,quia omnia confitebor & iuro non venire contra,quòd talis confeſsio etiam cum iuramẽto minori nõ præiudicat,ne inducatur per indirectum renunciatio iuris & defenſionis contra gloſ.in l. pactum.ff de pac.& idem ſentit Iac.Bu.vt refert Bal.ibi.& in dic.l.j.& in auten.ſacramenta puberũ.C.ſi aduerſus vendi & facit dic.l.certum.§.in pupillo.ff.de confeſ.Bal.opinionem tenet paris de pu.in ſuo trac.ſindi.in verbo officialis.& illam dicit feciſſe ſeruari in quodam minore. Aduerte ad id quod dicitur in fine huius articuli.quòd concluſiones procuratoris fiſci & partis debent mõſtrari reo confeſſo,vt eis reſpondeat attenuandi cauſa duntaxat,hoc eſt diminuendi quod petitur dari vel fieri. Sed quomodo cum iudex non poſsit tranſgredi leges in pœnis imponendis,nec minorem pœnam quam à iure ſtatutum ſit imponere? dic tamen contra ex cauſa, vt.l.& ſi ſeuerior.C.ex quibus cauſis infa.irro & ibi nota.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.eo.titu.de quo not.ſupra att. xii. Nam nota diligenter hoc regulariter eſſe verum, quotieſcunq; conſtat aliquem malum commiſiſſe,feciſſe,vel fieri feciſſe ſemper præſumitur quod dolo & fraudãdi animo hoc fecerit & commiſerit,vt.C.ad.l.Corn.de ſic.l.j.&.C.de iniur.l.ſi non conuicij vnde ſemper ille quem deliquiſſe conſtat, ſi prætendat ignorantiam vel aliàs excuſãtionem,ita ꝙ dicat ꝙ non dolo illud crimen cõmiſit,hoc debet & habet probare:quod dic etiam,vt notat Accurſius ſuper dic.l.j.C.de ſica.Et Specu.titu de præſump.§.ſpecies.verſi illud eſt notãdum.aliud eſt etiã notatu dignũ, & obliuioni nõ tradendum,ꝙ ad hoc vt debeat & poſsit prǽſumi cõtra aliquem, ꝙ aliquod delictũ ipſe commiſerit debet conſtare iudici illud malum fore cõmiſſum.quomodocunq; per teſtes vel indi-

Accuſato cõmunicãtur cõcluſiones procuratoris,fiſci & partis.

Delictũ nẽ poteſt alicui imputari, niſi de eo conſtet.

dicit ꝙ iudex ex cauſa poteſt reum fideiuſſoribus relaxare, etiam vbi pœna corporalis ingeritur, & ibi etiam videtur ponere in iudicis arbitrio, quãdo quis ſit relaxãdus fideiuſſoribus, quicquid dicãt docto. in dict. l. i. de cuſto. reo. ff. & ſubdit ꝙ cauſa eſt iuſta quando aliquis non magnæ conditionis accuſat aliquem magnum virum de crimine ingerente pœnam ſanguinis: ibi etiã dat cautelam iudici, vt in actis apparere faciat, quare reum relaxauit fideiuſſoribus, ſicut quando pœnam auget vel minuit. & vide Ang. in dic. ſuo trac. maleficio. in locis ſupra allega. & ſi nolit relaxare illũ qui idonee vult fideiubere tenetur actione iniuriarũ vt notatur in l. ſi vero. §. qui pro rerũ. ff qui ſatiſda. cog. &. per par. de pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo quia, nota tamẽ ꝙ licet fideiuſſoria obligatio tranſeat in heredes vt l. iiii. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores C. eo. ti. cum ſimi. hoc fallit in fideiuſsione facta pro maleficio nã talis fideiuſsio extinguitur morte fideiuſſoris ita dicit gloſſ. multum ſingularis inſti. de fideiuſſo. §. fideiuſſor. quam glo. multum magnifacit Ange. are. ſubdẽs hoc eſſe verum, & procedere quando fideiuſsit ſimpliciter pro furto vel alio delicto ſecus ſi promiſiſſet penam centum licet dicatur pro furto quia tunc talis penalis ſtipulatio tranſit cõtra heredem & contra hereditatem iacentem quando fuit pura obligatio vel in diem vt lege ad diem ff. de verborum obligationi. & ibi Bart. Ange. & Imo. ſecus. ſi ſit ſubcõditione. Quid autem dices ſi aliquis ſit in carcere poſitus ex vna cauſa ad vnius inſtantiam, an poterit ad alterius inſtantiam recommandari, ſeu ſaiſiri in eiſdem carceribus ex alia cauſa? iſtam quæſtionem ponit practicus Papien. in titu. hæc eſt quædam inquiſitio. & eam non ſoluit, ſed remittit ad notata per Bar. in lege. ii. ff. de cuſto. reo. tu dic quòd ſic faciat quod notat Barto. in quæſtione ſua incipiente, lapus fuit captus, quod eſt verũ, dummodo proceſſus per primũ officialem inchoatus, non impediatur: imo primo expediatur. Ita dicit Bar. in. l. ſi cui. §. ſin. ff. de accuſa. ſed aduerte quia per ſecundam recommendationem non poteſt impediri executio primæ pœnę. quod tamẽ intellige, vt notat

Iudicis arbitrio relinquitur. an reus ſit fideiuſſoribus relaxãdus.

Priſonerius recõmendatus an poſſit detineri.

Bar. in dic. l. ii Quotuplex ſit carcer notat plene Bald. in auten. ſi captiui C. de epiſ. & cleri vbi videas de pluribus carcerum ſpeciebus. Nam quidã eſt carcer terminus pœnæ, & imponitur de iure canonico pœna perpetui carceris. Secundus carcer eſt, quãdo quis detinetur pro criminis inueſtigatione, vt. l. i ff. de exhiben. reis. Tertius carcer eſt, quando quis cõdemnatus eſt, & detinetur in carcere, vt ſoluat cõdemnationem, vel de eo fiat executio, & eſt carcer hoſtium vt in toto titulo de cap. eſt & alius carcer latronum, vt. l. nam & ſeruius ff de neg geſt. alio modo, dicit Bald in l. imperium ff de iuriſdi om. iudi. quòd quadruplex eſt carcer, ſcilicet pœne perpetuæ. & eſt meri imperii: quia morti equiparatur: allegat Inno. in c. qualiter. extra de accu. Secundus eſt carcer modicæ coertionis: exemplum, quia baiulus non facit bene ambaſiatam, & iudex facit eum poni in cipis. Tertius eſt carcer cuſtodiæ. Quartus eſt carcer domeſticus dic vt ibi per eum & vide Ang. in. l. i. C. de priua. carc. qui dicit ꝙ etiã ille qui detinetur in via & recedere nõ poteſt, dicitur carceratus, & talis detinẽs illo modo incidit in pœnã de priua. carce. Itẽ qui de loco libere & nõ tute recedere nõ poteſt dicitur incarceratus, vide ibi, & Bal. in. l. i. C. de cõfeſ. vbi dicit ꝙ ille qui eſt bene cuſtoditus dicitur incarceratus per. l qui neque ff de verb ſigni. & dicit Ang in. l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa quòd carceratus eſt, qui de loco ad ſui libitum recedere nõ poteſt: quinimo vult ibi quòd etiam dicitur carceratus ille cui aſsignatus eſt vnus locus amplißimus vnde ſi alicui nobili aſsignatur palatiũ totum à quo non recedat vel ciuitas tota ille dicitur incarceratus, & ſatisfactum eſt ſtatuto, ꝙ accuſatus ponatur in carcerẽ qui aũt dedit fideiuſſores, & iurauit de nõ recedẽdo nec in vinculis nec in cuſtodia eſt. & vide Do. catal. in tract. ſindi. quæſtio. ccxvii. qui dicit quòd maior cuſtodia adhibenda eſt illi qui debet cõdẽnari quam illi debet abſolui. & vide ipſum ibi. & in quæſtio. ccxlviii. & ccxlix. qui dicit quod ille dicitur carceratus cui locus eſt aſsignatus quẽ exire non poteſt & ibi ponit quando quis dicatur eſſe ſub fida cuſtodia, & ibi dicit quòd illi dici-

Carceratus multipliciter dicitur.

tur

tur ſub fida & ſecura cuſtodia. qui eſt ligatus: & licet aufugiat cómentarieſis dicitur excuſatus. Et breuiter quid dicatur carcer. vel quis dicatur carceratus, vide in.l verú & in.l. vinculorum ff. de verbo. ſignifi & Inno. & Ioan. An. in c. nuper in prin. de ſenten. excommunica. & Ang. in.l. quoniam de cuſto. reo. & in l ii. C. de exhiben. reis & ibi Bar. vbi vult quòd omnis locus aſsignatus alicui pro carcere ſit carcer facit l, titio. & quod ibi notat Bar. ff de cõdi. & demonſtra. vide Ia. de are. & Bar. in dic. l. qui neque de verb. ſigni. Aduerte tamen quòd licet iudex eccleſiaſticus poſsit cõdemnare ad perpetuú carcerem intelligas hoc eſſe verũ contra clericos, nõ cõtra laicos. etiam quando laici propter crimen efficerentur de foro eccleſiaſtico ita dicit Ro. in ſing. ſecundi anni. clxxxiiij. quod incipit tu ſcis q̄ de iure ciuili. de quo vide ſupra art. iij.

Iudex eccleſiaſticus nõ poteſt laicos ad perpetuos carceres cõdemnare.

Quæro ſubſequenter nũquid confeſsio vel alius contractus factus in carcere valeat? hãc quæſtionem ponit Bar, in l qui à latronibus ff de teſt. & Bal. in l. vnica C. de cõfeſ. & Ang. in. l qui in carcerem ff. quod me cauſ. & circa hoc ita cõcludunt: aut quis eſt in carceribus puta iuſtè ex forma iuris communis, & tunc valeat confeſsio & omnis contractus factus in carcere in quacũque perſona etiã ſi fiat cũ detrudente eum in carcerem vel ad eius inſtatiã: aut quis eſt incarceratus iniuſte puta, quia eſt captus & bellum non eſt licitũ ſicut cõmuniter eſt (quãdo vero dicatur bellũ licitum, plene nota per Bal in. l. hoſtes. ff de ca. & per Inno. in. c. quemadmodum extra de iureiur. & in. c. olim. de cenſi.) & tunc ſi contractus fiat cum detrudente in carcerem, & confeſsio fiat ad eius inſtantiã non valet neq; tenet, vt in l. qui in carcerẽ ff. quod metus cauſa. Si autem contractus celebraretur cum alia tertia perſona. vel confeſsio emanaret ad inſtantiã tertiæ perſonæ, bene valet, vt in l. metũ. §. ſed licet ff. de eo quod metus cauſa. ita concludũt præfati docto. ☞ Limita tamen hoc dictũ ſecũdũ pau. de caſtro in l. nõ intereſt ff. C. de eo quod metus cauſa ſi aliquis tirannus vult extorqre pecuniã ab vno ſuo ſubdito quia nõ habet pecuniã ad manus facit eũ carcerari qui carcerat⁹ ſi vult exire, cogitur vẽdere quãdam

Contractus factus in carcere an valeat.

ſtionum.§.quòd ſi delegatus,& ibi glo ex.de offi.deleg.in verbo litis exordium.& in auten. de litigioſis.§. omnem. colla.viii.ergo non videtur relaxandum, ſed contrarium eſt verum,caſus eſt vnicus in.l.nullus.C. de exhiben. reis ibi ac tandiu pari cum accuſatore fortuna detineri,donec repererit cognitio celebrata diſcrimen, vbi hoc nota & illum textum notant Iaco But.& Bal.in lege ſed & ſi is.ff. de in ius vocan,quod bene nota, vt quando habes reum carceratum,poſsis eum à carcere relaxare, poſtquam per probationes conſtiterit de ſua innocentia,ante non.& valet hoc dictum pro criminoſo ſiue accuſato, nam ſi nó relaxaretur ante ſententiam,non poſſet poſtea,ſi pars aduerſa appellaret,quia nihil noui: & ideo do tibi cautelam, vt quando dubitas,quòd pars aduerſa appellet poſt ſententiam abſolutoriam,vt faciunt iſti calumnioſi & peſsimi accuſatores.relaxes reum ante ſententiam,& poſtquam tibi conſtiterit de ſua innocentia.Præterea quæro ſi iudex precipit,quòd aliquis detineatur ſub fida cuſtodia,an debeat mitti in carcerem,dic quòd non,glo.habes, quam ad hoc reputo ſingularem in lege agens.C.de curio.lib.xii.vbi dicit quòd aliud eſt mittere in carcerem,& aliud eſt ſub fida cuſtodia detinere,& hoc voluit ibi Bar.& facit ſecundum eum.l.ii.C.de exac.tribu. & ex hac lege infertur, & notari poteſt,quòd aliud eſt carcerare, & aliud eſt cuſtodire,textus videtur in contrarium in.l. aut facta.§. ſolent ff.de pœ. vbi carcer fit ad cuſtodiam, & idem in l.j.C. de priua carc.& in lege incredibile. de pœ quod eſt verum. vbi eſt certa pœna,quia tunc diceretur carcer ad pœnam non ad cuſtodiam,vt in.l.j.§.fin.ff.de alea.& Bar.in dic.§. ſolent.quid de iure canonico. dic ꝙ carcer eſt ad pœnam, vt dictum eſt ſupra artic.iii.per caput quanuis de pœ. lib. vj.Nota præterea quòd ille dicitur ineuitabili neceſsitate impeditus,quando eſt in vinculis detentus ab inimicis allegat textum,quem reputat vnicum & ſingularem in lege nam & Seruius in primo reſponſo.ff. de negotiis geſt. Item etiam ſi careret veſtibus,vt lege in eadem .ff.ex quibus cauſis maiores, & optime facit textus iuncta gloſa, in lege ſi qui teſtium de deſti. ☙ Nota vnum ſingularé

Cautela ſi dubitatur ꝙ pars aduerſa appellet à rei relaxatione.

Iudex ſi præcipiat ꝙ aliquis detineatur ſub fida cuſtodia.

Aliud eſt carcerare & aliud ſub fida cuſtodia detinere.

Ineuitabili neceſsitate impeditus.

quod ponit Ioan. And. in addi. Specu. in rubrica de iureiur. de iniuſtè incarcerato qui iurauit cuſtodi, quòd ſi eum relaxaret vt poſſet ire ad audiendam miſſam: quòd ea audita ſtatim reuerteretur ad carceres qui poſtea intrauit ecclesiam & noluit exire nec reuerti ad carceres an hoc ſibi licuerit? Decidit ibi quòd ſic. pro quo facit optime quod voluit Bar. in lege, vis eius. C. de proba. vbi dicit quòd ſi aliquis iniuſtè detinetur ab aliquo capitaneo, & aufugit, non tenetur.

Vn ſeul delay pour amener & faire recoler & confronter teſmoingns ou informer, ſinon, &c.

Art. CLI. ET ſi dedans le delay baillé pour amener teſmoings & les faire confronter, ou pour informer cõme deſſus n'auoyt eſté ſatisfaict & fourny par les parties reſpectiuement, ſera le proces iugé en l'eſtat qu'il ſera trouué apres ledict delay paſsé, & ſur les concluſions qui ſur ce ſeront promptement priſes & baillées par eſcript de chaſcun coſté, & chaſcun à leurs fins, ſinon que pour grande & vrgente cauſe lon donnaſt autre ſecond delay pour faire ce que deſſus, apres lequel paſsé n'y pourrõt iamais retourner par reliefuement ne autrement.

HÆc ordinatio eſt contraria iuri cõmuni nam in cauſa criminali admittitur, tam actor q̃ reus vſq; ad calculum ferendæ ſententiæ, vt eſt textus: & ibi Bart in lege diuus. § cogniturum. ff. de quæſtio. niſi ſtatuto aliter caueatur

ueatur, vt dicit Ang in ver. qui iudex ſtatuit terminũ circa finem. aliàs ſi iudex non reciperet defenſionem vſq; ad calculum ferendæ ſententiæ teneretur in ſindicatu de iuſtitia denegata, quòd fecerit litem ſuam. quod bene nota ſecundum Ang. hic, & in ver. comparuerunt dicti inquiſiti, ibi quæro an poſt publicationem proceſſus vbi dicit nota vt tu ſemper defenſionem recipias etiam vſque ad ſententiã, niſi ſtatuto caueretur de certo termino præfixo, & ſtatuto, aliàs tu iudex faceres iniuſtitiam, & teneri poſſes in ſindicatu & non eſt mirum: quia tractatur de vita hominis, quæ cunctis rebus eſt præferenda, vt l. ſancimus. C. de ſacroſanc. eccle. & ſic de magno præiudicio tractatur ideo cautius eſt agendum, vt. l. j. §. ſi quis. ff. de carbo. edic. & etiam tene mente ꝙ tu iudex potes etiam poſt quã concluſum eſt in cauſa etiam in accuſationibus ex mero tuo officio inducere teſtes & alias probationes cõtra reum vt condemnetur vide latè Bartolum. in ſua quæſtione, quæ incipit iudex maleficiorum ſuper accuſatione, ita dicit Ang. vbi ſupra ego hoc ſtatuto non obſtante, aut alio credo ꝙ ſemper probationes debent recipi ne innocens indebitè puniatur per legem diui fratres. ff. de pœ. dũmodo calumnioſè non fiat per ea, quæ notat Bald. in. l. à præcedente. C. de dila. & dixi ſupra arti. cxlviii. vbi vide qualiter debeat intelligi hic articulus & ſimiles. ita tenet Gand. in ſuo tractatu male. in titu. quid ſit agendum reo præſente, vbi dicit quòd probationes & defenſiones poſſunt fieri vſq; ad ſententiam, vt C. de reb. credi. & iureiur. l. ſi quis iuſiurandum. non ergo video cur reus non audiatur ante ſententiam quandocunq; ſi velit ſuam innocentiã probare. quia confeſſo & condemnato datur defenſio: & retractatur, ſi de innocentia conſtiterit, vt. ff. de quæſtio l. j. §. ſi quis vltro. multomagis iſto caſu: quia melius eſt ante tempus occurrere, &c. & facit. ff. de in litem iuran. l. cum furti. item quia defenſionis facultas non eſt deneganda. C. de iure fiſci. l. defenſionis, imo concedenda reo poſtulanti quandocunque, vt dicit. §. cogniturum, & l. ſicuti. C. de quæſtio. ſed ſi non petat non debet iudex aſsignare. C. de dila. l. j. & C. vt infra certum tempus crimi. quæſtio. termi. l. ii. quod intelligo

Probatiões admittũtur in criminalibus etiam poſtquã fuerit concluſũ in cauſa.

intelligo ad reprobandum probatam famam,vel indicia & ſimilia: ſed fundata probatione accuſatoris vel iudicis,tūc antequam feratur ſententia debet iudex dilationem aſſignare ad omnem defenſionem.l. exceptionem.C. de proba.ff.ad.l.Aquil.l.inde neratius §.fi. quia in qualibet cauſa debet ſtatuere terminum defenſionis,vt dicit textus ſingularis in.l.deſertorem.§.ſi ad diem.ff.de re mili.monitio debet præcedere vindictam,vt in.c ſacro.extra de ſenten. excommunic.& ibi nota.ſecundum Boniſa.de vitel.in ſuo trac.maleficio in titu.quæ indicia debeant præcedere torturam ibi.Item quia confeſsio. imo ſecundum Gandi. vbi ſupra debet admoneri ꝙ ſuam defenſionem faciat ſi quam habet,etiam ſi confeſſus fuerit per textum in dic.l. defenſionis quod bene nota. ☞ Tenet Paris de Pu.in ſuo tracta.ſindi.in verbo an poteſtas, poteſt tamen iudex præfigere terminum actori,infra quem agat vel reus ſe defendat Bar.in.l Titia.de accu.& ponit cauſam vtſi quis diffamre vellet aliquē accuſare,vel petere:ſunt etiā cauſæ notatæ per glo.in.l.j.vt nemo inuitus vbi Bald.& ſi ſtatueret iſtum terminum ſine cauſæ cognitione poſſet appellari per tex.in dicta lege Titia. ☞ Adde quòd reus non poteſt renūciare propriæ defenſioni in cauſa criminali, glo. eſt ſingu.& vnica in.l. pactum quod inter hæredem.ff. de pac.reputauit eam ſingu. do.And.Barb.in cap.ſi delegati, de foro compe.& allegauit eam Ludo.Rom.in repe. rub. de arb.quam primo limita eſſe veram niſi in publico & famoſo latrone ſecundum Bal.in.l.prouinciarum.C de fer. Secundo niſi repertus fuerit in fragranti crimine ſecundum eundem in.l.vt vim.ff.de iuſti & iur poteſt enim tūc de facto puniri ad hoc.ff.de condic.ob cauſ.l.pe & per gl. in.l.ictus fuſtium.ff de his qui notam.infa. tertio limita niſi aliàs dicat ſe defenſiones non habere ſecundum glo.ſingu.in.l.j.ff.de fur. Bal.ſecundum Ludo.Ro.in prędicto loco,& quam notat Bal.in.l.ſeruum quoque.§.publice.ff.de procur.& Ang.in dic.l.pactum.Et hoc intellige procedere in defenſionibus iure naturali introductis,in aliis iure ciuili introductis quid dic,ſic ſecundum Bal.eleganter in lege prima.C.qui accuſari non poſſunt,quod aut per il

Reus nō poteſt renūciare propriæ defēſioni in cauſa criminali.

las

las excluditur crimen,& tunc renunciari non poteſt, vt.l. non tantum.ff.de appella.aut non excluditur crimen, ſed ideo introductæ ſunt,vt reus faciliter reſpondere poſsit, & his renunciare poteſt glo.eſt not. ſecundum Bald in.l. accuſatoribus.C.de accuſa.in prima gloſa circa finem.Sed an dilationibus à lege inductis vel ſtatuto fauore rei pro crimine capitali vide Bar.in.l.cuſtodias.ff.de pub. iudi. & Bart.in lege pecuniariis.ff.de feriis,& Ludo.Rom.prædi loco.Et Paris de pu.in prædicto verbo.

De ne faire eſlargiſsement pendant confrontation.

ES matieres ſubiectes à confrontation,ne ſeront les accuſez eſlargiz pendant les delays qui ſeront baillez pour faire ladicte confrontation. *Art. CLII.*

FAciunt ad hunc articulum notata ſupra art.cl. Aduertas inſuper tu iudex,quòd obligaris viſitare carceratos & facere curare, ꝙ habeant neceſſaria ſibi,vt.C.de epiſco.audien.l.iii.& ſi vides aliquem carceratum ſine cauſa, vel delicto,ad nullius petitionem potes ex mero officio relaxare,vt notat Bartolus in lege ſi quis vxori.§.fugitiuum ff.de fur.& eſt gloſa in lege fina.C.de erog.milit.anno. libro duodecimo,quam glo Ang.de Are in.§.fina.inſti.de acti.facit ſingularem.& ſi iudex hoc non facit alet eum de ſuo per.l.iudices.C de epiſco.audien.notat Anto. Cor. in verbo audientia. Et Paris de Put. in ſuo trac.ſindi.in verbo an ſi poteſtas & in verbo an carcerarius vbi dicit de equo ſequeſtrato, qui debet ali impenſis eius, qui fecit ſequeſtrari argu.leg.in Aſia.§.primo.ff depo. Et iſto caſu bene aduertat cuſtos carceris: quia ſi ipſe ſine iudicis mandato relaxaret,etiam illum, qui ſine cauſa poſitus eſt in carceribus tenetur: aliàs tenetur iudex ſi minus quàm iuſte mandauit.,quòd relaxetur,vt notat Bar.in dicto.§.ſi fugitiuum.& ſic dictus cuſtos ſemper velit de mandato *Iudex viſitare debet carceratos.*

dato iudicis præcipientis ſibi, ꝙ relaxet, apparere in ſcriptis. Et econtra etiam tu iudex bene aduertas qualiter mãdas aliquem carceratum relaxare. ne poſtea tu tenearis fiſco, vel creditori ad intereſſe. Ita dicit ſe practicaſſe Ang. in ſuo trac. maleſi. in ver. quod fama publica, ibi & aduertas dum erat locumtenens ſenatorum. nota etiam quòd ſi ſunt duo vel plures carcerum cuſtodes, & vnus ex eis aufugiat cum carcerato, alij cuſtodes aliquo modo non tenentur pro illo carcerato, qui aufugit, vt eſt textus in. l. penul. § j. ff de cuſt. reo. Idem etiam dicit Bal. in. l. filio exheredato. §. eius qui. ff. de iniuſto & irri. fac. teſta. quod dicit ſemel habuiſſe de facto. Ang in ciuitate caſtelli. Aduertas etiam quòd ſi quis fuit iniuſtè captus, & detentus, & aufugit, quòd non tenetur de fuga Bar. in. l. vis eius, & ibi docto. ff. de proba. Adde quòd ſi carceratus non habeat vnde ſe alat, debet ali per eum qui fecit incarcerari glo in dicta. l. fina. C. de eroga. milita anno. lib. xii. vide Bar. in. l. ſanctum. ff. de rerum diuiſione. Ang. in. l. minime. C. de appella. & Ioan. Fab in dic. §. fina. inſti. de actio. Adde ꝙ ſi denegentur alimenta aut lectus per carcerari facientem carceratus poteſt contra eum actione iniuriarum agere. l. ſi victum aut ſtratum. ff. de re iudi. vide Bar. in. l. necare. ff. de liber. agnoſcẽ. in cauſa criminali quãuis carceratio in qua quis famem, & frigus patitur cenſeatur tortura, ſecũdum Bar. in. l. j. §. diuus. ff. ad ſille. tamen carceratus debet ſibi ipſi adminiſtrare expenſas. ff. ad. l. Aquil. l. quemadmodũ. §. magiſtratus ex. de reg. c ne religioſi in fi. in autẽ. vt cum de appel. cogno. § ſi vnum & de inceſt. nup. §. ſi vero. circa finem ſi non habeat, carcerari faciens, vt. l. cum ſæpe. C. de erog. militaris annonæ lib. xii. vide infra art. clx & non ſolum alimenta carcerati pauperis ſpectant ad carcerari facientem, verumetiam eius cuſtodia, quando eſſet neceſſaria, & fieret ad petitionem accuſatoris arg dic. l. cum ſæpe inſtar teſtis. l. quoniã liberi. C. de teſti. ff. ad Trebel. l. ſciendum ad exhibendũ. l. ſed & ſi hæreditas. §. j. & hoc, donec in fine appareat, an captus ſit nocens de crimine & ſi accuſator non ſit ſufficiens, debet de publico ſatisfieri. ff ad ſille. l. lége cum ibi not. & l. diuus de bo damna. & C. de decu. l.

Carceratus quando debet ali per partem.

Carcerato ſi denegentur alimenta.

Carceratio cenſetur tortura.

Carceratus in cauſa criminali cuius expenſis debet ali.

tur.l.circenſium.lib.x.& ita ſtatuitur infra artl clxi.Si au tem cuſtodia fieret in fauorem perſonæ cuſtodite vt quã do pro ſua ſalute traditur cuſtodiendus vel pro ſuis agen dis vellet ſtare in palatio tunc ipſe debet ſoluere argu.ff. finium reg.l.iiii.§.i.&.C.de reb.credi.l. generaliter. §. his de præſentibus ſic etiam dici poteſt quòd equus ſequeſtratus debet ali impenſis eius qui fecit ſequeſtrari,& animalia capta expenſis eius qui fecit capi argu.l.ſi in aſia §.i.ff.depo.notat Paris de Pu.in verbo an carceratur. *Cuſtodia carcerati.*

Præterea aduertas,quòd ſi quis fuit poſitus in carcere pro aliquo crimine,etiam ſi dictum crimen nó commiſerit,tamen ſi effracto carcere aufugerit habetur pro confeſſo dictum crimen,& contra eum vt tanquam dictum crimen commiſiſſet,poteſt procedi,vt eſt textus,&ibi gl. & Bar in.l in eos.ff.de cuſto.reo.& in.l fina.eo.ti.tamen nota quód ad hoc,vt fuga de carcere indicet plenam probationem propter fractionem carceris,opus eſt quòd fugiens fregerit carceres:alias ſi reperiret hoſtium apertum & negligentia cuſtodis aufugiſſet,illo modo & illa pœna non debet puniri,ſecundum quod dicit Ange.hic.Ita in terminis voluit Guil de Cug.in l.ſuccurritur.ff. ex quib.cauſ.maio.& ibi Bal.& in.l admonendi. ff.de iureiur.& Ange.in.l i ff.de effrac.& dicit Bal in dic.l.ſuccurritur.quod ſi ſine fractura aufugit,quia inuenit hoſtium apertum,non habetur pro confeſſo:ſi autem extraneus eximit,tunc eſt violator carceris,& ſic tenetur pœna frãgentis carcerem.& tunc dico,quod habetur pro confeſſo idem ſi fractis carceribus exiuit per hoſtium. vide ibi Bal poſt Guil. ❧ Et aduerte quod ſi carceratus aufugit preſumitur carceris cuſtos in culpa niſi probet contrarium l.fina.ff.de cuſto.reo cum ibi not ff.de eden.l.ſi quis ex argentariis.§.fina.de quo per paridem de pu.in ſuo trac.ſind in verbo an ſi plures. *Carcerize fractor habetur pro confeſſo.*

❧ Inſuper nota, quod ſi carceratus reperitur mortuus.tunc præſumitur contra ipſum commentarienſem,qui eum retinebat in carceri qui niſi probet,quod non dolo vel eius culpa ſit mortuus tenetur.de quo eſt glo.ſingu.in.l.cum reus.§.ſpecies.ff. de leg ii.& eſt caſus ibi.dicit tamen in.l.ſi quis ex argentariis. *Carceratus repertus mortuus.*

illius debiti tanquam ſi fideiuſſiſet ſed etiam ille qui notificauit debitori alicuius, quod aufugeret, quia creditor ſuus deſtinauerat facere eũ capi, & detineri tenetur creditori ad ſoluendum illud debitũ ſi talis debitor fugam arripuit, ita notabiliter dicit Pe. de ancha. in cõſi. ſuo cccxli. incipiente viſo themate in fine. & Bald. in c. dilectus in iiii. col. de appel. notat hyppo. ſing. 137. Aduertendũ tamen eſt, quod ſiue malefactor ſit in carcere dãnatus, ſiue ducatur ad ſuppliciũ & cõiũcti ſui iuſtè appellent pro eo iuxta. l. non tantũ. ff. de appella. & iudex non obſtante appellatione iuridica, vult vlterius proſequi in appellãdo quód iſto caſu poteſt iudici de facto reſiſti, & talem executionem impedire impune: quia per appellationem ablata eſt iudici iuriſditio à quo ſecundum Inno. in. c. ſi quã do extra de offic. delega. quod eſt notatu dignum: & hoc tamen non eſt mirũ, quando executio nõ eſt reitetabilis tũc ſciliter poteſt impediri facit. l. ſi quis prouocatione. & ꝙ ibi nota. C. de appella. hinc eſt quod licet cõtra tres cõformes ſententias de nullitate opponi non poſſit, vt in clementina prima de re iudicata. iſtud verũ eſt, niſi executio eſſet irreiterabilis, vel perſonalis. ita ibi dicit Paul⁹ de Elyaza. & Petrus de Ancha. & Inno. in. c. poſtoralis de offi. deleg. nunquam executor pœnæ corporalis debet illã exequi, quando eam videt iniuſtam: ſed referre ſuperiori pro quo eſt caſus in. l i. ff. de quæſtio. Et vera eſt iſta cõcluſio: quando executio eſt irreiterabilis, poteſt de facto reſiſti ipſis officialibus & iudicibus Ita dicit Cy. in. l. i. in vltima quæſtione. C. vnde vi. vbi multum magiſtraliter diſtinguit. & Bald. in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. vide Abbatem in dic. c. ſi quando. & Ange. in dic. l. i. ne quis eũ qui in ius voca. vi eximat. Ange. etiam in ſuo tracta maleſi in verbo. quod fama publica. ibi ſecũdo quæro, & Addi. hic. Adde quòd ſi iudex non habeat executorem pœne corporalis, & ſunt plures capti pro criminibus, qui ſunt rei pœna corporalis, poteſt facere iudex, quod vnus illorum alios exequatur, & ipſe ſit liber. argu l. aut damnum. §. in calcariam cum ſequenti, & . l. capitaliũ. ff. de pœ. per quas leges Bar. in. l. ii. de pub. iudi. & poſt eum Ang. dixerunt quod

Iudici quãdoque licet de facto reſiſtere.

Iudex ſi nõ habeat executorẽ pœne corporalis.

Carnifex quiscogitur eſſe ſi aliàs meruit pœnam corporalem.

quod iudex poteſt condemnare aliquem, quod ſit carnifex ciuitatis. vel deputetur ad pœnas exequendas imperpetuum, vel ad tempus, quo caſu quando imperpetuum ad hoc deputaretur propter delictum, eſſet ſeruus pœne ſecundum eos ibi, & dicit Paris de pu. in ſuo tracta. ſindi. in verbo manuuoltus, ꝙ quãdo iudex nõ habet carnificẽ, & capit aliquem ſeruum vel mendicantem pro exequenda iuſtitia debet ſibi ſoluere aureos quinque pro mercede, quia eſt magna angaria, & ſi inter curiæ ſeruientes eſſet aliquis valde vilis, compelleretur, argu. §. ſi ſquis memoratarum in auten. de ſanctiſsimis epiſc col. ix. ſecũdum eum Aduerte etiam quod carcer regulariter ad cuſtodiam, non ad pœnam eſt inuentus l. aut damnum. §. ſolent ff. de pœ. ſed ſi punitio delicti non expectat aliam pœnã à lege, vel ab homine imponendam tunc carceratio à lege ordinata datur ad pœnam vt. l i. in fine. ff. de alea. & in caſu ſpeciali in l. nemo, & ibi Ange. C. de exac. tribu. & ita dicit Sali in. l. i. C. de cuſto. car. & intellige hoc etiam verum quando carcer non habet in ſe aliquod aliud accidens, vt eſt in caſu declarato pulchrè per Bar. in. l. i. §. diuus ſeuerus. ff. de quæſtio. & vide Bald. in auten. ſi captiui C. de epiſc. & cle. Si carceratus ſe interimit, vel ſuſpendit, an iudex teneatur? dic quod non, vt eſt textus, & ibi Flo. in. l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. a d. l. aquil. niſi ſit carceris cuſtos contra quem præſumitur, vt ſupra dixi. Sed an iudex ſecularis poſſit damnare aliquem ad perpetuum carcerem? dic quòd non. vt notat Bar. in. l. ii. ff. de publi. iudi. & eſt textus in dic. l. aut damnum. §. ſolent ff. de pœ. & l. ſeruus cum ſimili. eo. titu quod intellige de iure, quia per ſtatutum bene poteſt, vt dicit Bal in. l. reos in ii. col. C. de accuſa. & ibi ponit quomodo de iure canonico, intellige etiam prædicta quod de iure ciuili quis nõ poteſt damnari ad perpetuum carcerem in homine libero ſecus in ſeruo, vt pulchrè declarat Bal. omnia iſta in l. i. qui ad liber. porcla. nõ poſſunt. per tex. illius. l. i. & l. capitalium. §. ſolent. ff de pœ. de quo vide ſupra articu. iii. Quid autem ſi aliquis retineat aliquam perſonam non vt captam teneat, ſed aliqua de cauſa: quia retinet aliquã

Carcer ad cuſtodiã nõ ad penã eſt inuentus.

Iudex ſecularis nõ poteſt condemnare ad perpetuos carceres.

pulchram

pulchram mulieré recluſam cauſa libidinis, an dicatur in priuato carcere C. de priua. carce. l. i. Bar. videtur tenere, quòd non in. l. verum ff. de fur vbi multum eleganter di ſtinguit dic vt ibi: ſed contra ſuam deciſionem multum facit lege quoniam multa facinora C. ad l. iul. de vi. pub. ſed vera deciſio iſtius quæſtiõis poteſt colligi ex his quæ dicta ſunt per Bar. & Ange. in lege diuus cum materia ff. ad lege corneliá. de ſica. Præterea nota quòd captus & carceratus pro cauſa ciuili, vel criminali omni die etiam poſt latam ſententiam ſtando in carcere poteſt appellare: quia omni die grauatur, & ſic propter nouum grauamen poteſt appellare. Ita dicit Specu. in titu. de appel. §. reſtat verſi. & nota ſecundum & verſi. quid dices in fine facit quod notant glo. & docto. in lege ſecunda C. de ſerui. & aqua. verſi. alii dicunt quòd non. hoc vult Bal. in lege ſecunda C. de epiſco. audien. & illam doctrinam Spe. approbat Anto de But. & eam allegat, & ſequitur, licet ad aliud propoſitum in c. ex parte. extra de appella. & in c. dilectus filius extra de reſcrip. de iſta materia carceris vide quid dixi vltra hæc arti. cl.

Mulieré detinens recluſam cauſa libidinis: an dicatur in priuato carcere detinere.

Forme de recoler, & confronter teſmoings.

QVand les teſmoings compareſtront pour eſtre confrontez ilz ſeront incontinent recollez par les iuges, & par ſerment en abſence de l'accuſé, & ſur ce qu'ilz perſiſteront, & qui fera à la deſcharge de l'accuſé, luy ſeront incõtinent confrontez ſeparéemet à part l'vn apres l'autre. *Arti. cliii.*

FAcit ad hãc practicam quod notat Bar. in. l. inter ſtipulanté. §. i. ff. de verb. oblig. vbi dicit quod ſi iudex non poteſt extorquere à reo, quod illud maleficiũ commiſerit, habeat probationes quod iſte eſt ille homo qui

de hoc maleficio inculpatur, vel qui illud fecerit, & vide per Bar. in. l. demóſtratio ff. de códi. & demóſtra. Bart. in l. diuus ff. de cuſto. reo. Bal. & Imo. in. l. ſi quis ſeruú. §. ſi inter duos ff de leg ii. Ange. & Imo. in. l. ii. ff. de liber. & poſthu. & Imo. in dic. l. demonſtratio. de qua practica ali quid dixi ſupra ar. cxlvi. vbi dixi quod informatio, quam faciunt iudices contra malefactorem ipſo non citato non ſibi præiudicat de iure, vt notat Bar. in l. de crimine adul terij C. ad l. iul. de adul & in l. fina. ff. de quæſtio. & in. l. ad cuſtodias ff. de publi. iudi. per textum in l. ſi quádo C. de teſti. contrarium tamen ſeruat communis ſtilus, quòd in informatione facienda non citatur reus: poteſt enim con ſuetudo derogare ſolennitati citationis, vt voluit Bal. in auten. ſi quis in aliquo C. de eden. & iuxta hác practicam dicit Ang. in ſuo tracta. maleficio. in verbo quod fama pu plica ibi quero qualiter, quòd cauti iudices poſtea faciũt reum reſpondere inquiſitioni, & ſi negat iterato exami nant teſtes reo non citato, & in iudicium veniente, vt vi deat iurare teſtes, & iſtæ ſecundæ atteſtationes non primæ præiudicant, & in totum ſi plenè probant, vel quoad torturam ſi faciunt ſufficientia indicia. allegat Salice. ita dicere in l. fina. C de quæſtio. & Bal. in l. ſi tibi ff. de condi. ob tur. cauſ. alia eſt forma quæ traditur hic: hoc tamẽ nota, quòd ſi teſtes fuerunt examinati per iudicem, non debent amplius recoli & examinari, ſecus ſi per alium: licet examinatio teſtium, aliis non debeat committi maximè in criminibus, vt dixi ſupra arti. cxliiii.

Forme de confrontation.

Arti. cliiij. ET pour faire ladicte cõfrontation cõ pareſtront, tant l'accuſe que le teſmoing par deuant le iuge, lequel en la preſence l'vn de l'autre leur fera faire ſermẽt de dire verite, & apres iceluy faict, & au parauant que lire la depoſition du teſmoing

teſmoing, en preſence de l'accuſe, luy ſera demande s'il à aucunes reproches contre le teſmoing illec preſent, & enioinct de les dire promptement que voulons qu'il ſoit tenu de faire, autrement n'y ſera iamais receu, dont il ſera bien expreſſement aduerty par le iuge.

NVnc tempeſtiuum eſſe arbitror videre quę ſunt partes iudicis inquirentis: & dico, ꝙ debet iudex ſubtiliter inueſtigare per teſtes de maleficio, & etiam teſtes quos primo examinauerat pro indiciis habẽdis, & ad hoc vt poſsit formari inquiſitio per c. qualiter & quando. de accuſ. & malefactore tunc non citato, ſed nunc citato ꝙ veniat ad videndum iurare teſtes ſecundum Salic. in l. fi. in fine C. de quæſtio. tunc repetat eos, & iterũ examinet cum iuramento, & eorũ dicta poni faciat in proceſſu dictæ inquiſitionis. facit quod notat glo. & Bar. in l. repeti. ff. de quæſtio. Caueat tamen iudex, vt Deum ante oculos habeat, ne ꝑ tormẽta, vel alio modo cogat teſtes aliquid dicere contra veritatem: quoniam ipſe in ſindicatu cõueniri poterit ob hoc l. corne. de ſica. vt elegãter notat Bar. in l. i. in prin. ff. ad l. corne. de ſica. quod ſemper Deũ ante oculos habeat. Vtile eſt inſuper, vt inquirens deducat qualitatem offenſi, videlicet quia erat homo debilis infirmus delicatus & paruæ vitæ: tunc ex quolibet vulnere, etiam leui præſumitur ex dictis vulneribus mortuus. Iſte eſt textus notabilis in l. qua ratione. § ſi quis ſeruũ egrotum ff. ad l. aquil. & vide Bal. & Flo in l. ita vulneratus. in prin. & Plenius per Flo. in l. item mela §. ſi plures ff. ad l. aquil. quod ſingulariter dicit eſſe notandum Ang. in ſuo tract. malefi. in verbo. qui iudex ad probationẽ: quia vidit multos aduocatos volẽtes defendere ĩquiſitos, qui articulant, ꝙ vulneratus aliàs erat infirmus, vel debilis, &c. quia contra ſe articulant & probant: nam quælibet per-

cuſsio quæ in homine ſano non eſſet mortalis, in homine delicato, & infirmo probat cauſam mortis, vt dic. iuri. vnde inquit tu aduocate, quādo ponis te ad defenſam, caueas ne tali errore cadas: quia periclitari facere tuū amicū, & eſſes cauſa ſuæ mortis propter ignorantiam tuā. & ita dicit Ang. cōtigiſſe Miſſiæ in quibuſdā aduocatis duorum inquiſitorum. Aduerte ꝙ hæc ordinatio eſt contra ius cōmune in hoc ꝙ vult & ſtatuit quod nō audiatur, volens ſe defendere & obiectus proponere poſt publicata teſtimonia maximè cū de vita hominis tractatur quæ cunctis rebus eſt præferēda, vt. l. ſancimus C. de ſacro ſanc. eccle. & ſic de magno præiudicio ideo cautius eſt agēdū. l. ſciant cūcti C. de proba. & l. i. §. ſi quis ff. de carbo edic. Ange. tamen in dic. ſuo tractatu dicit tale ſtatutū valere in verbo cōparuerūt dicti inquiſiti, ibi quæro an poſt publicatiōem proceſſus, & in verbo. qui iudex ſtatuit, ibi, & eſt notādum. pro quo facit quod notat Bal. in ſua practica titu. de cita. & dila. verſi. & quia citationes. vbi dicit, ꝙ in criminali non dantur deliberatoriæ. quia in facto ſuo interrogandus non debet habere dilationem cum poſsit ſcire ſi eſt noxius, vel innocens, vide quæ dixi ſupra articli. Aduerte inſuper ad id quod dicit ordinatio noſtra in fine, ꝙ iudex debet admonere reum, vt obiectus ſuos proponat in teſtes, ſi quos habet: quia nunquam amplius audietur. Ita notat Gandi. in ſuo trac. maleficio. tit. quid ſit agendum reo præſente vbi dicit, ꝙ reus etiam confeſſus debet admoneri ꝙ ſuam defenſionem faciat ſi quam habet, vt C. de iur. fiſci. l. defenſionis, & C. de bonis vacantibus, ibi data copia reclamādi. & facit ff. de quæſtio. l. i. §. ſi quis vltro. vbi ſponte confeſſo danda eſt dilatio ad probandā ſuā defenſionē. Aduerte tamē ad vnū bn̄ notandū ꝙ iudex debet inquirere conditionem teſtis licet pars hoc non dicat vt eſt glo. in l. i. §. ſi curatores de magiſtra. cōue & ibi Bal. tenet Inno in ca per tuas extra de teſti. refert & ſequitur paris de pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo & aduerte. Præterea notet iudex quando ſuper accuſatione, vel inquiſitione teſtes examinat ſuper aliquo delicto, quando deponunt ſuper loco & tempore

Mortis cauſa facilius probatur in homine infirmo quam ſano.

Interrogandus de facto ſuo dilationem non habet.

interrogati

interrogati de loco reſponderent de loco, & tempore, in inquiſitione, ſeu accuſatione contentis. hoc intellige verum, ſi de loco & tempore deponerent: aliàs auté ſi ſcribi faceres tempus & locum, & te non referres ad accuſationem, vel inquiſitionem non eſſet probata intentio iudicis, vel accuſatoris argu. l. i. in fine ff. de incé. rui. & nau fra. & ita dicit Bar. eleganter in lege. i. in prin. per illum textum ff. de alea. Vnum tamen non tradas obliuioni, ꝙ non debet credi vulnerato, quòd Caius eum percuſſerit: quia talis confeſsio, & aſſeueratio nihil facit, imo alio modo delictum debet probari, vt eſt textus, & ibi Bar. in. l. ſi quis in graui. §. i. ff. ad ſille. & Alex. de Imo. in cõſi. xxiiii. in ii. volu. quod nota cõtra aliquos iudices impitos, qui ex tali ſola cõfeſsione volunt punire inquiſitum. Ita dicit Ange. in dic. ſuo trac. in verb. qui iudex ad probationem verſi. quìto bene notet, & verſi. ſequẽti, & ibi addi. & iſtá quæſtioné ponit Gandi. in ſuo tractatu maleſi. ti. de pac. & tranſac vbi dicit pone, ꝙ quidam mortiferè vulneratus iacens in lecto dicit Titius, qui de iſto maleficio inculpatur. non fuit ille qui me vulnerauit: ſed fuit alius, quæritur, nunquid iſte Titius ſit ex hoc liberatus? videtur quòd non: quia non eſt pactum, quia pactum eſt duorum pluriumve, &c. vt ff. de pac. l. i. §. pactum. licet dicat lex non refert cum quibus quis de ſupremis loquatur, vt ff de leg. ii l. cum pater. §. donationis: ſed dic ſecundum do. Guido. de Suza, quòd iſte Titius per hæredes mortui accuſari non poſsit, vt. ff. ad ſille. l. i. §. fina. cum l ſequenti. Item ſi dicat alius me vulnerauit, nunquid præiudicat ipſi Titio? dic quòd non, vt ff ad ſille. lege ſi quis in graui. §. i. & no. glo. & ibi Ange. in. l. ii. C. de calum.

Delictum probari per dictum vulnerati non ſufficit.

De propoſer reproches en cõfrontant.

ET s'il n'allegue aucũs reproches, & declaire ne le vouloir faire, ſe voulãt arreſter à la propoſitiõ des teſmoigs *Arti. clvi.*

ou demandant delay pour dire, ou bailler par eſcript ſeſdictes reproches, ou apres auoir mis par eſcript ceulx qu'il auroit promptement alleguèes, ſera procede à la lecture de la depoſition dudict teſmoing pour confrontation, apres laquelle ne ſera plus receu l'accuſe à dire ne alleguer aucunes reproches, contre leſdictz teſmoings.

Teſtes qui repellūtur.

DE veritate huius articuli dic vt ſupra articulo præcedenti, & vt in articulo ibi citato. nunc videndū eſt, qui teſtes repellantur à teſtimonio, & in quos poſsit opponere reus, & dic. ꝙ quilibet admittitur, niſi prohibeatur, vt. l. i. ff. de teſti. Et quidem infames ff de teſti. l. iii. §. lege iulia. Intellige de infame infamia iuris quæ irrogatur ipſo iure vel per ſententiā quia infamis infamia facti non in totū repellitur licet nō plene probet vt habetur per doctores in l. i. C. de ſumma trin. & fide catho & in c. teſtimoniū ex. de teſti. per Bar. in l. caſsius ff. de ſena. & per Spe. titu. de teſte. §. i. ver. item excipitur ꝙ eſt infamis. & ſerui accuſatoris, vel inducentis, vt. l. eos C. de teſti. cum ibi nota. monachi, vel canonici regulares, vel alio modo ſubiecti regulæ, vel religioſi ſine conſenſu ſui ſupioris, niſi aliter ſine iſtis veritas haberi nō poſsit, vt c. etſi chriſtus in fine. extra de iureiur. cū ibi nota. aliàs aūt ſi per alios, vel aliomodo nō poſsit haberi veritas q̃ per iſtos nō repelluntur, vt in auten. de ſanctiſsi epiſ. § ſi quando, vel quòd ſunt minores viginti annis, vt in. l. teſtimoniū cū ibi not. ff. de teſti. ſed quod dixi de minore viginti annis intelligiẽ, quādo petitur examinari ad petitionem partis, ſed ſi ex officio fuerit examinatus facit indidicium cum aliis adminiculis, vt puta cū fama. Ita dicunt Iaco. But. & Guido. de ſuza, vt refert Flo. in dic. l. teſtimonium, & hoc voluit Barto. quòd examinatus cum aliis faciat indicium, vt. l. iii. §. impuberes ff. ad ſille. & no. glo. in

l.

l.ſi.fina.C.ad ſille.Bar.in.l.maritus.ff.de quæſtio.Bal. in.l. ſeruos.C.de teſt.facit quod not Bar.in.l.fina.C.de cura ſu rioſi vel mente capti,vt.iij.quæſt.vii.c tua vel ꝙ ſunt pau peres,quibus minus creditur quàm diuitibus,vt.l.teſtium. ff.de teſti & in auten.eo.titu.§.ſancimus.domeſtici vel familiares,vt ſunt commenſales mercenarij famuli liberri de quibus in lege præſenti.§.ſane.C. de his qui ad eccleſiam confug.& propriè dicũtur domeſtici,quibus imperari po teſt ratione patriæ,vel dominicæ poteſtatis,familiares generaliter appellantur omnes habitantes in domo, de quo late per modernos doct.in.c.in literis extra de teſti ſi tamen teſtis familiaris vel domeſticus eſſet perſona valde honeſta,vt ſunt domeſtici vel familiares Regum Principum vel Epicoporum tunc tales admittuntur.Ita intelligitur. l.etiam.C.de teſti.hæc eſt ſententia Inno. & do.Anto.de Butri.in dic c.in literis Bal & Salice in dicta.l.etiam,vide Lanfran de oria in repet.c.quoniam contra.in verbo teſtium depoſitiones.Ibi quæro primo vbi per ordinem ponit,qui teſtes admittuntur,& qui non,& in toto illo verbo.Adde ꝙ iſta non militant in his quæ veriſimiliter melius habentur per domeſticos vel familiares, quàm per alios,quia tunc domeſticus & familiaris admitteretur ſecũdum Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de teſte.§.j.verſiculo quid ſi olim fuit.Adde etiã ꝙ mutus non poteſt eſſe teſtis, vt dicit idem Specu.dicto titulo §.nunc tractandum,verſi.quid de muto refert & ſequitur Lud.Rom. ſingu.745. itẽ nec alij qui faciũt ludos periculoſos pplateas,quia ſunt infames,vt dicit Bar.in.l.j.§.beſtias.ff.de poſtu ex quo infertur ꝙ ſunt à teſtimonio repellẽdi.Aduerte præterea ꝙ ſi volo probare quem vſurariũ, & produco multos teſtes, qui dicũt,ſcio ipſum vſurariũ,quia mihi mutuauit ad vſuras,an probent?Fe.de Se. dicit ꝙ non duabus rationibus, prima,quia iſti teſtes ſentiunt commodum ex hac depoſitione, quia ſimiliter vſuras repetere poſſunt,quæ commoditas facit eos ſuſpectos.Secunda quia illle qui habet ſimilem cauſam,quam habet ille,contra quem producitur,eſt ſuſpectus,vt in.c.perſonas de teſti.& in cap.cauſamque de judi.ſed hi veriſimiliter cauſam habituri ſunt cũ illo vſurario,

Domeſtici vel familiares qui dicũtur.

Teſtis familiaris aut domeſtic⁹ quãdoq; admittitur.

Mutus non poteſt eſſe teſtis.

Teſtes eſſe non poſſunt qui faciunt ludos periculoſos

Teſtis eſſe non poteſt, qui habiturus eſt commodum ſuæ depoſitionis vel ſimilem cauſam.

rario, ergo &c. ſequitur Bald. in. l. dictantibus. C. de teſta. licet eum non alleget, & Ludo. Rom. ſing. ccclvj. ¶ Periuri enim teſtes eſſe non poſſunt, nec in ſua cauſa nec in alia, vt notat Ioan. And. in addi. ad Specu. titu. de teſte. §. i. verſi. ferre teſtimonium temerarium, tamen iuramentum non repellit à teſtimonio, vt ex. de teſti. c. intimauit ſecundum Specu. ibi. ¶ Quæro nunc, vtrum ciuis ſit idoneus teſtis pro ſua ciuitate, vel aliquis de vniuerſitate pro ſua vniuerſitate, ex dictis ſcribentium elicio tres cõcluſiones, prima concluſio ſit iſta, illi de vniuerſitate, vel ciues pro ſua ciuitate ſunt idonei teſtes, quando aliàs factum probari non poteſt per alios, quàm per ipſos, textus eſt in. l. conſenſu circa medium. C. de repu. & bonus textus in cap. etſi Chriſtus ex. de iureiur. Ita dicunt Bar. & docto. in. l. intantum. ff. de rerum diuiſione. Secunda concluſio ſit iſta quando illi de vniuerſitate non ſentiunt commodum in particulari, ſed in publico, & vtilitas principaliter ſpectat ad ciuitatem, tunc ipſi ſunt idonei teſtes, etiam ſi factum poſsit per alios probari. Ita tenent Bar. & docto. in dicta. l. intantum. ſed Ang. Are. inſti. de rerum diuiſione, in prin. in fine ſecundæ columnæ videtur ſentire contrarium. & videtur mihi verior opinio per textum in dic. l. conſenſu à contrario ſenſu, ex quo alij teſtes idonei haberi poſſunt, ideo iſtis non eſt credendum, quia negari non poteſt, quòd non habeant affectionem ad ciuitatem vel vniuerſitatem ſuam, ergo non admitti debent. Tertia concluſio ſit iſta, ciues nõ ſunt idonei teſtes, qui ſentiunt commodum particulare, arg. l. omnibus. C. de deſti. ſed iſta ratio non obſtat iudicio meo, quia nõ ſequitur, ſentiunt commodum particulare, ergo non poſſunt eſſe teſtes, nam eſt contra textum expreſſum inſti. de leg. §. legatarius, & illud eſt, quia principaliter non agitur de legati validitate, & ideo putarem ſic diſtinguendum, aut non litigatur principaliter de vtilitate ad ciues pertinente, & tunc ſunt idonei teſtes dic. §. legatarius, aut quæſtio principalis principaliter ſpectat ad ciuium commodum vel incommodum, & tunc non ſunt idonei, vt dic. l. omnibus, quæ nota, quia facient tibi honorem. ¶ Tu tamen vide Specul. in titulo de teſte. §.

Ciuis an ſit idoneus teſtis pro ſua ciuitate vel aliquis de vniuerſitate.

primo

primo verſicu. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis vbi tenet quòd quilibet de collegio teſtificari poteſt in cauſa vniuerſitatis in defectum aliorum, & non aliter, vt dicto capite, & ſi Chriſtus, & ibi Ioannes Andr. in additio. hoc intelligit ſi ſinguli de vniuerſitate non participent commodum alias minor fides ei adhibetur, vt ipſe ſcribit in capite nuncius, de teſti. ☞ Adde etiam quòd redemptor litium & continuus litigator nõ poteſt eſſe teſtis, caſum habes vnicum ſecundum Ludo. Roma. ſingu. cccxiiij. in cap. ſuſpectos. iii quæſtio. v. ſimilem textum habes in cap. nullus ea cauſa & quæſtione. Item inimicitia nouiter ſublata & facta amicitia repellit, quem à teſtimonio, Bald. in. l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. pub. ſed tu habes caſum vnicum in cap. accuſatores. iii. quæſtio. quinta. Et Bartolus in lege quando. C. vnde vi in vltima columna per textum & Barto. in lege quoties. C. de naufragiis, lib. x. & latè per modernos, in cap. in literis, & vide Flo. in lege teſtis idoneus. ff. de teſti. qui multum exclamat de doctrina Specu. in titu. de inquiſi §. i verſi. ſed nunquid qui dicit quòd innocentia accuſati poteſt excuſari per teſtes cubicularios: quia extraneis non ſunt noti ſecreti mores, & Angel. in lege quarta. ff. de confeſ. qui dicit ꝙ ad excuſandum quem quòd non commiſerit homicidium, admittuntur parentes & conſanguinei forte probantes illum viuum, ☞ de quo dixi ſupra art. cxlviii. & vltra ea vide Bald. in. l. parentes. C. de teſti. qui allegando. c literas de præſump. dicit ꝙ frater admittitur pro fratre ad ipſum purgandum de hæreſi: & valet eius dictum. Et quòd frater poteſt inducere fratrem contra fiſcum, ꝙ fecit ad ſuam defenſionem, quia nec propter hoc dicitur fiſco nocere, qui tractat de lucro odioſo, quod dictum dicit allegaſſe Paris de Pu. in ſuo tractatu ſindi. in verbo. Et aduerte quòd in delictis frater admittitur ad purgandam fratris innocentiam ☞ poteſt etiam dominus teſtificari pro ſubdito, vel familiari ſecundum Sali in dic. l. etiam. . de teſti. & videtur bona glo. in cap inſinuante. extra de offi. deleg. intellige, vt ibi habetur niſi eſſet perſona vilis vel abiecta non tamen ſunt omni exceptione maiores ſecundum Bartolum in lege idonei.

Redẽptor litiũ & cõtinuus litigator non poteſt eſſe teſtis.

Inimicitia nouiter ſublata & facta amicitia repellit à teſtimonio.

ff. de teſti. & vide omnino Alber. de roſa in ſecunda par. ſtatu. quæſtio lxiiii. qui ponit quòd in criminalibus familiaris admittitur ad teſtificandum pro domino, ſi dominus in loco ſiluestri fuit latrocinatus ſiue derobatus, vt ipſe dicit, & in ſubſidium alij teſtes non poterant haberi, & nota per modernos doctores in lege non ſolum. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. oper. nunci. vbi dictum eſt, quòd vbi aliter veritas haberi non poteſt: tunc admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur: dicit tamen Cardinalis in dicto capite inſinuante: quòd ſi eſſet aliquis famulus qui ſtaret cum aliquo magnate pro ſolis expenſis ſine ſalario talis indiſtinctè repellitur, & ſic famuli iſtorum armigerorum veniunt repellendi, & eſt veritas quæ eſt tenenda. Speculator in §. primo, verſiculo ſed de quo mercennario aliter ſentit & dicit quòd quando loquimur de mercenario, quod repellitur à teſtimonio eſt intelligendum de eo qui recipit mercedem non de eo qui gratis ſeruit. Et Hyppolitus ponit ſingu. v. & intellige modo prædicto, & quando tempore reddendi teſtimoniú eſt famulus: ſecus ſi tempore celebrati contractus quis fuiſſet famulus alicuius & poſtmodum tempore reddendi teſtimonium non eſſet famulus: quia talis bene poteſt eſſe teſtis quondam domino ſuo, ſecundú Bar. in l. i. ff. de quęſtio. in §. Item Cornelio. Ange. in l. ſeruos. C. de teſti. Spe. in dic. §. i. ver. quid ſi olim fuit in titu. de teſte. & nimirum quia conditio teſtis inſpicitur tempore reddendi teſtimonium. Et cautela eſt quòd ſi quis non habeat teſtes, niſi famulos, quòd ipſe repellat à ſe, & poſtmodum producat in teſtes, tamen ſi conſtaret hanc repulſioné in fraudem, non admitteretur quod præſumitur, ſi poſt expulſionem in continenti produceretur in teſtem, vt l. ſi ventri. ff. de priui. credi. & iuxta not. per Bar. in l. poſt contractú. ff. de dona. Et per Spe. & Io. And. in addi. in ti. de teſte. §. i. ver. quid ſi olim fuit, vbi dicit Io And. ꝙ ſi poſt teſtimoniú latum ſtatim reuertitur: tunc præſumitur familiaris manſiſſe. Et ſic inter eos actú fuiſſe ſecus ſi per interuallú dic. l. ſi vétri. Aduerte tamen ſecundú eundem Io. And in dic §. i. ver. Ité ꝙ eſt ſeruus ꝙ deficientibus probationibus recipitur ſeruus in teſtem etiam in alieno facto per. l ſerui reſpon.

Teſtes qui fuerunt famuli nō repellantur.

ſponſo.ff.de teſti.&.l.quęro.§.fina.de edi.edic.&.l. diuus ff.de quæſtio. vel quòd vxor deponit pro viro,& ecõ tra,vel frater pro fratre,vel alius coniunctus, vt.l.ii. & ibi nota.ff.de teſti.quod an ſit verum, vide per Lanfran. vbi ſupra,vel quòd ſunt aduocati,procuratores, ſollicitatores in cauſa,tutor,vel curator,vel adminiſtrator offenſi, vt.l. mandator,& quod ibi nota.ff.de teſti.vel ſunt ſocij crimi nis.extra de ſenten.excom.cap.de quibus per gloſ.& doc. in.l.fina.ff.de accuſa.quia tunc nõ creditur tali teſti,vt ibi & in.l.qui filium,& ibi nota C.de libe.cauſ.vel quòd ſunt ſingulares,& quod non faciunt indiciũ,vt.l. iuriſiurandi. C.de teſti.& nota in.l.fina C.fami. hercif. vel quòd ſunt excommunicati hæretici vel infideles,vt.ij.quæſtio.vij.ca. ſi hæreticus:vel quòd ſunt obſcuri & ignoti, vt in auten. de teſti §.ſancimus,vel ꝙ ſunt inimici illius, contra quem producuntur,& econtra de teſti.c.fina & in auten.ſi quis. C.eo.titu.intellige tamen de tali inimicitia, de qua habetur in dic auten.& in lege prima.§.penul.ff.de quæſtio.& ibi Bar.& Bal.in.l.maritus,eo.titu. quæ inimicitia capitalis dicitur,& eſt cum quis mouit cauſam criminis, vel cui mota eſt. Item cum quis minatus eſt mortem, vt eſt textus ſingularis in.l.licet.ff.de arbi.Lanfran. vbi ſupra numero octuageſimo primo,Nota tamen quòd propter cauſam ciuilem motam nõ cenſetur inimicitia,vt dic.auten. ſi teſtis §.ſi vero licet contrarium videatur de iure canonico in ca. item cum quis.extra de reſtitu ſpo. vbi repellitur obiiciẽs crimen ei qui dicit ſe de poſſeſſione violenter eiectum, vel aduerſarium clam poſſeſionem intraſſe:quia eius præſumitur inimicus,vt dicit hic tex.Itẽ ſi ſunt odioſi inter ſe tũc enim iudex inſpecta qualitate perſonarũ poteſt admittere vel reiicere teſtimoniũ,vt dic.auten. ſi teſtis.§.fina. & extra de accuſationibus.c.cum oporteat vbi de hoc plenè notatur. Et licet teſtis dicat nõ habere inimicitiã vel odium aliquod cum illo contra quem teſtificatur,attamen repellitur & ei nõ creditẽ ſi ſubeſt cauſa inimicitiæ vt voluit Alex.in ſuo cõſi.9.in.ii.col. Itẽ varij q falſa dixerũt,vel varia,vt.l.falſa.ff.de teſt.& ibi Flo.do Ant.de but. & canoniſtæ in.c.cum tu,de teſti.& Bar. in.l.eos ff. de fal. Addequòd varij dicuntur cum nulla cauſa aſsignata

Teſtis qua inimicitia repellitur.

dicunt

animalia ad ferendum frumentum in exercitum, & idem dicit Salice. in dic. §. ſi conſtat, & in dic. l. ſi locus. §. fina. poteſt etiam officialis pro deferẽdis armis & pecuniis de loco ad locum animalia capere de publico l. pe. & fin. C. de curſu publico. li. xii. & l. pe. de iure fiſci, & l. ii. ne ruſtici ad vllum obſequium ibi videlicet bouem. lib. x. & in l. ii. de paſcuis pub. per quæ iura dicit Luc. de Pen. quòd poteſtas qui non reperit vtenſilia pro ſuo vſu poteſt ſubditos cogere ad vendendũ, & eis auferre ſoluto precio, notat Paris de Pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo an officialis. ¶ & In verbo poteſtas vbi etiã dicit ꝙ poterit iudex reparari facere palatiũ vel pretoriũ ex mulctis & pœnis illas etiam deputando ad fabricam vt notat Bar. per illum textũ in l. mulctarũ C. de modo mulctarũ & ſibi nõ imputabũtur in ratione reddenda de prouentibus quia prętoria ſunt pecunia publica reparanda .l. prætoria. C. de ope. pub. vbi glo. ſing. de cõmentariente qui expendit in aliqua carcerũ reparatione ꝙ repetit tempore reddendarũ rationũ per dictam l. mulctarum vbi textus cum gl. ꝙ mulctarum compendia ſunt operibus publicis deputanda curſui publico aducatoriũ ſalario vel aliis neceſſariis cauſis vt dicit not. Bar. in l. diuus ff. de bo. dãna. per illum textum ꝙ poteſtas poteſt cõuertere pecunias quæ proueniunt ex paruis mulctis pro maleficio inueſtigando & in vtilitatem officij, vbi etiam eſt textus & Bar. ꝙ veſtimenta dãnatorũ debent conuerti in officij neceſſaria puta cauſa malefactoré perſequẽdi, qui etiã poteſt modice donare de fiſcalibus ſecũdũ Bal. per illũ textum in l. i. C. cõmu. rerũ aliena & Bar. in l. illud C. de cano largi. ti. lib. xi. & in l. cũ ratio §. ſi plures de bo. dãna vbi dicit ꝙ rectores poſſunt expendere bona cõmunia in ampliãda ciuitate numero hominũ & dicit glo. in l. nulli ff. quod cuiuſque vniuer. quòd poteſtas intelligitur habere mãdatum ad expendendum ea, que verſantur in reipublice vtilitatem & ea poteſt in carceratorum alimonia conuertere lege. ii. C. de epiſco audien. Et propter paupertatem remittere l. fina. de modo mulctarum C. vt dixi ſupra articu. xii. & quod dictũ eſt ꝙ cõmẽtarienſis repetit quod expendit in carceribus reparatiõe tempore reddẽdarum rationũ,

rationũ, idem dic in inquilino qui tenetur aptare viã corã domo locata & totũ quod expendit imputabit dño domus in penſione ff. de via publ. l. iii. §. i. circa finem.

Ou ſe prendront les autres fraiz des proces criminelz.

Arti. clxi. LE ſurplus des fraiz des proces criminelz ſe fera aux deſpens des parties ciuilles s'aucunes y à, & ſauf à recouurer en fin de cauſe, & s'il n'y en à point, ou qu'elles ne le puiſſent notoirement porter, ſur les deniers de noz receptes ordinaires comme deſſus.

DIc vt ſupra.

Que les accuſez ſeront ſecretement interroguez, et reſpondront par leur bouche.

Arti. clxii. EN matieres criminelles, ne ſerõt les parties aucunement ouyes par conſeil ne myſtere d'aucune pſonne, mais reſpondront par leur bouche des cas, dont ilz ſont accuſez, & ſeront ouyz & interroguez comme deſſus, ſeparéement, ſecretement, & à part, oſtans, & abolliſſans tous ſtilles, vſances, ou couſtumes, par leſquelles les accuſez auoyent accouſtume d'eſtre ouyz

en

en iugement, pour ſcauoir s'ilz deuoyẽt eſtre accuſez, & à ceſte fin auoir commu nication des faictz & articles concer-nãs les crimes & delictz, dõt ilz eſtoient accuſez, & toutes autres choſes contrai-res à ce qu'eſt contenu cy deſſus.

PRacticam antiquam quę hic tollitur & abolerur meminit Ange. in ſuo tractatu malefi. in verbo. quod fama publica verſi. quæro qualiter in fin., vbi dicit quòd ipſe reus, vel eius aduocatus poteſt interrogatoria facere, allegat Salice. hoc notare in lege fina ff de quæſtio. per textum in lege ſi poſtulauerit. ff. de quæſtio. iuxta prædicta pro declaratione huius ordinationis quæro. an procurator in cauſa criminali admittatur? & diſtingue, aut eſt delictum ex quo venit imponenda pœna continens relegationem, & tunc non admittitur. aut eſt imponenda pœna minor relegatione: & tunc admittitur, vt lege penul. §. ad crimen ff. de publi. iudi. & lege ſeruũ quoque. §. publice ff de procu. & ibi glo. Barto. & docto. per Cy. Bal. & Salice. in lege reos C de accuſa. qui Salicetus aliter dicit. Sed aduerte bene, quòd non ſufficit iſto caſu, quòd procurator habeat generale mandatum: imo opus eſt, quòd ſit ſpeciale, & expreſſum ad cauſas criminales, & in ſpecie, vt ad tali inquiſitioni reſpondendum, vt notant Iac. Butri. Bar. Bal. & Ang. in l. fina. C. de procur. & notat Imo. in c. ſuper his. in vlti. col. de accu. & Io. And. in cle. ii. de procu. ex quo ſequitur, quòd in crimine ex quo eſſet pœna pecuniaria tãtũ imponẽda bene admittitur procurator, vt dic. §. publice. ſecus autẽ ſi eſſet imponenda pœna corporalis: & eſt ratio ſecundũ Gãdi. in ſuo tracta. malefi. in rubri. vtrum procurator in maleficiis interueniat, ibi, ſed ecõtra, quia ſententia quæ ferenda eſt, ſi ferretur in perſonã procuratoris, nulla eſſet p l. i C. de ſenté. & interlo. om. iudi. &, ff. de procur. l. licet. §. penul.

Procurator an admittatur in cauſa criminali.

& l.qui proprio.i reſpon.nam ſententia in prædictis grauioribus cauſis ferenda eſt in perſonã domini,& nõ procuratoris,vt dic.l.abſentem,ſed in aliis criminibus leuioribus ſententia poteſt ferri contra procuratorem.quia in eis pœna nõ imponitur corporalis,vt not.in dic.§. ad crimen.& per iac.de bel.viſu in ſua practica ti de fuga reo. ibi ſed quare ex prædictis enim conſtat,quòd ad crimen publici iudicii fruſtra procurator interuenit,ſiue ex parte accuſatoris,ſiue ex parte rei dic.§.ad crimen. extra de accuſa.c.veniẽs , ſed fallit in multis caſibus quos enumerat Gandi.vbi ſupra Quid ergo dicendũ eſt hodie ſecũdum ſtatuta & cõſuetudinem regni Franciæ,per quæ poteſt abſens in cauſa capitali & criminali damnari. an hoc caſu poterit admitti procurator , & ad plenã defenſionẽ comparere?Dy.vt refert Cy.in dic.l.reos C. de accuſa.determinat quòd ſic,quia hoc caſu ceſſat ratio legis cõmunis,& pro hoc videtur caſus in dic.§.publice.ſed Bar . in dic.§.ad crimen.& extrauaganti ad reprimendum dicit, quòd illud eſt verum ad allegandum cauſas abſentię. Et ita intelligitur dic.§.publicè . non autem ad allegandum cauſas cauſæ,hoc eſt ad plenã cauſæ defenſionem,vt dic. §.ad crimen & idem tenet Antonius de But.in c.veniens de accuſa.allegat.l.ii.C.de procur.iuncto eo. quod habetur in c.veritatis.de dolo,& contuma.& de hoc vide plenè per Imo.in dic.§.ad crimẽ.ſed Ange in ſuo trac. maleficio.in verbo qui dominus iudex verſi. quæro quid ſi citatus. dicit , ꝙ nũquã vidit aliquẽ admitti procuratorem,quando pœna eſt corporalis , ſiue corporis afflictiua:principaliter ſiue in conſequentiam,ſiue ſit publicum crimen,ſiue priuatum,vt.l.i . cõiuncto principio cũ fine. C.vt tam ciuiles quàm crimina.cauſę.& erat ſolit⁹vti vna cautela(vt ipſe refert)quòd quando dubium erat vtrum deberet admitti vel nõ . ꝓcurator dicebat quòd habebat indicia contra inquiſitum.& quòd principalis,vt melius informatus deberet per ſe non per procuratorẽ comparere vt aliquando cõtingit vt.l fi.cum ibi nota . per glo. & docto.C.de procur.& iſtã cautelam ponit Cy . in dic. l.reos & Bar.i.l.ii.§.defendi ff.ex quib.cauſis in poſſe ea.

&

& hoc vltimum ſeruatur hodie in omni cauſa criminali, vt hic vides. quod fundatur in dicta.l.fina.C. de procura. Ita nec integrũ reſtitutionem petendo aduerſus ſententiam in cauſa capitali latam poteſt interuenire procurator Ita not dicit Bal. in l.j §.pen. in fine.ff. de poſtu quod dictũ nota in practica, quando clientulus tuus minor vellet in integrum reſtitutionem petere aduerſus ſentẽtiam contra eum latam in cauſa capitali in caſu quo poſſet petere: vnum tamen nota quòd damnatus per iudicis ſententiam in opus metalli poteſt ab illo exercitio reuocari per ipſum iudicem poſt decem annos, ſi ſuperueniat infirmitas: dummodo vnus ex conſanguineis ſubrogetur qui deſeruiat pro ipſo.l.in metallũ.ff.de pœ. Quod facit vt damnati in galeis ſi efficiuntur infirmi vel debiles poſſunt dando vnum ſeruum liberari arg illius textus. Ita notat Paris de Pu in ſuo tractatu ſindi. in verbo iudex. Adde quod tenet Specu. in titu. de appel.§ i. verſic. in criminibus, quòd iura dicentia quòd in cauſa criminali non poſsit interuenire procurator, nõ habent locum in cauſa appellationis. Præterea quæro an in cauſa criminali ſit litis conteſtatio facienda? & dicit Gandi. quòd ſic. C. vt infra certum tempus quæſtio. crimina. termi.l.vna. C. de fal.l. vbi C. de iudi.l. properandum argumentando de ciuilibus ad crimina. vt.ff de pœ.l. abſentem ꝭ.reſpon. &.ff. de cuſto. reo.l.ii.§. vlt. Item in criminalibus diligẽtiſsimè cauſa eſt examinanda, vt dic.l. vbi &.C. de proba.l. vltima, &.ff. de appella.l. addictos. Ideo iudiciarius ordo noſcitur ſtatutus, ne innocentia aduerſantiũ pateret inſidiis, & ne culpa delinquentis ſententiam effugeret iuſti examinis, vt.ii. quæſtio j ca. de manifeſta. & de accuſa l. fin. ergo de ordine nihil eſt omittendum, ne alias lata ſententia contra ſolitum ordinem iuris nullius foret momenti, vt.l prolatam. C. de ſenten. & inter. om iudi. licet iſte ordo iuris nõ obſeruetur in curiis regni Franciæ in criminibus, vt patet in his ordina. per totum. Ita dicit Specu. in titu. de appella §. nunc breuiter Bal. in l.j.§ ii.ff de offi. præfec vigi. dicit ꝙ in inquiſitione non ſit litis conteſtatio, niſi ex vna parte ſcilicet rei: & idem voluit in.l. neganda. C. de accuſa quòd licet in in-

quiſitione lis nō conteſtetur : tamen quaſi conteſtatur per reſponſionem rei apud acta, dum reſpondet inquiſitioni. & de hac materia vide per Bal in.l.j.C.vbi de crimine agi oportet in fine ſed tene mente quæ dixerunt do. Anto.de But.& Abb in c.quoniam frequenter,in § ſunt & alij vt li te non conteſta. nam imo videtur quod in cauſa inquiſitionis non poſsit procedi, ſine litis conteſtatione : de hoc videtur textus in cap cum dilecti extra de purga.cano. Et ideo pro ſolutione referunt quod Hoſtien dicebat aut iu dex procedit ex mero officio:& tunc nulla requiritur litis conteſtatio,quia non eſt cum quo lis conteſtetur, aut ad quærelam alterius inquiritur:& tunc cum illo promouente quærelam,debet lis conteſtari.Idem ſecundum Imo. in ſpecialiter proſequente ipſam inquiſitiom.per no. in cap. cum olim.extra de teſti ad finē magnæ glo.& c.cum,I. & A.extra de re iudi.quando autem eſt ſpecialis proſecutor & reus eſt abſens per contumaciam,an tunc ſine litis conteſtatione poſsit procedi? vide Panor in dicto cap.quoniā frequenter..§.ſunt & alij decidentem ꝙ ſic eſt per glo.in dicto cap.cum I.&.A.firmat Oldra. conſil. ſuo.cclxxvi. & vide Bal.in.l.ſi pluribus.ff de leg.j. & vide pulchra verba Bal.in.l.cum mulier.ff.ſolu.matri vbi dicit ꝙ licet per talem reſponſionem factam per eum,inducatur quaſi litis conteſtatio:tamen illa reſponſio debet fieri iudice ſedente pro tribunali non in hortis aut in in domo,quod nota. per Ang.in ſuo tract.maleſi.in verbo hæc eſt quædam inquiſitio quarta quæſtione verſic.Item non eſt neceſſe. vbi dicit ꝙ non eſt neceſſe,quòd ſuper inquiſitione lis conteſtetur:quoniam hic non eſt actio,ergo non eſt dare conteſtationem:& licet non ſit litis conteſtatio,fieri tamen debet per iudicem interrogatio,& per eum reſponſio:& maxime hoc militat, vbi in aliquibus caſibus contra abſentem poteſt fieri condemnatio,vt in.l.iiii ff ad.l.Corne.de ſica.& ex forma ſtatutorum communiter per Italiam proceditur contra abſentem & de conſuetudine regni Franciæ,vt ſupra dictum eſt,ergo non requiritur litis conteſta tio:quia hoc impoſsibile eſt,ita dicit Ang.in.l.ſi vacantia in verſi.Item quæro an in cauſa inquiſitionis de bonis va

cam.& vide addi ad Ang. vbi ſupra. Adde tamē ad id quod ſupra dictum eſt, ꝙ procurator in cauſa criminali non poteſt interuenire, ꝙ reus præſens vel exiſtens in carceribus, quando non eſt fideiuſſoribus relaxandus, poteſt per ſe aut legitimum procuratorem cauſam ſuæ relaxationis, etiam criminalem agere. Ita dicit Bar. in l. pe §. ad crimen. verſi. item opponitur de. l Lucius. & c. ff. de publi. iudi. & ibi Io, de Imo. & alii doct. ſi vero non ſit detentus, & dicta pœna ſit corporis afflictiua non poteſt per procuratorem comparere vt notat Bar. in dic. §. ad crimen: ſi non eſt corporis afflictiua, tunc cautela eſt ꝙ ſemper per procuratorem cōpareat: quoniam ſi eſſet damnatus ex proprio nomine, etiā ex leui iniuria ſtatim efficeretur infamis, vt eſt caſus in c. cum te. de re. iudi. ſecus ſi per procuratorem litigauit vel cōparuit, quia alieno nomine damnatus nec ipſe nec principalis infamatur, vt. l. furii. §. qui alieno & ibi glo. & doct. ff. de his qui notan infa. quod nota. ſecundum Ang. in ſuo tracta. malefi. in verbo qui dominus iudex, verſic. & etiam nota, quia eſt vna cautela ad euitandam infamiam. Vnum non omitto ꝙ in criminalibus, in quibus poteſt procurator interuenire iuxta. l fina. C. de iniur. & regulam ſupra traditam non procurator: ſed dominus eſt damnandus, vt notat gloſa & doctores in lege nihil C de procur & Bar. in lege ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur. quem refert Paulus de caſtro, hic dicit ꝙ ſi reus eſſet in carceribus poſſet conſtituere procuratorem ad omnes actus, præterquam ad ſententiam: & ita dicit practicari quia ceſſant rationes prohibitiuæ Ang. autem dicit contrarium, videlicet ꝙ ad reſpondendum accuſationi vel inquiſitioni vel poſitionibus non poteſt conſtituere procuratorem: ſed debet perſonaliter duci ad banchum, & per ſeipſum reſpondere, & ita de facto, obſeruatur ne procurator cōfitendo, inferat grauiſsimum præiudicium ipſi carcerato, vel negando ingerat difficultultatem curiæ in probando. Iſta ſunt verba domini Pauli in dicto. §. publicè. Vbi plenè tractat iſtam materiam vtrum in criminalibus admittatur procurator ſeu defenſor, & quando & quibus caſibus. Et adde etiam quod dicit Angelus, in dic. § ad crimen: ad id quod

Litiscōteſtatio an fieri debeat in cauſa inquiſitionis.

Infamis efficitur damnatus ex leui iniuria.

Accuſatus in carceribus exiſtēs procuratorē conſtituere poteſt ad omnes actus præterquā ad ſentētiā.

ſupra

ſupra dictum eſt, quòd quando reus eſt in carceribus poteſt interuenire procurator, quando fideiuſſoribus nō eſt relaxandus ſeu in cauſa principali: vbi temperat hæc in ſeptima fallentia dicens, quòd ſi reus eſt carceratus & tunc interuenit procurator ad medietatem cauſæ non autem ad conteſtationem litis: imo reus cuſtoditus debet duci & præſentari. vt litem conteſtetur, vt. l ii. ff. de cuſto. reo. vbi eſt caſus, nec etiam interuenit ad ſententiam audiendam, cuius verba formanda ſunt in ipſum carceratum præſentem ad tribunal non autem exiſtentem in carcere, quia eſſet abſens: & ita obſeruat communis conſuetudo mundi, ſecundum Ang. in dic. §. ad crimen, & in. l. reos C. de accuſa. pro qua eſt caſus rectè intuenti in. l ſi cuiuſdam. C. de accuſa. & dicit ꝙ hoc tenet Ioan. And. in addi Spe. titu. de procu. §. i. verſi. ſed nunquid. & in hac materia adde Gandi. in titu. vtrū in male. procur. inter. verſi. item pone quęro quòd occaſione homicidij, vbi pro & contra arguendo multum eleganter loquitur referendo opinionem antiquorum docto. tandem videtur tenere id quod Ang. ſupra, vt præter litem conteſtandam, & ſententiā poſsit procurator in alijs interuenire vide docto. maxime Bal. in. dicta. l. reos. & in. l. ſeruum quoq;. §. publicè de procur. Sed pone ꝙ in cauſa criminali in qua non poteſt interuenire procurator iuxta dic. l. ſeruum quoque. §. publice & l. penul. § ad crimen. ff. de publi. iudi. ſi quis procuratorio nomine compareat, & fuerit admiſſus tacitè, hoc eſt non fuerit repulſus, an tamen valeat proceſſus, etiam in fauorem inquiſiti? dic ꝙ ſic, vt notat glo. in cap. j. de iudic lib. vj. in verbo criminalis, & in. l. quanuis. C. de adul. & Bart in terminis, format iſtam quæſtionem in dic §. ad crimen. in vltima quæſtione. Bald. tamen videtur tenere contra Bar. in dic. l. reos C. de accuſa. & docto. tangunt iſtam difficultatem in dic. l. ſeruum quoque §. publice, & in dic l. penult, §. ad crimen. & in dic. l. reos. dic vt ibi per eos. Adde quòd Bar opinio eſt verior ꝙ valet proceſſus in cauſa criminali, ſi procurator interuenit, ſi non fuit oppoſitum, & eſt ratio, quia exceptio procuratoris. vt ſupra dixi arti lxxij. eſt dilatoria ideo opponi debet antę litem conteſtatam, textus

tus eſt in.§.penul.inſti.de excep.cuius non meminit glo. in.l.ita demum.C.de procu.Et bene aduertas quòd iudex non debet dare terminum accuſato, vel inquiſito de delicto in facto proprio ad deliberatè reſpondendum, an ſit an non:quia in facto proprio debet eſſe certus: ſecus ſi ex facto alieno conuenitur,vt quia villa conuenitur de robaria commiſſa in ſuo diſtrictu:quia cum conueniatur ex delicto alieno veriſimiliter poteſt ignorare,ideo debet habere terminum.Ita dicit Bal.in.l.cum falſum.ff.de acqui.hæred.quam doctrinam Bal.communiter approbant moder. in dic.l.cum falſum.per ea quæ habétur in.l.fin.ff.pro ſuo & in.l.ii.§.ii.C.de iura.calum.& per nota.per cano.in ca. primo & ſecundo de iura.calum. Nota tamen vt ſupra dixi arti.cxlix.quòd debet aſsignari terminus reo, ad ſuam defenſionem faciendam:aliàs non debet damnari, vt.l.iii. §.ſi ad diem.ff.de re mili.& eſt textus cum glo.in.l.j.ff.de fur.Ita dicit Bar.& Imo.in l.cuſtodias.§.j.ff.de publi.iudi, Sali.in.l.ii.C.de cuſto reo.vbi dicit quod hanc practicam ſeruat totus mundus,qui quidem terminus tollitur his ordina.vt dic articu.conſtat:ergo non ſeruamus illam practicam quá ſeruat totus mundus iuris & iuſtitiæ ignari.Quare dico ꝙ non vales tale ſtatutum, per quod tollitur defenſio,quæ eſt de iure naturali.l.vt vim ff.de iuſti. & iur.l. j.C.vnde vi,cum ius naturale iure ciuili tolli non poſsit, & quòd iudex ipſo non obſtante poteſt præfigere terminum ipſi reo,ad ſuam defenſionem faciendam: aliàs poterit lædi innocens,quòd eſſe non debet,vt.l.abſentem.ff.de pœ.Imo dicit Angelus in ſuo tractatu malefi.in verbo qui iudex dictis inquiſitis,quod ſponte confeſſum iudices mittunt ad carceres,& apud acta præfigunt ei terminum ad allegandum quicquid vult,ne condemnetur,& ad omnem eius defenſionem faciendam intra quem ſi nullam faciat, ſatis in confeſsione ſua perſeuerare videtur,vt in ſimili dicitur de donatione,quæ non reuocatur,vt lege tertia.§.ſi maritus.ff.de dona.inter virum & vxorem. Si vero confeſsionem ſuam reuocat,oportet quòd cauſam dicat,quare eam reuocat & illam probet,vt.l.error.C.de iur.& fac. igno.

Statutũ per quod tollitur defenſio quæ eſt de iure naturali nõ valet.

Tochant

Touchant la torture ſi elle eſchet.

Article. CLXIII.

SI par la viſitation des proces, la matiere eſt trouuée ſubiecte à torture ou queſtion extrordinaire, Nous voulons incontinent la ſentence de ladicte torture eſtre prononcée au priſonnier, pour eſtre promptement executée, ſ'il n'en eſt appellant. Et ſ'il y en a appel eſtre tantoſt mené en noſtre court ſouueraine, du lieu ou nous voulons toutes appellations en matieres criminelles reſſortir immediatement, & ſans moyen de quelque choſe qu'il ſoit appellé, dependens deſdictes matieres criminelles.

Quæſtionis & torturæ materia.

LIcet materia quæſtionis & torturæ in pleriſq; locis ſit à doctoribus tractata per Alber. de Gan. in ſuo tract. male. tit de quæſtio. Bonifacium de vitel. eo. tit. Bar in. l j. §. diuus, & § fi. ff. de quæſt & in l. ij. C. quo appell nõ reci, & l. milites & l fi. C. de quæſtio. & in ſuo tract de quæſtio. quem aliqui ponũt poſt opus Ioã. Fab ſuper. C. & in calce ipſius. quidam modernorũ ipſum attribuunt Ang neceſt Bar. nec Ang ſed eſt tractatus Gandi. de verbo ad verbũ poſitus. vbi ſupra. Ita dicit additio ad Ang. in verbo. cõparuerunt dicti inquiſiti & cõfitentur totũ in vlt. verſi, Abba. in. c. cũ, in contẽplatione de reg. iur. in antiquis Sali. in dic. l. fi. C. de quæſtio. Azo. in ſumma de quęſtio. Bal inſua prac. tit. de quæſtio. circa torturas Ang. in dic. ſuo trac. maleſi. in verb quod fama publica, verſi. nũc videamus de tortura Iac. de Bel. viſu in ſua pract. criminali titu. de quæſti. Pari. de Pu. in ſuo trac. ſindi in c tortura Hypp. de marſi, in ſua prac. & repeti. l. j. ff. de quæſtio. vbi latè tractat hanc

mate-

ſiatetiam & nouiſsimè per Paulũ Gril.in quodã tractatu de hære.& quæſtio.De quibus omnibus pauca hic refe-ram reliqua poterit per ſe videre ſtudioſus lector.Primo quœro,quid ſit quæſtio & tortura,quæ in textu ponun tur.dico quod quæſtio ſecundum Gandi.eſt inquiſitio quæ fit ad eruendam veritatem per tormenta & corpo-ris dolorem,per textum in l.item apud labeonem §.quæ-ſtionem ff.de iniur.& ff.ad ſilla.l.i.§.quæſtionem Azo in ſumma de quæſtio.in pri.in dicit quod queſtio eſt inquiſi tio veritatis per tormenta.Salice.autem in rubri.de quæ ſtio.C. dat duas expoſitiones ſiue diſfinitiones ad iſtud verbum quæſtio. Prima eſt quòd quæſtio eſt inquiſitio quæ fit ad veritatem per tormenta eruendam. Secunda quæſtio eſt tormentalis inquiſitio:quæ omnes diffinitio nes tendunt in vnum.quòd quæſtio ſit illa indagatio, quam facit iudex ad inueniendam veritatem contra re-um in tormentis exiſtentẽ,dum patitur cruciatum in cor pore.Tortura eſt corporis cruciatus ad eruendam verita tem repertus,vt dicit Panor.in dic.c cum in contempla-tione in prin.qui dicit etiam quòd tortura ſiue tormen-tum dicitur,quaſi torquens mentem:quia per cruciatum corporis mens quoque torquetur vt infra dicam & habe tur.v quæſtio.v.c.illi qui hæc eſt differentia inter vnum & alterum,quia vnum pertinet ad iudicem totum:alte-rum vero pertinet ad reum ſolum,ſcilicet tormentum,vt dic.§.quæſtionem.nihilominus ſæpius ſolet vnum pro altero poni,vt not.in dic.§.quæſtionem,& dic c.illi qui. & per glo in dic.l.i.in prin.ff.ad ſilla & nota hoc quòd tortura eſt remedium ſiue via extraordinaria vt dicit Bal. in.leg.ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.maie.& hoc dicit etiam textus hic,*ou queſtion extraordinaire*,via enim ordinaria eſt illa quæ fit per teſtes & inſtrumẽta,vt l.ſciãt cũcti.de proba an tamen delictum poſsit probari per inſtrumẽta dixi ſupra arti cxix.☞Et quia hic remiſſiue dixi dic breuiter quod delictum niſi ſit coniuratio vel aliqua fal ſitas regulariter nõ poteſt probari per inſtrumentum vt notat Bar.in l.in ſenatu.ff.ad turpil.& Bal.in l.contra ne gãtem C.de l.aquil.ergo non poterit probari per acta & iura allegata per Bar.vidétur loqui in his que geſta ſunt inter

Quæſtionis deffinitio.

Tortura ſiue tormentũ, dicitur quaſi torquens mentem.

înter partes corã iudice.& conſtant per proceſſum quia de illis ſtatur actis per notata in l.geſta.ff.de re iudi. & l.is apud quem C.de eden.in c.quoniam contra falſam de proba.& in connexis & dependentibus à cauſa vt in l.nullum C.de teſti.& l.ſi C.de fal. Antequam vlterius procedã,notanda ſunt quinque magiſtralia pro informatione & inſtructione mea,& aliorum iudicum quæ ponit Gandi.in dic.ſuo trac.Primum quód ante omnia omnis iudex qui de aliquo quæſtionem habere intendit habere debet iuris & humanitatis cõſiderationem, hanc ſcilicet,vt non facile nec repente ad quæſtioné proſiliat. ſi aliqua alia via leuiori & veriori poteſt obiecti criminis veritas inueniri quãtúcũq; ad ſint indicia vel veriſimilia argumenta l.edictum.& l.diuus.ff de quæſtio.i.&.ii.reſpon.C.eo.l.quoties.Secundum eſt quòd non ex quolibet maleficio,nec ex qualibet cauſa nec in differenter de qualibet perſona habenda eſt quæſtio,vt dic l.edictum. Tertium eſt quòd non quælibet indicia ſufficiunt ad torturã habédã:tũc enim torquẽdus eſt reus cũ ſuſpectus eſt, & indicia præceſſerunt veriſimilia talia,quòd ſola torquendi confeſsio eſſe videatur,vt.ff.de quæſt.l.i.ii.reſpõ.Quartũ eſt ꝙ in quæſtione non eſt aliquis repetendus de iure niſi duo cõcurrant,& ꝙ noua ſuperſint indicia,& ꝙ tortus in fortitudine corporis animique durauerit argu. ff. eo.l.vnius §.i.licet de conſuetudine multi aſſeſſores honoris auidi hoc non ſeruent imo quotidie quæſtiones repetunt ſine nouis indiciis,quouſque de petitis criminibus eruerint veritatem,quia poſſunt defendi per textum in auten.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.oportet.ibi iudices torquebunt & non prius quieſcant:hodie tamen cautum eſt & deciſum contra illos aſſeſſores ordina.Reg. Ludo.xii.arti xiiii. Bartol.tamen in l.vnius §.i.ff.de quæſtio. diſtinguit ſecundum indiciorum qualitatem vbi noua non ſuperueniant quia aut erant non multum vrgentia & non repetatur,aut erant multum vrgentia, & tunc repetatur,& ita ſeruatur in practica vt dicit Sali.in leg.ii.C.de cuſto.reo. Conſideret autem iudex in queſtione repetenda,quomodo tortus in animi & corporis

Queſtiõis vel torturæ ſi ſit locus à iur æquius que debet obſeruare iudex.

poris fortitudine perſeuerauerit, vt.l.vnius.§ reus ff.eo. Quintum eſt quod iudices.hoc temperamentum teneant vt tormenta non ſumat de aliquo immenſa nec quanta poſtulauerit accuſator:ſed pro vt moderatæ rationis tem peramenta deſiderant, adeo quòd tortus ſanus ſeu ſaluus innocentiæ ſuæ ſupplicio conſeruetur, vt.ff.de quæſtio l. de minore.§.tormenta.quare bona cautela eſt, ne tu iudex in ſindicatu tenearis, quòd facias in actis apparere torturam cum moderamine ſecundum quod indicia præ dicta demonſtrabant habitam fuiſſe de tali inculpato, & purgatis bene indiciis non repertum culpabilem relaxari Ita dicit Bar.in.l.fina ff de.queſt. ꝙ mente tenendū perpetuo dicit Ange.in ſuo tracta.meleſi. in gloſ quod fama. verſi.ſed aduerte quia hoc ſe pluries practicaſſe. & pro hoc facit ordinatio Ludo.xii arti.xi.aliàs tenetur iudex, vt.ff.de iniur.l item apud labeonem.§.quæſtionis. Ibi teneri eum debere Labeo ait, quod an verum ſit infra dicā tamen ideo perculoſum eſt, iudicibus iuuenibus aut inanis glorie cupidis aut crudelitatem eorum pretio diſtrahentibus poteſtatis arbitrarie frena laxare cum grauem ſtateram oporteat in his ante dei conſpectum geſtare torquendis perſonis diligenter attentis leg.i § queſtioni.ff. de queſtio.vnde tullius lib.i. partitionum queſtionibus reſiſtendum eſt quia & dolores fugientes multi in tormē tis ementiti ſunt mori, que maluerunt falſum fatendo quam in patiendo dolorē, multi etiam ſuam vitam neglexerunt, alii autem robore corporis aut conſuetudine dolendi aut metu ſupplicii ac mortis vim tormentorum pertulerunt alii ementiti ſunt in eos quos oderunt ita dicit paris de puteo.in ſuo tractatu.ſindi.in verbo tortura quod notent iudices maleficiorum & preæpoſiti mareſcallorum qui indiſtincte & nullo iuris ordine ſeruato quæſtionem ſolent adhibere in graue ſuarum animarum periculū vt dixi ſupra articulo centeſimo .xx. nono &c Nūc vidédū eſt de multis. Primo quę perſonę poſſunt torqueri. Secūdo qualiter q̄ſtio debeat haberi. Tertio quo ordine ſunt homines torqendi. Quarto ex quibus cauſis. quinto

Quinto quæ oportet præcedere quæſtionem. Sexto quot ſunt tormentorum ſpecies. Septimo quis ſit effectus quæſtionis Octauo & vltimo formabo circa hanc materiam bonas & vtiles quæſtiones. Circa primum dico quod torqueri poſſunt tam liberi quàm ſerui libertini & ſtatu liberi, vt. ff. de quæſtio. l. edictum & l. ſtatuliberi. & l. diuus. & tam maſculi quam fœminæ: niſi ſint prægnãtes. & quam quam contrarium quidam dixerunt dic indubitanter liberos homines tam in ſeipſos, quàm in alios poſſe torqueri, vt. ff. eo. l. ex libero in prin. & l. vnius. § teſtes &. C. ad l. corne. de fal. l. penul. & ff. de re mili. l. proditores & C. eo l. milites. vbi indiſtinctè loquuntur & quod crimina cuiuſcunque conditionis excepto quòd in dignitate poſitum torqueri non permittunt. & facit. C. de infa. l. nulli ad finem & C. aſſeſſo. l. nullus. ad finem. quæ omnia iura loquũtur de quæſtionibus habendis, de liberis hominibus. teſtis an poſsit torqueri, vide ſupra artic clix. excipiuntur quidam quos ius torqueri non ſinit: quidam vide licet propter etatem, quia minores. xiiii an. qui licet torqueri non poſſunt, torqueri tamen poſſunt ferula vel corrigia leuiter ad eruendam veritaté, vt. ff. ad ſilla. l i. §. impubes & l. excipiuntur. ff. eo. l. de minore. i. reſpon. & l. ex libero. §. de minore. Item qui etatis decrepitæ ſunt. torqueri non poſſunt in l. iii. § ignoſcitur. ff. ad ſill. Bald. in ſua compendioſa ti. de quæſt. circa torturas ibi. xxvi. quęritur, & dicuntur decrepitæ etatis à, lxx. an. ſupra, vt. ff. de iure immuni. l. maiores, Item in dignitate poſiti non torquentur, vt eminentiſsimi milites. & decuriones. & docto. ſecundum Iaſo in l de quibus. ff. de leg. filii & nepotes eorum, vt nec in eis aliqua corporalis macula aſpergatur, vt C. eo l. milites. & l. diuo Marco & l. decuriones &. ff. de decurio l. fina. Adde vnum ſingulare paucis cognitum. de quo aliquid ſupra dixi articu clv quòd nec etiam clericus in ſacris conſtitutus torquetur, niſi ſit infamis. ita not. dicit Abb. antiquus in c. grauis, ex. de depo. & ibi eum ſequitur Paul. de leaza. & eum refert, & ſequitur Io. de ana. in c. circa. v. col. de cler. percuſſo & Abb. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. & Alexan.

Torqueri qui poſſunt

Torqueri qui non poſſunt.

Etatis decrepitæ qui dicuntur.

iii

in l.fina.ff.de quæſtio.in apoſtillis ad Barto. ver. veniamus ad indicia,& in l.milites C.eo.titu.Idem tenet Barb. in c.ſi conſtiterit.iii.col.de accuſ.& ita ſe practicaſſe dicit Hyppo.de marſi.ſing. 53. & deliberaſſe vnũ clericũ à tortura.fallit in certis criminibus de quibus C. de epiſ. & cle.l.presbiteri per gloſſ.& in l.fallaciter C. de aboli. Solet in quibuſdam criminibus dignitas non præbere excuſationem, nec minoritas, quin torqueatur, in crimine leſæ maieſtatis,in proditoribus,& quibuſdam aliis, vt ff. de quæſtio.l.de minore.i.reſpon.& l.ex libero.§ i.& . ff. de re militari l.deſertorem.§.is qui.& l.proditores. Item decuriones & alio caſu torquentur cum tempore decurionatus quæritur de fide inſtrumentorum quæ ante decurionatum confecerunt,vt C.ad l.corne.de fal.l. ſi quis decurio.Item clerici & presbiteri non torquetur ſecundũ Bald.in l.presbiteri C. de epiſ.& cleri.& ibi per alios moder.& vide per Ang.in dic.ſuo tracta maleſi.in verbo quod fama publica ibi ſexto quæro . De generali tamen cõſuetudine cõtra eſt,& contrariũ ſeruatur ſecũdũ Gãdi.in dic.ſuo tract.titu.de quæſtio ver.item quid de aduocatis.& ita dicit Bononiæ vidiſſe cõſuli per ſapiẽtes, etiã ſeruari auctoritate cõſuetudinis,q uę pro lege ſeruatur,vt nota in l.de quibus ff.de leg.& ita tenet Albe. de Ro.in dic.l.diuo Marco,& ibi Sali.qui dicit,ꝙ nõ ſeruatur priuilegium quoad torturam,ꝙ conſiliarij non torqueantur,& dicit ꝙ ita eſt generalis conſuetudo: & ita ſeruanda,niſi eſſet ſpecialis cõtraria in loco.vt eſt Florẽtiæ,vt dicit Bal.in.l.nihil C.de quæſt.& ibi per alios moder.eſt enim hæc cõſuetudo generalis in regno Frãciæ, ſecundum Ioan.Gal in ſuis quæſtio.per arreſta parlamẽti deciſis quæſtio.xli.vbi dicit quòd fuit facta prohibitio magiſtro Clemẽti de Ruillac aduocato parlamẽti per dominum Stephanũ de la granche,tunc præſidentẽ in parlamento alleganti ꝙ dominus Dargenton,poni non debebat in quæſtiõibus:quia comes poneretur caſu exigẽte,nec curia hoc iure vtebatur,cum omnes ponerẽtur in quæſtionibus indiſtinctè caſu exigente, quod bene nota iudex ne erres:licet Ro ſingu.cccclxxxviij. quod incipit

milites doctores & decuriones. dicit quòd non valet conſuetudo in cótrariũ vt pataetatæ perſonæ poſsint torqueri. & ita dicit Barto in l. omnes C. de decurio. lib x. ☙ & ideo hoc caſu ſi iudex torqueret non torquendũ teneretur lege iulia. de vi publica l. iulia ad l. iuliá de vi publica notat paris de pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo officialis. ☙

Quæſtio qualiter ſit habenda.

Circa ſecundum autem qualiter quæſtio ſit habenda & cũ quo moderamine, dic ꝙ non eſt in immenſum habenda nec inquantũ poſtulauerit accuſator, ſed vt moderatę rationis temperamenta deſiderant, vt ff de quæſtio. l de minore §. tormenta. Et ſuper hoc non poteſt certa doctrina dari ſed iudex debet conſiderare cuius fortitudinis & debilitatis, cuius valetudinis & etatis ſit quis toquendus, vt ſecundũ varietatem perſonarum, & varietatem criminis, ſeu alterius negocii qualitaté vtatur tormentis: quandoque à ſuperioribus, quandoque à minoribus iudicibus hæc ſunt conſideranda. probatur per iura, vt ff de re mili. l. ii. §. ſi ff. ad ſilla l. quis in graui. in prin. & §. ſubuenitur, & l. i. §. impubes. dic ergo ſic iudex torqueat reum, vt innocentiæ, vel ſupplicio, eum ſeruet indemnem, vt ff. de quæſtio. l quæſtionis modum. ☙ Nota præterea ꝙ tortura debet adhiberi cũ moderamine & diſcretione vt dictum eſt quæ debet attendi circa tria primo reſpectu cauſe ardue ꝗ aliter adhibetur in cauſa criminali ardua & aliter in leui l. vbi ff. de fal. Et aliter in homicidio ꝗ̃ in furto & acrius in crimine leſe maieſtatis ꝗ̃ in crimine falſi & aliter cõtra latroné ꝗ cõtra furem abigeos, ſtupratores, & adulteros, ſecũdo reſpectu perſone quia aliter ſunt torquẽdi ſerui & duri aliter ingenui & delicati l. milites C. eo. ti. aliter viles & honeſti quare dicit Bal. in auten. ſi dicaſ C. de teſti. in fine ꝙ vilis perſona iudicatur ꝙ committit aliquod graue delictũ per textũ in l. i. C. vbi ſena. vel cla Tertio reſpectu qualitatis tormẽtorũ quia ſi ſufficiát tormẽta leuia nõ ſunt inferẽda grauia l. nemo carceré C. de exac. tribu. multa etiá ſunt cõſiderãda ꝗ iudicis arbitrio relinquũtur vt circa minores ꝗ ferula cedi debét vt dic l. de minore vnde tota tormẽtorũ moderatio iudicis arbitrio cõmittitur ff. de quæſt. l. quæſtiõis. ☙ Aduerte

ꝙ

ꝙ bona cautela eſt, ne tu iudex in ſindicatu tenearis in actis apparere facias torturã cum moderamine ſecundum quod indicia prædicta demóſtrabunt habitá fuiſſe de tali inculpato & purgatis indiciis non repertũ culpabilem relaxatũ. Ita nota. dicit Barto. in l. fi. in prin. ff. de quæſtio. quod tene mente perpetuo ſecundũ Ange. in dic verbo ibi, ſed aduerte & hoc dicit pluries practicaſſe: pro quo facit ordina. Ludo. xii. arti. xiii. Circa tertiũ, quo ordine ſunt habenda tormenta? dico quod ſi de pluribus ſunt habenda ſagax iudex cóſiderabit, à quo facilius veritas erui poſsit, & ab illo queſtioné incipiat tanquã à timidiori, & magis ſuſpecto, á minori, & magis debiliori & nõ fortiori, vt ff. de quæſtio. l. i. §. i. & ibi Bar. l. vnius. ĩ reſpõ. Item ſi ſunt torquendi pater & filius à filio incipiendũ in conſpectu patris: quia per hoc citius dicit pater, quia pater magis vereretur de filio quàm de ſeipſo, vt ff. quod me cauſ. l. iſti quidé & inſti. de noxa. §. veniés. ☞ quare vnũ nota quod ponit paris de pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo mãdauit vel filius occidit ꝙ ſi filius occidit aliqué & probatur ꝙ pater erat prope locũ homicidii, & ꝙ pater filiũ arripuit de manu capiétium & gladium euaginauit, & ꝙ ipſum receptauit. Et ex parte patris probatur bona fama & ꝙ occiſus dixit pater fuit innocens & ꝙ pater filium reprehendit in principio rixe, pater non eſt torquendus, quia non precedunt indicia ad qualitaté delicti ff. de queſtio. l. i. circa prin & non eſt niſi vnum indicium, cum ſaltem debent eſſe duo, vt infra dicetur, & non præſumitur patrem mandaſſe nec ex perſona filij poteſt puniri ff. de noxa l. fi. cum ſequenti. ita tenet hic paris de pu. vbi dicit quòd ſi contra accuſatoris indicia alia probantur in contrarium multum operatur ff. de quæſtio. l. de minore. §. fi. Et nota in lege. i de ſica. & per Ange. conſilio vltimo. ☜ Item fœmina citius torquenda eſt quàm maſculus: quia homo tanquam maioris conſtantiæ tardius confitetur, & mulier citius: quia momentaneum & inſtabile cor habet ff. de in offic. teſta. lege filia in orbitate. & ff. de iure fiſci. lege deferre in prin. & vide Ange. vbi ſupra in verbo quod fama publica verſi. nũc videamus, adde etiam ꝙ

Queſtio quo ordiné ſit habenda

quando ſunt plures indiciis paribus tortura eſt incipien da ab eo, qui malũ nomen habet, vt dicit Gerar, de ſanc. pe ſing. lxxv. qué refert addi. ad gl. in poœ. de ſumma tri. & fide cath. li vj. in apoſtil. in ver. bonifacius in fine ibi, il lo nomine vocaris. & ſic prodeſt habere bonum & hone ſtum nomen, vt dicit Accurſius in l. facta in. § ſi ſub con ditione ff. ad trebel Adde quod voluit Bal. in l. ii. in. ii. co lumna C. quo. appel. non reci. vbi dicit quod bona phiſo nomia prodeſt reo, & mala eidem nocet, quia mala phiſo nomia facit preſumi quem procliuum ad ſcelera, Sali. tamen in l. fin. in vlti. col. in ver. quæro. dicit ꝙ ſi ſunt plures rei torquendi pro aliquo delicto, vt veritas ipſius deli cti inueniatur, nõ debēt attendi prædicta, ſed ſi vnus ipſo rum reorum, aliàs cõmiſit ſimile delictum, pro quo ſunt torquendi, tunc ab illo eſt incipienda tortura per regulã ſemel malus, quod nota. Circa quartum, ex quibus cauſis homines torqueãtur? Reſpondeo quod ex cauſa ciuili & criminali: & tunc cum veritas aliter reperiri non poteſt, vt l. ex libero ff. de quæſtio. & C. eo. l. quotiens vt notat Azo in ſumma eo. titu. §. torquendi, non tamen ex omni cauſa quilibet torquẽdus eſt, nec quælibet perſona, vt ff. de quæſtio. l. edictum, & ibi Bar. vnde videtur quod de li bero homine nõ poſsit quęſtio haberi in cauſis ciuilib⁹: niſi delictum annexũ habeat, vt in ca. i. extra depo. & ibi per cano. nec in criminalibus niſi in atrocioribus & gra uioribus delictis, & nõ ꝓ leuibus, vt dicit dic. l. edictũ. & l. diuus ff de quæſtio. loquitur in ſeruo & dicũtur gra uia delicta pro quibus debet perſonaliter puniri vt dixi ſupra ar. cl. ergo pro furto quis poteſt torqueri quo quis poteſt ꝑſonaliter puniri, vt auté. ſed nouo iure C. de ſer. fugi. Circa quintũ, quæ auté debēt præcedere quęſtioné? dic indicia ſufficientia & veriſimilia: nam à tormétis incipiendum non eſt, vt ff de quæſtio. l i. in prin. ná ſine indiciis & præſumptionibus quis torquendus nõ eſt, vt ff. de quæſtio. l. de minore. §. tormenta & l. maritus & l. fin. & C. de fal. l. ſicut ad finẽ, & C. de quæſtio l. pridem. & l. mulieres. Et certe eſt valde attendendũ conſiderandũ & ponderandũ, tunc nunquid precedant indicia ſufficien-

Delicta grauia quæ dicuntur.

tia

tia & veriſimilia.vt habeatur quæſtio de aliquo cũ appel latio vel reſtitutio ſubſequens prodeſſe non poſsit: nam plerique cũ torquẽtur perire ſolent,vt ff.de pœ.l.aut dã na.§.i.Et quòd indicia præcedere debeant probatur per dic.leges,& l.cum cognitionaliter C.eo.titu de quæſtio. Sed quæro quæ debet eſſe iſta indicia,quæ debent præce dere vt quis poſsit torqueri? reſpõdeo non poſſunt certo modo dici aut oſtendi. nec de his poteſt dari certa regu la:ſed hoc cõmittitur arbitrio iudicãtis arg.ff.de teſt.l.iij in prin.ibi tu magis ſcire potes,&c.ſicut dicim⁹ de acceſ ſiõe & mora.vt ff.de diuer.& tẽpo.præſcrip.l. de acceſ ſionibus,& ff.de vſur.l.mora. Et generaliter omne quod nõ determinatur à iure relinquitur arbitrio iudicãtis,vt ff.de iur.deliberan.l i.vide Ang.in verbo quod fama pu blica verſi.quæro quid & quotuplex ſit indiciũ, & ibi ad di.poſſumus tamen in genere talem ponere doctrinã ꝙ bonus iudex debet ſollicitè inſtare ad indagandã indicia contra delatũ de crimine:nã indicia ſunt aliis probatio nibus proxima:& dicuntur indicia ſigna alicuius malefi cij commiſsi,vel alterius rei,de qua agitur,vt colligit ex legibus tractantibus de indiciis, de quibus infra dicetur per ordinem. ❧ vel dic.ſecundũ Ioan.And. in addi.ad Spe.ti.de proba.§.videndũ eſt ver.decimotertio indiciũ in propoſito ponitur pro notabili ſigno maleficij vel al terius rei ad ipſius veritatem habendã probatio eſt aſſer tio veritatis ſenſate directo & imediata per ſeipſum Ar gumẽtũ eſt aſſertio quædã oriẽs ex ſenſu alicui⁹ rei facto principali cõnexe nõ ex ipſo facto immediate.vnde argu mẽtũ eſt ſicut ſillogiſmus:in quo vno preſuppoſito aliud ſequitur vt vulnerauit:quia habebat gladiũ euaginatum, ſanguinolentũ in rixa coniectura eſt aſſertio alicuius cir cũſtantie:ꝙ cogit intellectũ hominis ad ſic credendũ ſed inducit ad id preſumendũ,& ſuſpicandũ vt quia viſus eſt ſcolaris in camera cũ berta vnde rhetoricus cuius ſciẽtia in perſuadẽdo cõſiſtit freqũẽter vtitur argumentis ſum ptis ex indiciis,& cõiecturis & ius ciuile quãdoq; idẽ fa cit ſecũdũ Bal in addi.ad Spe.in rubrica ver.ꝓbatio. ❧ & dicũtur indicia ab indicãdo quaſi indicatiua & demõ

Quæſtionẽ que indicia precedere debent.

Indicia que dicuntur & vnde.

ſtratiua veritatis & probationis adminicula, vt C. de proba. l. inſtrumenta domeſtica. & l. fi. & ff. de præſcrip. ver. l. ſolent ſunt enim indicia pars claræ probationis C. qui teſta. face poſſunt l. hac cõſultiſsima. §. deinde ibi indicia &c. de quibus aliquid dixi ſupra ar. cxlvi. & latius ex quibus cauſis indicia habeãtur intendo infra dicere. Sed circa huius materiæ cognitioné præmitto quæſtioné, quæ tota die de facto cõtingit nũquid vox & fama publica ſit ſufficiens indiciũ ad torturã? Gãdi in ti. de præſump. & indi. facit hãc quæſtioné & arguit pro & cõtra: & tandé dicit ꝙ de iure ciuili vox & fama publica nõ eſt ſufficiés indiciũ ad torturã per iura & rationes per eũ adductas: dicit tamen ſe vidiſſe ſeruari pro & cõtra per iudices & aſſeſſores, ſecundũ varias doctorũ opiniões: ſi tamé cum fama eſſet aliquod indiciũ, quæſtio noſtra nõ recipit dubitationé, quin poſsit ad tormenta procedi. Idem tenet Bar. in l. i. §. idem cornelio ff. de quæſtio. & vide eũdem in l. de minore. §. tormenta & in l. fi. eo. ti. & in l. ea. quidem C. de accu. & ibi Sal. ☙ & ibi Spe. ti. de noto. crimini & Io And. in addi. & idem Io. And. in ti. de ꝓba §. vidédum ver. xiij Bar. tamen in quodã ſuo cõſi. cxci. dicit ꝙ hoc nõ habet locum in fama vehementi quia talis vehemens fama eſt ſufficiens indiciũ ad torturam & idem tenet Bald. in c. i. §. furtũ de pace iur. firmam notat hyppo. ſingu. 97. ité vehemés infamia etiam ſine aliquo alio indicio ſufficit ad torturam vt habetur in c. ſiquis per Inno ex. de purg. cano. ☙ Sed quæ & qualia poterunt eſſe iſta indicia, quibus fama coadiuuetur. vt poſsit quæſtionibus ſubiici & tormentis? & dic quòd hæc omnia quæ ſequuntur. Primum indicium eſt ſi probetur quòd iſte titius de crimine inculpatus extitit inimicus offenſi, aut ſuorum, vt ſui intelligantur omnes qui admiſsi fuiſſent ad huiuſmodi iniuriam proſequendam, cum eorum iniuria, ſua iniuria & dolor proprius habeatur, vt not de his ff. de accuſa. lege prima & .ii. nam tunc & eo caſu erit ſuſpectus de crimine preſumendus: quia talis inimicitiæ qualitas caſum ſuſpitionis adducit vt extra de accuſa. cap. cum oporteat & C. de teſti. lege ſi quis. Nam lex preſumit de inimicis

Indicia quibus fama coadiuuatur vt poſsit queſtionib⁹ ſubiici.

omne

omne malum.ff. de quæſtio.l.i.§. præterea & ideo lex dicit quòd accuſator non cogitur facere ambaſiatam ad amicum accuſati,quaſi amicus accuſati incipiat eſſe inimicus accuſatoris.vt.ff de lega.l ſciendum & eadem ratione repellitur teſtis à teſtimonio ferendo,vt in auten,de teſti.§. quia vero.Et idem tenet Spec.titu.de præſump.ver idem eſt cuius Spe.dictum intellige de inimicitia capitali & nó de leui. Secundum poteſt cognoſci indicium ſi probetur quòd iſte de crimine inculpatus contraxit cóuerſationem cum inimicis occiſi vel iniuriati, vel amicitiam: aut quia contra eundem occiſum vel iniuriatum fuerat taliter verſatus in aliis,& conuerſabatur quòd credebatur eſſe inimicus potius quàm amicus quòd quidem poteſt ex variis cauſis procedere,vt nota.C.de dona.l.fina.&.l,his ſolis.& argu.ff.de liber.& eo.libe.l.ii.ex talibus enim intercedentibus crimen poteſt præſumi & coniectura capitur, quòd in delinquendo fraudis ineſſet conſiliú:vnde non præmio ſed pœna afficiendus eſt vt.ff.de off. præfec.vrb l.i.§.cum patronus &.C.de inoff teſta l liberi.§.fi. Tertium indiciú dicitur ſi appareat quòd quis ſcienter malefactorem receperit in domo ſua poſt maleficium perpetratum nulla etiã cum eo affinitate coniunctus cum in iſto caſu non videatur minus delinquere quàm ille qui tale crimen commiſit vt arg.C.de his qui latro.l.i.&.ff de incen. rui. & nauf.l.ii. §.non tantum.Quartum indicium dicitur ſi is de crimine inculpatus vel alius tale quid fecit quominus delinquens deprehenſus,& captus ad iudicem duceretur:nam eo caſu videretur conſcius criminis,& quòd in delicto illo dolum commiſerit,vt arg ff.de cuſt.& exhi.reo l fin.§.i.& de eo. per quem fac.erit l.i.in princ.&.C de fur.& ſer. corrup.l. eos.imo etiam talis puniendus erit.l.iul. de vi pub. & priua.arg ff.ad.l.Iul.de vi.pub l.lege Iulia.& ad l.Iul. de vi. priua.l.lege Iulia.Quintum indicium reperitur ſi conſtet quòd iſte Titius de crimine inculpatus commiſſo crimine vna cum malefactore,vel ſine eo fugit de loco criminis qui caſus criminis commiſsi ſuſpitione nõ caret, imo propter fugam ſeipſum accuſare videtur,arg ff.ad ſilla.l.i.§.ſi quis ibi ſi cum dominus,&.l.ſi quis in graui.§. de his autem, &

ff.de ſuſpec.tuto.l.impuberibus.§.j.& in auten.de exhi.& intro.reis §.ſi vero.col.v.& C.de aſſeſſo.l.conſiliarios,& C.de omni agro deſer.l.locorum ibi qui ſi affuerint,&c. Sextum indicium poteſt dici,ſi probetur quòd de crimine inculpatus fuit viſus in domo itinere,vel agro gladio euaginato cum occiſo vel vulnerato:nam ex hac coniectura capi poteſt & colligi præſumptio,quòd fuerit dicti criminis cóſcius arg.ad hoc extra de præſump.c.iii.& in corpore auten,vt liceat matri.& auiæ §.his quoque col.viii. Nam lex præſumit omne malum contra arma deferentem.C.vt armo.vſus.l.vna.lib.xi.ita quòd delatio gladij poteſt eſſe vnum indicium,vt notat Ioan. Andr. in addi.ad Specu.titu.de proba.§.videndum eſt verſi.xiii. Septimum habetur indicium ſi probetur quòd quis de crimine inculpatus fuerit inuentus deprehenſus & captus ab aliquo ob crimen prædictum,qui ſic captus confeſſus fuerit, licet extra iudicium ſe ex illo crimine fore culpabilem tale indicium operatur, vt ſit ſubiiciendus quæſtionibus & tormentis,vt.l.capite quinto,& Bar.ibi.ff.de adul.nam licet in cauſa ciuili confeſſio facta extra iudicium nó faciat plenam probationem,vt quis condemnetur in cauſa criminali,facit ſemiplenam probationem ad hoc vt quis ponatur ad torturam ſecundum Bal.in.l.vna.C.de confeſ.& virtute talis confeſsionis ſi quis poſitus fuerit ad torturam ſi confeſſus fuerit in tormentis erit plena probatio. Iſta eſt glo.ſingularis in dic.l.capite quinto.ff.de adult.quam ibi ſequitur Bar.& ita tenet Lanfran.de oria.in repe.c.quoniam contra.in verbo confeſsiones,numero.xix. circa finem. Bal.tamen in.l.admonendi.ff.de iureiur.intellexit illam gloſam quando illa confeſsio extraiudicialis eſt iuncta cum veriſimili cauſa ratione loci & temporis.Ideo quando illa confeſsio eſſet informis,nec certa & qualificata continens locum & tempus commiſsi criminis,non poteſt ex ea venire ad torturam ſecus vbi locum & tempus contineat ad quod facit quod idem Bal. in.l. quoniam de infami.dicit quòd confeſsio informis qua quis confitetur homicidium commiſiſſe nihil operatur notat Paris de pu.in ſuo tractatu ſindi.in verbo quia communiter idem

voluit

voluit Petrus de Ancha.in conſi. ſuo xxiii.incip. viſa inquiſitione,vbi dicit quòd confeſsio ſine cauſa non præiudicat in ciuilibus ſicut nec in criminalibus. Adde ꝙ confeſsio in criminalibus facta coram ſolo maleficiorum notario abſente iudice,vel coram ſolo iudice non in forma iudicij,quanuis non plene probet, tamen eſt ſufficiens indicium ad torturam ſecundum Bal.in.l.iubemus.C.de liber.cauſa,& in l penul.C.de fideiuſſo.& in addi. Specul. titu.de confeſ.in ver.confeſsio. Limita tamen ſingulariter per Bal.in.l.i.penul col.C. de confeſſ. niſi talis confeſsio fuerit reuocata,vnde ſecundum eum cautus ſit aduocatus, quòd faciat illam talem reuocare confeſsionem,quam poteſt reuocare,etiam ſi non aliter de errore doceat,cum ſit confeſsio nudi facti iuxta.l.error.C. de iur. & fac. igno. quod nota perpetuo,quia in practica poſſes euadere amicum à tortura,alias limitationes vide per doctores in cap. magiſtratibus.ff.de iuriſdi.om.iudi. Adde etiam ꝙ ſi minor.xxv.an.confeſſus eſt in iudicio delictum,de quo aliter non erat probatum,debet in integrum reſtitui aduerſus talem confeſsionem abſque aliqua probatione alicuius erroris,quia ex hoc apparet eum eſſe læſum. Ita ſingulariter dicit Ange.in lege certum.§.in pupillo.ff de confeſ.allegat textum cum gloſa in cap ii.de in integ.reſtitu.in.vi ſequitur Alexand.in lege nam & poſtea.§.ſi minor, in penulti. col.ff.de iureiur.& in conſi.cxvi in.ii.volu.incip.cauſa inquiſitionis formatæ. Octauum etiam poteſt deſcribi indicium ſi probatur quòd inter occiſum & vulneratum ex vna parte & crimine inculpatum ex altera,extiterunt verba iniurioſa,quæ fuerunt ad animum reuocata: aut quòd hic de crimine inculpatus occiſo,vel vulnerato fuerit minatus paulo ante maleficium commiſſum,forſan quòd traheret vnam pennam de àla,vel quòd faceret tenere malè caput,vel quid ſimile:nam ex talibus verbis & ſimilibus antecedentibus ipſum crimen coniecturari poteſt,& præſumptio denotari quòd fraudem & dolum in delicto illo commiſerit,& quòd illa verba dixerit ſua malignitate, & animi prauitate argu.ad hoc.ff.de bon.damn.l.cum ratio. §.ex bonis.&.§.fraudis autem & argu.ff. de ſer,fugi.l. ex quodam

Cõfeſsio criminis extra iudiciũ facta,licet ſit ſufficiẽs indiciũ ad torturã, poteſt tamen reuocari.

Minor reſtituitur aduerſus delicti confeſsionem in iudicio factã, ſi aliter non erat probatum.

quodam iniuriandi propoſito §.pe.& fi.C.de iniur l. ſi nō couicij Hæc enim verba ſic in iudicio ab aſſeuerante prolata, licet præiudicium plenum inferre nō poſſunt: tamen contra aſſeuerantē & proferentem indiciū & præſumptionem inducunt, vt ff. de proba.l.quidam,& l.ſi & no.C. de teſti.l profeſsio.& ff.de proba l.etiam Nam his modis animus & voluntas cuiuſq; declaratur: & ideo dictum eſt ꝙ non ſolum ipſis rebus & factis quis propriā voluntatē declarat, vt ff. de edi.edic l.ſi tantum.§.ei qui & notari conſueuit.ff.de legi,& conſtitu.l.de quibus: imo etiam ex verbis prolatis intelligitur quis voluntatem propriam declarare.& intrinſeca ſui cordis: quia non intelligitur verbis exprimere quod mente non cogitauit, vt.ff.de ſuppel.leg. l.Labeo, ad finem: quia per acta & geſta intrinſeca cuiuſq; animus declaratur, vt.ff.de leg.i.l.ſeruus plurium.§. fin.ff. de teſt.l.hæredes palam.§.ſed & ſi notam. Et in maleficiis ſpectatur cuiuſcunq; propoſitū & voluntas, vt ff.ad.l. Corne.de ſica.l.diuus ex dictis facta penſemus, vt.C.ſi quis impe.male.l vna,& vide Ang. in dic.verbo quod fama, verſi. quæro quid ſi aliquis,& ibi addi. vbi quærit ſi aliquis minatus fuerit alicui mortem: poſtea vero ſequenti die reperiatur mortuus an præſumatur mortuus ab eo qui intulit minas? ibi concludit ꝙ iſtud eſt ſufficiēs indicium ad torturā non autem ad condemnationem. quia nemo ex præſumptionibus debet damnari, vt.l.abſentem ff. de pœ.ſed probationibus claris, vt.l.fina.C.de proba. Nonum poteſt connumerari indiciū ſi probetur te ſciuiſſe quem aduerſus aliquem delinquentem, quem potuiſti quominus delinqueret prohibere,& non prohibuiſti: nam tunc carere culpa eius criminis non videris, vt ff de regu.iur.l.culpa, &.l. nullum.& extra de offi.& po.iudi.deleg.c.i ſed ſi prohibere non potuiſti venia dignus eris: etenim ſi à mortē potuiſti hominem liberare,& non liberaſti, occidiſſe videris, vt.ff.ad.l.aquil.l.ſcientiam in prin & argu.ff. de noxa.l. in omnibus.&.l in delictis. in prin.& ff. ad.l. Cornel. de ſica.l.iii.§.is cui.& licet forſan talis non deberet eadem pœna. qua delinquens puniri, tamen eſt paulo minori pœna mulctandus; quia carere non dicitur ſcrupulo ſocietatis occul-

occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare, vt extra de homi.c.ſicut dignum.§.illi etiam,&.C.de commerc.& mer l.ii.& extra deſenten.excom.c.quantę.Decimũ colligitur indicium ſi probetur aliquem ſcire in certo loco maleſactores,vt furarentur vel occiderent tranſeũtes, vel narrauit & dixit dictis mercatoribus,vt ſecũ irent vel tranſirent per dictum locum,qui fuerũt derobati, vulnerati vel occiſi.Nam tale indicium operatur,vt poſsit quæſtionibus & tormentis ſubiici:quia non ſolum cauſam criminis videtur præbuiſſe,ſed etiam particeps eſt & noxius præſumendus,cum teneatur pœna.l Corneliæ de ſica.l.iii.§.alio ſenatuſconſulto.ibi item qui auctor ſeditionis fuerit & arg. ff.ad.l.Aquil.l.qui occidit.§.penul ff.vi bono.rap.l penul. §.ſi cum eo.&.l.ſed & ſi quis:& ideo in quæſtionibus eſt ponendus,quia de his quæſtio eſt habenda, qui ſuſpitione cædis conſcientes videbũtur,vt ff.ad ſilla l.i.§.occiſorum. Ibi tamen ſi quis,&c.§ ſi quis in villa. Vndecimum colligitur indicium,quoties probatur per teſtes idoneos,quòd is contra quem inquiritur eſt homo malæ conditionis & famæ,quæ fama ſumpſit originem non à maleuolis, ſed à prouidis viris & diſcretis omni exceptione maioribus, & in altero de locis,ex quibus poteſt fama procedere. Duodecimum indicium ſumitur,ſi iſte de crimine inculpatus, alias cõmiſit aliud maleficium in perſona dicti offenſi, vel etiam aliorum.Nam qui ſemel fuit malus ſemper præſumitur malus,vt ff de accu.l.ſi cui.§.iiſdem,&.C de off.acceſſo.l.nemo.&.C.ad.l.Iul de vi pub.l.ſeruos ibi & hi qui bis &c ex præterito enim vnoquoq; facto futura metimur, vt ff.de re mili.l.non omnes.§.à barbaris,&.l ſeruorũ. Adde aliud indicium bene notandum,quando quis conuerſatur cum malis & iniquis hominibus ex tali conuerſatione habetur cõtra eum iniquitatis & delicti commiſsi indicium, & ideo ſi commiſſum ſit homicidium,& Titius ſolitus erat cõuerſari cum homicidariis ex tali cõuerſatione habebitur contra eũ indiciũ dicti homicidij.Ita dicit Ang.are. in tract.malefi.in verbo fama publica in verbo, quæro an vnum indicium,cuius dictum refert pro ſingu. Hyppolitus de marſi.in ſua prac.crimi.carta.lxvi.numero.xc.Item ſi re-

Ex mala cõuerſatione habetur delicti cõmiſſi indicium.

Taciturnitas homicidij facit indicium.

ſi reperitur aliquis occiſus in vna domo,& ſocius ſuus tacet,& nihil dicit,tunc talis taciturnitas facit indiciũ cõtra eum,ex quo poterit poni ad torturam,ita not.dicit Ludo. Ro.in.l. excipiuntur in fine.ff ad ſilla.refert & ſequitur Aug ari.in addi.ad Ang.in dic.verbo ibi tu aũt in hac materia,& dicit Bal.in dic.l.excipiũtur ſecundum Dy eſſe argumentũ contra vxorem,quæ tacet mortem viri in domo interfecti. ☙ Quia præſumitur culpabilis vel conſcia de morte eius,quare dicit Paris de Pu.in ſuo tractatu,ſindi.in verbo tortura.j.quòd per hoc dictum fuit torta quędam mulier quæ diu tacuerat de morte viri,qui non reperiebatur,quæ quadam die clamauit plorans quòd in ſtabulo erat fetor maximus & vicini occurrerũt & repertus eſt ibi vir ſepultus,& torta confeſſa fuit quòd occidi fecerat virum à quodam adultero,& inde ſuſpenſa. Nota præterea quòd in delictis ſecretis tractatibus & conſiliis propter difficultatem probationũ deuenitur ad tormenta,& quandoque ad condemnationem & abſolutionem ex ſolis indiciis,ſi ſint ita certa,quòd vix negari poſſint.ff.de quęſtio. l.milites.& de excu.tuto.l.ii..§.oportet.& per Ange.in.l. fina.C.de proba.Et dicit idem Bal.in.l.neminem.C.de epiſco.audien.quòd in delictis enormibus & ad eorum inueſtigationem ſpecialiter in illis quæ clam committuntur, ſicut eſt venenatio,incãtationes facere,adulterium committere,monetã falſare,& in ſimilibus iudex debet eſſe promptior & facilior ad torturã & regulariter illa indicia ſunt ſufficientia ad torturam,quæ non poſſunt ad aliud habere,quàm ad illud delictum,vt not.in.l.fina.C.de quæſtio. per Iac.Bu.in dic.l.fina.de proba.& facit quod habetur in cap.fraternitatis de hære.lib.vi.ꝙ in actu occulto de quo non poteſt haberi plena probatio indicia quandoq; habẽt vim plenę probationis. ☙ Item ſi reperiatur homo mortuus vel occiſus ante domũ alicuius pręſumitur ab eo occiſus,vide Bar.in.l.i.& in.l.ediles.ff.de vi pub.& Par.de Pu. in ſuo trac.ſind.in verbo an ſtetur octaua carta,& an præſumat̃ occiſus ab inimico,vide Spe.in ti.de pręſum.§.i.& Lud.Ro.in.l.i.§.i.ff.ad ſilla.Sunt etiã alia multa indicia cõtra delinquẽtes,ꝙ quilibet curioſus lector,& bonus iudex

poteſt

poteſt perpẽdere ſecũdũ varietatem perſonarum & quali tatem temporũ factorum contingentium & locorum diuerſitatem, Ita dicit Gand in titu. de præſump. & indi. dubita. Decimum tertium indicium poteſt poni, ſi res furata, eſt inuenta penes aliquem male conditionis, & aliud indicium non habetur contra eum. Ita dicit Bar. in l. fina. ff. de quæſt. Bal. & Imo. in l. fi. ff. de here. inſtituen. &, Ange. in l. fina. C. de quæſtio. per ea quæ habentur in l. ancil læ. C. de fur & idem ſi quis inuẽtus fuit in domo pulchræ puelle, vel veniſſe de domo vnius pulchræ puellæ præſumitur ſuppoſuiſſe. Ita dicit Bar poſt Ia. de bu. in dic. l. fi. ff. de hære. inſtituen. & dicit Bal. in. l. neque natales C. de proba. quód ſi ſcolaris repertus fuerit cum muliere non præſumitur dicere pater noſter, non tamen propter hoc probatur adulterium. Sed quæro de vna dubitabili quæſtione, quæ tota die contingere poteſt, & conſequenter inſeram de præſumptionibus & indiciis ante dictis ſequẽdo Gandi in titu. de præſump. & indi. indubi. qui melius hanc materiam indiciorum tractauit, quam alius qui in iure ſcripſit. Quæſtio talis eſt, quidam nomine Titius in domo vel agro reperitur occiſus vel vulneratus. de malefactore autem non conſtat aliter, niſi quia quidam nomine Seius de dicto maleficio inculpatur: contra hunc Seium iſta probantur per teſtes idoneos omni exceptione maiores Primo quod pubblica vox & fama orta eſt ab idoneis perſonis, quod dictus Seius dictum maleficium commiſit. Secundo quod ipſe erat illius Titii capitalis inimicus. Tertio quod ille Seius viſus fuit ſolus exire domum vel agrum Titii cum gladio euaginato in manu fugiens, in qua domo vel agro ille titius incontinenti repertus eſt occiſus vel vulneratus, modo quæritur nunquid iſta indicia ſimul iuncta vel mixta ſint & dici poſsint indicia indubitata, ex quibus poſsit ad condemnationem procedi; Gandi arguit pro & contra, & concludit quod non poteſt diffinitiuẽ damnari: quia ex preſumptionibus & mendicatis ſuffragiis condemnandus non eſt, vt ff. de pœ. l. abſentem. & C. de accuſ. l. ſinguli arg. ff de requi. reis l. i. ĩ. reſpon. & ita tenet Bal. in ſua compendioſa titu. de proba.

Scolaris repertus cum puella.

Occiſus repertus in domo, an inimicus occiſi poſſit torqueri propter ſuſpitionem.

Præſumptiones non ſufficiũt ad cõdẽnatiõem.

ba circa quæſtiones quæſt.xvii.vbi quærit an præſumptionibus & indiciis quis ſit diffinitiuè damnandus, & concludit quòd non: quia ex præſumptionibus & indiciis quantuncunque indubitatis quis non ſit damnandus per dic.l.abſentem.quia in criminalibus, probationes debent eſſe luce clariores, vt l ſciant cuncti C.de proba. Item tenet & Bal.in addi.ad Spe.titu de præſump.licet contra videatur in dic leg.circa finem.ibi vt indiciis & probationibus in dubitatis. Et ideo dic ſecundum eundem Gādi.quòd licet ex ea probatione quæ iuris eſt tantum aliquis non debeat, vel poſſit corporalier diffinitiuè damnari: tamen ex ea ſola præſumptione, quæ iuris eſt & de iure, & ex quolibet alio indicio indubitato poterit contra aliquē diffinitiua formari ſententia: quia talis præſumptio quæ iuris eſt & de iure proabationem aliquam in cōtrarium nō admittit, cū legis dicatur eſſe ſententia, vt. C. de adul.l.ſi hi q.in autē.vt liceat matri & auiæ.§.his quorum col.viii.& not.do.Azo.in ſumma.C.de adul.§.ſed & præſumptiōes. Item ex quolibet indicio indubitato poterit diffinitiua formari ſentētia, vt dic.l.fina.C.de proba. & merito: quia illa.l.cauetur quod accuſatores eam rē, id eſt, illud crimen habent, & debent in publicamnotionem referre, vt poſſit diffinitiua ſententia proferri, quod crimen idoneis teſtibus ſit munitum, ſaltē duobus quia vbi numerus teſtium non adiicitur, duo ſufficiunt, vt ff.de teſti.l.vbi.&.ff.de ope.liber.l.i.vel quod ſit apertiſſimis documentis inſtructum, id eſt, publicis ſcripturis: ſic exponitur C.de contrahen.& committen.ſtipu.l.optimam.& in auten.vt ſpon.largi.vel quæ ſit inſtructa ad probationē indiciis indubitatis, & luce clariorib⁹ expedita. Sed quæ & qualia dicuntur eſſe apertiſſima documenta, vel indicia indubitata.ex quibus poſſit ad cōdemnationem procedi dic quòd multa poſſunt notari exempla. Primum eſt indubitatum indicium quoties cōtra aliquem eſt iuris & de iure præſumptio, vt eſt in illo qui pretextu cōſanguinitatis excuſauit ſe ab accuſatione adulterii & poſtea inuenitur contraxiſſe matrimonium cum illa. Nam præſumptio eſt & ſuper hoc eſt legis ſentētia quòd omnino puniatur, vt

C.

C.de adul.l.qui adulterium,de qua præſumptione ſupra dixi arti.cxlvii.ſecundum eſt indicium indubitatum quādo cóſtat quòd aliquis in iudicio de crimine ſit ſpōte cōfeſſus vel tormentis,& perſeuerauit,aut etiam ſit per idoneos teſtes conuictus vel inuenitur quòd quis ſit de crimine condemnatus,quæ condemnatio tranſiuit in vim rei iudicatæ,vt.C.de pœ.l.qui ſententiam.& de epiſ.& cle l.ſi quis in hoc & arg extra de coha cleri.& mulier c vbi,& C.de cōfeſ.l.i.& arg C.quo appella.nō reci lege ſecūda.ff.de custo.reorum l.ſi confeſſus. Tertium eſt quando conſtat aliquem dato precio ſuper eo crimine tráſegiſſe, pro quo pœna ſanguinis non ingeritur ſcilicet publicū inſtrumentum:quo caſu eo ipſo ſine aliis probationibus poteſt de crimine condemnari,vt.ff de bo.eo.qui ante ſétentiam.l.i.&.ii.&.ff de iur.fiſci.l.in fiſci cauſis,&.ff.de his qui notan.infa.l.furti.§.pactus.&.l.quoniam.&.ff.de iur.fiſci.l.eius qui.&.l imperator.& not C.de proba.l.vltima. Tenet Io.And.in addi.ad Spe ti.de noto crimi quem refert paris de pu.in ſuo trac.ſindi.in verbo.tortura tamen ad id periculum euitandum cautela eſt vt reus ante condemnationem offerat pecuniam in condemnatione deducendam & non notabitur infamia ſecundum docto in l ſi reus paratus vbi Bal ff.de procur & tenet Bar.in l.ait pretor.§.ſi quis paratus ff.de no.ope.nuncia. vel ꝙ ante condemnationem faciétes compoſitionem vel ſoluétes proteſtentur ꝙ propter dubium litis euentum hoc faciunt & ne vexent litibu & expenſis ne videát de lictū confiteri nec tunc habeat locū dic.l.quoniá quia faciūt cauſa vexatióes redimédi vt not.per moder.in l interdū.§.nichil.ff.de verb oblig.notat idē paris in dic.ſuo trac ſind.in verbo.oblatio. Quartū habet indiciū,quoties cóſtat de crimine ꝙ aduerſus aliqué orit:& ita eſt publicū & manifeſtū,vt merito poſſit,& debeat notoriū appellari:quo caſu nec teſtes requirunt,nec etiá acta,vt extra de coha.cleri.& mulie c.tua nos & c.veſtra & dic.l.ſi cōfeſſus,&.C.quorū appella nō reci l.obſeruare.quodintellige quoties tale crimen eſt notorium iudici & aliis:vt quia factum eſt præſente iudice,& tot aliis qui ſufficiunt

ad

ad notorium facti: quia in hoc caſu iudex non recuſatur vt extra de appella.c.propoſuit, licet contrarium teneat Barto.in lege ſi quis forte.ff de pœ vide quid dixi ſupra articulo.clxviii.nec requiritur accuſator vel denunciator, nec datur libellus, nec lis conteſtatur, nec iuratur de calumnia. nec de veritate dicenda, nec requiruntur teſtes, nec aliqua probatio: imo tunc ordinem iudiciorum non ſeruare, eſt ſecundum ordinem iuris procedere tutius tamen eſt vt proceſſus redigatur in ſcriptis, quia alias non crederetur iudici, vt.c.quoniam contra.extra de probationibus. Si autem ſit notorium aliis tantum & non iudici tunc officialis ſeu denuncians auditur ſine inſcriptiõe, vt C.de accuſationibus.l ea quidem.& in hoc notorio requiritur probatio quòd ſit factum in loco publico de die & tot præſentibus qui faciant crimen notorium. Et vt ſciatur quando crimen eſt notorium, eſt ſciendum quod aliud eſt notorium præſumptionis, aliud eſt notorium iuris, & aliud eſt notorium facti: & ſubdiuiditur notoriũ facti, quia aliud eſt notorium facti actu trãſeuntis, aliud actu interpellati, aliud actu manentis. Item notorium facti, aliud eſt notorium iudici, non aliis: aliud eſt notoriũ iudici, & aliis, de quibus per ordinem videamꝰ & poſtea ſubiiciam, quot teſtes probare debeant, & quot teſtes ſufficiant.

Notorium multiplex.

Notorium præſumptionis eſt euidentia iuris vehementis præſumpta, vt eſt paternitas vel filiatio, vt eſt quando maritus & vxor vocant aliquem infantem in ſuũ filium: nam tunc eſt præſumptio iuris, quad ſit filius eorum, vt extra de proba.c.per tuas.& qui filii ſunt legitimi c.tranſimiſſe. quia filius, is eſt quem nuptiæ demonſtrant, vt.ff.de in ius vocã.l.qa ſemp.&.ff.de his qui ſunt ſui vel alie iur.l.filium. Itẽ cõſanguinitas eſt notoria iuris præſumptio, vt extra de diuor.c.i.& iſta probationẽ exigunt, vt extra de proba.ca.euidentia.

Notorium præſumptionis.

Notorium vero iuris eſt illud crimen, de quo quis condemnatus eſt, vel in iure confeſſus, vt in prædict.c euidentia ff.de ſtatu.hominum.l.ingenuum.ff.de reg.iur.l.res iudicata dummodo in iure confeſſus perſeueret in ſua confeſsione facta ſine formidine tormẽtorum: alias autem nõ, vt.ff.de quæſtiõi. quidam

Notorium iuris.

quidam tamen dixerunt quòd crimen quod nō probatur fore commiſſum, nunquam per confeſsionem vel per ſententiam poſsit fieri notorium. vt ſi quis falſo confiteatur ſe crimen, de quo agitur cōmiſiſſe, vel ſi ſit quis cōdēnatus de crimine quod nunquā cōmiſit: requiritur dictum ſapientis euidentia facti, quæ ingerat hominibus loci vbi committitur. Dic tamen quòd hæc non obſtant: nam licet quis falſo confiteatur vel condemnetur iniquè: tamen per illam confeſsionem vel ſententiam factam id habetur notorium iuris, donec contrarium oſtendatur, vt C. de confeſ. l. i & extra. eodem titu. cap. fina. etiam ſententiæ ſtatur, donec eius iniquitas detegatur, vt extra de re iudi. cap i. & C. de appella lege hi qui ad ciuilia & extra de renun. cap. in præſentia cum ſimili. Et in tale crimen habetur notorium iuris, non dico facti, & contra ipſum probatur contrarium, ſi in dubio reuocetur, & quis appellans auditur vt de appella. c. romana § ſi autem lib. vi. Mar. vero dicit ꝙ notoriū iuris erat illud crimen, quod per teſtes erat probatum: ita ꝙ ex eo pōſsit condēnatio ſequi. vt dic. l. fi. C. de proba. & C. de re iudi. l. geſta. Notoriū vero facti habetur id crimen, in quo fama ſuū prebet adminiculum: & ita proteſtatur ipſa euidentia rei, ꝙ ſe prebet & exhibet conſpectui omnium hominum, vel maioris partis alicuius loci, vt nulla poſsit tergiuerſatiōe cælari: vt extra de coha. cle & mulie. c. tua & ca. veſtra. Et poteſt colligi & deprehendi tale notoriū facti ſuper quocūque crimine tribus modis. Primo modo ex multitudine gentium præſentium: tot enim debent eſſe præſentes, quòd eorum præſentia crimen faciat eſſe notorium: nam paucorum præſentia, puta duorum vel triū, vel quinque, crimen non facit notoriū: licet duo ſi inducantur debent probare notoriū ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi vero. §. qui pro rei. & extra de electio c. bone tamen vt eorū dictum valeat debent probare ſecundum quoſdam, quòd viderunt crimen. de quo teſtificantur committi, de die & in loco publico, & ꝙ tot hoīes erāt præſentes, qui videre ſimiliter potuerūt ꝙ crimē notoriū factū fuit: aliter nō ꝓbarēt crimē eſſe notoriū, nec ob eorū teſtiū dicta reus eſſet dā

Notoriūm facti ex quī bus modis poſsit deprē hendi.

nádus: quia ſi nõ probaretur, vel nõ cõſtaret crimen eſſe notoriũ nõ valeret proceſſus inordinatus l. prolatam C. de ſenten. & inter. om. iudi. alii vero dicunt, ꝙ teſtes debét ſufficere, ſi probãt alterũ de duobus, vel crimẽ fore notoriũ vel ſe vidiſſe illud cõmitti: vtraque tamẽ opinio poteſt ſaluari ſecũdũ Gãd. in ti quomodo de malefi. cognoſ. quãdo crimẽ eſt notoriũ, allegat Spe. ita dicere primã opinionẽ poſſe habere locũ, quãdo in probationibus notoriis procedit ad petitionẽ alicuius: ſecũda vero quãdo iudex procedit ex ſuo officio quærendo, an crimẽ ſit notoriũ. Sup hoc art. dixerũt quidã, ꝙ requiritur notitia totius viciniæ, & quòd omnes crimẽ fore cõmiſſum proclament, vt. ii quæſt. i. §. ſcelus. Alii dixerunt ſufficere notitiã maioris partis viciniæ, vt extra de pur. cano. c. cõſtitutus. Alii dixerunt vt Io. ſufficere præſentiam decem hominum: nam decem homines faciunt collegium, vt ff. de verb. ſigni. l. neratius quòd nihil eſt dicere ſecundũ eundem Gandi. quia eadẽ ratione ſufficerent tres. vt extra de electio. c. noſti. tu vero dicas quòd arbitrio iudicis cõmittitur, quot homines faciant notorium cum hoc nõ ſit in iure expreſſum arg. ff. de iur. delib. l. i ff. de verb. oblig. l. cõtinuus & extra de offi. deleg. c. de cauſis. Item notoriũ facti deprehenditur ſecũdo loco ex qualitate loci, vbi crimen ſit commiſſum, vt puta, quia in loco publico: nã ſi in occulto nõ fieret notoriũ ſeu publicum, vt inſti. de iniur. § atrox. & ff. de pœ. l aut facta Tertio deprehẽditur notorium ex temporis qualitate, vt ſi crimen fuerit die cõmiſſum: quia ſi fuerit cõmiſſum nocte, non poſſunt homines ita bene videre, vbi lumen nõ eſt. vt extra de offi. deleg. c. conſuluit. & dic. l. aut facta §. tempus. Notoriũ facti actu tranſeuntis, quod ſemel ita notorium factũ fuit quòd nulla potuit tergiuerſatione celari: quod tamen factum, ex quo ita ſemel publicè actum fuit, reiterationem non habuit: & hoc modo dicitur Chriſtum paſſum fuiſſe in cruce, ſed hoc verũ eſt, ſi iidem homines viuerẽt: alias autem nõ eſt notorium, ſed eſt fama de facto præterito. Notoriũ vero facti actu interpellati dicitur, quod ſic fit publicè quod tergiuerſatiõe cælari nõ poteſt, quod quidem

dem ſæpius iteratur, nó tamen continue, ſæpius iteratur, quale eſt crimen quod in loco publico & in die, ſub multorú præſentia committitur. Notorium vero actu permanentis eſt crimen, quòd habet cótinuationem facti, ſicut cú aliquis manifeſte in carcere detinetur, vel ſi quis tenet publice concubinam in domo, menſa, & lecto, de quo notorio habemus extra de appel. c. dilectus filius. licet auté iudex, tamen ſuper hoc notorio poteſt duplici via procedere, ſcilicet per inquiſitioné ex officio ſuo, vt inquirat, an dictú crimé ſit notoriú, vel etiá poteſt procedere alio hoc crimen denúciante, & cauſam proſequente, & probare volente hoc crimen fore notoriú: & quocúque modo procedat, nó eſt ordo iudiciarius obſeruádus, nec libellus dádus, nec litis cóteſtatio facienda: quia in talibus ordiné ſeruare, eſt eius ordiné peruertere. Ita dicit Gád. vbi ſupra & vide Spe. in titu de noto. crimine, & ibi Io. And. in addi. Eſt etiam quintum indiciú indubitatú propter euidentiam & qualitatem facti, quod accidit quádo conſtat aliquem eruiſſe oculum alicui: nam ex hoc colligitur ꝙ iniuria illa fuit atrox, vt argu. ff. de fe. l. ii in fine. vel quoties quis dixerit alicui vel fecit nó dicéda, vel nó facienda: nam ex hoc & qualitate facti huius apparet, ꝙ dolo illam iniuriam dixerit, vel fecerit vt. C. de iniur. l. ſi non conuicii & C. ad l corne. de ſica. l. i. aut quoties conſtat aliquem non occidiſſe vel vulneraſſe, vel contra eum gladium traxiſſe: nam ex tali euidétia facti apparet, quòd dolo fecerit hæc, & ex ſua prauitate, & ideo puniéd⁹ eſt, vt argu. C. de ſica. l. i. & l. is qui. eo. titu. & no. do. Azo. in ſumma eo. ti. §. occidere autem. Sextú verò indiciú indubitatú eſt, quod accidit frequéter, quoties iudex vel quis alius, qui iuriſditioni præeſt alicuius ciuitatis caſtri vel villæ, cuius officiú nó conſiſtit in denunciando tátú, ſed conſiſtit in inquirendo & puniédo, diſcurrit per ciuitaté villam vel caſtrú, cauſa ſuú officium explicandi, & inuenit & videt aggreſſores, vel aliquem aliquod maleficium cómittentem, aut arma portátem vetita, vel nocte eunté, vel res vetitas deferenté cótra interdicta ciuitatis Nam & túc tali caſu ſatis dici poteſt, & videt iſtud tale fore indu-

Notarium actus permanentis.

aa ij bitatum

bitatũ indicium, ꝙ ex eo ſolo nulla alia ſuper eo crimine probatione reperta poſsit ipſe iudex ſentẽtiã diffinitiuã proferre: quia illud crimẽ ſeu illud tale factũ dicitur eſſe iudici nõ vt priuato notorium arg.ff.fi.reg.l. ſi irruptione.§ fi.& dic.l.ii.ff.de fer.in fine.& deoffi.præſi.l. illicitas.§.veritas.ſatis enim dicitur probari crimen quod oculis ſubiicitur iudicantis more iudiciario inquirẽtis: nam oculorũ inſpectio habetur pro quadã ſpecie probatiõis, nec his obſtat quod alias dicitur,& no.C.de accuſa.l. ea quidẽ. vbi dicitur denũciationi officialis nõ eſt credẽdũ: quia hoc habet locum quando officialis officiũ ſolum in nunciando cõſiſtit, vt ſunt conſules villarum & locorum ſecundũ Gandi in ſuo trac.maleficio.ti. quomodo de maleſi.cognoſ per denũcia.de quo per Ang.in ſuo trac.maleſi. in glo.necnon ad denunciationẽ verſi.quęro & addi. ibi. Quod bene notent noſtri cõſules, qui putant ex hoc habere iuriſditionem propter officiũ denunciãdi crimina. quod habent tãtum, & ex hoc multos proceſſus mihi fecerunt, & faciunt quotidie ſibi vſurpare iuriſditionem volentes ius Regium ſupprimere & male faciũt Ponitur & ſeptimum indubitatũ indicium, vt ecce, eſt quædã camera habens tantũ vnum introitum & exitum, aliquis viſus eſt exire dictam.camerã pallidus cum gladio ſanguinolento in manu, in qua camera inuentus eſt homo mortuus recenter, & ita intelligitur C.de prob.l vltima. Nam palliditas eſt vnum indiciũ ſiue trepidatio vt argu.ff.de quæſt.l.de minore.§ pe.& aliud indiciũ eſt gladius, difficile eſt crimen non prodere vultu vt notat Par.de Pu. in ſuo trac.ſindi.in verbo viſo carta.cxli. Nã cõtra portãtes arma lex præſumit omne malũ, vt in autẽ.de armis, & C. vt armorũ vſus,&c.l.i.li.x. Item ꝙ gladius erat ſanguinolẽtus, eſt aliud indiciũ in hoĩe occiſo. nã ex qualitate facti capit cõiectura, vt ff.de do.inter virũ & vxo.l.virũ.& quia raro talia inueniũtur ſubiiciã duo exẽpla de indiciis indubitatis, ſalua tamen pœna imponenda vt infra dicã. Octauũ eſt indiciũ indubitatũ ſi aliquis occiditur in vna vinea vel alio loco de quo inculpat Seius cõtra quẽ ſunt hęc indicia, videlicet ꝙ ipſe erat inimicus capitalis occiſi

Palliditas ſiue trepidatio eſt indicium criminis cõmiſſi cõtra ſuſpectum.

Item

Item ꝙ viſus fuit ſolus ambulare cum gladio. Itẽ ꝙ viſus fuit ſolus fugere de dicto loco cũ gladio euaginato, Item ꝙ publica vox & fama eſt ꝙ ipſe dictũ homicidiũ cõmiſit. & ſic intellige dic. l. fi. C. de proba. Nonũ indiciũ eſt, ecce inculpatur Seius ꝙ titiũ fecit occidi: cõtra ſeiũ iſta probãtur. Primo ꝙ erat capitalis inimicus titij. Itẽ ꝙ ille Seius erat prope locũ illũ tempore quo factum fuit homicidiũ prædictũ Item ꝙ ipſe perpetrato dicto homicidio receptauit homicidã. Item ꝙ homicida erat domeſticus dicti Seij. Item ꝙ ille Seius iactauit ſe ꝙ illum titiũ faceret occidi, & eſt de hoc veriſimile quòd faceret. Item ꝙ olim aliquæ offenſæ fuerunt inter prædictos. Item quòd publica vox & fama eſt quòd dictum homicidiũ fecit cõmitti. Hæc omnia ſimul iũcta videntur eſſe indubitata indicia, quòd ille ſeius fecerit cõmitti homicidiũm ſupradictum. Item aliud eſt indicium ſi quis eſt inuentus in loco vbi cõmiſſum eſt delictum ff. ad ſilla. l. ij § quid ergo. Adde & aliud indicium craſſum & vulgare ſecũdũ Pe. Ia. in ſuis libel ti. ſuper accuſa fur. libel. verſi. ſuſpitiones ſeu indicia ad quæſtiones: quia illa nocte hora ſuſpecta Martinus fuit viſus ad ianuam ſtabuli tentans ſi poſſet intrare, & cum aliqui tranſierent per carceriã ipſe abſcondebat ſe, & poſtea redibat ad ianuã eſt enim tunc vulgaris opinio ſeu ſuſpitio cõtra eũ ſuper prędicto furto, quę eſt attendẽda ſecundũ eum vt ff. de fundo inſtruc. l. cum de lanionis. §. aſinam in fine. & eſt glo. ſing. & ibi docto. in l. fi. C. fami. hercis. & in l. cũ cognitionaliter C. de quæſtio. Bar in l. fi ff. eo. & Ang. in ſuo tracta maleſi. in gloſſ. quod fama verſi. quæro qualiter in prin. ❧ Quid ſi ſolus iudex in feneſtra vel alibi extra iudiciũ vidit aliquem delinquentẽ an ex hoc ſolo poſſet illũ torquere Spe. ponit in titu. de ſenten. §. qualiter ver. item debet iudex & in titu. de noto. cri. & ibi Ioan. And. vbi dicunt ꝙ nõ & idem tenet Bal. in l. ampliorem in princi. ver item quæro C. de appella. ❧ Ex prædictis vero indiciis tribus. vij. viij. & ix. dicebat Tho. de piperata, vt refert Gandinus in dic. titulo de præſumptio. & indi indubita. poſſe. ad condemnationem procędi dicens ſic intelligi dic legã vl-

Indicia non ſufficiũt ad condẽnatio nem diffini tiuã in cri- minalibus.

vltimam C. de proba. tanquã ex indubitatis indiciis non obſtante lege abſentem ff. de pœ. vbi ex præſumptionibus nemo damnandus exiſtit ſed concludit ipſe Gand ꝙ propter talia vel ſimilia indicia non poſsit quis diffinitiuè damnari, & ita dicit ſe audiuiſſe ab omnibus Bononię ſapientibus quos ibi ipſe vidit, & etiam ita vidit de conſuetudine ſeruari quòd propter talia vel ſimilia indicia non poſsit quis diffinitiuè in perſonam damnari rationibus & iuribus per eum pro hac parte allegatis, ſed ſi ex maleficio ex quo eſſent talia indicia deberet ſequi pecuniaria pœna dicit Gandi. quòd tunc iudex habet arbitrium eum condemnandi. & ita dicit ſe ſæpius vidiſſe ſeruari, & ita debet intelligi dictum Tho. de pipe. & ratio eſt ſecundum eum quia vbi maius periculum eſt ibi cautius eſt agendum lege prima. §. ſi is à quo ff. vt in poſſe. leg. & vide Oldra. conſi. cxcii. vbi dicit quòd Salomon propter præſumptiones & indicia indubitata, de quibus in cap. afferte. extra de præſumptio. non voluit damnare mulierem de plagio: ſed damnauit ad reſtitutionem. & eandem ſententiam tenet Pau. de caſtro in conſi. cxcvii. in primo impreſsis: vbi dicit ꝙ propter dic. Gandini defendit quendam à morte, cõtra quem erant indicia adeo vrgẽtia quòd humana mens aliter credere nõ poterat. & idem tenet Alexand. conſi. xv. i. lib. & conſil. xiiij. iij. lib. C ep conſil xxxii. & vide Boniſa. de vitel. in titu. de præſump. ibi item talis præſumptio. quare tutius fiet ſi primo torqueatur reus, ſi & extorta cõfeſsione per inueſtigationẽ veritatis cõdemnetur, & ita dicit textus ad literã in l. milites. § & ſi hi. C. de quæſtio. & ita tenet Bal. vbi ſupra. & Io. And. in addi. ad Spe. ti. de proba §. vidẽdum eſt vbi dicit: ꝙ potius videtur fienda tortura vt ex ore ſuo iudicetur xxi diſtinc. c. nõ auten. ff. de iure fiſci l. imperatores & Bal. in addi. ad Spec. titu. de præſump. Et in titu. de ſententia ver. ad mortem vbi allegat Gandinũ hoc tenere & ibi dicit dy. aliter ſentire in lege ſecũda ff. de excu. tuto. de quo vide per Ange. in ſuo tracta. male fi. in verbo quod fama publica ver. quæro an vnum indicium & ibi addi. Fac ergo ex ſupradictis has duas notabiles

tabiles concluſiones,quas alibi non reperies: vnam affirmatiuam,& aliam negatiuam.Prima affirmatiua eſt iſta ex præſumptionibus & indiciis indubitatis poteſt quis diffinitiuè ad pœnam pecuniariam & rei reſtitutionem damnari.Secũda negatiua ex præſumptionibus & indiciis indubitatis quis non poteſt difinitiuè ad pœnam coroporis damnari,quas nota tu iudex maior petra.qui aliàs damnaſti mulierem capitaliter ex præſumptionibus & indiciis: & ego tibi aſsidebam in conſilio,& curia ſuprema ſecuta fuit tuum & meum errorem:melius feciſſes ſi eam ad quęſtiones damnaſſes,vt fecerat iudex inferior petra. Limita tamen ſupradicta,vt per addi.ad Angelum,vbi ſupra. Adde quòd contrarium tenet Bar. in lege ſi quis ex argentariis.§.prætor ait.quem ibi ſequuntur doctores quòd in caſibus clandeſtinis.vt in furto probatio per cõiecturas dicitur manifeſta,vt ſi probatur quòd hoſtium noctis tempore fuit fractum,vel quòd famulus aufugit,vt ex iſta probatione poſsit diffinitiue condemnari,vt & dicit Angel. ibi, quòd ſemel vidit iſtum caſum Peruſij in quodam fullone, quoſdam pannos retinenti in apotheca,quæ de nocte fuit fracta,idem tenet Bar.in.l ij.ff.de fur.quem ibi reprehendit Aug.de quo vide per Hyppo.de Marſi.in ſua prac.carta.lxix.& Specu.in titu.de pigno.in prin.in verſi. Et nota quòd ſi creditor,& verſi.ſequenti,vbi ſubdit vnum ſingulare verbũ,quod per acclamationes factas in domo de nocte ſuccurrite quia fures ſunt in domo, quæ omnia aſportant,non probatur furtum,quia aliàs multæ fraudes fingi poſſent,quod bene nota. Adde etiã quod notabiliter vult Bar in.l.quoad præſens.C de murileg.lib.xj. Tu vero vltra doctores dicas,ꝙ ſaltem tales acclamationes facient indicia.per id quod notat Bal.in.l.j.§ potuiſſe.ff ad ſilla.vbi per illum textum notat quòd ex vocibus plorantibus inducuntur indicia,quod facit ſecundum eum ad probandum aliquem voluiſſe inferre violentiam alicui puellæ. quod vicini audierunt eam clamantem & plorantem, & dicit non eſſe meliorem textum illo:& Paris de Pu. in ſuo trac. ſindica.in verbo quia ſæpe. Et ideo ex hoc poteſt inferri, quod licet glo.in.l.cum probatio.ff.de proba dicat quòd

Acclamationes de nocte factæ ſuccurrite,quia fures ſunt an probant.

indicia minus faciunt quàm ſemiplenam probationem, quam reputauit ſingularem Bal. in. c fina. vi. col. ex. de iureiur. & in l. non hoc. C. vnde cog. & Ang. in. l fin. in principio. ff. quod metus cauſa quod intelligi debet de leui indicio ſecundum Bal. in locis ſupradictis, ſed ſi eſſet vehemens indicium, cum ſit maxima coniectura maximè ſi iſte acclamans eſſet habitus tentus & reputatus bonæ famæ & conditionis in illo loco, cum iuramento faceret indicium, vt in. l. admonendi. ff de iureiur. Et ſic ſi iſtud eſſet verum multum reſtringeretur ſingulare dictum Spec. & poſſent multæ fingi fraudes, & ſic eſſet per indirectũ furtum probare, ego dicerem tamen quòd ſi res ſubtracta nó eſſet magni valoris, & ſic non ardua vel præiudicialis, tunc tale iuramentum poſsit deferri, aliàs ſecus, vt notatur per repetentes in dic. l. admonendi, & ad probandum tales acclamationes & ſic indicia, ſufficerẽt duo teſtes vicini, qui audiuerunt talem, glo. eſt in. l ſi. quam Bar. & doctores multum notant. C. fami. Herciſ. in verbo vel indiciis ad prædictorum confirmationem, nota quòd præſumptio violenta, quę etiam ſecundum ius vim plenæ probationis dicitur habere in cauſa ciuili, nõ ſufficit ad plenam probationem in cauſa criminali, vt notant docto. in dicto cap. afferte, de proba. & Inno. in cap. quia veriſimile, eo tit. Bald. in addi. ad Spe. titu. de præſum. ver. nota. & per hoc videtur, quòd præſumptio violenta de nudo cum nuda de ſolo cum ſola de qua in cap. literis de præſump. quæ habet vim plenæ probationis in cauſa ciuili ſeparationis matrimonij nó ſufficeret ſola in cauſa criminali, ad condemnãdum de adulterio vel ſtupro, facit. l. ſciant cuncti. C. de proba. ſecus eſt, quando præſumptio eſt violenta à iure approbata, etiam quoad criminalem cauſam, quia illa ſola ſufficit, vt. l. ſi hi qui adulterij. C. ad. l. Iuliam. de adul. cum auten. ibi poſita.

Indiciũ debet probari per duos teſtes.

Præſumptio violẽta quæ habet vim plenæ probatiõis in cauſa ciuili nõ ſufficit ad plenã probationẽ in cauſa criminali.

☞ Adde etiam quòd locus à communiter accidentibus inducit indicium indubitatum. vt ſi volo probare meretricem, eo ꝙ paſsim admittebat iuuenes ad ſe, vt. l. neque naturales C. de proba. vt notat Bal. in titu. de ſenten. in addi. ad Specul. verſicu. ad mortem, late Hyppol. Marſ. ſing. i. ☞ Do ubi aliam Bal. theoricã in. l. non ſolum. §. ſciendum. ff. de ope.

de ope.no.nuncia.& ibi Iaſ. in vltima col. quia in delictis præſumitur pro reo, quod delictum excuſat Bal.in.l. preci bus,in.v col.C.de precib.imperatori. offe. & ideo ſi ſunt indicia pro reo, quod non commiſit delictum,& ſunt aliqua pro eo, non poterit poni ad torturam duplici ratione primo quia ſemper in obſcuris.l.ſemper.ff.de reg.iur.l. factum cuiq;§.fina.eo.titu.regula in pœnis de reg.iur. in.vj. cum ſimilibus. Secunda ratio quia vna præſumptio tollit aliam.l.diuus.ff.de in integ.reſtit.c.accedens de crimi. fal. & ibi glo.& in.c.tuam de ſponſa. & ibi etiam glo ponit Hyppo.in ſua prac.carta.lv.verſi.quæro modo ſub numero.clxxxix Illud tamen in ſumma eſt notandum, quod omnia prædicta indicia, de quibus dictum eſt ſupra non adeo indubitata dicuntur, quin aduerſus ea poſsit probari contrarium, præterquam in caſu illo, vbi eſt iuris & de iure præſumptio contra aliquem de dicto delicto: quoniam nihil eſt adeo indubitatum, quin quandam ſollicitam dubitationem recipiat, vt in autentica de tabel.§. ſi vero. coll. quarta,&.C.quib.ad liber procla non licet.l.fina. & not: extra de electio.c.bonæ memoriæ.§.licet. De iſtis indiciis vide etiam latè per Parid.de Put.in ſuo trac. ſindi. à verbo tortura vſque ad verbum an ſi officialis: & ſcias ꝙ illa die, qua quis debet torqueri non datur ſibi ad comedendum ne corpus ex cibo turbetur in ipſa tortura & ita obſeruatur de conſuetudine ſecundum eundem Parid. de Pu.in verbo de repetitione in fine. Circa textum, quod ſunt ſpecies tormentorum Bonifacius de vitel.in ti. quæ indicia debeant præcedere torturam in fine, dicit ꝙ eſt vna ſpecies tantũ cum fune, nec reperitur lege cautum quod tormenta aliter fieri poſsint.C. ad.l. Iul. maieſta.l. nullus, vnde dicit, ꝙ ſi iudex aliter facit forte peccat: licet (ſecundum Tullium in Topicis) poſsit fieri alio modo, vt not.ff.de quæſtio.l.edictum.Hyppo.de Marſi.in ſua eleganti repe.l.j.ff.de quæſtio.poſuit quatuordecim ſpecies, quarum plures ab antiquis fuerunt inuentæ: quaſdam vero nouiter ipſe inueniſſe aſſerit, prout eſt ſubtractio ſomni, quæ per quam ſubtili ingenio adinuenta fuit, Iacobus de Bello viſu in ſua practica, titulo de quæſtio. verſiculo

Tormentorũ ſpecies.

culo circa ſextum ponit quatour ſpecies, quas in iure dicit expreſſas. Prima ſpecies tormentorum fit cum igne poſito ad plantas pedum iuxta notata.ff.de quæſtio.l.edictum.circa principium. Secunda cum funiculo, ſeu cordula, & diuerſimodè aliquando contrahendo per brachia ſuperius aliquando ſine pondere, aliquando cum pondere magno vel paruo, iuxta perſonæ & criminis qualitatem, aliquando fit ipſum trahendo per pedes & brachia ex tranſuerſo, quolibet eius pede ligato in duobus annulis ferreis, & eius brachiis in aliis duobus, & quòd deinde trahantur cordulæ per tortores, donec nerui eius, pedes & brachia, & totum corpus protrahatur & dilaceretur iuxta nota.C.ad.l.Iul maieſta.l.nullus. Tertia ſpecies fit cum aqua calida, & lintæo lineo tranſglutiendo vt not.C.ex quibus cauſis infa.irrog.l.verbum, alio modo fit ſecũdum eundem de Bel.viſu cum braconibus, cum quibus labra equorum maiorum diſtringuntur, quando ferrantur poſitis ligatis & ſtrictis tibiis torquendorum, aliquando cum pondere aliquando ſine pondere. Aliquando fit cum thaone ſiue ſcarabot, vulgo viuo poſito ſuper vmbilicum hominis ſupini, incluſo infra catinum ſiue ſcutellam vel vitrum. Alio modo denegãdo alimenta criminoſo, vt no.ff. de iniur.l.item apud labeonem. Et alio modo ſi tempore hyemis ponatur ſpoliatus ad aerem: ſed iſti vltimi quatuor modi nõ reperiuntur in iure, & aliis multis modis fiunt ſecũdum arbitrium iudicantis loci conſuetudinem & regionis: & iſti vltimi quatuor modi fuerunt reperti propter ſeniores homines, quos ad torturam poſitos corda leuabant ne deſtruerentur propter ſenectam. Alios modos vide per Gandinum in titu.de quæſtio.& tor.verſi.ſed quid de quæſtione Ange. in ſuo tract.maleſi.in verbo. quod fama publica, ver. quid ſi eſt tale delictum, & addi.ibi Pe.Iac.vbi ſupra.ibi ſequuntur modi: & per Hyppo.vbi ſupra.& ibi Latius quàm alibi Paulus Gril.titu.de quæſtio.& tortu.ponit quinq; gradus torturæ ſub prædicta ſpecie tormenti cordę. Primus ſiue infimus gradus torturæ eſt terror ille quem infert iudex quando illum cognoſcit ſuſpectum: tamen indicia nõ adſunt talia, vt torqueri poſſit: iſto caſu iudex mandat quan-

Tormẽtum primũ cum igne ad plãtas pedum.

quandoque reum ipſum ſpoliari ligarique & in ordine poni,ac ſi verè torquendus eſſet. & quandoque ligari mandatur ad funiculum,ita vt nihil aliud deficiat, quàm ſola eleuatio vel tractio,& hoc fit ad incutiendum timorem reo, vt facilius fateatur inſtantibus maximè indiciis perſuaſionibus:& iſta propriè non dicitur tortura : quia verè corpus non torquetur aut ſentit dolorem:ſed potius eſt quidam mentis timor ſecundum Bal.in l.ii.C.quo appella.nõ recip.& in.l.prima.C.de confeſ. vbi dicit ꝙ confeſsio facta à reo in iſtis præparatoriis tormentorum,cum ſit facta & extorta propter timorem tormentorum,indiget ratificatione,ac ſi facta fuiſſet in plenis tormẽtis,de quo dixi ſupra articu.cxlviii. Adde quòd iudex poteſt illos terrere qui non poſſunt torqueri,vt l.tertia.§ idem.ff de teſti.& dicit Bal.in dicta l.ij.quòd leuis tortura nõ eſt tortura, & ſi ille moriatur,cui torture terror adhibetur,iudex non tenetur,vt no Par.de Pu.in trac.ſind.in verbo ſequitur ideo ſi reus non fuit ſufficienter tortus præcedentibus indiciis poterit iterum torqueri ſine aliis indiciis,vt dicit Bald.in dic.l.ii.quod nota.Secundus gradus torturæ eſt,cum reus ligatus eleuatur modicum ſupra terram,& paulo momento detinetur eleuatus & protinus deponitur,vel cum detinetur ſuſpenſus ſpatio dicendi Aue Maria vel Pater noſter,aut vnum Miſerere iuxta qualitatem facti,& perſonarum conditionem:aut per illud ſpatiũ trahitur corda deinde deponitur abſque aliquo impulſu, quaſſatione vel tractu cordæ & hæc dicitur leuis tortura,ad quam deueniendum eſt quotieſcunq; indicia apparent aliqualiter probata,& reus eſt magis ſuſpectus: indicia tamen ipſa nõ ſunt ſatis plena ad inferendam plenam torturam : & iſta eſt leuis tortura,de qua loquitur Bal.in dicta.l.ii.C.quo appella.non reci. Tertius torturæ gradus eſt,cum reus ſuſpenſus detinetur in tortura ſpatio dicendi vnum Miſerere vel duo,aut aliquantulum plus,abſq; tamen aliquo tractu vel impulſione cordæ,quæ infertur ad maiorem cruciatum,& ad iſtum gradum aſcendet iudex quotieſcunque reus eſt magis de crimine ſuſpectus,& indicia contra ipſum tendentia ſunt plenè probata:delictum tamen nõ eſt de atro-

Tortura impropriè dicitur quæ timorem tantum infert.

Tortura leuis.

cibus

cibus, vt eſt furtum modici valoris, vulnus non letale, ſeu aliud crimen non capitale, vt. l. ij & ibi Bar. ff. de publi. iudi. vel quando delictum eſſe grauius & indicia magis aperta: perſona tamen eſſet talis nobilis, vel aliàs eſſet honeſtæ familiæ & aliàs bonæ conditionis & famæ, & non aſſuetus in ſimilibus commiſceri, cum quo mitius & magis temperatè agendum eſſet: excedendo tamen non credo, quòd iudex poſſet reprehendi arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & l. in ſeruorum, & l. reſpiciendum §. delinquunt. ff. de pœ. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. & l. iij. §. tu magis. ff. de teſti. Quartus torturæ gradus dicitur quotieſcunq; reus poſt eleuationé diutius ſuſpenſus in tortura detinetur, videlicet per quartam tertiam mediam vel partem, vel duas horas, vel duas tertias vnius horæ, aut per integram horam ſecundum grauitatem criminis ſuſpitionem rei, & vires indiciorum quandoq; in ipſo detentionis ſpatio adhibentur vnus, duo aut plures ictus, ſiue tractus cordæ ad maiores cruciatus inferendos: maxime quando indicia ſunt prægnantia, reus eſt ſuſpectus, & habet membra robuſta, & crimen eſt graue ex ſe, licet etiá omnia iſta non concurrant: ſi tamen maior pars concurrit ſufficit, vel quoties ſcandalum nó modicum generaret, vt eſt furtum magnæ rei ſacræ, vel aliud turpe ſacrilegium, vel ſacramentorú abuſus, de quibus abundè loquitur Paulus Gril. in dic. ſuo tractatu. Quointus & vltimus torturæ gradus ſuccedit, & eſt iſte quotieſcunque poſt aliquam ſuſpenſionis detentionem, & ictus ſiue tractus cordæ, ſiue reus adhuc pertinax in eius negatiua perſtiterit, & torturam huiuſmodi ſpernere videretur pro grauiori cruciatu ad pedes ipſius rei torquendi ſubiiciuntur pondera quædam pendentia, vt ſunt compedes ferrei, lorica, aut aliud ſimile pondus, & cum pódere ipſo ſuſpenſus detinetur, vel ictibus cruciatur & iſtud eſt ſæuiſsimú genus tormentorum ſecundum docto. qui ſcripſerunt in hac materia, quia tunc corpus ipſius rei dilaniatur, membraq; & oſſa diſſoluuntur & euellútur à corpore: & hęc dicitur grauior pœna quàm vtriuſque manus abſciſsio, vt in auten. vt nulli iudi. §. quia vero, col. ix. & iſte vltimus gradus & modus torquendi

Tormentú ſæuiſſimú.

quęrendi per raro fit,& iudex haud facilé ad illum deueniet:niſi in certis caſibus,& criminibus grauiſſimis,vt in crimine hæreſis,læſæ maieſtatis,proditionis patriæ,& ſimilibus,vbi de multorum ſalute tractatur.Circa ſeptimũ quis ſit effectus quæſtionis:& quidem ſi quis confiteatur crimen,de quo inculpatur vltro,id eſt abſque formidine tormentorũ,ſtatim carcerandus eſt,& ilico abſque aliqua alia perſeueratione & confeſſione damnandus eſt, vt.ff. de cuſto.reo.l.vltima.i.reſpõ.&.C.de pœ.l.cũ reis.& ita de intelligat.ff.de cuſto.reo.l.ſi confeſſus.nõ obſtat l.i.§. diuus,&.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.quia intelliguntur de confeſſionibus habitis in tormentis.Item non obſtat. l.ii.C.de cuſto.& exhibi.reo.quia intelligitur ſimiliter in confeſſionibus factis in tormentis vt patet in fine vbi dicit vt iudicibus immodicè ſæuientibus,&c.& hæc eſt verior lectura,& communis opinio doctorum,vt dixi ſupra arti.168.Si autem confiteatur quis in tormentis vel formidine tormentorum:tunc confeſſioni,non ſtatur nec pro confeſſo habetur vt dic.§.diuus,&.C.quorum appella.non reci.l.ii.& eſt ratio quia quæſtio fragilis eſt res,vt ff.de quæſtio.l prima.§. quæſtioni.& habet locum tunc dic.l.ii.C.de cuſto.& exhibi.reo.vt iudex faciat coram ſe criminoſum venire,& quærat ab eo vtrũ velit in cõfeſſione ſua perſeuerare an retractare vel aliter dicere,& ſi perſeuerauerit tenet confeſſio arg.dic.§.ſi quis vltro.& dic. l.ii,C.quor,appella.nõ recip vide Lanfran.in repe.c.quoniam contra.in verbo confeſſiones numero nono,vbi dicit quód confeſſio facta in tormentis præcedentibus legitimis indiciis non valet,niſi reus perſeueret in ea,quia ſi perſeueraret in ea dato quod fuerit facta in tormentis bene valeret.Ita tenet gl.in.l.ii.C.de cuſto.reo. & idem ibi Ange.& Iaco.Butri.& Ange.in.l.vnica.C.de confeſ. & dicitur quis perſeuerare in confeſſione,niſi eam reuocet.vel appellet,ſecundum Bal in dic.l.vna C.de confeſ. *Cõfeſſionẽ factã in tormẽtis poteſt retractare reus.*

☞ Idé tenet Spe.ti.de cõfeſ.§.effect⁹ ver.& hoc in ciuili cauſa & Io.An.in addi.ver.An.ex ſola dicit ꝙ nõ valet confeſſio facta in tormẽtis.☜ Nunc reſtat formare multas breues & vtiles quæſtiones in hac materia.Et primo

quæro

Crimine probato an ſit deueniendum ad queſtionem.

quæro, an crimine plenè probato ſit deueniendum ad torturam? Bald. facit hanc quæſtionem titu. de quæſtio. circa torturas, queſtio vigeſimatertia, & arguit pro & contra, & concludit quod non, quia ad torturam recurritur, vbi aliter veritas haberi non poteſt. ff. de quæſtio. l. edictum. & l. diuus & l. quoties. cum ergo veritas ex probationibus habetur non debet ad quæſtiones procedi, & hæc eſt veritas. vide Angel. in ſuo tracta. maleſi in verbo quod fama publica ver. ſecundo quæro, vbi dicit nota & cautus ſis, quòd facias in actis apparere quod iudex non valendo aliter veritatem habere, declarauit deuenien dum ad torturam, alias in ſindicatu poſſet teneri. Et ideo dicit Angel. in l. & ſi certus. ff. ad ſilla. quod ſi maleficium eſt liquidatum per probationes veras, malefacit iudex ponẽdo malefactorem ad torturam & tenetur in ſindicatu. & vide Bal. in l. milites. C. de quæſtio. & in l. fina. C. eo titu ☞ Adeo quod ſi iudex volens vltra probationes dicti maleficii habere confeſſionem rei ad hoc vt poſt confeſſionem ſuam tanquam conuictus & confeſſus non poſſit appellare iuxta l. ii. C. quo appel. nõ recip. ponit talem reũ ad torturã vt confiteatur dictũ crimen ſeu delictũ & vigore dictarũ ꝓbationũ hoc caſu ſi ipſe reꝰ tortus ſufficienter tortus perſtitit in negatiõe tũc iudex nõ poterit eum vlterius condemnare de dicto delicto: vt antea poterat quia per talem torturam & negationem ac perſeuerantam ipſius rei probationes que erant contra eum ſunt debilitatæ, & magis videtur verum illud, quod dicit & negat cum perſeuerantia ipſe reus qui melius ſcit, (an deliquerit quam alius) quod depoſuerunt teſtes contra eũ ita multum egregie dicit Alb de Ro. in l. edictum per gl. ibi ff. de queſtio. quod dictũ valde not. refert Bar. Cepo. cõſilio ſuo xxxii. incip. quidam ruſtici. & dicit ꝙ iſtud videtur fuiſſe de mẽte Bar. in l. vnius in § fi. ff. de q̃ſtio ☙

Tortura an poſſit repeti.

Secũdo q̃ro an tortus poſſit itetũ torqueri, & queſtio repeti? dixi ſupra ꝙ nõ & idẽ dicit Bar in l vnius. §. i. ff. de queſtio. niſi ſuperueniant indicia de nouo vt ibi probat aliter faciẽs tenet in ſindicatu ſecundum Ange. in dic. verbo verſi tertio quæro. & idem tenet Salice. in l. ii C. de cuſto.

de cuſto.& exhibi.reo.Intantum quod dicit Bal.in l.decuriones.C. de quæſtio. quod illa l.eſt, in argumentum quod de quacunque tortura quam iudex facit dolo malo,& ſine cauſa eſt pœna capitis vt ipſe etiam notat in.l.i.C.de priua.carce.Dicit tamen Barto.in dic.l.vnius.§.i per illum textum quod quæſtio poteſt repeti quando ſunt indicia euidentiora primis quod notandum perpetuo dicit Ange.vbi ſupra in verſ.ſed tu caueas.Sed quæ dicãtur noua indicia ad hoc vt poſſit quæſtio repeti,reſpondeo ea quæ differunt à præcedentibus ſpecie,vel ſubſtantia:verbi gratia prima indicia erant de mala fama rei vel quod erat inimicus &c.ſuperuenit poſtea vnus teſtis qui dicit ſe vidiſſe reum percutere vel dicit quod vidit eum cum gladio euaginato:talia enim indicia dicuntur noua quæ à prioribus ſpecie differunt,vel ſubſtantia ſicut dicimus in capitulis nouis,vt l. per hanc.C. de tempo. appella.&.c.fraternitatis extra de teſti. quod bene nota ne erres quia ſi tu primo habuiſti indicium ex fama per aliquos teſtes,licet poſtea plures habeas ſuper fama nõ dicũtur noua indicia,ſed dicitur noua probatio primi indicii,& ſic propter nouos teſtes ſuper fama nõ poſſet quæſtio repeti ſecũdum Ange.in dic.verſi idem tenet practicus Papié.in forma iuquiſitio.verſ.& quia vbi dicit quod ex hoc reprobata fuit fatuitas cuiuſdam iudicis qui poſt primam torturam adhibitam propter indicium infamiæ dũ ſuperueniſſent noui teſtes qui depoſuerũt famã eſſe contra reum,adhuc repetiit cõtra eum torturam. Et ideo reus confeſſus poſt tormenta repetita que repeti. non debuerunt non poteſt propterea condemnari per l.queſtionis ff.de queſtio ideo cautela eſt ſecundum pari. de pu in ſuo trac.ſindi.in verbo de repetitione vt tortura poſſit repeti.vt torquens proteſtetur & dicat ꝙ intẽdit ſuperſedere à tortura iã incepta & non perfecta data & ſcribi.faciat in actis & poterit repetere ipſam torturam quoties opus fuerit ad indagandam veritatem que practica ſumpta eſt ex lege.vnius ff.de queſtio.de ipſa repetitione torture vide ibi late per eum Habes notare quod indicia debent eſſe ſufficiẽtia antequã reus cõdemnetur

Indicia noua per que queſtio repeti poteſt.

demnetur ad torturam,& de illis in actis debet apparere alias non valeret illa condemnatio licet iuſtificetur ex indiciis poſtea ſuperuenientibus vt notant glo.& Bar.in l. maritus.ff. de quæſtio.neque confeſſio emanata in tormẽtis,nullis præcedentibus indiciis etiam ſi poſtea interueniret confeſſio ſpontanea ſecundum Bar.in dic.l.maritus & Lanfran.vbi ſupra numero.xii.& Bal.in.l.ea quidem. &.l.fina.C.de accuſa.qui multum extollit illam gloſſ.in dic.l.maritus.& ibi dicit quòd indicia ſuperuenientia nõ iuſtificant torturam,& allegat rationem:quia dicit quòd ordo iuris eſt peruerſus,& ſic Bal ibi tenet,quòd eſt de ordine eſſentiali.Idẽ tenet Bar.in l pe.ff.deq̃ſt.refert &ſequit pariſde pu.ĩ ver.an ex ſola. Tertio q̃ro,q̃d autẽ ſi reus ſæpius aut pluries cõfeſſus fuerit in tormẽtis,deinde tẽpore ſuo adductus ad banchum iuris loco ratificatiõis negauerit,& confeſſionem ſuam reuocauerit,quid tunc aget iudex?dic quòd reponet illum ad torturam,in qua tandiu morabitur,ſuſpenſus,quantum iudici videbitur eſſe ſufficiens,& ſi reuocationem ipſam reuocauerit reuertendo ad primam confeſſionem illi ſtandum erit,& iterũ ratificanda ſi vero paſſis tormentis ſemper; in eadem reuocatione inſtiterit debet abſolui.vide Bar.in dic.l.i.§. ſi quis vltro.ff de quæſtio.& Hyppo.de marſi.in repe. dic.l.i.col iii.vbi dicit quòd dum ipſe erat officialis illuſtris Ducis Mediolani,habuit præ manibus quendam inſignem ribaldum,qui ſimiles actus ſæpius fecit,& repetitis vicibus in tortura fatebatur:deinde ad banchum iuris adductus ſemper negauit,& reuocauit præcedentem confeſſionem,adeo quòd fuit ſibi neceſſe illum abſoluere, & abolere proceſſum cum inquiſitione:interrogatus poſtea quare ſic effecerat,reſpõdit quod magis ſibi expediebat torquere pluries in brachiis cum corda,quàm ſemel in gula:quoniam multi inueniuntur medici qui ſciunt reſarcire oſſa brachiorum,etiam ſi eſſent fracta:ſed nemo reperitur qui ſciat reſarcire gulam laqueo occluſam Quo moderamine debeat iudex torquere reum habes in.l.de minore ¶ tormenta.ff de quæſtio.& dixi ſupra in prin.huius articuli. Adde quòd ſingulariter notat Paris de Pu.in ſuo tractatu ſindi.in verbo viſo iſtam quæſtionem ſemel

Quæſtio repeti poteſt ſi reus neget quæ cõfeſſ' eſt in tormẽtis.

ſibi

ſibi contigiſſe de facto, quòd cùm quidam nobilis fuiſſet accuſatus cuiuſdam magni furti, & eſſent nonnulla magna indicia contra ipſum, fuit tortus, & confeſſus in tortura dictum furtum feciſſe. & poſt torturam negauit dicens ſe ob tormenta confeſſum fuiſſe. deinde iterum tortus confeſſus fuit, & poſt torturam adhuc negauit, & tertio tortus, confeſſus fuit, & poſt etiam negauit, quem liberauit præſtita fideiuſſoria cautione, quòd ſi potuiſſent reperiri aliqua noua indicia contra ipſum vel quòd vere furtum commiſiſſet, quòd ſiſteret coram ſe, allegat inter alia quod confeſsio erronea etiam ſæpius repetita poteſt reuocari l.i.C.de erro. calcu. non enim debuit vltra tertiam vicem torqueri per notata per Ange. in lege fina. C.de quæſtio. vbi dicit quòd ſi teſtis examinatus varius ac tortus vnum dixerit, deinde repetitus dixerit aliud, debet tertio examinari per torturam. quia non ſtabitur prío dicto nec ſecũdo, ſed tertio debet repeti, & ſtabitur illi dicto in quo perſeuerabit tanquam vero, allegat glo. fina. in dic. l. fina. in verſi. alii dicunt adducit etiam Paulũ de Caſtro. in conſi. cxcv. vbi dicit quòd iudex torquẽs vltra tres vices diuerſis temporibus dicitur immoderate procedere argu. l. fideicõmiſſa. §. ſi quis ff. de leg. iii. Et reſpondet etiam Paris ibi, quòd non poteſt dici hic ſuperueniſſe noua indicia ſcilicet ipſam cõfeſsionẽ, quia tortus confeſſus eſt, & deinde propter illam confeſsioné poſitus ad torturam. Et deinde propter ſecundã confeſsionem iterum tortus, quia ſecunda indicia (per quæ quis repetitur in tortura) debet eſſe diuerſi generis à primis argu. not. in l. per hãc C. de tempori. appel. & tenet Bart. in l. vnius ff. de quæſt. quæ omnia fere refert ad literam Paris de Pu. vbi ſupra, & eadé verba refert, & ſequitur Hyppo. de Marſi. in ſua practica cartá. lxviij. qui vltra prædictas rationes multas allegat, quod bene nota tu, qui ſemel quendam damnaſti licet in cõfeſsione habita in tormentis non perſeueraſſet & dicebas vidiſſe ſupremam parlamenti curiam ita obſeruare melius feciſſes, ſi paridem ſecutus fuiſſes, quia nemini eſt dubiũ quòd ſola variatio facit iudicium ad torturã, vt l. de minore. § torméta, & ibi

Iudex torquens vltra tres vices.

Variatio facit indiciũ ad torturã.

Tortura dari non debet niſi conſtet crimine. Bar.ff.de quæſtio quare merito reus qui ſemel confeſſus fuit in quæſtiõe,ſi ductus ad ratificandum neget,iterum torquetur. Aduertat tamen iudex,& ſit bene cautus, ne aliquem pro maleficio ad torturam cõdemnet, vel ponat priuſquam ſibi conſtiterit id maleficium fuiſſe commiſſum,vt .l.i.§.illud .ff.ad ſilla. vnde ſi furtum eſt commiſſum faciat iudex diligentem inquiſitionem,quærelã, teſtes,& miſsionem ſui officialis, vbi furtum eſt cõmiſſum deſcribi,& poni in actis per ſuum notarium:& ſi homicidium ſit commiſſum mittat officialem ad videndum mortuum & vulneratum, & vulnera faciat deſcribi & redigi prius in actis: alias autem niſi facta tali diligentia ſi aliquem torqueres pro dicto maleficio, poſſes in ſindicatu teneri ſecundũ Ang.in dic.verbo ibi duodecimo quęro, & in verbo etiã veſtẽ ver.quid ſi quis & ibi addi. & pro hoc eſt tex.in l.i § itẽ illud ff.ad ſilla.licet Ange.in l.vna C de cõfeſ.videat limitare hoc quãdo reus eſt malę famæ & cõditionis. Imo iudex non debet procedere ad inquiſitionem ſpecialem, niſi primo conſtet de delicto ſecũdũ Bar.in l.fina.ff.de quæſt.in prin.quod bene nota. qui debeãt intereſſe q̃ſtioni,vide ſupra in dic art.cxlviii. Quarto quæro an ſi reus ſit conuictus debeat torqueri ad indicãdum mandatores,& dic quòd ſic in l.& ſi certus ff. ad ſilla.& pluribus aliis caſibus, de quibus dixi in dic.arti. Quinto quæro qualiter probetur indiciũ?& dic ꝙ ad minus per duos teſtes,qui tamẽ directè non probãt maleficium:ſed qui viderunt reum prope domũ nocte ſtantẽ,in qua furtum cõmiſſum eſt,vt eſt glo.ſing.& ibi doct. in l. fi.C.fami.hercil.facit quod no.in l.cũ ſillaianum C.de his quib.vt indi ſecũdũ Bar.in l.fin ff de quæſt.nã vnus teſtis de viſu facit indicium ſufficiens ad torturã, vt notãt glo. & docto.in l.ſi quis C.ad l iul.maieſta.Salice.in l.fi.C de quæſtio & ita tenet Gandi.in titu de quæſtio.verſi. item quid.& not. Azo.in ſumma de quæſt.§.indiciũ.& Bal.in ſua cõpendioſa,ti.de quæſt.circa probationes,verſi xvii. quod intellige quãdo talis teſtis eſt omni exceptione maior:aliàs non,quia non infamis,non vilis,& ſic de ſimilibus. Aurea eſt doctrina Barto.in l.i §.idem cornelio ff. de

Torqueri poteſt reus cõuictus ad indicãdum mãdatores.

Indicia qualiter probãtur.

quæſtio

quæſtio.& in.l.maritus.in i.col.eo.ti.de qua doctrina facit feſtum Ange.in l ſi quis C.ad l iul.maieſta. & in l.fin. in fine C.de quæſtio hoc idem tenet Abbas in ca.1.extra de confeſ.Barto.in lege admonendi ff de iureiuran. Adde in hac materia ſingulare verbum Soci.in conſilio ſuo 54.īcip.viſis teſtibus in iiij.col.in.iii.volu.vbi dicit quòd licet quando teſtis deponit de veritate facti, debeat eſſe omni exceptione maior, tamen quando requirũtur duo teſtes ad probandum indicium Remotũ à maleficio,non requiritur quod ſint omni exceptione maiores, & tali caſu admittuntur etiam infames,ad quod allego. Bald.in.l. cunctos populos C.de ſumma trini.& fide catho. & Bal. in l.i.in.§.quæſtioni ff.de quæſtio.& in l.fina.ff. de excu. tuto refert,& ſequitur Hyppo.de Marſi in ſua practica carta xxxv.nume. 7.vbi ponit, ſi plures teſtes deponerẽt ſingulariter ſuper diuerſis,nõ iungerẽtur ſimul ad faciẽdum indicium perfectum,& ratio eſt quia nunquã iungerentur ſimul plures probationũ ſpecies ad probãdũ, niſi quãdo vnaqueque ſpecies de perſe in ſuo eſſe eſt perfecta ſecũdum Bal.in l.ſi quis ex argentariis poſt prin ff. de eden.quem refert,& ſequitur Alex.in conſil.ſuo.355. incip.ſentio.in dubium reuocari in.ii.col.Sed Alex.cõſi. ſuo.77.hoc declarat incip.in cauſa accuſatiõis ad finem in.i.volu.vbi dicit,quòd illud quod dicitur ꝙ teſtes ſingulares non probant intelligitur quoad plenã probationem,ſed quoad indicium,vna præſumptio iuuat aliam,vt patet ſecũdum eũ ex notatis per Bar.in l.fina ff. de quæſtio.& per Ioan.And.in addi.Spe.tit.de præſump.§.ſpecies verſi violenta vbi tractat an ad torturam requirãtur plura indicia an ſufficiat vnũ,& dicit ſecundum eũ quod quando ſunt duo indicia à remotis vnum iuuat aliud, & plus dicit Ioan.And.ꝙ in practica ſeruatur ꝙ pro vno iudicio proceditur ad torturã de quo infra dicetur ꝗꝗ paris de puteo in quo tractatu ſindi.in verbo fui ſemel ſub numero tertio allegat Bal.in dic.l.cuntos populos dicentem quòd infames infamia iuris vel facti non ſunt habiles ad teſtificandum ad condemnationem bene tamen ſunt habiles ad inquiſitionem & torturam quod non

affirmo propter ea quæ dicit idem paris de pu.in ſuo tra ƈta ſindi.in verbo & an ſi quis circa finem allegãs Bar. in l.i.§.idem & in l maritus ff.de quæſtio. vbi tenet ꝙ teſtes debent eſſe integri & idonei ad probanda indicia, & in l.fi.C.fami her.& in l.admonendi ff.de iureiur.vbi dicit ꝙ teſtes debent eſſe integre fame cano. in c. veniens de teſti. ☞ Licet dictum ſit, quòd duo teſtes faciant indicium ad torturam, quando non deponunt de veritate, ſed per indicia: quia nocte viderunt titium exeuntem illam domum, in qua furtum fuit commiſſum, & ſic cum deponãt ſuper actu remoto, opus eſt ꝙ ſint duo teſtes, qui deponant ſuper iſto indicio, & ſic ſuper actu remoto dicant indicia veriſimilia: nam pono ꝙ ille qui exiuit illam domum erat vnus magnus mercator, & viſus fuit aliquid habere ſub mantello: licet ſint duo teſtes, qui hoc deponant cum hoc indicium, non ſit veriſimile: hoc ſolum indicium non ſufficeret, licet duo teſtes hoc dicant. Ita declarat Ange.in l.milites C.de quæſt.per illum textum qui dicit ꝙ conditio perſonæ excludit præſumptionem reſultantem ex indiciis. & ideo opus eſt ꝙ alia indicia concurrant, puta quia viſus eſt nocte exire illam domum, in qua fuit factum furtum, & habebat aliquid ſub mantello, & incontinenti viſus fuit expendere illã pecuniam, quæ aſſerebatur furata, vide Ang.in verbo quod fama publica verſi.quæro qualiter. Itẽ quia omnia iura quę tractant de iudiciis omnia loquuntur in plurali numero, ſcilicet indicia debere præcedere nõ autem indicium ff. de quæſt.l.i.ii.reſpon.ibi & aliis argumentis & .l.vnius. § in ea.C.eo.l cũ cognitionaliter & l.milites.ſicut & pluralis locutio nõ acquieſcit ſingulari vt ff.de manu teſtamento l.libertas.§.vlti.Item quia quoties plura requirũtur ad agendum non ſufficit alterum fieri, vt ff.de itine. actuque priua l.i.§.hoc autem interdictum ff. de diuor.l. fi.ff.de tranſac.l.cum hi.§.ſi prætor. dic vt ſupra in proxima quæſtione his non obſtantibus ſufficere vnum teſtem de viſu ad habendam torturam, nec obſtat dic.l. maritus. quia ideo non fuit quis tortus propter dictũ vnius teſtis, quia ille teſtis erat familiaris producẽtis, & ideo dictum

ſuum

ſuum tantæ efficaciæ non erat quòd faceret indicium. & ita intellige etiam ordina. diui. Ludouici titu. de quæſt. in antiquis latine ſcriptis vbi cauetur ꝙ ad dictum vnius teſtis, quis non debet torqueri. ℞ Nota tamen ꝙ licet vnus teſtis deponens de veritate maleficii faciat indicium ad torturam vt dictum eſt lege quiſquis ad lege Iul. maie. C y. & alii in lege fina. C. de quæſtio. Ioannes Andreas in c. cum in contemplatione de reg. iur. & Bart. in lege i, §. Idem cornelio eodem titulo .ff. dũmodo talis teſtis de veritate deponens ſit omni exceptione maio aliàs ſecus vt dic. l i. §. idem cornelio & ibi Barto. & in lege maritus eodem titu. & in lege in bone fidei ff. de iurciu. & dummodo fuerit rite examinatus ſecundum Bald. in capi. i. §. ſacramẽtum de conſuetu. recti feudi licet Dy. teneat contrarium in lege. ii. ff. de excu. tuto. niſi eius dictum adiuuetur aliis adminiculis vel fama vt lege tertia. §. eiuſdem ff, de teſti. & idem tenet Cy. in dic lege finali C. de quæſtio. limita tamen prius dictum ſi ex forma legis vel ſtatuti deberet ſtari indiciis quantum ad plenam probationem quia neceſſe eſt tunc tale indicium probari per teſtes gloſſa eſt valde not. in autentica de teſtamen, imperfect. poſt princi. & hoc voluit ibi Angelus vbi dicit quòd ſi ſtatutum dicit quòd in maleficiis nocturnis indicium habeatur pro plena probatione quia tunc licet vnus teſtis deponat de veritate & de ipſo maleficio tamen non poterit ex tali indicio ſequi condemnatio niſi probetur per duos teſtes quod eſt ſumme notandum quare dicit paris de pu. in ſuo tracta ſindi. in verbo dicitur quòd ſi probetur mandatum homicidij per vnum teſtem idoneum eſt locus torturæ quia cum inquiratur de mandato ad homicidium concernit factum ſcilicet mandatum homicidij & videtur eſſe de veritate delicti de quo inquiritur ſcilicet de mandato facto ad homicidium committendum per not. per Barto. in lege finali ff. de quæſtio. vbi dicit, quòd vnus teſtis eſt ſufficiens indicium ad torturam quando teſtificatur ſuper facto directo de maleficio ſeu de actu maleficij propinquo non quando de indicio & mandatum de occidendo de quo nunc inquiri-

Ordinatio Ludo. xij. quomodo debeat intelligi.

tur eſt delictum per notata Bartoli in lege nõ ſolum.§.ſi mandato ff.de iniuris vbi dicitur quòd ex ſolo mandato quis punitur in atrocibus extra ordinem vt lege prima ff.de extraordinariis crimi.& per plene notata Bald. in lege prima C.de ſer.fugi & ſic ſemiplene probato facto id eſt mandato tenetur, multomagis ſequuto delicto mandauit ſi cum dicto iſtius teſtis concurrant alique veriſimilitudines vt quia occiſus erat capitalis inimicus mandantis vel ſuberat aliqua cauſa odij ex quo veriſimiliter fuerit motus ad mandandum ipſum occidi quia coadiuuant dictum illius teſtis,vel ſi deinde mandatariũ receptauit,vel ſi mãdatarius erat eius familiaris vel ſi ſtatim poſt mandatum ſequutum eſt homicidium ſi tamen vnius teſtis deponat quòd audiuit quando minatus fuerit mortem dictum illius teſtis non faceret indicium ad torturam per notata in lege prima . C : quod metus cauſa & lege prima ſi quis impera . male . quia vt mine faciant indicium requiruntur duo teſtes per gloſſ. in lege fina.ff familiæ herciſ.quid ſi vnus teſtis deponat, quòd aliquis mandauit ſibi fieri homicidium an ſibi credatur,credo quòd non per notata in lege ſi quis in graui ff ad ſilla.aduerte etiam quòd accuſator qui nihil probat torquetur vt lege ſi quis alicui C.ad lege Iulia.maieſta . ſic etiam vilis perſona ſponte veniens ad teſtificandum torquetur in autentica de teſti.§ . ſi vero ignoti in verbo feſtinantes notat Bartolus in lege ex libero ff . de quæſtio.de quo plene per pari.de pu.in dic.ſuo tracta. in fine Nota præterea, quòd ſtatuta ciuitatum quæ prohibet aliquos poni ad tormenta niſi adſint violente præſumptiones intelliguntur ille quæ ſunt maiores ſimplicibus indiciis & minores indubitatis vel intelliguntur ſecundum ius commune ſcilicet ille ex quibus poteſt ad tormenta de iure procedi ſecundum Ioanné Andreã in addi.Specu.titu.de fama in prin . ❧ Item non obſtant alia iura in contrarium allegata : quia illa talis pluralitas inſpecto communi vſu loquendi in ſingularitatem reſoluitur. vt ff.de verborum ſignificatione lege non eſt ſine liberis,& ff.de neg geſtis.l.ait prætor. §.primo de ori.ur.

ſ.i.§.exactores.&.ff.de condi.& demonſtra.l.falſa demonſtratio:& ad vltimum contrarium,dic quòd quando plura requiruntur quorum vnum per ſe non ſufficit omnia debent interuenire aliàs ſecus, vt in ſimili dicitur, quòd vbi aſsignantur plura grauamina in appellatione ſufficit vnum probare,quando quodlibet per ſe eſt ſufficiens, vt dicit glo. nota in capite exhibita extra de re iudic. & ſic intellige clauſulam,quæ quotidie ſolet apponi in poſitionibus & libellis,quòd actor non abſtringit ſe ad probandum,niſi ea quæ ſibi ſufficient ad probandum:quia quando proponuntur plura in libello tendentia ad probãdum: illud quod principaliter petitur,videtur actor in dubio ſe abſtringere ad omnia ſimul coniunctim,non diuiſim quibus non probatis ſuccumbere debet,vt cap. licet cauſam, & ibi per Ioan.And.extra de proba.notat Bar.in l.diuus. ff.de re iudi. niſi de cōtraria voluntate agentis appareat, de qua conſtat per talem proteſtationem,vt dicit Io.And. & no.in dic.c.licet animus enim proteſtantis per hoc declaratur,vt in.l.ſi duo.§.cum inquilinus.ff.vti poſsid.& in l.pro hærede in prin.& in.§.Papinianus.ff.de acqui.hære. Item non videtur ſe abſtingere ſi plura propoſuerit diſiũctiuè,vel etiam copulatiuè,tamẽ in diuerſis orationibus quorum quodlibet per ſe ſufficiat ad probãdum intentionem actoris,verbi gratia,ſi actor dixerit in libello ſententiã eſſe nullam:quia lata ſit per falſos teſtes.Item per corruptos teſtes,& ſimilia:vt not.glo.in c.ii.extra de reſcrip. & Bar.in dic.l.diuus. ſecus autẽ in eadem oratione plura coniunctim apponũtur,verbi gratia, dico tales teſtes corruptos falſum depoſuiſſe,quia iſto caſu requiritur probatio omnium qualitatũ,niſi per proteſtationẽ,vel alio modo appareat de cōtraria voluntate,vt no.in dic l.diuus, & in.l.ſi cui.in fine.ff.de fundo inſtru.ita notat prac. Papien. in forma libel.in actiõe reali in glo.nõ abſtringẽs ſe Ang. in dic.verbo.an fama publica ibi quæro,an vnum. dicit ꝙ an vnum indiciũ,vel plura requirantur,hoc reſidet in pectore iudicis: nam poſſunt eſſe plura indicia valde leuia, quæ non ſufficiunt,& poteſt eſſe vnum valde demonſtratiuũ,vt puta,eſt vnus teſtis integer & bonæ famæ, qui te-

ſtificatur, quòd vidit maleficium committi: tunc talis teſtis eſt ſufficiens ad inquirendum, & ad torturam, vt glo. & do. in dic. l. ſi quis. C ad. l. Iul. maieſta. & in. l. j. §. ij. & in. l. maritus, & in. l fina. ff. de quæſtio. adde Par. de Pu, in trac. ſindi. in verbo an ſtetur octaua carta, etiam confeſsio rei extraiudicialis eſt ſufficiens indicium ad torturam, vt ſupra dictum eſt glo. & Bar. in. l. capite quinto. ff. ad. l. Iul. de adul. Adde de iſta extraiudiciali confeſsione vltra ſupradicta vnum ſingulare quod ponit Paris de Pu in verbo quia communiter dicitur carta. cclx. in fine, quòd licet iſta confeſsio extraiudicialis non ſit ſufficiens ad condemnationem, ſed tantum ad torturam, niſi in ea perſeueratum fuerit quòd poterit puniri confitens tanquam de delicto glorians, extra ordinem officio iudicis per textum ſingularem in capite quàm ſit grauis de exceſſ. præl. Idem tenet Specul. titulo de confeſ. §. nunc videndum: vel quia res furata eſt penes aliquem, & is eſt homo malæ conditionis: ſecus ſi eſſet bonæ condititionis & famæ: quia tunc iſtud indicium non eſt ſufficiens indicium ad torturam, quando aliud indicium non habetur contra eum, ſecundum Bartolum in dicta lege finali: & Salice. in lege fina. C. eod titulo de quæſtio. ☞ Quod dic etiam ſi reperiatur furtum factum per feneſtram, appoſita ſcala, & dicatur quòd illa ſcala viſa fuit in domo alicuius, vt non ſit præſumptio contra illum, ſi aliàs ſit bonæ conditionis & famæ, notat Paris de Pu. dicto ſuo tractatu ſindic. in verbo an ſtetur, numero. decimo ſeptimo: ☜ & idem ſi quis iuuenis inuẽtus in domo pulchræ puellæ præſumitur ſuppoſuiſſe. Ita dicit Bartolus in. l. fina. ff. de hære. inſti. poſt Iacob. Butri. vel prope mortuum aliquis reperiatur cum cultello euaginato, nam iſtud ſolum eſt ſufficiens indicium, imo manifeſtum. Ita dicit Bartolus in lege fur manifeſtus. ff. de fur. Item ſi viſus eſt cum cultello ſanguinolento exire, & facie pallida de domo, quæ non habet niſi vnum hoſtium, & reperitur intus homo mortuus, vel viſus fuit fugere, & quòd erat inimicus interfecti, & fama laborat contra eum: quæ indicia ſunt ſufficientia ad torturam potius, quàm ad condemnationem, vt tenet Io. And. in addi. ad Spe. titu de proba. §. j. verſi.

Tortura dari poteſt propter confeſſionẽ factã à reo extra iudicium.

verſi.xiij.& idem tenet Io.de Imo in dic.l.fin.ff. de hære. inſti.licet Tho.de Piperata,vt refert Io.And.teneat contrarium ꝙ iſta indicia erant ſufficientia ad condemnationem.eum refert etiam Gād. vt divi ſupra,quare dic vt ibi: ſecus eſt in cauſa ciuili,in qua duę ſemiplenę probationes, vt eſt fama publica,& dictum vnius teſtis plenam probationem faciant,vt.C.de probatio.l proprietates, & arg.ff. de teſtib.liii.cap.prӕterea.extra eo.titu.& eſt glo. ſingula.in cap.veniens de teſti.Ita dicit Gand. in titulo de quӕſtio.verſi.& licet.& Ang.in dic.verbo.verſi.& an fama.de quo dic vt per Bartolum in .l.i.§. Idem Cornelio.ff. de quӕſtio.& per Ang.ybi ſupra,verſi.quӕro,an vnum indicium, & addi. ibi. Aduerte tamen,ꝙ ſi ſint aliqua indicia pro reo, debent eſſe indicia magis vrgentia contra eum, vt torqueatur.Ita dicit Bart in.l i.in princ.ff. de quӕſtio. Adde quòd in pluribus aliis differt cauſa ciuilis à criminali,licet ſӕpius dictum ſit ꝙ in criminalibus proceditur inſtar ciuilium.l.abſentem.ff.de pœ.differt enim in danda dilatione:nam in cauſis ciuilibus dantur induciӕ deliberatoriӕ,vt auten.offeratur.C.de litis conteſt. in cauſis criminalibus non vt ſupra dixi arti.cxlvi. Item in cauſis ciuilibus reus tenetur reſpondere cum iuramento, vt in toto titulo de iuramento calumniӕ:ſed ſecus eſt in cauſis criminalibus,vt tenet Bal.in.l.i.in.ii.col.verſi.oppono:nam contumax.C.quomodo & quando iudex vbi dicit ꝙ reus non debet reſpondere criminoſis poſitionibus, & ſi eſt inobediens reſpondendo, non debet haberi pro confeſſo, quia non poteſt de hoc imputari,quem refert & ſequitur Hyppo.de Marſi.in ſua practica carta.lxii.& in repeti,l.i.ff.de quӕſtio in pe.col.ad finem.Bar.tamen tenet contrarium in.l.Marcellus.ff.rerũ amo.& l.inter omnes.§.rectè.ff. de fur. de quo dixi ſupra art.cxlvi.Item in cauſis ciuilibus iuriſditio prorogari poteſt in eo qui nõ habet iuriſditionẽ, vt habetur in.l.i.ff.de iudi.in cauſis criminalibus non poteſt prorogari iuriſditio,vt habetur per Bal in.l.ſi ex conſenſu in verſi reuoco igitur in dubium.C.de epiſc.audien. & in.l.i.in prin.ver.ex hoc infertur vbi de crimi agi oportet,& in.l.i.in vlti.col.C.de iuriſdi.omn.iud.& in.l.i.in.v. noc-

Probationẽ plenam faciũt duæ ſemiplenæ probationes.

not.C qui pro ſua iuriſdi.iudic & per Bart.poſt glo.in.l.i. ii.col.ff.de iudi.Alia eſt differentia inter cauſas criminales & ciuiles,nam in cauſis ciuilibus habet locum reconuentio,vt in.l.cum Papinianus,& in auten.& conſequéter.C. de ſenten.& inter.omn.iud. hoc tamen non habet locũ in cauſis criminalibus ſecundum Bal.in cap atſi clerici de iu di.in.iiij.col.Item licet in cauſis ciuilibus quis non poſsit appellare à futuro grauamine,vt habetur in.c ante ſenten tiam,& in c.nõ ita.ii.quæſt vj.& voluit Bart.in.l.Titia. in v.col ff.de recuſa.in criminalibus auté ſic,vbi tractatur de præiudicio irreparabili,vt puta ſi pronunciatur quis torquendus,vt.l.ſi quis prouocatione.C.de appellatio & ibi Bal.Item licet merus executor habeat conſcientiã contra ſententiam,quam debet exequi cum videat illam iniquam tenetur tamen illam exequi,vt volunt doct.in.c.paſtoralis, in.§ quia vero de offi deleg.& in.l.ſi vt proponis,& in.l. executorem,vbi per glo.& Bal.C.de execu.rei iudi.tamen hoc fallit in cauſa criminali in qua tractatur de pœna corporali,quia in talibus cauſis merus executor nõ debet exequi ſententiam iniuſtam contra conſcientiam ſuam, quia damnum talis executionis eſt irreparabile,ita no.dicit Inno in dic.§.quia vero refert & ſequitur Iaſ.in §. ſi minus. in.vii.col.in prin.inſt.de act.Item in cauſis ciuilibus ſtante ſemiplena probatione defertur iuramentum in ſupplementũ probationis, vt in.leg.iuriſiurandi C.de reb.cred. & in .l.admonendi.ff.de iureiur. &.leg.manifeſte.ff.eod. titulo . Sed in cauſis criminalibus ſtante etiam ſemiplena probatione non defertur iuramentum in ſupplementũ probationis,ita habetur in l. fina.C.de proba.& in.l. dolũ C.de dolo,& in.l.metum.C.ꝙ metus cau.& voluit Barto. in.l.maritus.ff.de quæſtio.& Pe.de Anch in.c.mediatores verſi nota tertio de teſti.lib.vj.vbi pro hoc allegat glo.in c.tum literis de reſtitu.ſpo.extra,quæ dicit quòd in cauſa criminali etiam ciuiliter mota,liect actor habeat præſumptionem pro ſe:non tamen defertur ei iuramentũ in ſupplementũ probationis,ſed imo tunc habet locum regula, quòd actore non probante,&c. quod etiam voluit in ter-

minis

minis gl.c.cum ſint iura de reg.iur.lib.vj Et Spe.tit. de iura.dela.verſi.ſecundum eſt & ſequenti:& ideo ſtante ſtatuto quòd de damno dato credatur ſacramento accuſatoris non habet locum in furto,& ſic in cauſa criminali,niſi quatenus ius commune diſponeret nam furtú & damnum ſunt diuerſa,ita not.inquit Bal.in.l.nauta,in.§.quæcunq;.ff. nautæ caup.ſtab.& idem dicit Alb de roſà.in ii. parte ſtatu.quæſt.lxiii.incip. Item quæro aliam quæſtioné: nam licet in cauſa ciuili & pecuniaria princeps poſsit tollere defenſionem de plenitudine poteſtatis,tamen in cauſa criminali non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis, ita ſingulariter dicit Bal.in.l.iij,§.ſi is pro quo.ff.quòd quiſque iur.quod dictum refert & ſequitur Feli.in.c,dilecti de excep.vj.col.Item ſtante ſtatuto quòd inter affines fiat compromiſſum de litibus & quæſtionibus non habet locum in cauſis criminalibus,ita dicunt Innocentius,Ioá. And. & Abb.in.c.irrefragabili de offi.ordi.Item in cauſa ciuili filiusfa.non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris:ſecus eſt in criminalibus,vt dicit Bald.in.l pe.C.de noxa, alias differétias potes colligere ex ſupradictis,quas ponit Hyppo.de Marſi in ſua pract.carta.lxiij.& lxiiij Sexto quæro, an fuga ſit ſufficiens indicium ad torturam? dic, quòd aut fugit reus antequam contra eum ad aliquid procedatur: quia nondum eſt accuſatus,nec iudex aliquid præparauit: & tunc facit indicium & ſuſpitionem cótra eum.vt.l. lege Corn.ff.ad ſilla.ſed ſi poſtq̃ ipſe accuſatus, vel ſtat cautus, non eundo per ciuitatem propter crimen capitale ſibi aſcriptum tunc non eſt præſumptio propter hoc contra eú, q̃a potuit & debuit timere. Ita ſingulariter dicit Bar.in.l. i ff de his qui ſibi morté conſci.aliàs aút,an fuga faciat plená probationem,vel indiciú pleneponit Bar.in dic.l.lege Cornelia.& vide Ang.in dic.verbo ꝙ fama publica,ver.an fuga.& addi.ibi.& per Io. And.tit.de præſump.§.ſpecies, verſicu.fina.de iſta materia indiciorum, vide per Bal.in.l. excipiuntur.ff. ad ſillaya. & in dic.l.fina. & ibi Imo.ff.de hære inſtituen. per Cy.Salic.& alios in.l.fina.C. de quæſtio.& per Barto in.l.fina.ff.eo titu.& per Ioanné.And.in addi.Specu.in titu.de proba.§.fina.iuxta finem Gandi. in

titu.

titu.de præſump.& indi.dubi.& indubi.& Ange. vbi ſupra qui facit has remiſsiones,verſi.quid autem ſi ſint quinque & addi.ibi,& verſi.quæro in quo caſu,vt dicit,ſis bene cautus tu iudex, quando perquiris pro indiciis, quòd incipias à vicinis: quoniã in dubio vicini præſumuntur commiſiſſe damnum,& furtum magis,quàm alij,vt notant Iacobus de Are.& Barto.in lege ſi itas.fin.ff.de fundo inſtruc.quod intellige ſi vicinus eſt malæ famæ:ſecus ſi aliàs eſſet honeſtæ vitæ. Adde Bal.in ſua practica titu.de quæſtio.circa probationes,& Iaco.de bel.in ſua prac.criminali titu.de quæſtio. & indi. Adde quòd in caſu in quo fuga inducit aliquam probationem vel indicium contra aliqué. tunc talis præſumptio taliter inducta tollitur per iuramentum ipſius fugientis ita ſingu.dicit Cy.in.l. fina.C. de requi.reis:refert Hyppo.de Marſi.in ſua pract.carta.xxxix. numero.xliij. Septimo quæro quid ſi tortus moriatur in tormentis,vel fuerit debilitatus aliquo membro,ſeu mutilatus,an iudex teneatur? Barto.videtur dicere quòd ſic.l. Cornelia, de ſicar. ad legem Corneliam, de ſicar.l. lege Cornelia.ad idem facit.l.aut damnũ.§.i.ff.de pœ. ſed Bar. in.l quæſtionis modum.ff.de quæſtio Cy.Bald.& Salic.in l.gracchus.C.ad.l.Iul.de adul.tenent contrarium, & idem tenet Ange.in.l.iij.C.eo.titu.quod Cy.Ang.& Sali. intelligunt verum dummodo indicia pręcedãt,& in actis de indiciis appareat?tunc enim iudex ex permiſſu legis:quia ad torturã licitè peruenit,licet ille moriatur,non debet teneri,vt.l.ſed an vltro.§.i.ff.de neg.geſtis, & hoc etiã intelligunt dũmodo iudex non fuerit egreſſus terminos torturę de quo per Cy.in dic.l.iij.& per Bald.in dic.l.gracchus.in dubio nõ præſumitur,ꝙ fuerit egreſſus,imo ꝙ ſuum officium temperatè geſſerit,vt.l. Herennius.§. gaia.ff. de euictio.vnde alleganti ꝙ iniuſte torſit, incumbit onus probandi ſecundum Ange. quod eſt notatu dignum non obſtat dictum Bar.in dic.l.lege quia imo facit pro iſta parte ſi bene conſideretur:quia dicit reum torſit contra iuſtitiã &c.& ſine indiciis.& ſic exceſsit formam & modum torquendi: aliàs ſentit ꝙ ſi feciſſet ſecũdum iuſtitiam. quòd non teneretur:& ita tenet Guido de ſuza quem refert Gãdi in titu.de quæſtio.verſi.ſed quid ſi iudex.vbi late diſputat

Iudex an teneatur ſi tortus moriatur vel ſit mutilatus membro.

tat hanc quæſtionem pro & contra. Sed quid ſi iudex ſine indiciis poſuit aliquem ad torturam & cum eſſet ſolutus vinculis occidit iudicem, an debeat puniri pœna mortis paris de pu. in ſuo tractatu ſindi. in verbo quidã iudex dicit quòd non & idem in iudice qui exceſſit puniendo innocentem calore iracundie vel nimio feruore mitius punitur quia relegabitur per textum in l. lege iulia. §. fin. ff. ad legam iuliam repe. nota preterea quod iudex poteſt probare per illos ex domo & per familiares ſuos quod in tortura in qua tortus defecit non exceſſit modum quia ex quo tortura ahibetur in ſecreto coram familiaribus tantum quod admittentur ad teſtimonium pro ipſo arg. l. conſenſu. §. verum C. de rep. & hoc probato per familiares ſecurus eſt ita dicit Ang. in l. lege iulia ff. ad l. iuliam de vi publ. quod refert & ſequitur paris de puteo in ſuo tracta ſindi. in verbo teſtis in fine. Adde vltra prædicta, quid erit ĩ illo iudice, qui fecit ligare reũ vt eũ torqueret, & talis reus fuit male ligatus. ex quo cecidit, vel ſibi fractum eſt brachium, an talis iudex teneatur de culpa Paul. de caſt. in. l. ſi vt certo in. §. nunc videndũ ff. commoda. tenet quòd ſic, quem refert Hyppo. in ſua practica carta. lxv. nume. 90. ſed contrarium mihi videtur verum, ſi iudex adhibuerit omnem diligentiam & conſuetos miniſtros arg. leg. quemadmodum. §. ſi ex plagis. l. fina. coniuncta. l. item mela ad. l. aquil. & de iniur. l. iniuriarum. §. i. & . ii Imo potius tenetur is qui eum ligauit, ad cuius officium hoc pertinet, vt dicitur de cuſtode carceris. ita not. tenet Par. de pu. in verbo an ſi officialis. Octauo quæro ſi confeſſus in tormentis, & perſeuerans poſtea dicat ſe erraſſe, nunquid ante condemnationem audietur ſi dicat velle corrigere errorem ſuum; Reſpon- ſecundum Gandi. in dic. ti. de quæſtio. verſi. ſed quid, aut allegat ſe erraſſe in facto, aut in iure. Primo caſu auditur quia non videtur confiteri qui errauit, vt. ff. de confeſ. l. non fatetur. & talis error non conſueuit obeſſe vſque ad ſententiam, vt. C. de iur. & facti. igno. l. error, & facit C. quor appella. non reci. l. ii. Nam condemnatus ex confeſſione perſeuerata, etiam poſt ſententiam, probando de

ſua

ſua innocētia, & ſi erravit, abſoluetur, vt. ff. eo. l. i. §. ſi ꝙ vltro. multo fortiꝰ debet iſte audiri volēs ante ſentētiā probare de ſuo errore. Itē dicit ibi Gandi. ꝙ cōfeſſus formidine tormentorum non auditur appellās. vt. C. quo appella. non reci. l. ii. Si autē errauit in iure non poterit cōtra ſuam confeſſionem venire, vt dic. l. error. ¶ Adde quod confeſſus ſiue in ciuili ſiue in criminali cauſa poteſt appellare ſi non admittitur ad probandum errorem ff. de confeſ. l. cum fideicommiſſum & in cauſa appellationis poteſt corrigere errorem habitum in principali nā appellatione ſuſpenditur pronunciatum, & adhuc non poteſt negotium dici finitum ff. ad turp. l. i. in fine. & ad hoc C. de erro. aduo. l. ſi preterea in cauſa appellationis nouis defenſionibus & allegationibus vti poſſum. C. de appella. l. eos. §. i. & de tēpo. appel. p hāc in ſumma nota ꝙ error facti negocio nōdū finito nemini nocet C. de iur. & fac. igno. l. error ita tenet Spe. ti. de cōfeſ. §. ſed nūquid cū tribus ſequen. ¶ Sed pone aliquis in tormētis cōfeſſus eſt tamē nō pſeuerauit, nūquid illa talis cōfeſſio aliqd operetur? & videt̃ ꝙ ſit ſemiplena ꝓbatio, vt no. C. de cuſto. & exhibi. reo. l. ii. & ff. eo. l. i. §. diuus. Gandi. dicit, quod illa talis cōfeſſio nullā plenā, vel ſemiplenā probationem producit: quoniā paribꝰ paſſibus ambulāt nullo modo cōfiteri, vel cōfiteri formidine tormētorū, vt. C. quo appella non recip. l. ii. &c. Hyppolitus tamen dicit illū eſſe torquendum, qui non perſeuerat in repe. l. i. ff. de queſtio. vt dixi ſupra: quia illa variatio facit ſufficiens indiciū ad torturam, vt l. de minore. § tormenta ff. de quæſtio. Adde Bar. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & Inno. extra de elec. in. c. per inquiſitionem, & in. c. mulieri, de iureiur. vbi dicit quod licet quis non poſſit venire contra ſuam confeſſionem poteſt tamen poſt ſententiam latam ſuam reuocare confeſſionem, quando eſt facta coram iudice incompetenti vel extraiudicialiter, Bal. autem in. l. fina. C. de proba. dicit quod confeſſiones per tormenta extorte quæ nō per ſe. ſed cum perſeuerantia fama & veriſimilitudinibus facti vel aliis adminiculis indicant veritatem non reuocantur ſecundū Nico. de mata, qui propterea dicit, quod nihil prodeſt confitenti in tormentis confeſſionem reuo-

Confeſſionē ſuam reuocare anquis poſſit.

care, ſi contra ſe ſint alia indicia coniuncta cum confeſſione quáquam extorta, quæ indicant indubitabiliter veritatem, niſi reuocans probaret contra vel clare vel per indicia euidentia contraria indicia, Sali. autem in dic. l. fin. dicit quod dictum Bal. ſibi nó placet, quia fruſtra eſſent leges quæ reuocationem permittũt ſine alicuius cauſæ probatione, dicens quod ſi dicas reuocatio tollit præiudiciũ quod facit confeſſio, ſed non præiudiciũ indicii ꝙ tunc cõfeſſio reuocata indicat, quod iſtud indicium non eſt indubitatũ propter tormenta & quodlibet indiciũ oportet eſſe indubitatum, & lucæ clarius alias ſecundum Bal. freni temperies non imponeretur iudicibus, quam lex imponere voluit per. l. ſi quis ſententiam. C. de pœ. Ita dixit Salic. inſipide, Bal. autem in. l. ſi quis in hoc genꝰ. C. de epiſco. & cler. dicit quod ſola confeſſio, vt poſſit fieri cõdénatio in criminalibus debet eſſe ſpõte facta & veriſimilis. ff. de quæſtio. l. i. §. ſi quis vltro ſi fiat ante ſentẽtiá, ſecus ſi poſt ſententiam extra iudicium per gl in l. non tantum. ff. de apella. dicens quòd dicitur ſponte facta, etiam ſi fuerit detentus à iudice, qui non dicitur metum inferre, niſi ꝓbetur metus, vel tortura. vbi plus dicit, quòd ſponte cõfeſſus maleficium ſi iudex eum de facto abſoluit, ex tali confeſſione nó reſultat aliquis effectus, poſtquam eſt iudicatum contra confeſſionem ſecundum Innocen. in dic. cap. mulieri dicit etiam Bal. in dict. l. cũ falſa. C. de iur. & fac. igno. quòd confeſſio non vera in iudicio præiudicat ipſi confitenti, quia probationem inducit non probato contrario, tamen loquitur in ciuili. ſed in l. error. C. de iur. & faci. gno. dicit quod confeſſio erronea non poteſt reuocari, quando error cadit in latam culpam, ſecus ſi non cadit in latam culpam, & quia poteſt reuocari ſi eſt in facto vſque ad ſententiam per dic. l. error, ſubdẽs quòd cõfeſſio facta ſuper homicidio non poteſt reuocari, & præiudicat quando confitens non poteſt contrarium probare. l. ſi is cum quo ff. de confeſ. ſecundum gl. & Cy. in dic. l. error refert & ſequitur Bal. Par. de pu. in ſuo tracta. ſindi. in verbo. ſequitur car. ccxcvi. Octauo quæro ſi aliquis minatus ſit alicui mortem, poſtea vero ſequenti die ille cui facto

ctæ ſunt minæ reperitur mortuus. an præſumatur occiſus ab eo qui intulit minas? Iſtam quæſtionem formant gloſ. Cy. & alii in l. metum. C. quod metus cauſa. & Spe. titu. de præſumptio ver. ſed pone, & Cy. in. l. ii. C. ſi quis impera. male Bal. & Imo. in. l. fin. ff. de here inſti. Bar. in l. famoſi. §. i. ff. ad. l. iul. maie. vbi in effectu concludit, an minator fuerit homo malæ famæ, & conſuetus ſit minas ſuas executioni mandare: & tunc; præſumitur contra eum, & eſt ſufficiens indicium ad torturam: non tamen diffinitiue damnari poteſt: ſecus ſi erat talis qui non conſueuit minas ſuas executioni mandare, nec erat homo malus. Ita tenet Spec. in titu. de preſum. §. i. verſi. ſed pone. quam ſequit ibi Ioã. And. & Gandi in ſuo tracta. malefi. in tit. de aliquibus q̃ſt. ver. quæſtiõem. Adde Par. de pu. in ſuo tractatu ſindi. in verbo. & ſi quis dixerit, licet Bal. contrariũ ſenſerit, conſil. cclxxxv incip ad euidentiam. in prin. in. i. volu. quem refert & ſequitur Alexan. in cõſil. ſuo. clxxix. incip. in cauſa angelorum in. ii col. circa medium, & Hyppo. in ſua practica carta. xxxvi. refert vtrunque Nono quęro ſi reperiatur quidam occiſus, & ignoratur à quo, habet tamen inimicum capitalem, vel pro magna lite magnæ quantitatis in ciuitate præſentem, an ſit indicium, adeo quòd ob hoc torqueri poſſit? dicit Specu. in titu. de præſump. §. ii. verſi ſed pone. quod ſic, quod Ludo. in. l. i. §. reſcriptum. ff. ad ſille. dicit fore verum de inimico capitali, vel ſi de maiori parte bonorum erat litigium inter eos, arg. gloſ. in. leg. licet. ff. de arbi. nam damnum præſumitur datum ab inimico, vt dicit Ludoui. Roma. conſil. viii. & notat Bartolus in l iii. §. fina. ff. de adimen. leg. & hoc voluit in. l. fina. ff. de quæſtio. & idem tenuit Angel. in. l. ſina. C. de quæſtio. Sed videtur iſta doctrina falſa: & ideo Imo. in dic. l. ſina. ff. de here. inſtituen. in antepe. col. tetigit iſtam difficultatem in propriis terminis, & allegat Iaco. de bel, viſu tenere contrarium: quia vnum indicium non ſufficit] ad torturam. Nam Barto. & omnes fatentur in. l. fina. ff. de quæſtio. & dixi ſupra, quod vbi vnum indicium eſt probatum, & eſt remotum à facto, hoc eſt à maleficio. tunc vnum indicium non ſufficit ad torturam, ſed

Inimicus eius qui repertus eſt occiſus, an ſit ſuſpect9 de morte.

ſed hoc eſt remotum à facto, vt ibi declarat Bart. & ideo propter hoc nunquam ponerem illum ad torturam : niſi alia indicia concurrerent, ſecundum quod videtur velle Gandi.in dic.ti.de quæſtio.verſi.ſed quæro finaliter que & qualia debeant eſſe iſta indicia,& ita tenet addi.ad Ange.in verbo quod ſama verſicu.quero quid ſi reperiatur. Adde Par.de pu.in ſuo tractatu ſindi. in verbo an ſtetur carta.cclxxxiiii nu.49. Decimo quæro, quid ſi quis reperiatur mortuus,& iuxta domũ Titij , an contra Titium ſit indicium quod eum interfecerit Barto in l.fina.ff. de vi.publi.dicit quòd ſic,quod Ludo.in dic.l.i.§.reſcriptũ intelligit verum , ſi ille erat aliàs ſolitus committere homicidia arg.in l.inciuile C.de fur.tu dic,vt in precedẽ.q̃ ſtione. & vt per dic.paridem de pu.in dic . verbo ea: charta vbi dicit ꝙ ibi præſumitur occiſus vbi mortuus reperitur & per hoc euaſit quendam militem qui occidit hominem in camera.qui habuerat rem cum vxore & dicebatur ꝙ occiderat extra damum & non in adulterio & deferre fecerat ad camerã vxoris Quid autem ſi quis reperiatur mortuus in via,& ignoratur à quo fuerit occiſus? Ang.vbi ſupra dicit Bar.tenere,ꝙ ille qui multũ frequẽtabat in illa via.in l.iuſto.in prin.ff de vſuc.& dicit.ꝙ talis viam frequentans poteſt torqueri, quod intelligit ſi ille erat malus homo pro quo facit quod notat Bart. in.l. in omnibus ff.de priuil.credi,& Bal.in l. multũ intereſt. C.ſi quis alteri, vel ſibi & in l.i.C.de ſer.fugi. non tamen reperio Bar.hoc dixiſſe in dic.l.iuſto.vt allegat Ang.qui in hoc errauit : ſed reperio,ꝙ illud fuit dictum Ray.de forli.ibi in dic.l.iuſto arg.illius tex.ſecundum quòd referunt Ang.& Rapha. & ibi dicit Ang.quod verum eſt,ꝙ ille qui locũ frequentabat præſumitur occidiſſe illud corpus,quod reperitur mortuũ ibi, ſi ignorat̃ quis occiderit.ſed ibi Ang.dicit maximè ſi ille talis erat cõſuetus facere talia,& ſic videtur velle id quod voluit Ro.in dic. §. hoc reſcriptũ.dicit tamen Bal multum eleganter in.l.iii. §.i.ff.de offi.præfect.vigi.in.i col alleg. Ricar.mal.quòd corpus mortuum non prebet teſtimonium loci.in quo loco cædes facta ſit.& ita voluit Alber.de roſa. in. ii.parte

cc ſtatuto

ſtatuto.quæſtio clxx.quæ incipit talis quæſtio diſputata fuit per dominũ Ricar.& eſt etiã ratio vera: quia aliàs ſe quereretur, ꝙ per vnum indicium remotum à facto quis poſsit torqueri, cõtra doctrinam omnium docto.& maxime Bar. in l.fin.ff de quæſtio.de qua ſupra dixi:fateor tamen ſi eſſent alia indicia,puta,quia & ille Titius talia cõſueuit facere,vel ille qui ibi verſabatur erat malus homo nõ dubito ꝙ ſtantibus illis indiciis poſſet toqueri per ea quę dicit Bal.in dic.l.iii.§.i.& Albe.de Ro.in loco ſupra citato quicquid dixerit Ang.in l.fi.C.de quæſt. qui dicit ꝙ ſi ille qui viſus fuit ire per locũ,in quo quis fuit interfectus eſt ſufficiẽs indiciũ ad torturã, maximè ſi ille qui inculpatur nõ erat ſolitus ire per illũ locũ,& ſic Ang. videtur dicere contrariũ eius quod dixerunt docto.ſupra. Adde ꝙ indicium aliquando ſumitur contra illum qui primo dicitur inueniſſe occiſum, & contra aliquem qui primo dicitur vidiſſe maleficium,vel qui ſollicitat in curia,vt de maleficio inquiratur, de quo ad eum nihil ſpectat,vt dicit Par.de pu.chart.cclxviii.numero i. in verbo tortura de quodam qui occiderat ſociũ,& ſæpius veniebat ad curiam importune ſollicitando,fuit captus vt ſuſpectus, & repertum fuit ꝙ ipſe occiderat. Quid ſi ſint plures in vna domo, & vnus reperitur intefectus & neſcitur à quo,an præſumatur occiſus ab illis? Dy. in l.i.§. hoc autem ſenatuſconſultum ff.ad ſillaya.per illum textum tenet, ꝙ ſic hanc quæſtionem ponit Ioannes And. in ca.ſignificaſti de homici.& tenet idem per l. item mela §.ſi plures ff.ad l.aquil.idẽ Bal.in dict.l.iii.§.i. de offic. præfec.vigi.ſed Albe.in.ii.parte ſtatuto.§.ſi plures. tenet contrarium,ſed loquitur quando conſtabat vnum ex illis deliquiſſe,ſed ignoratur quis fuerit dicit tamen Gandi.in dic.ſuo tracta.maleficio verſi.pone,quòd.& in titu. de homicida verſi.pone quæſtionem.videtur idem tenere,quòd Albe.in ſuo caſu tamen ne maleficia remaneant impunita iudices debent pecuniariter condemnare & allegat Specu. hoc tenere titu. de homici.ver. pone vide Gandi. vbi ſupra latè diſputantem iſtam quæſtionem in iamdicto caſu,quando certum eſt, quòd plures aliquem vulne-

Occiſus repertus in domo, præſumitur ab his qui in domo erã.

vulnerauerunt, vel occiderunt, ſed neſcitur à quo: in quæſtione autem noſtra non erat certum aliquem deliquiſſe. Ludo. autem in dic. §. ſi plures. allegando Ioannem And. in addi ad Specu. titu de homi §. i. dic verſi. pone dicit, ꝙ aut quæritur, an omnes prædicti poſsint puniri pœna capitali: & tunc non poſſunt puniri, quia talis pœna requiritur indubitatas probationes, vel l fi. C. de proba. aut an poſsint torqueri: & tunc dixit, ꝙ ſic per prædicta iura non dubitarem de iſta quæſtione, ſi eſſent aliqui qui eſſent malæ conditionis, & vitę: quia iudex ab illis deberet incipere torturam per ea quæ ſupra dixi: aliàs nõ de hac quæſtione vide per Ange. in ſuo tracta malefi. in gloſ. & Andreã Marci lanificem ver. & aduertas. Decimo quęro, alicui hoſpitanti in aliquo hoſpitio aliquid reperitur ſubtractum & ignoratur à quo, nec aliqua ſuſpitio vel indicium eſt contra familiam hoſpitis, an ex ſuo officio iudex ſine aliis indiciis poteſt toquere familiã hoſpitis, & alios qui erant in domo? Ange. in dict. verbo. quod fama. dicit Bartolum tenere, ꝙ ſic in l. i ff. ſi fami. fur. feciſ. dica. & ita ſemel practicaſſe: ſed videtur ibi Ange. erraſſe, cũ Barto. ibi nihil dicat. ſed voluit allegare Bar. in l. i. ff. fur. aduer. nau. caupo. & ſtabu. & etiam ſi tu cõſideras verba Bar. ibi nihil dicit de hoc: ſed dicit quòd practicauit ſemel, quòd familia poteſt torqueri ad deponendum quid erat in illa valiſia. & Speca. videtur aliter dixiſſe in titu. de fur. §. i. verſi. pone ſed poſito, ꝙ Barto. hoc diceret, ego autem indiſtincte nõ torquerem familiam hoſpitis: ſed haberem recurſum ad dictum Spec. per totam illam col. coniecturando ſi hoſpes eſt bonæ famæ, vel malæ, vbi dicit Spec. ſi peregrinus eſt, pauper, vel diues, & aliàs prę ſumptiões, de quibus etiam per Bar. in dic l. i fur. aduer. nautas. caupo. ſtabu. dicit tamen Bal. in. l. i. C. loca, quòd generaliter eſt præſumptio contra hoſpites, qui ſunt hominee malæ conditionis, & rapaces Iſtud dictum Bal. habet locũ quãdo dubitatur, an hoſpes ſit malæ vitæ, & conditionis, vel bonæ vitę: ſed ſi eſt bonæ famæ, nõ habet locum doctrina Bald. ſupra allegata quia vera probatio excludit præſumptioné, vt l. i. C. de proba. l. nõ eſt veriſimile ff. quod

metus cauſa.& ita videtur eſſe de méte.Pet.de Ancha. in conſi.ſuo.cclxxxviii.qui multum elegăter loquitur:dicit tamen dominus Catal.in tracta. ſindic.in quæſt.cclxxiiii. quòd cum res eſt data in cuſtodiam alicui, & illa res derobata, talis cuſtos poteſt torqueri: & multa allegat ibi vnde dicit etiã Ang.in dic.verſũ.quod fama verſi.ſed ſi.ꝙ ſi curiæ cõſtet de maleficio,puta de furto:potes torquere cuſtodes,vt indicét furem,& non teneris poſtea in ſindicatu:licet dictos cuſtodes ſine ĩdiciis torſeris allegat Bar, Ita dicere in l.i.ff.de offi.præfec.vigi.& vide Bald.in dic. l.i.& hoc eſt quod voluit dicere Bar in l.i.in fine ff. fur. aduer.nau.caup.de illis qui tenẽtur cuſtodire res poſitas in ſtabulo vel caupona qui poſſunt torqueri: de quo dic vt in præcedenti quæſtione. Adde,an teſtis qui non debuit examinari faciat indicium ad torturam?dic quòd facit quale quale indicium ſecundum Bar.in l.maritus,verſi.vlterius oppono ff.de quæſtio.& glo.in l.iii.in prin. in verbo admittendus ff.de teſti.Bal.in l.cunctos populos. C.de ſumma tri.& fide catho.Bal.Sali.& alii in l. ſeruos. C.de teſti & voluit Abb.in c.ex literis,in prin. de trãſac. & Bal.in c.i,circa prin.de cõfeſ.vbi dicit ꝙ minor qui ratione etatis non debuit examinari examinatus facit aliquale indiciũ,& Salice.in l.fina.C.de his quib. vt indig.

Teſtis qui non debuit examinari an examinat⁹ faciat indicium.

Sed quod dicatur quale quale indicium.vide textũ in. l. apud labeonem in.§.prætor ait vltimo verſiculo. etenim multum intereſt ibi an qualis qualis. & in l.ii. §. merito,verſi.damnum ibi conſequebatur quale quale. & dicit Bald.in l.milites C.de quæſtio.& in l.quiſquis C.ad.l.Iulia.maieſta. quòd quando requiritur certus teſtium numerus minor facit indiciũ,de quo per Par. de pu. in ſuo tractatu ſindi.in verbo an ſtetur chart.cclxxxii.& Hyppo in ſua practi.carta.xlix.vbi ponit de meretrice publica an faciat indicium?& dicit allegando Alexã. conſi.xi. incip.circa primum in.i.volumi. quòd non,niſi delictum probari aliter nõ poſsit & ibi etiã ponit quòd teſtis examinatus qui nõ debuit examinari facit indicium,ſi a principio antequam fuit examinatus non fuit contra eum oppoſita exceptio aliàs ſecus allegat Fran.are.in c. ex parte

Indicium quale,quale quod dicitur.

Meretrix an faciat indicium.

adæ

adæ v.car.de teſti.& ponit ſequẽti carta.an duo teſtes ſin gulares ſuper eodẽ facto iungantur ad faciendũ indiciũ ad torturam, de quo dixi ſupra. ꝏ Adde ꝙ luxurioſa mulier non habet legitimã perſonã ſtãdi in iudicio qua re agens ſine curatore repellitur l.i.& l.mulier ff.de cur. furio.inſti.qui teſta.facere poſſunt.§.Item prodigus ꝏ

Vndecimo quæro, an denunciator criminis poſsit eſſe teſtis? Concludunt docto.& glo.in ca.cum in omni de teſt. & tenent ꝙ ſic, in denunciatione euangelica in aliis autem denunciationibus quæ fiunt in foro ſeculari, vel eccleſiaſtico ob delicta non poſſunt eſſe teſtes. Ita dicit Lanfran.de Oria.in repe.c.quoniam contra, in verbo teſtium depoſitiones numero centeſimo trigeſimo tertio. facit tamen cum aliis indicium, vt tradit Feli.in cap. licet Hely.extra de ſimo.col.iii.& Specu.in titu.de inquiſitione.§.viſo.in.iii.parte ſui operis, vide quæ dixi ſupra articu.clv.& clviii.licet quidem Maſue.dicat, ꝙ procurator domini poteſt producere in teſtem pro intereſſe domini, illum qui fuit iniuriatus, vel damnum paſſus in titu.de teſti.§.item procurator.ſed nihil allegat: de quo vide per Ange.in ſuo tractatu maleſi in glo.necnon ad denunciationem.ibi quæro, an iudex vbi ponit vnam cautelam, & dicit ꝙ quando non haberes de delicto alium teſtem idoneum, niſi officialem poſitum ad denunciandum, quod non procedat ſuper ipſa denunciatione per viam denunciæ: ſed per viã inquiſitionis ex mero officio propter publicam famam precedentem: & poteris dictum ſindicum denunciantem vt teſtem examinare quod tene mente ſecundum eum, ex quo ſume practicam procurator Regis, vel domini, vt quando non habes teſtes idoneos, niſi iniuriatum, vel damnũ paſſum, vt iudex non procedat ad denunciationem ipſius: ſed per viam inquiſitionis, & erit teſtis idoneus, quod nota. ꝏ & aduerte, ꝙ ſi quis inquiratur de aliquo delicto, & contra eum ſint aliqua indicia ſi probet abſentiam tota illa die vel etiam in parte diei ſufficiet, cum etiam ex hoc præſumatur tota die abſens glo.ſingu.in lege optimam C.de contrahen ſtipul.tenet paris de pu.in ſuo tracta. ſindi. in verbo confeſsio, ꝏ

Criminis denunciator an poſsit eſſe teſtis.

Adde, quòd ſingulariter dicit Bartolus in lege deſertorē §.ſed ſi ex improuiſo ff.de re mili ꝙ probatio bonę famæ minuit & debilitat indiciorū fidem. & econtra probatio malæ vitæ auget idem dicit Angelus C. de quæſt. l.milites accedat ꝙ ſingulariter dicit Iaco.de Bel. viſu in auten.vt iudi ſine quoquo ſuffra.in.§. eos autem vbi dicit ꝙ teſtes & inſtrumenta producta ab vno viro & fide digno præſumuntur bona & vera,& quòd ſcolaris præſentatus in examine à bono doctore præſumitur bonus, & facit de deſen.ciui.in prī.& de offi.præfec.vigi.l.i §.i. & faciunt not.Spe.& Ioan.And.in addi.ti.de inſtru. edi. §.reſtat in ver.quid ſi producitur.& in.§. inſtrumentum autem ver.ſed nūquid confecto inſtrumento vbi dicitur, quòd ex bonitate notarii præſumitur pro inſtrumento, quod ſi legaliter confectum,quia bona fama notarii hoc operatur,quia pro notario & officiale præſumitur ratione iuramenti,quòd præſtat extra de præſum.c. illud, & de præſcrip.c ad audientiā,& benefacit textus cū glo. in l.iii.in prin.in verbo honeſta.ff.de teſti . vbi præſumitur bene fieri quod à bono fit per textum & gloſ.in l. ſi quis ex argentariis.§.i.ff.de eden.notat Par.de pu. in ſuo tractatu ſindi.carta.cclv & carta.cclxix. vbi dicit allegans Bal.in.l.i.C.de nat.lib.quòd pro inuenienda veritate rerum exportatarum ſunt torquendæ concubinæ non autem vxores quæ proprio iuramento tenētur indicare l.ii. C.quando & quibus quarta pars lib.x. ℞ Adde quid ſi quatuor homines dicantur aliquē in domo aliqua occidiſſe:& conſtat eum occiſum : nunquid accuſator poteſt aliquem ex quatuor in teſtē producere Spe.ti.de teſte.§. opponit & ibi Io.And.in addi.dicit iſtā quęſt. nō eſſe dubiā quia ſi oēs accuſat cōſtat ꝙ eos nō poterit inducere in teſtes.Si vnum ſolū,nō impedit: quin reliquos inducat in teſtes.Et ibi quærit Spe.dic. §. verſi . ſed nunquid factus pubes poteſt ferre teſtimonium de his quę vidit in pupillari etate & ibi in addi.ſoluit Ioan.And. ſequendo accur.in.§.pupillus iuſti.de inuti .ſtipu. quòd admittitur adultus in teſtem ſuper his: quæ impubes vidit: ſi talia ſunt illa : quæ cadere poterant in ipſorum tunc impuberum

puberum intellectum. Nota præterea quòd tortura debet peti à parte vel ab eo cuius intereſt dicendo quòd ſi conſtet ſemiplenæ quòd ſubiiciatur quæſtionibus & tormentis per gloſam in lege cum ſeruum de ſer. fugi. ſecundum Bar.& doctores.in legè quarta.§.in eum.ff.de dam. infec. qui etiam iurabit, quòd non habet alias probationes ſecundum Bal. in lege prima de iura.calumn & dicit Bald. in.l.1.§.officio.ff.de tute.& ratio.diſtrahen. quòd tortura petitur inferri officio iudicis per illum textum: & videtur textus in lege de minore.§.torméta ff. de quæſtio.in verbo non quanta accuſator poſtulat. Nunc venio ad ſecundam partem huius articuli ibi, *& s'il y a appel.* vbi ſtatuitur ꝙ omiſſo medio in omni cauſa criminali eſt appellandum ad ſupremã curiam, quam parlamentũ appellant, quod de cõſuetudine poſſe fieri tradit Nic.boe.in conſue. Bitu art.j.in glo. *des cauſes d'appel*, in fi.& dicitur cauſa criminalis vbicunq; pœna applicatur fiſco, licet ſit pecuniaria, vt dicit glo.in.§.in ſumma inſtit.de iniur. & in.l.iii.§. diuus Arianus.ff de ſepul.vio. Gandi.in tit.qualiter fiat accuſatio in prin.& Ang.in ſuo tracta.malefi.in ver.& ad quærelam Titij, verſicu Decimo quæro, licet aliud fuiſſe ſtatutum nouiſsimè audiui, quòd in cauſa criminali, cuius pœna eſt tantum pecuniaria non ſit appellandum omiſſo medio, quod non parum abſurdum & inauditum eſſe videtur, vt nunc vnum, nũc aliud ſtatuatur: nec mirum, cum princeps largitur nõnullos ſtatuere, qui fiunt ita pompoſi, vt nihil eſtiment ſe ſcire vel facere, niſi leges faciãt per ſe & ſpernant antiquas: quod enim rite rectéque ſtatutum eſt, non debet immutari: imo iniuriam facit iudicio reuerendiſsimæ ſinodi, qui ſemel iudicata & recte diſpoſita reuoluere contenderit, vt.l.nemo.C.de ſumma Tri. & fide catho.non enim id credo fuiſſe intentionis principis, qui iura tuetur, quod alias excogitatum eſt multis vigiliis, &. inuentum vno verbo ſubuertere voluiſſe, vt.c.eccleſia veſtra extra de elect.&.l. ſi quando.C.de inoffic. teſta. Adde Bal.in addi.ad Spe titu.de peti.& poſſe.in rubrica vbi dicit quòd actio non dicitur crimiminalis, niſi principalis concluſio ſit ad pœnam fiſcalem, vt not.in lege

Criminalis cauſa quæ dicatur.

Appellari ab interlocutoria quo modo poteſt

agraria.ff.de termino moto in glo. Aduerte quod à ſententia lata ſuper habenda quæſtione poteſt appellari, licet ſit interlocutoria, quia eius grauamen nõ poteſt reparari in diffinitiua: & hæc eſt regula quòd ab illa interlocutoria poteſt appellari, quando grauamen non poteſt reparari per obtentum in diffinitiua: & hæc regula probatur in lege ſecunda de appella.recip: vel non ſero appellaretur, ſi primo torqueretur: nam plerique ſolent in tormentis deficere, vt dicit Gandinus in titulo de quæſtio. verſicu. ſolutio dicatis, & notatur in dicta lege ſecunda, & licet ſola inhibitio liget manus iudicis, à quo per appellationem ab interlocutoria, hoc eſt verum in actu reuocabili, aliàs in irreparabili, vt tortura, & ſimilibus ſufficit ſola appellatio ſine inhibitione.l. ſi quis prouocatione.C. de appella.& per Bal.in.l.generaliter.§.ſed iuramento.C.de rebus credi.hinc eſt, quòd non expectata inhibitione ſuperioris ſolent duci rei ad ipſum, quod bene nota. Et tene mente, quòd licet in cauſa ciuili, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt, poſsit appellationi renunciari, vt.l. fina.C. de tempo. appella.facit.l.tale pactum.§. qui prouocauit.ff. de pact. tamen in criminali quando tractatur de morte ciuili, vel naturali, vel membri mutilatione, vel alia pœna corporali non poteſt per condemnatum, vel condemnandum appellationi ſuæ per ſe, vel quemlibet alium interpoſitæ, vel interponendæ renunciari, vt eſt caſus in lege non tantum.ff. de appella.& notat Bald[9] in lege fi.§ fi.C.eo.limita tamẽ prædicta, vbi delictum eſſet notorium: quia tunc teneret renunciatio in caſu dictæ legis non tantum.ff. de appella. hoc voluit Bald. in lege raptores. C.de epiſc.& cleri.Idem voluit Ange.in dic.l.tale pactum.§.qui prouocauit, dum allegat.l.non tantum, in illa quæſtione, an in capitali cauſa reus poſsit renunciare ſuis defenſionibus: quia renunciare appellationi, eſt renunciare appellationi datæ à lege ad appellandum, vt declarat Baldus in lege addictos.C.de epiſc. audien & quòd dicta.l.non habeat locum in notoriis, hoc voluit do.Abb.in cap.ſecundo, extra de re iudi.Item quando eſſet ita conuictus reus, quòd delictum negare non poſſet, non video quare non teneret talis renunciatio, vel reus

Appellationi quandoque renunciare non licet.

eſſet

eſſet conuictus & confeſſus. Multi ſunt caſus, in quibus de iure reus appellare non poteſt, vt. l. ii. C. quor. appella. non reci. neque enim poteſt appellari à ſententia excommunicationis, vt. c paſtoralis extra de ſententia excommunicationis: licet gloſa dicat contrarium in lege fina. C. ſi à non compe. iudi. Idem dicit glo. in. l. qui vltimo. ff. de pœ. dic quòd de iure cauonico à ſententia excõmunicationis non appellatur: quoad hoc vt ſententia ſuſpendatur, quod eſſe non poteſt, cum ſecum trahat ſuam executionem, imo non obſtante tali appellatione denũciari poteſt, vt ex. de apppella. cap. paſtoralis, & cap. ad hoc, operatur talis appellatio, vt transferat cauſam ad ſuperioré, vt extra de appella. c. per tuas in prin. & etiam vt eximat appellantem à iuriſditione eius à quo appellatur dic. cap. paſtoralis & ad hoc nisi in duobus caſibus, ſcilicet cũ lata eſt poſt appellationem legitimam, vel cum continet intollerabilem errorem, puta excommunico te, quia credis in Deum, vel quia facis elemoſynam, vt habetur in cap. per tuas. extra de ſenten. excommunica. & per Hoſtien. in titu. de ſenten. excommunica. & Specu. tit. de appella. §. j. verſi: xvii & in addi. ad Ang. in verbo. pręſente dicto Gayo. verſi. & tene mente. Sed quęro, an appellatione interpoſita in criminali debeat reus relaxari? dic ꝙ nõ. Ita dicit Bar. in l. ab executione C. quor. appella. non reci. facit quod not. Inno. in. c. vt famæ de ſenten excommu. & notat Bal. in ſimili in. l. ii. C. de epiſco. audien. verſicu. ſed incidenter quæro, &c. vbi quærit quando appellatur à captura quid ſit faciendum, an iudex debeat relaxare appellantem, vel ipſum detinere, & an ipſum detinẽdo dicatur iudex attentare: de qua quæſtione vide ſupra arti. cxvi. Ibi & primo quęro: & aduerte ꝙ Bal. in. l. ſeruum. quoque. §. publice. ff. de procur. in tertia col. intelligit iſtud dictum Inno. quãdo per appellationem cauſa capitalis deuoluitur ad iudicem alterius territorij: quia tunc reus debet retineri in carcere iudicis à quo, & ſic volunt præfati doct. ꝙ ſecus eſſet, ſi in eodem territorio eſſet iudex appellationis: quia in carceribus iudicis ad quem debet reponi reus & cuſtodiri latè poſuit iſtam materiam Bald. in. l. furti, in fine principij. ff. de his qui notan.

Appellatio in multis caſibus eſt prohibita.

infa.

inſa.& primo arguit quòd reus debet retineri in carcere iudicis à quo, per.l.j.ff.nil.no.appel.pen. Præterea poſsibile eſt, quòd appellans deſerat appellationem, & ſic executio pertinebit ad primum iudicem: ergo interim perſona rei ſibi auferenda non eſt.l. ſundum.&.l. fundi.ff. de excep.rei iudi.in contrarium allegat: quia licet capitalis cauſa per alium poſsit agitari dic.l.non tantum.ff de appella. tamé perſecutio debet fieri per ipſum in perſona, vt.l.i.an per alium cauſæ appellationis reddi poſsint.ff. quod fieri non poteſt, niſi in perſona remittatur ad iudicem à quo, & dicit pone ꝙ ex prouincia per appellationem cauſa transferatur ad vrbem, niſi perſona tranſmittatur, non poterit perſonaliter intereſſe. ergo videtur, quòd perſona tranſmittenda ſit ad hoc. C.de appella.l.eos.§. ſuper his, & dicit quòd videnda ſunt dicta Inno.in cap.vt famæ, extra de ſenten.excommunica.poſtea dicit Bal.cogita, & ſic ibi relinquit iſtam materiam indeciſam, & alibi Bal.in.l.minime C.de appella.dicit quòd iudex à quo debet retinere reum in carceribus, donec erit tempus remittendi reum ad iudicem ad quem: quia interim donec eſt incertum, an & ad quem debet pertinere executio, nihil eſt circa carcerem innouandũ: niſi forte tranſmittat eũ perſonaliter ad peragendum actus, qui non poſſunt explicari per procuratorem, & debet eum mittere ſub fida cuſtodia: & expedito illo actu neceſſe eſt, vt faciat reum ad ſe adduci, & non dimittet eum apud iudicem ad quem, ne ſibi ſua iuriſditio ſubtrahatur, quem habere poteſt appellatione deſerta: vel dicit Bal. quòd obediendum eſt iudici appellationis, tanquam ſuperiori, & ibi dicit quomodo aliqui dicunt. quòd iſto caſu poteſt in cauſa appellationis comparere procurator, quòd hæc opinio de æquitate poteſt defendi Bald. non ſtat in hac opinione: quare mihi placet opinio Albe. de Ro. referendo Pe.in dic.l.eos.§ ſuper his, C.de appella. quòd reus remanebit in carcere primi iudicis, ſed cum opus fuerit, & ex neceſsitate præſentabitur corã iudice appellationis, vt coram ipſo cauſam dicat, vt.l i ff. de cuſto. reo l.lege Cornelia.§.j.ff.ad ſilla.& ſi opus fuerit etiã tradetur iudici appellationis, vt per eum ſententia mandetur execu-

Reus appellans à decreto remanebit in carcere primi iudicis.

executioni:& allegat Albe.dicta per ipſum ad hoc in dic.l. eos in prin.Et dicit Rom.ſingu.ccccxc.ꝙ ſi ſententia abſolutoria deberet ferri pro reo capto,quia fecit probationes ad ſui defenſionem tunc captus etiam ante ſententiam debet relaxari & poteſt relaxari per iudicem : licet dicatur,ꝙ lite pendente nihil innouetur.& incipit illud ſingulare,ſum accuſatus de crimine capitali : & ibi allegat caſum ſingularem ibi vide.Ita notat addi ad Ang.vbi ſupra verſi.quæro an appellatione. Aduertat iudex vt admittat appellationem,niſi ſit manifeſtè friuola : aliàs teneretur.l. Iulia de vi.publica,vt eſt tex.& ibi Bart.in.l.lege Iulia.ff. ad.l.Iul de vi.publ.nam cum per appellationem ſententia ſit reſciſſa,executio fieri non poteſt:& ſi fieret iudex capitaliter puniretur:quã paria ſunt occidere innocentẽ,& occidere qui confugit ad iuſtam iuris defenſionem, vt.ad.l. iul.rep l.i.§.fi.ita dicit Bal.in.l.addictos.C.de epiſc.audien.& in.l.ſi quis filio.§.hij autem.ff.de inoffic.teſta.ꝙ iudex,qui appellationem nõ admiſit:ſed facit executionem, punitur pœna mortis.l.lex iulia.§.fi.ff.ad.l.iul.repe.& vide Bal.in.l i C.ne ex delic.defun. in.vii.col.vbi dicit ꝙ iudex,qui poſt appellationem executionem fecit,vel impediuit ne reus appellaret,tenetᷣ l.iulia.de vi.pub.allegat dictã l.lege iulia.&.l.qui dolo.ff.ad.l. iul. de vi publi.Idem voluit Pe.de Ancha.in cle.i.de exceſ.præla.vt iudex qui non admiſit appellationem teneatur.l.iulia.de vi.pub. intellige prædicta in caſu,quo appellatio deberet admitti: quia ſi eſſet manifeſtè friuola,vt quia ſpõte confeſſus fuit,& teſtibus conuictus,vel crimen eſt notorium:tunc ſi non admittis,nõ teneris: quinimo ſi admitteres,peccares,vt in.c. cum appellationibus friuolis de appella.in.vj. Sunt & alij caſus,& delicta enormia in quibus non admittitur appellatio,quæ enumerãtur in.l.conſtitutiones.ff.de appella. & etiam in caſu.l.i.C.de rap virgi.& ibi Sali,& in fabricantibus falſas monetas,vt.l.i.C.de fal.mone.& ibi etiam Salice.quoniam publice intereſt,ꝙ ſtatim fiat executio, quod dixi,quòd confeſſus,& conuictus non auditur appellans, vt in lege ſecunda.C.quorum appella.non recip.Intellige ſi verè ſit confeſſus,& conuictus:ſi vero fuit contumax,& ſic ex

Innocentem occidere,vel eum qui ad iuſtam iuris defenſionem cõfugit,paria ſunt.

ſic ex forma ſtatutorum habetur pro cõuicto & confeſſos quia proceditur per viã fictionis, auditur appellans, vt notant Bar & Bal.in.l ita demum. in vltima quæſtione C.de procur.& vide Bal.in.l ii.C.de epiſco.audien & in.l.ii.C. ſi pen.appel mors interue.imo ſtatim non obſtante appellatione in dictis caſibus debet fieri executio,& maximè in delictis enormibus,vt.l.prouinciarũ.C.de feriis,&.l. cum reis.C.de pœ & dic.l.cõſtitutiones,&.l. ſi quis filio.§.irritum.ff de iniuſto.& irri.fac.teſta.& quod ibi notant doctores,& maximè Raph.& ſic de facto dicit ſe obſeruaſſe Ang.Myrſiæ vbi ſupra verſi.tu autem. Confeſſus ſponte, & non cõuictus,an audiatur appellans,ſtat difficultas Pe. de Ancha.in c.Romana.§.ſinautem de appell.lib.vi. multos doctores maximæ auctoritatis affert tenentes, ꝙ confeſſus tantũ in criminalibus poteſt appellare,maximè Hoſtien.Ioan,Imo & Bar. Idem voluit ibi Archi.ſed multos doctores antiquos,& maximæ auctoritatis refert Albe.de Ro.in dic.l.ii.C.quor.appel.nõ reci.qui tenent iſtud idem ſed Bal.in.l.i.in.vj.col.C.ne ex delict. defunctorum dicit ꝙ glo in dic.§.ſinautem obſeruatur in practica, ꝙ confitens tantum non reuocans ſuam confeſsionem non auditur appellans,& traditur iuſtæ morti:& dicit quòd aſſeſſores ſeruant illam gloſam quinimo.do.Abb.bonis rationibus dicit quòd iſta concluſio eſt vera,& ipſam ſequitur, & expreſſe affirmat, & dicit quòd in hoc non eſt aliqua differentia inter ius ciuile & canonicum, quicquid dicat ibi do.Anto.de Bu.& ita voluit Ange. in dic.l.ii.C. quor. ap.non reci.approbans ibi dicta Io. And.in glo. in dic.§. ſinautem,ꝙ ſi appellatio eſt indiſcreta & ſine cauſæ inſertione poſtquam ille ſine tormentis eſt cõfeſſus non auditur appellans.& vide Bal.in.l minoribus.ff.de his quib. vt indig.Si confeſſus in cauſa capitali appellat,an debeat exprimere cauſam: ſi tu vis tenere ſententiá illius glo.Io An. in dic.§ ſinautem teneas ipſam cum illis conditionibus,& limitationibus,quas tradidit Bal.in dic.l i.C.de cõfeſ. vel intellige,vt dicit Bal.in.fin.C.ſi à non compe.iudi in vlti. col quando cum confeſsione erant talia indicia,quæ ſunt multum vrgentia,& videtur ſequi Abb.in.c.i.extra de ſenten.

ten.& re iudi.& de omnibus iſtis vide per Bal in.l.addi-ctos.C.de epiſc.audien.Par.de Pu.in ſuo trac.ſindi.in ver bo ſequitur fo.ccxcvi.&,vii. Adde quod condemnatus ex præſumptione iuris & de iure non poteſt appel lare,quia habetur pro conuicto & confeſſo & conuictus & confeſſus non appellat,vt dic.l.ii.quo appel.non recip. notat hypo.ſingu.116. quicquid ſit,ego ſemper admitterem appellationem propter multa quæ poſſunt oc currere etiam maximè vbi tractatur de vita hominis per ea quæ habētur in.§.noſtros.in autē.de iudi.& in.l.à pro conſulibus.C.de appella.per ea quæ tradita ſunt per Pe. de Ancha.in dic.§.ſinautem.etiam de hac materia vide per Bal.in.l.obſeruare in.§.proficiſci in.xii.quæſtio.ff.de offi.procon.& per eundem in addi.Specu.titu.de appella.ver.appellās à diffinitiua.Addi.ad Ange.vbi ſupra ver. quæro,an omnis condemnatus,An autem valeat ſtatutū quod tollit appellationem in criminali:iſtam quæſtionē formauit Albe.de roſa in iii.parte ſtatu.quæſtio liiii quę incipit.Item quæritur an valeat ſtatutum,quòd in criminalibus non poſſit appellari:& primo arguit, quòd tale ſtatutum non valeat,quia appellatio eſt ſpecies defenſionis,& defenſio eſt de iure naturali,quæ non videtur tolli poſſe per ſtatutum,de qua materia dicit Albe.de roſa latè in iiii.parte ſtatu in quæſtione quæ incipit,ſed quid ſi ex verbis ſtatuti expreſsè cauetur:dicit tamen quod Dy. tenet contrarium:quia per pactum poteſt appellationi renunciari,vt.C.de tempo.appella l fina &.l.i § ſi quis.ff.à quibus appella.non licet.ergo per ſtatutum poteſt hoc fieri,vt.l.fina.C.de fideiuſſo.&.l non impoſſibile.ff.de pac. Præterea multi ſunt caſus,in quibus appellare non licet, vt.C.quor appella.non reci.per totum,& maximè in.l. ii.vbi videtur expreſſum,& dicit Albe.quòd ita ſeruatur: licet contrariam ſententiam teneat Ange.vbi ſupra verſi.an valeat ſtatutum,vbi dicit quòd non valet tale ſtatutum,ſicut dicimus in ſimili quando ſtatuto tollitur ſecū da appellatio,quę deuoluitur ad ſuperiorem:quia tale ſtatutum non velet ſecundum eum.allegat notata per Bart. & Imo.in.l.fina ff.de aqua plu.arcen.& in.l.omnes popu li in

Statutum per quod appellatio tollitur in criminalibus an valeat

li.in.xvi.col.ff.de iuſti.& iure Bal.& Sali.in.l.fina.§.ſi.C. de tépo.appella.de qua materia vide per Ludo.Ro.í dic. l.fin.§.fina.ff.de aqua plu.arcen.qui eávltra omnes exami nat,& multa allegat de iure ciuili ,& canonico per cano. in.c.veniétes.extra de iurciur.maxime per Bal.& do.Ab, ex quibus,potes habere veritaté iſtius quæſtióis Albe.de Ro.in.l.ſi appellationem.C.de appella.dicit contrarium vidiſſe ſeruari tenere ſtatutum ſubditorum & populorũ non poſſe appellari ad vicarium imperatoris non obſtáte dic.c.venientes.& ideo dicit Bal.in dic.§.fina.quod c.ve nientes non ſeruatur in foro Iuſtiniani:tu vides cõtrariũ in hoc articulo,quòd imo ſeruatur,& tollit prima appel latio.Sed quęro quis index in cauſa criminali mãdabit ſẽ tentiam executioni?dic ſecũdum Albe de Roſa.in l.addi ctos C.de appella.ſi vtraque ſententia eſt abſolutoria,nõ opus eſt aliqua executiõe ſi vero prim⁹ abſoluit ſecũdus condemnauit:tunc primus nõ poteſt exequi:quia primus nihil iudicauit,ꝙ executione indigeat.ſi vterque cõdem nauia:tũc dicit,ꝙ aut primus iudex habet ius in crimino ſo,puta qa deliquit in ſua iuriſditiõe,& ſic habet ius tale ꝙ vbicũque ſit poteſt criminoſũ petere,vt ſibi remittat per l.ſi cui.§ i.ff.de appel & tũc primus iudex debet hác ſententiam criminalem executioni demandare ea ratiõe quia ſolatium eſt cognatis,necnon amicis offenſorũ,vt vi deant offendẽtes punitos,vt l.capitalium.§.fin.ff.de pœ. nã hoc caſu per appellationem non deuoluitur ad iudicẽ appellatiõis,niſi ſola cognitio iuſtitię,vt notat Inno.in.c. dudũ in gl.quæ incipit quidam dicũt extra de electione. ſi vero iudex primus nullũ ius habet in criminoſum, niſi ratione originis,vel domicilii:tunc appellatione ſecuta& lata ſententia per iudicem appellationis mãdabitur execu tiõi per ipſum iudicem appellatiõis,vt probatur in dic.l. addictos in fine,& ſic docto.ibi hoc vidẽtur tenere maxi me Rapha Fulgo.quod bene nota,vt ſcias quando crimi noſus ſit torquendus,vel alio modo puniendus per primũ iudicẽ,vel iudicem appellationis.Prætereaquęro,an quã do appellatur à ſententia criminali ſindicus cõmunis pro curator fiſci,vel iudex ſit citandus.Bar.in.l i.§.fina.ff.ad

turpil

turpil.ponit hanc quæſtiõem,& pro vtraq; parte allegat & determinat.ꝙ vbi eſt accuſãtor ipſe debet cauſam appellatiõis proſequi,& ſolus citari,videtur enim lex ſenſiſſe,& feciſſe talem accuſatorem ſindicum,& fiſci procuratorem ad talem cauſam.Præterea inter priuatum & priuatum præſes eſt iudex:inter priuatum & fiſcũ eſt procurator Cæſaris,ſed cauſa criminalis licet tractet de pecunia applicanda fiſco,debet corã prǽſide tractari,vt.l.1.C. vbi cauſæ fiſca.ergo patet.quod inter priuatos tractatur:igiṫ fiſci procurator non eſt citandus,vt ibi per Bar.quia tũc dicta cauſa appellationis habet,& habere poteſt aliquem qui eã defendat,videlicet accuſatorem ſecus quãdo proceditur per inquiſitiõem:quia tunc cũ iudex ſuceedat in locum partis acuſãtis,vt notat Bar.in.l.ii.§.ſi publico ff.de adul.ipſe:citãdus eſt,aut ſindicus,vel procurator fiſci cuius intereſt,vt ſentit Inno.in.c.cũ ſpeciali.extra de appella.& Bar.in dic.§.fin.per.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.& l.nam ita diuus.ff.de adop.& ita videtur practicari ſecundum Ange vbi ſupra verſi.quero quando appellatur Sali in.l.ſi quis.C.ſi reus,vel accuſator mortuꝰ fuerit.allegat Inno in dic.c.cum ſpeciali,& dicit,quod iudex etiam per inquiſitionem procedens non eſt citãdus.nam appellatio non immutat cauſam,vnde ſicut coram iudice principalis cauſæ procedebatur,ita coram iudice ad quem.Itẽ tunc primus iudex redderetur ſuſpectus,ſi corã ſuperiore ad quem appellatum eſt ſe partem faceret.& cum eo iudiciũ agitaretur.allegat etiam,quod iudex functus eſt officio ſuo.igitur,&c.vt.l.iudex.ff.de re iudi.pro hoc allegat caſum in.l.eos.§.ſuper his.C.de appel.vbi habeṫ,quod copiam ſentẽtiæ & actorum vna cum reo debet iudex à quo ad iudicem ad quem tranſmittere,ſed Ange.dicit eſſe cautius,vt proceſſus nõ poſſit impugnari,quod citetur ſindicus,aut procurator fiſci,& etiam iudex,& ita vidit ſemel practicari quando erat aut ad vindictam publicam.aut fiſco applicãda Bal tamen in.l.ſancimus.C.de iudi xii.quǽſtione quæ incipit,nunquid iudex inquirens debeat condemnari in expenſis dum procedit per inquiſitionem dicit quod quãdo iſta quæſtio deuoluitur coram iudice appellationis

pellationis conſueuit ipſe iudex citari, tamen tenet proceſſus, licet non citetur: quia non agitur principaliter cōtra iudicem allegat Inno. ita voluiſſe in c. in noſtra. extra de procur. vide tamē Inno. & do. Anto. de But. in. c. de cætero. extra de tranſac. qui dicunt, quod iudex non neceſſario citatur, vel citatur, vt ſuum defendat proceſſum. ii. quæſtio. vi. c. hoc etiam. licet quando voluntariè, id eſt quādo ex officio procederet poſſet ſuum defendere proceſſum allegat dictum. c. cum ſpeciali. Idem dicit do. Anto. de But. in dic. c. in noſtra, quod iudex non eſt citandus ad defendendum ſuum proceſſum coram ſuo ſuperiore, niſi quando ſua intereſt, hoc eſt, quod malè, vel iniuſte, vel dolo iudicaſſet: non autem quando agitur ad infirmationem. vel corroborationem ſententiæ, & probatur: quia aliàs cum ſolum agitur de infirmitate ſententiæ ſi deberet iudex citari coram ſuperiore, ſequeretur quòd fraudulenter poſſet poſtea ſuam ſentētiam reuocare per dic. c. cum ſpeciali. extra de appella. & quod ibi nota. Et aduerte, quod Do. Anto. non dicit, quod de neceſſitate ſit citandus, & vide Imo. in dic. c. de cetero. qui tenet, quod quando iudex non ad inſtantiam partis proceſſit, ſed ex officio de neceſſitate ſit citandus, & ideo dicit do. Abb. in dic. c. cum ſpeciali allegando Feder. de ſenis in conſil. cciiii. quod proceſſus ſupperioris eſt nullꝰ ſi iudex quî ex officio proceſſit, non ad petitionem parti, fuit citatus per iudicem ad quod allegat Inno. in. c. pe. extra de re iudi. & dicit Abb. quod hoc ſatis ſibi placet, ſed miror, ꝙ ignorauerit ibi dic, Archi. Ioan. An Pe. de Ancha. do. de ſanc. Gemi. in. c. venerabilibus de ſenten. excommunicationis lib. vi. vbi eſt melior textꝰ in hac materia qui poſſet allegari probans hoc, an iudex debeat citari, & dicit ibi Pe. de Ancha quod non eſt textus clarior in iure. quod non debet citari iudex, quando tractatur de reuocatione ſententiæ. ſed ſolum quando agitur de pœna infligenda iudici, vel quod ſoluat intereſſe parti, dicit tamen Pe. de Ancha quod iudex ſententiam per ſe latam poteſt defendere. ii. quæſtio. vi. c hoc etiam per nota. per Ioan. An. in c. dilectꝰ. extra de reſcrip. & dic. Inno. in locis ſupra alleg.

Iudex, an debeat defē dere ſuum proceſſum coram ſuperiore.

dicit

dicit tamen ibi Pet.de Ancha ꝙ iudex qui proceſsit per viam inquiſitionis debet defendere ſuam ſententiam coram ſuperiore: quia tunc obtinet locum partis. & ita tenet glo.coniuncto textu in c. ſacro. in verbo conſtiterit de ſenten.excommunica.& in dic.c. cum ſpeciali à quibus glo.non eſt recedendum ſecundū addi.ad Ange. vbi ſupra in verſi. quæro quando appellatur. & ita videmus quotidie obſeruari in practica, vt nō citetur iudex in patria iuris ſcripti, niſi ſua interſit: ſecus in patria cōſuetudinaria, vbi citatur iudex principaliter, vt in ſtilo parlamenti titu.de adiornamētis in cauſis appellationū. & ꝙ iudex ſuā poſsit tueri ſenté. & ad hoc debeat admitti eſt textus in l. relationes C.de offi vica.tenet Bal.in Add. Spe.titu.de appella.ver. ſed nunquid iudex quia lex vocat eum aduerſarium l.ſi appellatus C de appel. tenet tñ In.in c.noſtra de ꝓcur. ꝙ licet nō citeť iudex in cauſa appel.tenet proceſſus & Bal.in l ſancimus C.de iudi.& Bal. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori ff.de noui ope. nuntia. Quid autem ſi reus moriatur pendente appellatione? dic quòd clarum eſt, quòd quoad crimen ſentencia extinguitur, & ſic cadauer puniri nō poteſt, vt l.iii. C. ſi penden.appel.mors interue.& l.i.ff.eo.titu.& l.fin. C. ſi reus vel accuſa.mortuus fue Et ideo errant latrunculatores qui ſuſpendunt, vel comburūt cadauera delinquentium. Ita dicit Cy.in l ii.C.qui teſta.face poſſunt & Bal. in l.i,C.ne ex delic.defuncto.& Imo.in l. defuncto ff. de publi.iudi.& Ang.in l.qui à latronibus.§.ſi quis ff. de teſta.& dicit Ang.in dic.l.defuncto.quòd poteſt agi iniuriarum contra talem iudicē: quia etiam mortuo poteſt inferri iniuria vt l.i.§. quoties ff. de iniuriis. ſed aduerte: quia Bal.in dic.l ii.aliter loquitur, & dicit hoc eſſe arbitrariū per gl.in cle.l.de pœni. & remiſsio.ſed Rapha. Fulgo dicit, ꝙ nihil inuenit in dic.cle.& ideo Ro.in dic.l.ii. dicit, ꝙ opinio Bal.procedet in famoſo latrone per notata per gloſ.in l.ii.ff.arbo.fur.ceſa.quæ glo.ſingularis eſt, & dicit famoſos latrones mortuos beſtiis ſubiici.& allegat etiam quædam alia quæ allegauit Imo.in dic.l.defuncto & ita etiam affirmauit Ro.in l.ſi vero.§.de viro ff. ſolu.

Crimen, an extinguatur morte condemnati appellatiōe pendente.

Mortuo poteſt inferri iniuria.

Iu.matri in xlvi fallentia, & prædicta dicũt eſſe vera præ dict. doctores, niſi quando hominis memoria ex delicto eſſet condemnanda quod contingit iuxta notata inſti. de hære. quæ ab inteſta. §. per contrarium. facit l. fina. §. fin. ff. de bo. eo. & ibi per Bar. Adde qui dicantur famoſi latrones ſecundum Angel in l. capitalium. §. famoſos ff. de pœ non qui aſsidue furantur, ſed qui aggrediuntur cum armis, aut vi auferũt per l. prętor. §. aduerſus ff. de ſepul. vio. facit gloſ. in l. reſpiciendum. §. delinquunt ff. de pœ. quos vulgo *voleurs* appellamus quibus apud nos eſt tuta certa & determinata pœna. ☙ aduerte quòd famoſus latro id eſt is qui ſepius hæc fecit, vt dicit glo. in autenti. ſed nouo iure C. de ſer. fugi. probatur per famam publicã, quando præſefert delictum, aliàs ſecus, vt notat Bart. in l. capitalium. §. famoſos per textum in. §. craſſatores dic l. ff. de pœ propter quam famã poteſt torqueri ff. de quæſtio. l. de minore. §. fina. ❧ Sed quid ſi condemnatus decedat nondum interpoſita appellatione infra tamen decem dies qui dantur ad appellandum iuxta auten. hodie C. de appella. an crimen extinguatur etiam quoad bona per ſententiam confiſcata, vide Ange. vbi ſupra vl. quæſtio. & ibi addi. ☙ Quid ſi damnatus fuit ſuſpenſus & laqueo fracto illeſus & viuus cecidit in terram an ſi dicatur diuino miraculo hoc actum, ſit executio differenda vide largam Luce de Penna diſputationem in l. .i. C. de deſer. qui concludit principi referendum & quid ſi dãnatus ad mortem velit meretricem in publico lupanari exiſtentem vxorem ducere & illam peccato tollere an debeat executio impediri hyſpani practicant quòd ſic, de iure non reperitur cautum niſi quia ad hoc facit ca. inter opera de ſponſa vbi textus quòd omnia peccata remittuntur ducenti in vxorem meretricem & illam à lupanari extrahenti ita notat paris de pu. in ſuo tracta. ſindi. in verbo an ſi iudex vbi ponit quando & in quibus caſibus debeat executio diferri. ❧

Pour reigler les parties ſi par la torture n'a riens eſté confeſſé.

ET ſi par la queſtiõ, où torture on ne peult rien gaigner à lencontre de l'accuſé, tellement qu'il n'y ait matiere de le cõdamner; Nous voulons luy eſtre faict droict ſur ſon abſolution pour le regard de la partie ciuile, & ſur ſa repation de la calumnieuſe accuſation, & à ceſte fin les parties oyes en iugement pour prendre leurs cõcluſions l'vn à lencontre de l'autre, & eſtre reiglees en proces ordinaire ſi meſtier eſt, & les iuges voyent la matiere diſpoſée. *Arti. clxiij.*

PRacticam procedendi ſi reus negat, & nihil cõfitetur in tortura ponit Gandi. in ſuo tract. malefi. ver quid ſi tortus vbi dicit, ꝙ ſi tortus dicat teneatis me ad tendulum quantum vultis: quia ſi me teneatis per decẽ annos nihil dicam quoniã in nullo ſum pollutus obiecti criminis, & ſic omnia diffitetur, nũquid ſtatim de tormẽto eſt dimittendus, & relaxãdus? certè non dicit Gandi. ſed procedetur in tortura tẽperatè, vel aſperè ſecundũ conditionem perſonæ, & ſecũdum criminis qualitatem, & ſi cõfitebitur bene quidem, ſi autem diffiteatur debet iudex eũ in carcere retinere, & ſi noua indicia aduenerint poterit quæſtionẽ repetere, ſi autẽ nõ adfuerint noua indicia: tunc ſtatuet iudex accuſatori cõpetẽtẽ dilationẽ ad allegandũ & ꝓbandũ, & ſi poterit cõuinci cõdẽnabit, aliàs relaxabitur, vt ff. de quæſtio. l. i. in prin. & l. vnius C. de iure fiſci l. defenſiõis facultas, & hãc practicã ſequitur Ang. in ſuo trac. malefi. in verbo quod fama publ verſi ſi verò negat, & ibi addi. ſi autem confitetur in tormentis, & poſtea negat extra tormenta, dic vt in præcedenti articu. Adde hic vnam quæſtionem, quæ de facto mihi cõtigit, *Quæſtione data, an ſit accuſat⁹ in carcere detinendus.*

 accuſã

Accuſatus ſi nolit reſpondere. accuſatus nõ vult reſpõdere. quid debet facere iudex? dic ꝙ poteſt eum torquere etiam ſine indiciis, quia non torquetur ad punitionem ſed vt reſpondeat Bal. in l. accuſatiõe C. qui accuſ. nõ poſſunt per l. neganda. & l his C eo. titu. notat Par. de Pu. in ſuo trac. ſindi. in verbo ſequitur circa finem. fo. ccxciiii. Sed quid ſi nolit iurare Spec. ti. de iura cal. §. ſuper eſt ver. quia quãdo dicit ꝙ habetur pro cõfeſſo allegat l. ſi cõfeſſus ff. de cuſto. & exhibi reo. Quæro nunc ſi latro famoſus in tormentis poſitus confeſſus eſt mihi furtũ feciſſe, & poſt tormenta in cõfeſsiõe perſeuerauit, ſed tamẽ priuſq̃ cõdemnetur mortuus eſt, propter aſperitatẽ tormentorũ vel forte ex alia cauſa, an heredes illius teneantur, & conueniri poſſunt, vel quid ſi tortus, & plura furta confeſſus & damnatus ad mortẽ facta executiõe an cõtra herede poſſũ agere Spe in ti. de accu. ver. quid ſi latro famoſus tenet ꝙ ſic, quia ex confeſsione datur actio ac ſi ſentẽtia lata fuiſſet ff. ad l. aquil. l. proinde. §. ſi procurator & quia in iudicio quaſi contrahitur ff. de pecu. l. licet. §. idem ſcribit. Quæro præterea de dubio ſepiſsimè occurrenti, an diuinatio ſeu incantationes faciant indiciũ: hanc quæſtionem ponit Frã. Bru. in in trac. ſuo de indi. quem refert Hyp. in ſua prac. charta. liii. numero. 181. in. i. col. in princi. vbi dicit, quòd quando aliquis incantator conſultus dicit ꝙ Titius cõmiſit tale furtum vel aliud delictum, an ex hoc peterit ad torturam poni. & dicit ꝙ non, quia talibus non eſt adhibenda fides, vt l. item apud labeonem. §. ſi quis aſtrolog⁹, vbi hoc tenet Ange. ff. de iniur. & facit l. verum C. de in fa. & vide quod ibi dicit idem Hyppo. de Cadauere mortuo cuius vulnera ceperũt effluere & ſanguinẽ emittere dũ ſuperuenit verus homicida. Paris de pu. in ſuo tractа. ſindi. in verbo mandauit dicit, quòd iſta experientia eſt magnum indicium à qua non debet recedere iudex. Sed quid an liber homo poſsit ſe dare alteri, vt eum torqueat gloſſa in lege interdum. §. qui furem ff. de fur. tenet quòd ſic Bartol. tamen ibi tenet contrarium, quia liber homo non eſt Dominus membrorum ſuorum lege liber homo ff. ad legẽ aquil. quia poteſtas torquendi eſt

Diuinatio ſeu incantationes an faciant indicium.

Liber homo an poſsit ſe dare alteri vt eum torqueat.

eſt meri imperii lege defenſionis C.de defen . ciui. & in autentica de teſti.§.minus dicens quòd hoc tenet Guil. de Cug.in lege imperiũ ff de iuriſdi.om. iudi. Et ea quæ ſunt meri imperii non poſſunt priuatorum pacto conce-di lege priuatorum C . eodem titulo dicens etiam quòd quis non poteſt ſe committere priuato,vt ſibi faciat iniu riã lege prima §.vſque adeo de iniur . notat Paris de Pu. in ſuo tracta ſindic.in verbo quæro,folio cccii. Prætere-ea dicit ibi Gandi poteſtas Bononiæ poſuit aliquem ad torturam qui in comitatu Bononiæ aliquod maleficium commiſit propter quod non debebat pati pœnã corporalem qui in tormẽtis confeſſus fuit ſe aliqua furta feciſſe Mutinæ,& alia plura maleficia:modo quæritur nunquid poteſtas Bononiæ poſsit eũ vltimo ſupplicio tradere, vel cõdẽnare propter maleficia quæ cõmiſit alibi non in diſtrictu Bononiæ?& dicit,quòd non,vt in l.ſi cui.§.fin. de accuſa.& ibi hoc tenet Dy.& ff.de re mili.l.iii.ff.de iniuſto.rup.& irri.teſta.l.ſi quis filio.§.hi autem.in fine ibi iuriſditionis ſuæ.Idem tenet Fulgo in conſil.cl.Alex.conſil.cxi.i.lib.quod bene nota.Adde Barto.in l.finali . ff.de quæſtio.vbi dicit,quòd bona cautela eſt quod in rei relaxatione iudex faciat in actis apponere torturam eſſe adhibitam in perſona ipſius rei cum moderamine ſecundum quòd indicia contra eum exiſtentia requirebant , & ideo quia bene fuerũt purgata dicta ĩdicia,& ipſe reus nõ fuit repertus culpabilis,iudex eũ relaxauit quod dicit eſſe notandum,ne iudex poſtea teneretur in ſindicatu.Vnũ præterea nota in hac materia,quod dicit Bal.in.l.incredibile C.de pœ. ꝙ iudex nõ poteſt noua penarũ genera imponere,quia nõ debet recedere à penis à iure & cõſuetudine inductis l.moris.§.iſtæ feræ,& l.capitalium.§.moris ff.de pœ quod notent iſti latrunculatores,& maleficiorũ iudices vulgo mareſcallorum præpoſiti ne nouũ torquẽdi modũ excogitent,quam conſuetum notat Par de Pu. in ſuo trac.ſindi.in verbo an in cauſa fo.ccxciii. poteſt tamen iudex aliquando propter enormitatem delicti iura tranſgredi ſecundum Inno & alios in c.i.de cõſti. & Bal. in l.quid ergo.§.pœna grauior ff.de his qui notã.infa. ita

quod clericus faciens atrociſsimum delictum poteſt ſine degradatione puniri ſecundum Ioan. And. in c. cum non ab homine de iudi. & domi. de ſanc. Gemi. in c. fi. de homi. in vi. notat Hyppo in ſua prac. carta. lj. Et adde hic circa materiam expenſarum, & calumnioſæ accuſationis quod dixi ſupra arti cxliij. & arti. cxlix. & concluſio ſit iſta, ꝙ in omnibus caſibus in quibus accuſator, delator, inſtigator, quærelans, & procurator fiſci, aut ſindicus qui denunciauit, vel ipſemet iudex notatur & condemnatur de calumnia, in omnibus illis caſibus inſtantiæ, reo innocente poterit iudex condemnare reum calumniæ in expenſis, vt expreſſe, & notabiliter tenet Bar. in l. j in prin. in fine commenti. ff. ad turpil. qui poſt quorundam doctorum opinionem, qui tenebant contrarium illis confutatis cõcludit, ꝙ in omnibus cauſis criminalibus, ſiue proceſſum fuerit per accuſationẽ, ſiue per inquiſitionem aut alio quouis modo fieri debet parte petente condemnatio expenſarũ, ſicut in cauſis ciuilibus, de quibus dicit eſſe caſum, ſecũdum vnam lecturam in l. non ignorat. C. de fruct. & litium expen quę vide latius per eum & Ange. in dicto ſuo tractatu maleſi. in verbo & ad quærelam Titij in princi. vbi dicit vnum mente tenendum, quòd ille ad cuius inſtantiam quærelam vel inſtigationem iudex inquirit ſiue ſollicitauerit, ſi inquiſitio non probatur tenetur pœna Turpiliani, & etiam condemnatur in expenſis, ſicut ſi principaliter accuſaſſet, & non probaſſet accuſationem: allegat tex. & glo. in dic. l. j. §. incidit. ff. ad turpil. gl & Bar. in l. ſenatus. §. an ad eas, eo. tit. ff. & textum in l. ob hæc verba. ff. de his qui notan. infa. & ibi omnino videndum dicit Bal. & Ang. ſingulariter. quæ quidem expẽſæ peti poterunt, aut officio iudicis nobili implorato antequam feratur ſentẽtia abſolutionis, vt vnico contextu feratur ſuper vtroque, aut iure actionis intendendo nouum iudicium, vt dicit Bart. in dicta l. j. in prin. vbi vide latius per eum, & probat tex. in ii. C. qui accuſ non poſſunt in fine, & in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & ibi Bar. qui dicit notabiliter ꝙ licet iudex maleficiorum non poſsit cognoſcere de cauſis ciuilibus eſt verum principaliter. Incidenter tamen bene poterit cognoſcere

Iudex maleficiorum, an poſſit cognoſcere de cauſis ciuilibus

ſcere cauſas, quæ deſcendũt ex crimine ſicut eſt reſtitutio rei furto ſubtractæ. Itẽ expenſas factas in cauſa poterit cognoſcere, & reum in eis condemnare & taxare, vt dicit ibi Bar. & vide Bartolum in. l. ſi poſtulauerit §. fina. ff. de adulte. vbi dicit quòd ibi eſt caſus, quòd in cauſis criminalibus victus victori condemnetur in expenſis, vide Inno. in cap. cum oporteat, in fine magnæ glo. extra de accu & per Abba. & cano. in cap. calumniam, extra de pe. Adde quòd dicit Bald. in. l. fina. ff. de calum. ꝙ tortus abſoluitur quando ex tortura non poteſt crimen inueniri, & ꝙ licet indicia præceſſerint torturam non excuſatur accuſans à calumnia, & propterea damnum læſo cõtingens indebite debet emendari & facit ſecundum eum quod not. in. l pe. de condic. ob cauſ. & in l. dominus. C. de quæſti. vbi dominus, cuius ſeruus eſt tortus agit contra calumniatorem, & dicit Bal. in. l. ii. C. ad. l. Iul. de adul. ꝙ indicia manifeſta ſolum excuſant accuſantem à calumnia: notat Paris de Put. in ſuo tractatu ſindic. in verbo confeſsio, carta. ccxcii. vbi conſulit ꝙ quãdo offenſus nõ habet probationes de delictis claras, ſed habet indicia vel præſumptione aliàs vrgentes ꝙ denunciet, vel notificet curiæ delictum, vt inquirat malefactorem, quo caſu ſi curia procedat, & ſuſpectũ torqueat, non tenebitur ipſe nec iudex, qui non temere inquiſiuit. ☞ Hoc tamen nota quòd licet Bart. in. l. fina. ff. de quæſtio. dicat quòd ſi tortus non confitetur delictum, ꝙ ſit deliberãdus, quaſi indicia ſint purgata: Paris tamen de Pu. in dicto ſuo tracta. ſindi. in verbo viſo de repetitionẽ torti dicit hoc intelligendum, quòd ſit liberandus ab illa inquiſitione, & non diffinitiue à delicto, per not. per Sali. in lege ſi hi qui adulterij. C. de adul. vbi dicit per gloſam ibi poſitam, quòd ſi iudex habet ſufficientia indicia contra accuſatum, qui pluries tortus nihil confeſſus eſt, non debet ipſum abſoluere diffinitiue. ſed debet abſolutionem concedere accuſationis per legem abolitionem. C. de abo. & idem ipſe tenet in lege ſi quis alicui, ad legem Iuliam maieſtatis. vbi dicit quòd ſi reꝰ delatus in illo crimine, tortus nihil confeſſus fuit, propter quod accuſator fuit tortus, qui nihil probauit, ꝙ iudex neutrum ex reo & accuſatore

abſoluet, ſed rem indiſcuſſam dimittet, & ideo debebit fi-iuſſoribus liberari & non diffinitiue abſolui à crimine, quia poſſent indicia ſuperuenire: & idem videtur tenere Sali. in repe. l. ſi quidem, C. de accu. non tamen clare, hoc tamen nota quod ſi accuſator inuẽtus fuerit calumnioſam inſtituiſſe accuſationem, erit torquendus, vt veritas eruatur. ex not. per Io. And. in. c. cum in cõtemplatione de reg. iur. & eſt textus ſecundum Bar. ibi in. l. fi. C. de accu quod accuſatus poteſt ſtatim ſuum deferre accuſatorem de calumnioſa & falſa accuſatione, & benefacit. lex non prius, &. l. fina. C. de abo & l ii in fine. C. de cuſto reo. vbi dicitur, quod calumniator punitur ſimilitudine ſupplicij, & textus in. l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maie. vbi dicitur quod accuſator in probatione deficiẽs, torquetur, & ibi dicit Bal. quod indicia manifeſta ſolum excuſant à calumnia, ſic etiam vilis perſona ſponte veniens ad teſtificandum torquetur in auten. de teſti. §. ſi vero ignoti in verbo feſtinantes. Et Bar. in. l ex libero. ff. de quæſtio. Sic ergo ſi talis accuſator eſſet vilis, & ignobilis & nulla indicia vel probationes oſtenderet accuſationis, torquebitur niſi ſtatuta terrarum aliter prouideant, vt dicit Barto. in. l. accuſatore. §. ad crimen. verſi. ſed pone de pub. iudi. Quare dicit Paris de Pu. in ſuo tractatu ſind. in fine. Ita feciſſe in quodam extero, qui petebat à quodam nummulario bonæ famæ ducatos trecentos, quos dicebat in ſuo bancho depoſuiſſe, & accuſauerat ipſum de furto & de negatione depoſiti, & hic nũmularius erat vir ſimplex & timidus qui nunquam verſatus fuerat cum illo extero, contra quem præſumtio erat, quòd volebat nummularium ad condemnationem perducere, ipſum torqueri fecit, & confeſſus fuit in tortura, quòd nunquam tale depoſitum fecerat, ſed hoc agebat vt mercator ſui honoris cauſa aliquid ſibi daret, & alia adducit hic exempla. Et qualiter his cautelis ſit obuiandum vide per Tancre. de cor. in ſua prac. ad finem ante rubricam de dictionum ſignificatione: hoc tamen nota quòd ſi iudex velit aliquem abſoluere, debet citare offenſum ad cõtradicendum, aliàs talis abſolutio non præiudicat offenſo, quin accuſare poſſit, & iudex tenetur in ſindicatu ſecundum Ang. in lege ſi

ge ſi vacantia. C. de bo. vacan. Et Bald. in lege ea quidem. C. de accu & notat Bar. in lege inter omnes. §. recte ff. de fur. Sed quæro, an reus abſolutus poterit agere ad expenſas duntaxat, quas fecit, & omittere cauſam calumniæ? credo quòd ſic, quia iſtæ cauſæ ſunt ſeparatæ ſecundum quod dicit Bar. in dicta lege prima in principio ff. ad turpil tamen ad hoc, vt poſsit obtinere ſententiam in cauſa expenſarum, oportet quòd probetur calumnia accuſatoris, qua probata iudex poterit ex officio ſuo ipſum punire de calumnia, vt lege tertia. C. qui accu. non poſ. Et hoc idem videtur eſſe de mente Bar. in lege prima, in principio, in vltima quæſtione ff. ad turpil. Adde vnum ſingulare in hac materia ꝙ mandatarius ſolus deponens de mandato non facit indicium ad torturam rationibus per me ſupra adductis, & per Hypp. in ſua practica carta. xxxviii. numero. xxxvii & per Paridem de Pu. in ſuo tractatu ſindic. in verbo dicitur, vbi ponit quando requiruntur duo teſtes vel vnus ſufficiat ad torturá: nec Iudęus cótra Chriſtianum, vt notat Specu. in titulo de teſte. §. j. verſicu. item quòd Iudæus refert & ſequitur Paris de Put. in dicto ſuo tractatu ſindi. in verbo fui ſemel carta. cclv. vnum tamen eſt notandum, quòd vbi aliter veritas haberi non poſsit, recedimus à regulis iuris, ita quòd licet laicus non admittatur cótra clericum in cauſa criminali, vt in. c laicos. ii. quæſtio. vii. & in. c. veniens de teſti. j. Attamen ſi clericus commiſit delictum in loco, vbi non erant clerici, poteſt conuinci per teſtes laicos, pro quo facit, quod voluit do. Anto. in cap. tertio loco de proba. quòd licet domeſtici non admittantur in teſtes. c. repellantur de accu. l. etiam & l. parentes. C. de teſti. admittuntur tamen ſecundum eũ. quando aliter veritas haberi non poteſt, quod etiam voluit Ioannes And. in addi. Specu. titu. de teſte. §. i verſicu. quid olim, & Paris de Pu. in verbo teſtis carta. ccliiii. & ideo ideo dicit multum ſingu. Sali in lege ea quidem in. i. col. C. de accuſa. quòd quando veritas haberi non poteſt à teſtibus integris tunc admittuntur teſtes minus legitimi, & ibi ponit exemplum de ludente ad taxillos, qui fuit deceptus propter taxillos male quadratos vel falſos, quòd ad hoc

Mãdatari⁹ ſolus deponẽs de mandato non facit indiciũ.

Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianũ

ad hoc vt veritas huius deceptiõis & falſitatis haberi poſſit, poterit probari per lenones & infames. & dicit Imo.in cap.cũ I & A.de de re.iudi ꝙ admittuntur teſtes viles cõtra valde diffamatum dicit etiã Spe.titu. de proba.§.videndũ eſt, ꝙ teſtiũ falſitas poteſt probari per alios teſtes, qui interfuerunt corruptioni & ſubornationi illorum vel ſi indirecte teſtificantur contra illos extra de teſti.ex tenore & c.ſicut,per eos autẽ qui falſum tulerunt teſtimoniũ,nihil probari poteſt, quoniã eis nõ creditur ex.de teſti ca.ſicut & de proba.licet. Iuxta prædicta quæro de vna quæſtione, quæ ſæpe in facto contingere aliquis accuſatur de furto,quod eſt probatum, nunquid in ſententia poterit iudex pronunciare rem furatam accuſatori reſtituendam,ſi nõ petatur? & videtur, quòd ſic argu.in auten.de manda.princi. §. quòd ſi delinquentes col.iii.& ff.de fur.l.interdum.§.qui furem,& ſic videtur, ꝙ non requiratur petitio imo ꝙ ex officio iudex debeat facere reſtitui dãna paſsis,vt dic.§ ꝙ ſi delinquentes. & ita faciunt quidam iudices qui ſemper condemnant ad penam criminis,& rei reſtitutionem,& ita videtur ſentire Inno in c.cũ orporteat in fine glo.magnæ.extra de accuſa. & idem tenet Spe.ti.de expenſis.§.i.ver.fina.& ibi Io.And.in addi. de quo dixi ſupra articulo.clix. Contra videtur, quia ſententia debet eſſe conformis libello,& petitioni,vt lege vt fundus ff. communi diuidũ. cap.licet Hely.extra de ſimo.imo fatuus eſt.iudex qui in alio condemnat.quam fuerit petitum,vt lege fin.C.de fidecom.liber.& hoc tenet Cy.in lege ſi quis ad ſe fundũ. C.ad l.iul.de vi.publi.in fine.& ideo cautius eſt, vt fiat aliqualis petitio,vt l.i.ff.de cõcuſsio.cũ ibi not. & ita tenet Pe.Ia.in tit.ſuper accuſa.fur.libel.verſi.ponamus, & ad.§.ſi delinquentes? reſpondet,ꝙ ibi loquitur in officialibus curię,contra quos multa ſunt alia ſpecialia potiſsimũ in ſuis officiis delinquẽtes, & ad l.interdũ.§.qui furẽ. dicit quòd ibi fuit adductus fur cum re furata ad iudicẽ, & quia inuenit furtum ita eſſe notorium fecit rẽ reſtitui. extra ordinem iuris,ſed illud nõ eſt trahendum ad cõſequentiam in aliis furibus:imo & in illo qui ſic fuit adductus

Furto probato an poſſit iudex ex officio iubere rẽ furatam reſtitui.

ctus à domino rei furatæ inciuiliter coram iudice actio furti in duplum, vel in quadruplum fuit ibi ſublata vt ibi habetur & nota. C. quando ciuilis actio crimina præ iudi. lege vna in vltima gloſ. Idem tenet paris de pu. in ſuo trac. ſindicatu in verbo ſequitur & dat practicam, quod quando aliquis denunciaſſet de furto vel alio delicto & iudex inquirit, & proceſſum facit ante finitum iudicium det petitionem, & petat ex officio illum condemnari etiã ad rerum reſtitutionem, quia tunc iudex ſi nõ fecerit cõdẽnabitur quod nota. & ibi dicit Pe. Ia. in ver. eſt notandum, quod ſententia lata in criminibus ſi reus ſit talis, qui non debeat audiri appellans, vt eſt in multis caſibus, de quibus dictum eſt articulo præcedenti, ſtatim debet executioni mandari. ſi autem reus ſit talis qui debeat audiri appellans: tunc ſiue appellet, ſiue nõ ſententia nõ mandabitur executioni infra decem dies, qui ſibi dantur ad appellandum, iuxta id quòd nota. nihil noua. appella. interpo. l. i. §. ff. de pœ. l. qui. vltimo. & ita tenet Alber. de Gandi, in dic. ſuo tracta. malefi. in titu. de pœ. reo. ibi, ſed quæro, differtur tamen executio in quibuſdam caſibus, etiam poſt lapſum decem dierum, vt in. l. nec vindicari. C. de pœ & ff. eo. titu. l. prægnãtis, &. C. de bo. proſcrip. l i. & de cuſto. reo. l. iii. hodie tamen in quibuſcunque criminibus ſententia lata ſtatim demandatur executioni ſi non appelletur, & fundant ſe iudices in. l. additos C. de appel. ſed ꝙ dicũt, ꝙ ibi fuit factum de facto illud eſt diuinare, ſecundũ Ppe. Ia. vbi ſupra. Idẽ dicit Bar. in. l qui vltimo in fine. ff. de pœ. ꝙ de cõſuetudine ſtatim fit executio, niſi ipſe, vel alter ꝓ eo appellet, & ꝙ iudex qui nõ admiſit appellationẽ debet puniri capitaliter. vt l. lege iulia ff. ad. l. iul. de vi, publi. vt dixi ſupra proximo arti hodie tamen ſecundum Pe. Ia. vbi ſupra ſic obſeruatur de facto, qud ſi reo ſuſpenſo, vel aliter occiſo poſt appellatiõem appareat illum illam pœnam meruiſſe: tũc iudex euadit cum pœna pecuniaria ſibi imponenda, quia appellationem contempſit: ſi autem appareat de innocentia dicti rei per acta, vel fortè amicis eius innocentiam probãtibus, vel alio modo, tũc iudex nõ poterit ſe excuſare ab homicidio

Iudex qui nõ admittit appellationem condẽnati ad mortem quomodo debet puniri.

homicidio; caueant ergo ſibi per hoc iudices, & domini temporales iuriſditionem habentes, ne ad talem executionem prorumpant, & vide de hoc per Ang. in ſuo tract. maleſi. in glo. quæro, an ſententia, & ibi addi.

Contre les contumax, foy ſera adiouſtée aux depoſitions des teſmoings qui auront eſté recolez.

Art. CLXV.

CONTRE les delinquans, & contumax fugitifz, qui n'auront voulu obeyr à iuſtice, ſera foy adiouſtée aux depoſitions des teſmoings contenuz es informatiõs faictes à lencontre d'eulx, & recollez par auctorité de iuſtice, tout ainſi que s'ilz auoyent eſté coufrontez, & ſans preiudice de leurs reproches, & ce quant aux teſmoings qui ſeroyent decedez, ou autres, qui ne pourroyent plus eſtre confrontez, lors que leſdictz delinquans ſe repreſenteront à iuſtice.

Abſens poteſt dãnari.

NImirum ſi fides adhibeatur teſtibus examinatis reo abſente & contumace, ipſo tamen citato. l. ſi quando C. de teſti. cum ex forma ſtatutorum, & conſuetudine huius regni procedatur contra abſenté, & poſsit abſens damnari, vt ſupra dixi arti. xxiiii. & xxv. & ibi vide de materia huius articuli, & de contumacia articu. xxvii. ¶ Nota tamen quòd iudex poteſt pro abſente qui non comparet: nec aliquis pro eo in cauſa criminali cauſas abſentiæ allegare, & innocentiæ, & de eius innocentia perquirere. l. prima, in fine. ff. de quæſtio. & l. ſi non defendátur. ff. de pœ. inde dicit Bar. in l. accuſatore. §. ad crimen de pub. iud. ꝙ vbicúq; poteſt ferri diffinitiua in abſenté túc iudex poteſt

de facto

de facto ſupplere,& querere eius defenſionem autem.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex & l.ampliorem.C. de appel.licet glo.ibi dicat quod eſt ſpeciale in cauſa appellationis & male,quia eſt ius commune,& hoc ſentit Inno.in.c.veniens de accuſa.& habetur in.l.iiii.§. hoc autem de dam.infec. Tamen iſte talis qui veniret ad allegandam innocentiam non poſſet vt procurator, poſſet vt extraneus & vt quilibet alius ſecundum Bar.in.dic.§. ad crimen. Nunc quæro de vna quæſtione quæ ſemel mihi contigit,& illam format Bar.in l.ſepulchri ff.de ſepul.vio. Aretinus commiſit delictum in Marchia,& ibi de delicto conuenitur,& eſt contumax,an Aretii poterit de dicto maleficio conueniri?concludit ibi Bar.quod ſi conueniatur in Marchia,& eſt contumax,& velit opponere Aretii de litis pendentia,non poteſt:quia non poteſt vti beneficio dicti proceſſus,in quo eſt contumax,niſi compareat,& reficiat expenſas.l.ſancimus.C.de iudi & ſic nõ poteſt vti beneficio.l.vbi cœptum.ff.de iudi.& idẽ notat Bar.in.l.quamuis.ff.de dam.infec.& idem ſi in Marchia fuit condemnatus,tamen illi ſententiæ non paruit, & fuit contumax.tunc non poteſt vti dicta ſententia in ſui fauorem.l euidenter.ff.de excep.rei iudi.& ideo poteſt in loco ſuæ originis conueniri,ex quo Bar.ibi infert vnum mirabile,quod ſi in Marchia eſt condemnatus,& Aretii,& ſic in loco originis,quod valet vtraque condẽnatio,& ſic imputet ſibi ſi nõ cõparuerit in vno loco,& dictæ ſententiæ paruerit,& oppoſuerit exceptionem litis pendentiæ in alio loco,ſicut in ſimili dicimus in eo qui condemnatus eſt,& domino,& procuratori,vt l.ſi ſeruũ §.cum autem.ff.rem ratam habe, & dicit Angel.in ſuo tracta.malefi.in verbo.hæc eſt quædam inquiſitio verſi quæro Atetinus,vbi etiam ponit iſtam quæſtionem,quod alias vidit de facto,& tunc ſi tam in Marchia fuerit repertus quam Aretii poterit de delicto puniri,& idem voluit Bal.in l.ſenatus.C.qui accuſa.non poſſunt,quod Bart.in dic.l.ſepulchri.quod contumax non poteſt opponere de litis pendentia quando in duobus locis in diuerſis territoriis formantur inquiſitiones,& idem dicit Pe.de ancha in

Contumax non poteſt uti beneficio litis pendentiæ.

repe.

rcpe.c.propoſuiſti.extra de foro cõpe.& Abb in.c.poſtu laſti in prin.vlti.col.extra eo.tit.qui multum magnifacit doctrinam Bar in dic.l.ſepulchri.& vide Imo.in ca.à nobis.extra de ſenten.excommu,& hæc fuerunt originalia verba Iaco.de bel.viſu in ſua diſputatiõe,quam poſuit in l.i.C.vbi de crimine agi,oportet quem refert,& ſequitur Bal.in l.ſi plurib⁹.ff.de leg.i dicẽs hoc eſſe verum,quòd propter cõtumaciã in diuerſis territoriis poterit formari Inquiſitio.& nota pro hoc quod dicitur in hac ordinatione ibi, *& ſans preiudice de leurs reproches,* &c facit textus in.l.fina.C.de teſti.vbi dicitur,quòd teſtibus examinatis coram arbitris,non tenetur quis ſtare coram iudice ſi viuunt,ſed poteſt petere eos iterum examinari ſi vult,ſed ſi ſunt mortui,non requiritur vlterior examinatio ſed ſtã dum eſt eis,ſicut ſi corã iudice fuiſſent recepti ſaluo tamen iure opponendi contra perſonas.& dicta.Adde ꝙ ſicut ille cõtra quẽ eſt facta miſſio ex primo decreto ſoluit expẽſas reo antequam recuperet poſſeſſioné in lite factas etiam ſi nõ ſint vtiles,vt eſt textus in.l.prætor ait.§.ꝙ ait prætor.ff.de bo.aucto.iudi.poſſit licet aliter ſit de jure canonico,vt.c.cũ veniſſét de eo qui mittitur in poſſe.cauſ.rei ſeruan.notat Ludo.Ro ſingu. 108.ita iſte cõtumax antequam auditur, debet omnes ſoluere expenſas vt.l.ſancimus.C.de iudi.Præterea notã quod quando iudex procedit contra abſentem qui per ſententiam condemnatur ad mortem:tunc debet eum bãnire de ciuitatẽ & communitate,& condemnare ad mortem,& ſi quo tẽpore apprehẽdi potuerit,quòd ducatur ad locũ iuſtitie, & ibi mors inferatur.Ita dicit Ange.in ſuo trac.malefi.in glo.& ibi caput verſi.& quod hoc dicitur,& ſi poſtea veniat,vel apprehendatur:tunc iudex antequam faciat executionem facit ipſum cõfiteri,quod ipſe eſt idem homo & idem corpus qui ſic vocabatur,qui fuit bannitus,& cõdemnatus pro tali crimine,& tali tempore:qua recognitiõe facta executio capitalis,de eo fieri poteſt abſque nouo proceſſu,ſecundum Bar in.l.inter ſtipulãtem §.i ff.de verb oblig.& quod dixi ſine nouo proceſſu intelligas ſuper delicto:ſed fiet nouus proceſſus,in quo declaretur ta

Contumax ſoluit expẽſas antequã audiatur.

lem perſonam captam eſſe quæ reperitur in banno,& bā num contra ipſam exequendum eſſe·Ita dicit Bal.titu.de feu.ſine culpa non amitté.c.i.& vide Albe.de roſa.in.iiii. parte ſtatu.quæſtio.liiii.qui diſputat ibi,an bānito capto ſtatim fieri debeat executio contra ipſum.Et de hac materia an ſtatim fieri debeat executio contra bannitum captũ ſine nouo proceſſu,vel opus ſit,ꝙ iudex faciat ipſum ſe recognoſcere illud corpus,late poſuit dominus Nellus in tract. bannito. in ſecunda parte ſecundi temporis quæſtio.xxxiii. ☙ Bene & diligenter aduertant banniti capti dum recognoſcunt bannum ſuum,vt illud ſimpliciter recognoſcant & caueant ne confiteantur contenta in dicto banno eſſe vera:quia poſſent puniri etiam ſi tale bannum eſſet nullum,eo ꝙ talis ſpontanea confeſſio facta cũ banni recognitione validat ſententiam, cum ſpontanea confeſsio validat proceſſum inualidum, vt dicit Inno. in cap.qualiter & quomodo ij de accu.& Bal.in.l.properandum,in prin.C.de iud. ☛ Nota ꝙ valet dictũ teſtis aſſerentis ſe recognoſcere aliqué,quia vidit illũ,qui tali tempore fuit in iudicio,& eius facié inſpexit,valet & probat, vt.l.cũ in diuerſis.ff de reli.& fun.ſump.iſtã ſolenné practic. probat text ſecũdũ Bar.in.l.ſtigmata.C.de de fab lib. xi.ſed pone ſecundũ eũ ibi,prout de facto accidit,inuenitur homo mortuus,cuius facies eſt adeo deformata & deuaſtata,ꝙ ꝑ eã nó poteſt cognoſci,certe deueniendũ eſt ad alia corporis ſigna,vnde ſi teſtis dicat,recognoſco ꝙ eſt talis ex tali cicatrice,quã habet ĩ aliqua corporis parte,ꝙ talis teſtis probat,caſus eſt in dic.l. ſtigmata : facit etiã ꝙ animalia ex iſtis ſignis ſeu ſtigmatibus recognoſcãtur,& ideo inoleuit cóſuetudo ꝙ equi & multa alia animalia ſignẽtur certis ſignis,quibus recognoſcãtur,& qualiter recognoſcatur equus,vide in.l.iii.de frumen.Alex lib.xi.& iſta vt quotidiana mẽti cómenda. adde etiã ſecũdũ Alex. de Imo.ĩ addi.ad dic.l.ſtigmata ꝙ poteſt peti exhiberi,vt cognoſcat̃,vt.l.cũ ſi exhibuiſſet.§.i.ff.de pub. & in.l.iii.§. q̃s noxali ff.ad exhi.Bal.& Bar.ĩ.l.ſi res tuas C.eo ti.Bar. in trac.de teſt.iii col.Bal.in tit.de accuſa.in addi.ad Spe. ver.ſed quid ſi ſtatutum dicit. Aduerte tamen ꝙ ſi dictus bannitus eſt captus in iſto ſecundo proceſſu contra eum formando

Bannito capto an ſtatĩ debeat contra eum fieri executio.

Teſtis ſi deponit ꝙ cognoſcit illũ.

Homo mortuus poteſt recognoſci per corporis ſigna.

Equus & cætera animalia cognoſcuntur per ſignum.

rcpe.c.propoſuiſti.extra de foro cõpe.& Abb in.c.poſtu laſti in prin.vlti.col.extra eo.tit.qui multum magnifacit doctrinam Bar in dic.l.ſepulchri.& vide Imo.in ca.à no bis.extra de ſenten.excommu.& hæc fuerunt originalia verba Iaco.de bel.viſu in ſua diſputatiõe,quam poſuit in l.i.C.vbi de crimine agi,oportet quem refert,& ſequitur Bal.in l.ſi pluribꝰ.ff.de leg.i dicẽs hoc eſſe verum,quòd propter cõtumaciã in diuerſis territoriis poterit formari Inquiſitio.& nota pro hoc quod dicitur in hac ordinatio ne ibi,*& ſans preiudice de leurs reproches*, &c facit textus in.l.fina.C.de teſti.vbi dicitur,quòd teſtibus examinatis coram arbitris,non tenetur quis ſtare coram iudice ſi vi-uunt,ſed poteſt petere eos iterum examinari ſi vult,ſed ſi ſunt mortui,non requiritur vlterior examinatio ſed ſtã dum eſt eis,ſicut ſi corã iudice fuiſſent recepti ſaluo ta-men iure opponendi contra perſonas.& dicta.Adde ꝙ ſicut ille cõtra quẽ eſt facta miſſio ex primo decreto ſol uit expẽſas reo antequam recuperet poſſeſſioné in lite fa ctas etiam ſi nõ ſint vtiles,vt eſt textus in.l.prætor ait.§. ꝙ ait prætor.ff.de bo.aucto.iudi.poſſi. licet aliter ſit de iure canonico,vt.c.cũ veniſſẽt de eo qui mittitur in poſ ſe.cauſ.rei ſeruan.notat Ludo.Ro ſingu. 408.ita iſte cõ tumax antequam auditur, debet omnes ſoluere expenſas vt.l.ſancimus.C.de iudi.Præterea nota quod quando iu-dex procedit contra abſentem qui per ſententiam con-demnatur ad mortem:tunc debet eum bãnire de ciuitatẽ & communitate,& condemnare ad mortem,& ſi quo tẽ pore apprehẽdi potuerit,quòd ducatur ad locũ iuſtitie, & ibi mors inferatur.Ita dicit Ange.in ſuo trac.maleſi.in glo.& ibi caput verſi.& quod hoc dicitur,& ſi poſtea ve-niat,vel apprehendatur:tunc iudex antequam faciat exe-cutionem facit ipſum cõfiteri,quod ipſe eſt idem homo & idem corpus qui ſic vocabatur,qui fuit bannitus,& cõ demnatus pro tali crimine,& tali tempore:qua recogni-tiõe facta executio capitalis,de eo fieri poteſt abſque no uo proceſſu,ſecundum Bar in.l.inter ſtipulãtem .i ff.de verb oblig.& quod dixi ſine nouo proceſſu intelligas ſu per delicto:ſed fiet nouus proceſſus,in quo declaretur ta lem

Contumax ſoluit expẽſas antequã audiatur.

lem perſonam captam eſſe quæ reperitur in banno, & bã num contra ipſam exequendum eſſe. Ita dicit Bal. titu. de feu. ſine culpa non amitté. c. i. & vide Albe. de roſa. in. iiii. parte ſtatu. quæſtio. liiii. qui diſputat ibi, an bãnito capto ſtatim fieri debeat executio contra ipſum. Et de hac mate ria, an ſtatim fieri debeat executio contra bannitum ca ptú ſine nouo proceſſu, vel opus ſit, ꝙ iudex faciat ipſum ſe recognoſcere illud corpus, late poſuit dominus Nellus in tract. bannito. in ſecunda parte ſecundi temporis quæ ſtio. xxxiii. ☞ Bene & diligenter aduertant banniti ca pti dum recognoſcunt bannum ſuum, vt illud ſimpliciter recognoſcant & caueant ne confiteantur contenta in di cto banno eſſe vera: quia poſſent puniri etiam ſi tale ban num eſſet nullum, eo ꝙ talis ſpontanea confeſſio facta cũ banni recognitione validat ſententiam, cum ſpontanea confeſſio validat proceſſum inualidum, vt dicit Inno. in cap. qualiter & quomodo ij de accu. & Bal. in. l. properan dum, in prin. C. de iud. ☞ Nota ꝙ valet dictũ teſtis aſſe rentis ſe recognoſcere aliquẽ, quia vidit illũ, qui tali tem pore fuit in iudicio, & eius faciẽ inſpexit, valet & probat, vt. l. cũ in diuerſis. ff. de reli. & fun. ſump. iſtã ſolennẽ pra ctic. probat text ſecũdũ Bar. in. l. ſtigmata. C. de de fab lib. xi. ſed pone ſecundũ eũ ibi, prout de facto accidit, inueni tur homo mortus, cuius facies eſt adeo deformata & deua ſtata, ꝙ ꝑ eã nõ poteſt cognoſci, certe deueniendũ eſt ad alia corporis ſigna, vnde ſi teſtis dicat, recognoſco ꝙ eſt talis ex tali cicatrice, quã habet ĩ aliqua corporis parte, ꝙ talis teſtis probat, caſus eſt in dic. l. ſtigmata: facit etiã ꝙ animalia ex iſtis ſignis ſeu ſtigmatibus recognoſcãtur, & ideo inoleuit cõſuetudo ꝙ equi & multa alia animalia ſi gnẽtur certis ſignis, quibus recognoſcãtur, & qualiter re cognoſcatur equus, vide in. l. iii. de frumen. Alex lib. xi. & iſta vt quotidiana mẽti cõmenda. adde etiã ſecũdũ Alex. de Imo. ĩ addi. ad dic. l. ſtigmata ꝙ poteſt peti exhiberi, vt cognoſcatur, vt. l. cũ ſi exhibuiſſet. §. i. ff. de pub. & in. l. iii. §. qs noxali ff. ad exhi. Bal. & Bar. ĩ. l. ſi res tuas C. eo ti. Bar. in trac. de teſt. iii col. Bal. in tit. de accuſa. in addi. ad Spe. ver. ſed quid ſi ſtatutum dicit. Aduerte tamen ꝙ ſi dictus bannitus eſt captus in iſto ſecundo proceſſu contra eum

Bannito ca pto an ſtatĩ debeat con tra eum fie ri executio.

Teſtis ſi de ponit ꝙ co gnoſcit illũ.

Homo mor tuus poteſt recognoſci per corporis ſigna.

Equus & cætera ani malia co gnoſcuntur per ſignum.

formando

Teſtis poteſt petere vt exhibeatur homo vel equus,

formando probabit primam ſententiam, ſeu bannum latum emanaſſe per falſas allegationes, vel probationes falſo factas, quod impedit executiōem dictæ ſententiæ. Ita dicit Ang. in. l. qui Romė. § duo fratres. ff. de verb. oblig. & ideo Inno. ibi ver. ex prædictis dicit, quòd infertur maxima vtilitas. &c. facit. l. ſi prætor. §. marcellus. ff. de iud. & dicit Bar. in l. non videtur. ff. eo. tit in fine. quod ſi in iſto ſecundo proceſſu opponeret exceptionem quæ ſi fuiſſet oppoſita à principio ipſe bannitus iudicium ſuſcipere nō compelleretur, quod tunc iudex declarabit iudicium & bannum fuiſſe nullum Quinimo conſulit Paul de caſtro in ſuo conſilio trigeſimo, quòd ſi poſt terminum banni comparet bānitus, & negat ſe commiſiſſe delictum. quòd videbatur tacitė confeſſus ex contumacia, ex forma ſtatuti, quód ipſe eſt audiendus, ibi vide, & per Ange. in ſuo tractatu malefi. in glo. Caium ſempronii. ❧ Notat hyppo. ſingu. 72. attamen nota vnum caſum. in quo poteſt deueniri ad torturam ſine indiciis, videlicet quādo accuſat⁹ vel inquiſitus qui non comparuit fuit poſitus in banno. propter cōtumaciam nam ſi poſtea comparet & vult purgare contumaciam permittente ſtatuto poterit tunc poni ad torturam abſque aliis indiciis propter preſentem contumaciā ſecūdū Nico. de matha. & Bal. in l. i. C. de here. inſti. notat idem hyppo. ſingu. 117 ❧

❧ *Immunitė defendue.*

Ar. clxvi.

QV'il n'y aura lieu d'immunité pour debtes ne autres matieres ciuiles & ſe pourront toutes perſonnes prendre en franchiſe, & ſauf à les reintegrer quand y aura prinſe de corps decernée à l'encōtre d'eulx ſur les informations faictes des cas dont ilz ſont chargez, & accuſez, & qu'il ſoit ainſi ordonné par le iuge.

Facit

FAcit ad hãc ordinationem quod notat practicus Papien.in forma inquiſitionis verſi. ex his vbi dicit, ꝙ in partibus Franciæ & Alemaniæ ſeruatur,quòd confugiẽs ad eccleſiam non gaudet immunitate. Et poſtea quærit,an reus fugiens ad eccleſiam puta homicida,vel latro, & ſimiles poſſunt inde extrahi,& realiter per iudicem ſecularem citari,& videtur quòd non per textum in l.ii.C. de his qui ad eccle.confugiunt,& in c.fi.de immu. eccle. cum ſimili.dicit tamen dictus Papien.ſequendo Cy. in l. omnes.§.verum ſi apparitor C.de epiſco.&cleri.ſalua reuerentia, ꝙ hæc iura facta ſunt ſine ratione, & ad beneplacitum:imo contra ius diuinum quo cautum eſt,domus mea,domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum,ſi enim Deus noluit tollerare emẽtes,& vendentes in eccleſia,ſed eos eiecit: quanto magis non vult receptare in eius eccleſia latrones,homicidas,& ſimiles? quia ergo minor in maiorem nõ habet imperiũ, nec iuriſditionem,dico quòd nullo modo tales perſonæ poſſunt,nec debent in eccleſia recipi, nec eius ſuffragio defendi.imo omnino ab eccleſia,& extra eccleſiã deiiciẽdi,& poteſtati iudiciis ſecularis puniendi tranſmitti, & bene prudenter obſeruat Italia,quæ eſt omniũ prouinciarũ domina quæ reſidet in monarchia omniſque virtutis ſcientiarum,& fructuum affluentia & locorum, & ciuitatum pulchritudo,& magna copia.Ita dicit Papien.vbi ſupra,de quo vide per docto.in c.inter alia & in dic.c. fin. de immuni eccle.Salice in dic.l.ii.C. de his qui ad eccle. confug.& Cy.in l.præſenti C.eo.titu.Iaco. de bel.viſu. in autẽ.de mãda.prin.in.§.neque col.iii.Ang in ſuo tracta.maleſi.in verbo quod fama publica verſi.quarto quęro,& addi ibi.Adde quid in confugiente ad corpus chriſti quod defertur per ſacerdotem an gaudeat immunitatate,pone exemplum,aliquis ducitur per ciuitatẽ in carcerem,vel ad pœnã,aut fuſtigatur,videns ſacerdotẽ corpus Chriſti deferentem ad eum confugit,an gaudeat immunitate? Archi.xii.quæſt.ii.ca.quæſitum tenet quòd ſic contra glo.hic poſitã Archi.ſequitur Hoſtien.in ſumma de immu.eccle.& Ludo.Ro.ſingu. 335. Archi vide etiam

Italia omnium prouinciarum domina.

Confugiens ad ſacerdotem corpus Chriſti deferẽtem, an gaudeat immunitate.

Ioan.An.& Imo.in cle.i de ſenten & re iudi.& Bal. in l. addictos C.de epiſco.audien . qui dicit quòd cardinales habent priuilegium à conſuetudine inductum, ꝙ ſi quis ducitur ad mortem,& alicui corū obuiat poteſt talis cardinalis liberare à morte.Sed dicit Bal.quod illud priuilegium eſt contra illam l.quæ dicit,quòd addictos ſupplicio & cōdemnatos nulli per vim vendicare aut tenere licet,pro cuius dicto facit quod cōſuetudo quæ dat delinquendi materiā,non debet valere,arg.l.conuenire. ff de pac.dota.&.c.quanto de diuor.iiii.diſtinc.erit autem lex ſed hæc conſuetudo daret delinquendi occaſionē, quia homines fierent ad delinquendū audaciores,itē quia delicta non debent remanere impunita l. ita vulneratus ff. ad l.aquil.c.vt famæ,in fine de ſenten.excommu. videtur tamen quòd cōfugiens ad corpus Chriſti gaudeat immunitate,& cardinalis poſsit liberare condemnatum ſtante illo priuilegio,de quo dictum eſt, quia hoc ſtatutū non dicit niſi de cōfugiente ad eccleſiā, ergo nos dicere non debemus.l.ſi ſeruum.§.nō dixit prætor ff.de acqui.here. itē caſus omiſſus in ſtatuto habetur pro omiſſo,& remanet in iuris cōmunis diſpoſitione l.ſi extraneus ff.de con dic.ob cauſ.l.ſi cum dotem ff.ſolu.matri cū ſimili. Tu dic contra quod confugientes ad corpus Chriſti nō gaudēt immunitate,nec liberat cardinalis cōdemnatum ſibi obuiantem,quia ſi confugiens ad eccleſiam nō gaudeat immunitate nec confugiens ad ſacerdotem corpus chriſti deferentē,& iſtud expreſsè tenuit Ant.cor. in verbo cardinalis,& in verbo priuilegiū cum gl.in dic.c. quæſitum etiam non ſtante hoc ſtatuto.Et vltra licet hoc ſtatutū loquatur in eccleſia,habet locū in corpus Chriſti deferēte aut in cardinale propter decidendi rationē,quæ non minus cōcernit eccleſiam quàm ipſum eccleſiaſticum, nam vbi ratio l.eſt amplior dicto.l. extenditur diſpoſitū l.ad rationis amplitudinem l.regula.§ fin.verſi.nam initium, & ibi Bar.& Bal.ff.de iur.& fac igno. & quod dictum eſt quòd caſus omiſſus & c.fallit niſi ſtatuentes veriſimiliter idem diſpoſuiſſent glo.in l.tale pactum.§.fin ff.de pac.& quoad extēſionē alicuius caſus ad ſimilem caſum,caſum habes

Cardinalis an poſſit liberare reū à morte cui obuiat.

Caſus omiſſus in ſtatuto.

habes in.§.porro.in tit.quę fuit prima cauſ.benefi.amit. quem textum dicit ibi Bal. meliorem de iure quòd in pœnalibus ſtatutis proceditur de ſimilibus ad ſimilia fallit ſecundũ eũ in priuilegiis,quia tunc nulla poteſt fieri extenſio,allegat gloſ.ordinariam in. §.item mixta inſti. de actio.Itẽ vbi ſtatutum nõ habet aliam rationem, niſi quia ita placuit principi nunquam fit extenſio,quod nota pro limitatiõe c.ſi quando de reſcrip.li.vi.l.i.ff.de cõſti.prin. &.§.ſed quod principi inſti.de iur.natur.gẽ.& ciui.notat Anto.cor.in verbo extẽſio.& quod dixi ſupra arti. xxiii. vbi latè videas.Nota præterea quòd cõdemnato ad vltimum ſupplicium non eſt denegãda cõfeſsio nec Eucharistia c.quod in te,de pœni.& remiſsio & cle.i.eo.tit.& dicit glo.in dic.c.quæſitum ꝙ non debet retardari mors condẽnato,licet ille acceperit Euchariſtiam. Sed Hoſtiẽ. in dic.tit.de immu.eccle.in ſumma tenet contra gloſ. ꝙ imo carcerati qui ex delicto mori debent nõ debent mori illo die,quo aſſumunt corpus Chriſti,ſed debet dies ſequens expectari:ſed Ant.cor.in dic. verbo cardinalis dicit quòd Bononiæ cõſuetudo obſeruat contra Hoſtien. & dicit paris de pu.in ſuo trac.ſindi.in verbo iudex quòd iudex qui ad mortẽ aliquẽ cõdẽnat debet eſſe ſollicitus aĩe cõdẽnati vt eũ faciat cõfiteri ãteq̃ ducaẽ ad ſupliciũ aliàs puniẽ vt dic.l.archigerẽtes ideo cõſueuerunt ſecũdũ eũ iudices mittere aliquẽ religioſum añquã cõdẽnent ad mortẽ carceratũ qui ſibi nũciet ſententiã mortis proferendã cõtra ipſum vt exortetur ad patiẽtiã & confiteatur peccata vt peniteat de peccatis, & corpus Chriſti accipiat debet etiã iudex de nocte accedere,& ipſum monere,& ad patiẽtiã exortari. Nota inſup.ꝙ quãuis delictũ ſit cõmiſſum in loco religioſo: iudex tamẽ laicus,& nõ clericus habet cognitionẽ,& punitionẽ etiã ſi eſſet cõmiſſum in clericũ,vt l.ſi quis in hoc genus C.de epiſc. & cleri.facit dictũ c.inter alia extra de immunita eccle. ita dicit Bar.in l.ſi cui ff.de accu.& Sali.in l.itẽ nulla cõitas. C.de epiſco.& cleri.Et iſto caſu iſte occidens poterit teneri de homicidio,& ſacrilegio:quia in loco ſacro hominẽ interfecit,vt dic.l.ſi quis in hoc genus Ita dicit Bar.&

In penalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia.

Condemnato nõ eſt denegãda confeſſio nec euchariſtia.

Mori an debeat reus illo die quo corpus chriſti aſſumit.

eum refert Salicetus in l. ſenatus in prin. ff. de accu. etiam ſi eſſet delictũ, ex quo incurreret duplicem pœnã & vna eſt ciuilis, & alia eccleſiaſtica. Ita dicit Iaco But. in l. placet in penul. quæſt. C. de ſacroſan. eccle. licet Cy. in dic. l. præſenti tenuerit contrarium. ꝙ ſi delictum eſt factum in eccleſia, iudex ſecularis nullo modo ſe intromittit, ſed iudex eccleſiaſticus eſt ille qui debet punire tanquã delictum ſit commiſſum in ſua iuriſditione. Ita reperio Abb. ipſum allegaſſe in dic. c. ſi. extra de immunita. eccleſia. & ibi refert doctrinam Bar in dic. l. ſi cui. ſed dicit Abb ꝙ opinio Bar eſt ver. or. & pro ſua opinione adduxit textũ in dic. c. ſi. de immuni eccle. de quo per Ange. in dic. ſuo tracta. in verb. in ſcalis ſancti Petronii, & addi. ibi. Iuxta prædicta quæro an iudex criminis, vel contractus poſsit reum extra ſuum territorium citare? licet ſint plures opiniones, quas ponit Iaco de bel viſu in repetitione. § contrahentes, inter quas ponit opinionem Cy. in l. omnes. §. executoribus verſi. verum ſi apparitor C. de epiſc. & cle. vbi tenet, quòd licet realis citatio non poſsit fieri in alieno territorio, verbalis tamen poteſt, vt C. de adul. auten. ſi vero coniuncta auten. vt nulli iudi. §. ſi vero quæ eſt auten poſita C. de adulte. facit l. ii C. de offi. præfec. vrb. ad decretalem paſtoralis de re iudi. reſpondet, quòd eſt ad beneplacitum compoſita, vt ſunt multæ aliæ quæ non habent in earum deliberatione philoſophos legales videlicet Africanum, Papinianum, Vlpianum, & Iulianum, & alios ſimiles, & illi non poteſt dari reſponſum: ſed tranſeat cum aliis erroribus canoniſtarum, & ita tranſit illud. Ita ſæpe dicit in aliis paſsibus multis C. de epiſc audien. l. ii. C. de eden. l. edita & de pac. l. ſi certis annis de iudi l. quoties de appella. l. eos & in lege pactum C. de col. Bar. autem in l. i §. præſides ff. de requi. reis dicit, quòd ipſe eſt de terris eccleſiæ. Et ideo ſuſtinet illam decretalem paſtoralis. & alibi plenius dicit in extrauaganti ad reprimendum in verbo per edictum, ꝙ ſolutio. Cy. eſt temeraria: quia cum dicta decretalis facta fuerit in conſilio generali. vbi erat magna copia peritorũ intelligentiũ: non eſt veſimile, ꝙ fuerit erratum. & ideo reſpondet, ꝙ dicta decre

Index criminis, vel contractus, an poſsit reum extra ſuum territorium citare.

decretalis loquitur in habẽtibus iuriſditiões ſeparatas,& diſtractas ab eodẽ principe nõ deſcẽdẽtes, ſeu q̃ ab eodẽ non habent dependẽtiam vt ſunt Papa,& Imperator. Ita quòd vna ab alia non dependet,& tunc vnus non poteſt citare in territorio alterius,ſed debet aliàs requirere iudicem in cuius territorio eſt,vt illũ citet,& in iſtis termi nis loquitur cle.paſtoralis.hic autem in quæſtiõe noſtra, & in caſu dicti verſiculi verũ ſi apparitor. loquitur in ha bẽtibus iuriſditiones dependentes ab eodem principe vt Imperatore,vel alio:ſi enim ſunt diuerſi præſides ꝓuinciarũ ab vno principe,vel Rege conſtituti:tunc vnus po teſt citare verbo in territorio alterius quaſi hoc videatur permiſſum ab illo principe,qui eos cõſtituit. ad hoc facit ff de adminiſtra.tuto l.titiũ & meuiũ. § tutores de ſolu.l.quæro.vel aliter reſpõdetur ſecundũ Bar.vnus iudex poteſt citare in territorio alterius iudicis. cui nõ ſub eſt,vt dic.verſiculo verum ſi apparitor,cum ſimili,ſed in territorio illius iudicis à quo habet iuriſditionẽ propter eius reuerentiam citare nõ poteſt arg.ff.de dam. infec.l. iiii.§.ſi tam vicinum,& ita tenet,quòd imperium depen det ab eccleſia,ſed idẽ Bar.in extrauaganti ad reprimen dũ inverbo per edictum aliter ſentit,& tenet opinionem Pauli de leaza.quã ponit in dic.cle. paſtoralis diſtinguen do inter iudicem domicilii,& iudicem delicti,vel cõtractus:quia iudex alicuius originis,vel domicilii poteſt ſub ditum citare extra territorium citatiõe verbali,videlicet per nũcium epiſtolam,vel edictum & ideo eſt, quia talis alium ſuperiorem non habet immediatè per quem citari poſsit,& ita loquitur verſi.verum ſi apparitor.& alia iura ſupra allegata.iudex delicti,val cõtractus nõ ſic: quia talis nõ eſt iudex verè ſimpliciter,ſed ꝑ accidẽs,& quoad quid videlicet ratione delicti,vel cõtractus, nec propterea eſt verè ſubditus,& ideo nõ citat extra territoriũ & ſi cirat talis citatio nõ arctat quoad hoc vt afficiat ꝑſonam,vel executionẽ mereatur,in ꝑſona,vel bonis,niſi ſolũ in rebus quas habet in territorio citantis,vt in ca. Romana in.§.contrahentes de foro compe.in ſvi.& ita loqui tur dic.cle.paſtoralis,& ſic breuiter dicatur, quòd Papa

Iudex domicilij differt à iudice cõtractus vel delicti.

ee iijo poteſt

poteſt quamlibet eccleſiaſticam perſonam vbicũque exiſtentem citare: quia ipſe eſt vicarius Chriſti cuius eſt terra & plenitudo orbis, vt in pſalmo, & in cle . i . de iudi. Item officiarius Imperatoris, vel Regis qui præeſt vni prouinciæ imperij, vel regni quia hoc fieri videtur ſuperioris auctoritate, vt dicto verſi. verũ ſi apparitor, & dic. l. ij. C. de offi. præfec. vrb & in dic extrauaganti, quòd imperator, vel alius princeps ſecularis non poteſt quẽ citare in terris eccleſiæ: quia eccleſia illas terras ſibi ſpecialiter, & libere reſeruauit, vt in dic. cle. paſtoralis. Item eadem ratione Rex, vel eius officiarius non poteſt citare aliquem in terris imperii, vel alterius domini debet ergo ſcribi ſuperiori illius loci vbi perſona citata moratur, vt ei intimet & notificet, vt dic. lege prima. §. præſides ff. de requi. reis ſecundum Bart. in dic extrauaganti ad reprimẽdum Bal. vero in dic . verſi . verum ſi appariter latius extendit, & examinat materiam, & intellectum dictæ cle. paſtoralis, non ſolum quoad citationem in alieno territorio, ſed etiam quoad locum non tutum, & plenius dictam cle. examinat idem Bald. C. de executio. rei iudi. lege executorem circa finem in verſiculo, modo faciamus vnum volatum, vbi mirabiliter arguit cõtra deciſionem ibidem factã, & finaliter reſpondet ad omnia. idem tangit in l. liberti libertæque C. de ope. liber cuius dicta recitare non curo, quia nõ multũ ſeruiunt, ſed qui videre velit videat ea in locis ſupra allegatis Oldra. de ĩtellectu illius decretalis facit vnam quæſtionem expreſſam, quæ eſt in . lxxv. incip. quæritur, an citatio. Sali. in dic. l omnes tenet opinionem Cy. & Bar. in dic §. præſides in vno caſu ſeu mẽbro, videlicet quãdo iuriſditiones ab eodem principe nõ habent dependentiam: tũc enim non valet citatio, vt dic. cle. paſtoralis. Sed vbi ab eodẽ principe dependent: tunc etiam in pręſidatu vnius nõ poteſt citare præſes alterius pręſidatus in loco à ſuo præſidatu diſtincto. vt l. fin. ff. de juriſdi om iudi. & dic. l. omnes. in princ. & dic. l . titiũ. §. tutores ff de adminiſtra tuto. & dic. l. quæro . ff. de ſolu. verbi gratia, ſeneſcalus Petrago. nõ poteſt citare aliquẽ ſuum quouiſmodo ſubditum, nec aliũ in ſeneſcallia Le-

mouicenſi,

monicenſi,vel in alia ſeneſcalia exiſtentē:quia ſunt diuerſi prēſidatus & diſtincti,licet ab eodem principe,videlicet rege Franciæ dependeāt:ſed ſi ille præſidatus ſit diſtinctus per ciuitates & loca quæ ſunt in eodem territorio, ſeu in eadē ſieta,ſicut eſt quilibet præſidatus,ſeu ſeneſcalia prædicta:tunc præſes illic per totum præſidatum & eius ciuitates verbo citare poteſt, & citatio tenet & arctat, & iſte eſt caſus in dic.verſi.verū ſi apparitor ſecundum eundem Sali.quod ſic probat: quia dictus verſiculus non diſponit de citatione facienda,ſed de ſportulis ſoluendis ſecūdum varietates, de quibus in eadem.l.omnes: dicitur in textu, vnde textus ille dicit intra prouinciam non debet intelligi de extranea vel aliena,ſed illi præfecto commiſſa, & in verbo in hac qui ſequitur ibidem loquitur quando clerici prouinciales reperiuntur in ciuitate conſtantina, & hæc omnia probantur per relationem & continuationem ad ſupradicta in eadem lege,& hanc partem firmat glo. eod. titu.de epiſco.& cleri.l iubemus.§.omnes in glo.fina.nec obſtat dic.l.ii.C.de offi præfe.vrb.quam allegat Cy.quia actus delegationis ibi in totum differtur, & ſuſpēditur ratione ſui effectus in locum permiſſum,non ſic in actu citationis:quia illa ſtatim abſque dilatione citatum afficit.C. de fer l. dies feſtos.Item quia delegatio in loco in quem confertur fieri poſſet,ſi ibi delegatus exiſteret:ſed non ſic in citatione,quia committitur in loco & perſona non ſuppoſitis iuriſditioni:quia iudex committens ibi facere non poſſet,ex qua opinione breuiter & clarè patet quòd iudex extra territorium ſuum non poteſt, etiam verbo, vel per edictum citare:& iſta eſt opinio multum notabilis,quam credit eſſe veram Iaco.de Bel.viſu in rēpe.di.§ contrah entes,ſequendo opinionem Salice. ſupra recitatam, & Ioan. Fab in.§.fina.inſti de pœna temerè litigan.qui vnico verbo hanc quæſtionem expedit,dicens quòd hodie non poteſt fieri citatio verbalis: quia de reali non eſt dubium in alieno territorio p cle.i.de iud. & dic.cle. paſtoralis,quas non vidit Spēcu.qui de hoc tractat,licet contrarium notari conſueuit.C.de epiſco.& cleri.dic.l.omnes.§. executoribus,verſi.verum ſi apparitor.Iſta eſt breuis opinio Ioannis

Citare non poteſt præſes extra præſidatū.

nis Fab. iuxta quam eſt neceſſaria requiſitio, & rogatio iudicis contractus vel delicti ad iudicem domicilij. Sed adhuc reſtat dubitatio circa quæſtionem propoſitam, quid de pluribus magiſtratibus in eadem prouincia, ſeu præſidatu, vel ſeneſcallia quæ idem eſt. C. de longi. temp. præſcrip. l. fina. per Io. Fab & alios. & inſti de vſuc. in princip. per eũdem quia omnes magiſtratus ſubſunt vni præſidi, vt videmus in hac patria Petrago. ſeneſcallia. Aquitaniç, & Lemouicen & aliis nunquid poteſt vnus magiſtratus cõmittere citationem in territorio alterius, & tenendo opinionem Bal in. l. i. §. præſides. ff. de requiren. reis, tam ille qui citari iubet, quàm ille in cuius territorio fieri iubetur citatio, non tam iure ſuo, quàm præſidis ibidem iuriſdtinem exercet, vt dictum eſt, & facit. ff. de tuto. & curato. datis ab his. l. ius dandi cum ibi nota. vnde iuriſditiones non ſunt realiter diuerſæ cum vnuſquiſque vices præſidis ibi ius reddere debentis cognoſcat. In contrarium facit argumentũ de ſimpliciciter ad ſimpliciter. l. qui ſcit. ff. de vſur. & de rei vendica l. quæ de tota. ſed vnus præſes non poteſt in iuriſditione alterius vt dictum eſt Igitur nec vnus magiſtratus in iuriſditione alterius: quia ſicut oppoſitum in oppoſito, ita propoſitum in propoſito. ff. de leg. ii l. fin. & iſta eſt tutior & melior opinio, ex quo officia & iuriſditiones ſunt ſeparatæ. Et ita patet quòd nuncius huius ciuitatis Lindiæ malorum hominum plenæ, cretenſes, malæ beſtiæ, ventres pigri, in qua ſum iudex nõ poterit Titium etiam verbo in alia ciuitate citare, vel iuriſditione, debet ergo iudex domicilij, vel originis per literas iudicis contractus requiri, & rogari, quòd eum citet tenendo iſtam opinionem, ne dum per modum conſilij. ſed etiam quia eſt de iure neceſſaria per prædicta: & ſic opinio Ioannis Fabri & Saliceti ſatis in idem concordant, & eſt eorum opinio tutior ſecundum Gandinum in ſuo tractatu maleficio. titulo de citatio. verſiculo ſed quomodo per textum in lege fina. ff. de de iuriſditio. omnium iudicum. & l. cum vnus §. penultimo. C. de bo. aucto. iudic. poſsiden. prædictas opiniones dominorum legum congregauit Iacobus de Bello viſu, in reperi. dic. § contrahentes: non ſine magno

gno labore,vt ipſe dicit,de quo vide per eum. ❧ Adde quòd malefactor non poteſt capi extra fines territorij, quia non debet ſeruiens in alienum territorium pedem immittere.ff.de edi.edic.l. quis ſit fugitiuus.§. idé celſus, niſi in terra confœderata.ff.de capti.l.non dubito. ita notat Bald in addi.Specu titu.de cita.§.effectus,verſi. item ſola aditio nec poteſt quis extra territorium citari inuitus,niſi à papa vel imperatore.vt.c.nouit ex.de offi.ordi.notat Ioannes And.in addi.eiuſdem Specu.eod.titu.verſicu. Item non valet citatio quod dictum limita,niſi fuerit repertus in territorio,& aufugit,quia tunc poteſt extra territorium citari & capi.quia in delictis attenditur initium & nõ finis.l.qui cum maior.§ ſed ſi minor. in princi.ff.de bo liber.& l.quod ait lex.§.quod ait.ff.ad legem Iuliam, de adul.Et ibi Bartolus & doctores in lege gracchusC.de adul & Baldus in lege ſiquis non dicam rapere C.de de epiſco.& cleri.quare ſi ſtatuto cauetur,prout Bononiæ ꝙ liceat vnicuique animalia aliena quæ repererit in fundo ſuo propria auctoritate occidere in illo, attamen ſi quis repererit aliquod animal in fundo ſuo,& cum velletillud occidere aufugit,poterit tunc illud animal extra fundum occidere.Ita dicit Salicetus in dicta lege gracchus, quod nota ad multa quæ longum eſſet hic inſerere. Et vide Paridem de Put.in ſuo tractatu ſindic. in verbo ſi iudex, & ſequenti. Quid ſi quis per locum meum tranſiens ducit equum meum, quem ego perdidi, nunquid eum potero conuenire ratione præſentis poſſeſsionis? videtur quòd non.l.hæres abſens.§ proinde.ff.de iudi.& ibi nota quòd viator ratione cotractus non ſortitur forum. ibi duriſsimum eſt,quotquot locis quis nauigat, vel iter faciens delatus eſt:tot locis ſe attendere argu.contra eodem titulo. l.non alias cum lege ſequenti,&.l.quod legatur Specu.videtur tenere quòd ſequi debeo forum: tamen priuſquam equum ducat,ſatiſdabit de eo no baratando,& de illo loco ad alium non ducendo,& repreſentando,quoties opus erit.titu.de compe.iudi.adi.§.j verſi.quid ſi quis,& in tit. de ſatiſda §.dicto ver.hinc eſt.Quid ſi ruſticus portat ad forum modicum bladi,& vendit certas menſuras illus bla

di,

di,nunquid tenetur ibi menſuras illas tradere cũ ipſe fortè ſit aliunde,dic ꝙ nó,quia actio ex empto bonæfidei eſt. ff.depo.l.in aſia.§,j.notat Spe.tit.de compe.iudi.adi.§.generaliter,ver.quid ſi ruſticus idem tenet Roſ.in ſuis libellis,tit.de rei vend.vbi concludit ꝙ ſi agatur rei vendi.pro re immobili vel mobili,poſſeſſor debet conueniri vbi habet domicilium,Et ibi compellitur ſubire iudicium, vt.ff. de iudic.l.hæres abſens non conſidero vbi res ſit, ſed vbi quis domicilium habet, pro rebus enim poſitis vltra mare poteſt hæc rei vendicatio intentari,vt.C.de præſcrip.x.vel xx.anno.l.vltima.Et propterea dicitur in.C. vbi in rem actio debeat exerceri.i.poſſit non autem,vt in aliis rubricis vbi de crimine agi oportet, vbi de poſſeſsione agi oportet,quod nota iudex Clarentij,qui nimis fauendo domino tuo vis trahere ſubiectos regi, vbi egò ſum iudex, coram te,ſuper damno dato coram me conuentos ratione rei quã dicis eſſe ſitã in territorio tuo,licet illa actio ſit pura perſonalis quid ratione vendicandæ rei tu habes hic:non tamen dubito ꝙ ſi poſſeſſor vult ſubire iudicium vbi res ſita eſt,poteſt ſiue ſit mobilis,ſiue immobilis:non tamen compellitur. Qualiter autem fiet & procedetur contra iudicem facere recuſantem: iſta quęſtio eſt quotidiana & dubia valde,& ſæpe contingit de facto.Ioan.monacus in dic. § cõtrahentes,de foro compe.lib.vi. mouet iſtam quæſtionẽ in fine magnæ glo.poſitæ in verbo inuitus, qui recitat opiniones: quia quidam dixerũt ꝙ iudex cõtractus poteſt alium cõpellere arg.l.à diuo pio.§.j.ff.de re iud.ſi hoc iuſſus fuerit:iuſſus enim quandã ſuperioritatẽ importat arg. inſt.de att.tut.§.ſed hoc iure.&.ff.de acq.hær.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum,& per totũ titulũ.ff.quod iuſſu. in autẽ. vt nulli iud.§.ſi vero quis cõprehenſorum,col.ix. ſed ille. §.loquitur in criminali,alij dixerũt ꝙ nulla poteſt fieri cõpulſio:nã licet iudices inuicẽ debeant ſe iuuare,& vnus alteri ſuffragari & præſtare auxiliũ,vt.C.de off.præfec.præto.l ij.§.hæc autẽ ver.poſtq̃ de ſentẽ.excom.c.dilecto.lib. vj.de iud.c.i.& ibi per inno.& Hoſt.de treuga.& pace.c.i. & vnus alio ſemper eget in ſecunda conſti.C.circa prin.& de epiſc.audien.l.epiſcopale.& de off proc.l.obſeruare,& ibi

Iuſſus ſuperioritatem, quandã importat.

Iudices inuicem ſe iuuare debent.

ibi per Bal non tamen poteſt vnus alium cogere, quia par in parem nõ habet imperiũ,extra de electione.c.innotuit. ff.ad trebel.l.ille à quo.§.tempeſtiuũ,& de arb.l.nã magiſtratus quod ergo remedium ſi iudex requiſitus non vult obedire? dic ꝙ fiet cõpulſio per ſuperiorẽ,vt.c.nullus de iure patro.lib.vi.& de excep.c.fin.in fine eo.lib.notat gloſa in dic.cle paſtoralis,ĩ verbo de mora,nec obſtat.l.à diuo pio,quia debet intelligi iuſſum fieri,ſcilicet à ſuperiori:verum eſt ꝙ iudex requiſitus qui non vult facere iuſtitiã facit litẽ ſuã.C.de pac.l.ſi quis in cõſcribẽdo. Ita dicit Ioan.mona in dic.§.contrahentes,& ibi vide per Iac.de Bel. viſu,& dicit Gandi.in ſuo tractatu maleſi. verſic. ſed ego non puto ſufficere ꝙ omnis magiſtratus alteri magiſtratui tenetur obedire,in his quæ pertinent ad officium ſuum,& ſic videtur innuere ꝙ iudex requiſitus poteſt cogi per requirentem. Nota tamen vnum ſingulare & bene notandum ꝙ ſi iudex requiſitus nolit citare ſuum ſubditum corã iudice requirente ꝙ hoc caſu poterit talis iudex requirens citari facere reum in territorio, vbi degit, ſicut ſi eſſet in ſuo. Ita ſingulariter dicit Bar. in extra ad reprimendum in verbo per edictum quod notabile dictum refert,& ſequitur do.Franc.Are.in conſilio ſuo.lvj. incipiente diligenter.Item ſi deeſt copia iudicis per.l.iii. vbi de curia:& poteſt capi in alieno territorio per illum textum notat Paris de Pu in ſuo trac.ſind.in verbo captura. Præterea quærit Gandinus hic, nunquid ſufficit ſi citatio facta fuerit ad domum rei vel accuſati, & arguit pro & contra,& concludit quòd de conſuetudine ſufficit, ſi citatio facta fuerit ad domum delati : quod facit pro his quæ notantur ſupra articulo nono.vide Angelum in ſuo tractatu maleſi in verbo iudex commiſit,verſiculo quæro,an ſufficiat,& ibi addi.Sed pone quidam huius ciuitatis commiſit homicidium alibi , quo facto ad hanc ciuitatem redit, iudex delicti vult facere citare illum reum homicidii, quæro vbi debeat fieri iſta citatio, vtrum in hac ciuitate,vel in loco delicti? Gandinus arguit etiam pro & contra , & concludit quòd in hac ciuitate debet fieri citatio , & ad locum delicti eſt facienda tranſmiſſio,

Iudex recuſans facere iuſtitiam facit litẽ ſuã.

Delinquens in vna ciuitate fugiens in aliã, vbi debet citari.

ſio, vt in autenti. vt omnes obe. iudi. §. hæc conſiderantes, col. v. & in auten. vt nulli iudi. § ſi vero contra ipſum. col. ix. poſſunt & aliæ rationes reddi; quia bono & graui præſidi conuenit curare, vt malis hominibus prouincia ſibi commiſſa careat, nec diſtinguitur vnde ſint. ff. de offi. præſi. l. iii. & l. congruit: quia ergo propter delictum territorium ſuum offenditur, & Reſpublica turbatur, ad ipſum iudicem delicti. eſt facienda tranſmiſsio, vt cæteri in exemplum reſpicientes terreantur, & ab illicitis abſtineant, vt. ff. de iuſti. & iur. l i. in auten. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. quod autem, col. ii. Item quia ratione delicti iſte effectus eſt de iuriſditione iudicis delicti auten. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. Et vltra vt ſit ſolatium cognatis, & affinibus interemptorum, & hæc ratio redditur in. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœ. Item in loco delicti facilius & pinguius fiunt probationes ipſius delicti, & hæc ratio redditur in dic §. hæc conſiderantes. Item & hoc ſtatutum eſt propter vtilitatem ſubditorum, ne cogantur cū luctu, & expenſis ſequi reum in aliam prouinciā, & ibi dicit textus in dic. §. qui omnino videatur: & in tātum debet fieri remiſsio in delictis, ꝙ ſi ſuperior dominus alicuius caſtri ſiue ſuperioritatis aliquem iuxta locum delicti capiat in alia terra ſua ꝙ illum ad locum delicti debet remittere per iura & rationes prædictas, vt not. C. ſi à non compe. iudi. l. fina per Bald. ad quod non omnes domini ſuperiores aduertunt: prædicta vero intellige, quòd debent fieri remiſsiōes ſcilicet in grauibus delictis, vt in. §. ſi quis vero comprehenſorum in auten. vt nulli iud. col ix. in leuibus autem non fit remiſsio, vt probatur ibidem: quia in leuibus non fiunt tales punitiones, ꝙ ex hoc ſequi poſsit affinium ſolatium ſecundum Pet. & Cy. in auten. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet, quorum opinionem ſequitur Henricus in cap. j. de rap. Idem ſi agatur ciuiliter de crimine quantumcunq; graui eadem ratione, vt extra de procura. c. tuæ. cum ibi notat Ioan. And. in dic. §. contrahentes, in fine in nouella, vide Iac. de Bel. viſu in repe. dic. § contrahentes, & in ſua practica titu. de remiſsione fienda. Gandi. tamen vbi ſupra dicit, quòd de conſuetu

Remiſsiões in grauioribus delictis non in leuibus fieri debent.

dine

dine non fiunt hodie tales remiſsiones,niſi quandoque propter enormitates criminum,& maximé quando perſona eſt pauper,& vilis conditionis.Iuxta præmiſſa,quæro,nunquid iudex poſſit talem criminoſum remittere ſine requiſitione;Iſtam quæſtionem format Iaco de bel. viſu,vbi ſupra,& arguit pro & contra,& concludit,quòd ſi ſunt tales iudices qui non poſſunt cōmode cognoſcere de crimine commiſſo:tunc tales tenentur remitterere ſine requiſitione,& pro hoc dicit eſſe textum.ff.de offic. præfec. vrb.l.iii.in fine,&.l.fin ff.de cuſto reo.l ſolent,& in auten.de defen.ciui,l.defenſores,&.ff.de offi. peæfec. vigil.l.fina in auten.de manda princi.§.fina.colla.iii.ſec° dicit ſi eſſet,defectus ex parte perſonæ captæ:quia clericus,vel aliàs perſona priuilegiata:quia tunc non tenetur remittere,niſi demum requiſitus,vt dic.§.ſi quis vero cō prehenſorum,& dic.l.ſolent,&.ff de re milita.l.deſertorem circa princi.Et ideo amicis clerici capti eum requirentibus iudex ſecularis poteſt eum optimé remittere tradere,& liberare ſi vult antequàm per iudicem eccleſiaſticū fuerit requiſitus,vt in auten.vt clerici apud propri. epiſ.§.illud palàm eſt cum ibi nota.& in auten.de defen. ciui.§.audient col.iii.extra de ſenten.excommunica.c. vt fame,&.c ſi clericos eo.titu.lib.vi.nam licet iudex ſecularis non poſſit clericum effectualiter condemnare, poteſt tamen eum capere,vt.ff.de ſer.fug.l.penul.& abſoluere,vt no in dic.§.illud palàm .dequo ibi vide per eū ſed nunquid iudex à quo petititur fieri remiſſio habeat ſe primitus informare,& cognoſcere, & examinare de delicto antequam remittat,vel nunquid habeat ipſum remittere Iac.de bel.viſu vbi ſupra diſtinguit aut iſte remittendus eſt bone fame,& ſic ſe habeat informare ſummariæ & non credat illis literis,niſi mittat ſibi inqueſtá: quia tales literæ multoties ſunt frau duloſe,& ideo non creditur eis,niſi re vera commiſerit,vt ff.de cuſto reo.l. diuus in magna.&.l.non dubium verſi.illud,aut talis homo eſt vilis,& male famæ,& tunc creditur literis eius,vt in auten.de mona.§.ſi vero] intra & in auten,de manda. prin.§.fina.col.iii.&.ff.de accuſa.l.ſi cui.§.fina. &.C.de ſportu.

Clericus poteſt remitti à ſeculariſine requiſitione iudicis eccleſiaſtici.

ſportu.l.ii.& de offi.ciui.iudi:cũ ſimili,ne bis de delicto hominis quæratur,vt ff.nautæ caupo.ſtabu.l.licet.ſ.§.fi na.cum ibi nota.& dic.ſ.ſi vero quis comprehenſorum cum ſimi.maxime:quia ipſe à quo petitur fieri remiſſio eſt merus executor,& ideo non habet ſe intromittere vt.C.de execu.rei,iudi.lege ſi vt proponis,niſi ſibi videatur:quia cauſa malitiæ hoc peteretur fieri:quia officium boni præſidis eſt tenere ſubiectos ſuos in pace,& eos ab iniuriis & oppreſſionibus & violẽtiis tueri.vt.ff de offi. præfec.vigi.l.i.&.l.illicitas.ſ.ne potentiores,&.l congruit cum ſimili.Quæro præterea an ex citatione verbali dicatur iudex præueniſſe & præoccapaſſe iuriſditionem alterius iudciis Bar.in.l.ſepulchri.ff.de ſepul.vio.iſtam quęſtionem ponit,& in effectu,dicit quod per citationem dicitur præoccupaſſe iuriſditionem alterius iudicis,vt.l. ſi poſteaquam.ff.de iudi.& iudex quando per proceſſum ſecundi iudicis impediretur procedere,poſſet ſuam iuriſditionem defendere etiam pœnali iudicio, vt.l.i.ff. ſi quis ius dicen.non obtempe.Item interdicto vti poſſidetis,vt notat Bar.in.l.fina ff.vti poſſi.Si autem non impediretur vt puta iudex delicti loci procedit & iudex originis procedere non prohibetur,cũ hodie non habeat locum remiſſio.Ita notat Barto.in dic.l.ſepulchri. quæ cõcluſio videtur contra textum in l.non videtur.ff.de iudi. vbi habetur quòd ſola citatio non confert iuriſditionẽ: ſed reſponde vt elegãter dicit Bar.in.l.vbi cœptum ff.de iudi.quòd verum eſt quod à citatione nõ dicitur eſſe cœptum,quando non coram ſuo iudice conuenitur,vel coram eo,quem poſſet declinare.& ita loquitur dicta.l.non videtur:ſecus ſi quis conuenitur,qui haberet plures iudices habẽtes eandẽ iuriſditionem & parem,an inuito iudice poſſit fieri iuriſditionis protogatio & in quibus caſibꝰ impediatur prorogatio iuriſditiõis in iudicialibus,notat Bar.in.l.prima.ſ poſt.ff.de no.ope.nuncia.& in dic.l.vbi cœptum.facit quod nota per Ioan.mona.in.c.accuſatus. in verbo cœptum de hære.lib.vi vbi dicit quòd dicta.l. vbi cœptum eſt iudicium,ibi debet terminari,intelligiẽ vbi non eſt prȩiudiciũ alterius,q̃a vbi eſſet nõ habet locũ

Iuriſditio per citationem præoccupata eſſe dicitur.

Citatione an dicatur iudiciũ cœptum.

dicta.

dicta.l.& quod notat Ioan.mo.extra de cõſuetudine.c. non putamus.vbi dicit quód vſus vel factum ſubditorum nõ poteſt preiudicium generare iudicibus qui ſunt cõſerua tores iurium. Quare nota quod contumax vel moroſus non poteſt litis pendentiam allegare ſecundũ Bar.in dic. l.vbi cœptum & in l.quamuis ff.de dam.infec.& ideo nota quod ſi remiſſus ad curiam epiſcopalem eſt ibi in mora quia tunc iudex prime cauſe poteſt ad vlteriora proce dere,quia contumax vel moroſus non poteſt litis penden tam allegare ita ſingu.dicit Bald,quem ibi refert Alex in l.dedie §.tutor poſt mediũ ff.qui ſatiſda.cog.vbi dicit quod cautela.eſt quod iudex ſecularis quando remittit partes ad curiam epiſcopalẽ pro aliquo articulo vt preſigat terminum infra quem ſe debeat preſentare coram epiſcopo,quod facere poteſt iudex ſecularis vt probatur in lege preſes cum ibi not.& hoc voluit ibi Barto. per illum textum C.de appella. Præterea dicit quòd in preiudicium iuriſditionis ſuperiorum non poteſt ſubditus alibi litigare,nec per conſequens dicta.l. vbi cœ ptum renunciare quod ſequitur Bald.in titu.de prohibi. feudi aliena per fede.§.illud & facit quod nota.per Bar. in.dic.§.& poſt operis.& Bald.in.lege.decernimus.C. de ſacroſanc,eccle.ſecundo patet quòd nullus iuramento fidelitatis alteri abſtrictus poteſt alterius iuriſditionem ſine licentia domini ſui cui eſt iuramento aſtrictus prorogare,& allegat Bal.gloſſ. ordinariam in dict.titul. de prohibi.feu.aliena.§.præterea & fina.in verbo duos facit quòd nota.in.lege ſi appellationem. C.de appella.per Cy.&Bal.ff de iuſti.& iure.lege omnes populi.i.queſtio. per Bar.quæ ſunt notabilia & quotidiana,& faciunt contra curias Montiſpeſſulani,& alias priuilegiatas, & non priuilegiatus,quibus ſubditi nõ ita ſe poſſunt indiſtincte obligare,nec ipſe executionem facere ſicut communiter fit.inferior enim legẽ ſuperioris tollere,vel aliter ei pre iudicare non poteſt in cle.ne Romani de electione.ff.ad trebell.ille à quo.§.tempeſtium,ſed quicquid ſit de iure de conſuetudine & communi obſeruantia videmus cõtra riũ vbique ſeruari,& eſt expediens,ſubditis,quod ita ſer uetur quia aliter creditores ſuas pecunias non traderent

niſi

niſi facerent ſimiles obligationes & executiones ſic fierent ſecundum Iaco.de bel viſu in dic.§.contrahentes. Quid autem ſi vnus iudex in citatiõe verbali alius in reali, quia cœpit eum perſonaliter, propter delictum proceſſit: ego tenerem quod potẽtior ſit citatio realis quam verbalis, & ſic iſte iudex præfertur in proceſſu. qui cœpit malefactorem illi iudici qui præuenit in citando reum citatione verbali per notata Bal.in dic.l.poſteaquam.ff.de iudi.& in.l.iii.ff.de cuſto.reorũ.in.l.ii.ff.de pœ.& in.l.i.C. vbi de crimine agi oportet, & notat Bar.in.l.domitian⁹. ff.ad turpil.quod notet Ioan.And.in.c.i.de oblig ad ratio.& quod notat Bal.in Addi. Specu titu.de contumacia §.ſequitur verſi ſed pone & quod notat idem Bald.in autenti.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.verſicu.pone quod in ciuitate peruſii: nam facta executione ſecundi iudicis neceſſario ſequitur, quod ſententia primi iudicis erit fruſtratoria & opponi poterit exceptio rei iudicatæ cum paruerit primæ ſententiæ, ne bis de eodem delicto quæratur, vt dic.l.licet.ff nau, caupo.ſtabu.& argumento.no. per Bar.in dic.l.ſepulchi & omnino vide ea quæ ibi per eum ſcribunt, quia quis poteſt de eodem delicto damnari & in loco delicti, & in loco originis & imputet ſibi reus qui in altero loco non paruit ſententiæ: alias autem ſi compareret in loco originis, & non paruiſſet ſententiæ iudicis loci delicti non eſt audiendus, vt.l.euidenter.ff.de excep.rei iudi.quod eſt notandum ſecũdum Ang.in dic. ſuo tractatu, vbi ſupra verſi quæro an ex citatione, quia ſemel dicit ſe habuiſſe de facto Myrſiæ. Quid autem ſi iudex originis præuenit in citando, iudex delicti in ſententiando quis erit potior iſtam quæſtionem in ſimili format Dy.Bal.& Ray.in.l.ſi pluribus.ff.de leg.i.& ibi Imo qui voluit quod ille qui primo proceſſum inchoauit ſit prior per dic.l.ſi pluribus.& per.l.i.ff.de offi.conſu. Secundo quia inquirens ſuccedit in locum accuſatoris, vt Bar.in.l.ii.§.ſi publico.ff.de adul.ſed in accuſatione præfertur, qui primo præuenit vt.l.qui crimen cum ibi nota. C.qui accuſa.poſſunt. Igitur & iudex inquirens. præterea quando ſecundum iudicium ita ſe habet quod lata abſolutoria

Citatis realis potẽtior eſt quã perſonalis.

lutoria in primo opponetur in ſecũdo exceptio re iudicatæ, tunc vlterius procedere non poteſt, vt lege fundũ ff. de excep. rei iudi. ſed in caſu noſtro ſententia abſolutoria, in primo impediret ſecundum proceſſum, ergo obſtante pendentia primi proceſſus non poterit procedi in ſecundo, & hoc etiam habet locum quoad confiſcationem bonorum: quia ille prefertur qui primo incœpit inquirere, quod nota. ſecundum Ange. ibi.

Et ſur le ſurplus recours aux ordonnances anciennes faiſans m ention d'icelles matieres criminelles.

LE ſurplus des ordonnances de nous & noz predeceſſeurs cy deuant faictes ſur le faict deſdictes matieres criminelles, demourant en ſa force & vertu en ce qu'il ne ſeroit trouue derogeant ou preiudiciable au contenu en ces preſentes. *Arti. clxvij*

DE quibus habetur in ordinatione Ludouici. xii. ab articulo centeſimo tertio, vſque ad centeſimum trigeſimum articulum: quod enim non mutatur, quare ſtáre prohibetur l. ſáncimus C. de teſta. cum ſimili,

De ne bailler es chancelliers remiſſions, ſinon celles de Iuſtice.

NOus defendons à tous gardes de ſeaulx de noz chancelleries, & cours ſouueraines. de ne bailler aucunes graces ou remiſsions, fors celles de Iuſtice. C'eſt aſcauoir aux homicidaires qui auroient eſté contrainctz faire les homici- *Art. clxviij*

des pour le ſalut & defence de leurs perſonnes, & autres cas ou il eſt dict par la loy, que les delinquans ſe peuuent ou doibuent retirer par deuers le ſouuerain prince pour en auoir grace.

SAncta eſt hæc ordinatio Reip. per quã neceſſaria cuiꝰ intereſt ne maleficia remaneant impunita l. ita vulneratus ff. ad l. aquil. l. ſi à reo ff de fideiuſ. ſi bene ſeruaret. Quia multa crimina committuntur licitè & impune propter defenſiones quæ cõpetunt committentibus ea crimina: ideo videamus de his defenſionibus, de quibus noſtra ordinatio loquitur. Et primo ſciendum eſt, ꝙ quãdo aliquis cõmiſit delictũ, vel homicidiũ ad ſui corporis defenſionem quòd ex hoc puniri nõ debet, vt ff. de iuſt. & iur. l. vt vim C. quãdo liceat vnicuiq; ſe ſine iudice vindi. l. i. & C. vnde vi. l. i. nã vim vi repellere oẽs leges omniaque iura permittũt dic. l. vt vim & l. ſcientiã. §. qui cũ aliter ff. ad l. aquil. c. ſignificaſti. ii. extra de homici. c. vt famę. §. vl. de ſenten. excõmunica. c. dilecto eo tit. lib. vi. ff. de vi. & vi arma. l. i. §, vnde vi. cũ moderamine inculpatæ tutelæ, vt dic. l i. C. vnde vi & ibi gl. Cy. Bar. Bal & Sali. ſed qualiter intelligantur iſta verba cũ moderamine inculpatæ tutelæ infra dicã. Nõ ſolũ enim vim vi repellere licet offenſo: ſed etiã cuilibet de populo licet defendere offenſum: vt elegãter not. Bart. in l. ſi quis in ſeruitute in fine ff. de fur. & in dic. l. vt vim ver. quęrit glo. quid &c & ibi gl. & Cy. in dic. l i. C. vnde vi. facit optime textus in dic. c. dilecto verſi & quidẽ cũ liceat. Sed aduertas ad tollendas oẽs opiniones. Bar. conſulit in dic l vt vim in dic. ver. quærit gloſ. ꝙ ille tertius defendens, faciat ſibi mandari ab iniuriã paſſo, ꝙ illum defendat ſiue etiam acclamãdo & dicẽdo accurite adiuuate, & ſimilia verba, vt notat Bal. in l i. C. vnde vi. & tũc defendendo ſecundũ omnes tertius defendẽs offenſum nõ teneť arg l. gracchus C. ad l. iul. de adul. quod dicit Bar. eſſe notãdũ in practica. Idem dicit

Homicidiũ qui cõmittit ob ſui corporis defenſionem puniri non debet.

dicit Bar.in l.prohibitú C.de iure fiſci,vbi dicit ꝙ ibi videtur caſus,quòd illi tátú poſſunt reſiſtere inſultáti quorú intereſt:dicit tamé ꝙ ſi ſunt amici inſultati, poteſt ipſos cóuocare, & etiam ſine conuocatione poſſent venire amici & vicini per l.iii §.eum igitur ff.de vi, & vi arma. Item & cóſortes,quia iniuria quæ fit vni omnibus cóſortibus fieri videtur,& ideo omnes proſequi poſſunt eorú iniuriá,ita notabiliter dicit Bar.in l.cú ſcimus in prin ii. col.C.de agri.& cenſi.lib xi.& dicit Gádi in ti.de de defen.à reo.facien,quod licet pro corpore meo, licet ꝓ corpore filii mei,vt arg.ff.quod metus cauſa l.iſti quidé.Idé de perſona mei fratris.nam lex dicit,quòd omniú bonorum ſocii debent communicare oía bona & omnia mala ff pro ſocio.l.duobus.§.quidem.verſi.proinde,& l. verú eo.titu.idem dicit Bal.in dic.l.i.hoc etiam conceditur ratione affectionis,vt ff manda.l.cum ſeruus, & argu ff.de tute.l.i.§.i.idem de concubina & amaſio propter amicitiam non leuem,quæ inter eos extat ff.de verb.ſigni.l. inter amiciſsimos,& de ſpóſa,& ſpóſo quia eodé zelo amoris adinuicem cónectuntur,quia de ſpóſa & vxore, idem debet eſſe iudiciú ff de ſponſa l.oratio. & ff. de adul.l.ſi vxor.§.ſi minor,poteſt etiá ſocius itineris defendere ſocium,quia iniuria eſt cómunis ff.de iniur.l. item apud labeonem.§.tenetur.& idem in ſocio cohabitationis.xxiii. quæſtio iii.c.hac ratione per totú,& etiam poſſum offendere ſociú criminis qui criminoſo & criminis aggreſſori ſocius eſt,vt l.i.C.de rap.virgi.& l.raptores C.de epiſ.& cleri.& ita dicit Bal.in dic.l.i.verſi.ſexta eſt an quis.quamuis ſocium criminis poſſum offendere,nó tamen poſſum offendere mediatorem vel alium circunſtantem qui ſe de crimine nó impedit : alias temere,vt dic. §. qui cú aliter. An dominus poſsit defendere ſociú & ecótra Bal.in dic. l.i.dicit quòd ſic vt l.lucius ff.de appella. & ibidem dicit idem in vaſallo & aſcriptítio,& idem dicendú eſt de abbate in monachum,& econtra : nam pro iure quod quis habet in iſtis ſua intereſt pecuniariter eos nó ledi,& idé dicit in familiari códucto,qa eſt de domini familia . vt ff. de vſu & habita.l.ii.& idé quia familiaris debet adiuuare

Socii omnia bona cōmunicare debēt

dominum armis, & clamore & quocunque modo poteſt etiam cum ſui corporis periculo vt l.i. §.eodē aute tecto. ff.ad ſilla.& l.cum dominus Et in hoc allego vnam mirabilem doctrinam Ang.quam poſuit in l.ii.C.ad l.corne. de ſica.per quam doctrinā poteris limitere prędicta.nam dicit Ang.ibi per glo fi.in dic l.ii. nota mirabiliter hanc gloſ. quæ decidit ꝙ conſtitutus in vitæ diſcrimine propter inſultum nedū impune poſsit offendere inſultātem & occidere:imo ſocium ipſius & aliū, ſi per illud euadit ab illo diſcrimine:ſed dicit Ang.in quātum dictum eſt de non ſocio intellige,ſi hoc nō fecit ex propoſito,vel ſi ex propoſito,nō tamen puniendus l.cornelia. quia fecit ob tutelam ſui,nō autem principaliter ob iniuriam,& ponit exemplum ſi vnus ex bono propoſito venit ad mediādū, & cœpit forſitan inſultantem & inſultatum:quia vires inſultati præualebant:niſi inſultatus talem occidentem ꝑcuſsiſſet fuiſſet occiſus,nullus dixiſſet talē occidentē teneri de homicidio & dicit Ang.quòd illa glo in dic.l.ii. hoc voluit ſingulariter,& allegat pro hoc quia igne immiſſo in vnā domū licitū eſt deſtruere domum vicini vt ignis cōuolans nō cōburat meā,vt l.ſi quis fumo.§.quod dicitur ff.ad l aquil.ita licitū eſt percutere ne occidat arguendo de rebus ad perſonas,quod eſt notatu dignū ſecundum ipſum,ſi autem percutiens alium nō eſſet in tali diſcrimine conſtitutus,tunc dicit Ang.ibi ꝙ tunc percutiens tenetur de tali percuſsione etiā ſi ipſum occidiſſet præter propoſitum,licet tunc nō teneretur l.cornelia de ſicariis.quia non dolo,allegat textū in l.ſcientiam. §.qui cum aliter ff.ad l.aquil. & hæc nota, quia pulchra & ſingularia ad euadēdū hominē à morte.Sed quid ſi ob tutelam vxoris ſuæ quis aliquem percuſsit,vel occidit? dic ꝙ excuſatur ſicut pro filiis & fratribus : quia vxor eſt ſocia diuinæ & humanæ domus C.de crimi. expila.hære.l.aduerſus.Item quia ſunt duo in carne vna ff. rerum amo.l.i. & pro hoc facit,quia iniuria facta vxori videtur facta viro,vnde vxor à marito armis defendatur, & non econtra ff. de iniur.l.i.Sed quid ſi inferatur aliis coniunctis perſonis iniuria, nunquid licet has defendere arg. ꝙ ſic ff de libe.

Occidere inuaſorum & eius ſocium quandoque licet.

libe.cauſa l i.ii.&.iii.ff.de appella.l non tantum ſed dominus Odof.dicit ſecundum Gandi.quòd non eſt ſic expreſſum in cõiunctis perſonis ſicut in perſonis filiorũ fratrum & vxoris,vnde in hoc articulo dicit ꝙ de perſonis coniunctis poteſt dici,& idem debet obſeruari ſicut dicitur de perſonis extraneis,videlicet ꝙ ſi aliquis aggreditur perſonam extraneam,vel coniunctam, quæ mecum eſſet in ſocietate quia tunc licet mihi illam talem perſonam defendere ſicut ſi aliquis aggrederetur me, quia tũc licet,& eaſdem perſonas defendere,& pro hoc eſt argu. C.ad l iul.de vi.publi vel priua.l.quoniam multa facinora,aliàs non licet perſonam coniunctam defendere, vt dicit Gandi.ſecundum Odof.de materia vide Imo. qui ponit q̃d de conſanguineis,& quid de extraneo in ca. ſi verò in.i.de ſenten excommunica & ibi per moder.& per bonam glo.xxiii.quæſtio.iii.cap.non eſt inferenda. vbi bonus textus,& Bartol in l.metum.§. ſed licet ff.quod me. cauſ.vide textum & docto.in dic.c.dilecto, & dicit Bald. in dic.l.vt vim ꝙ etiam inimicum meum poſſum adiuuare ſi eſt inſultatus ab alio,& allegat iſtam rationem:quia propter iniuriam quæ fit inimico meo offenditur Reſpublica,ergo quilibet de populo poteſt propulſare illam iniuriam,& vide Bald.in l.raptores C de epiſc.& cleri. qui dicit ꝙ ſi adiuuando conſanguineum meum occidam aggreſſorem,ꝙ non teneor & remittit ad notata in ca. i. de pace tenenda,vide eundem Bal.in l.i.C.vnde vi. & Ang. in l.i in.i.col.C.de rap.virgi. qui dicit ꝙ illa acclamatio requiritur propter extraneos qui veniant ad adiuuandũ, ſed non requiritur in propinquis,& dicit ibi Salic. in dic l.i.de raptu virgi ꝙ quotieſcunque aliquis eſſet inſultatus à pluribus ꝙ parentes & conſanguinei ipſius inſultati,& omnes qui ſunt de illius familia poterũt licitè & impune inſultãtibus ipſum reſiſtere:& illos propulſare etiã cum armis,& ſi quẽ offenderũt,vel occiderũt in tali propulſatione & reſiſtẽtia nõ tenẽtur de homicidio nec pœna:dũmodo hoc fecerunt cum moderamine inculpatæ tutelæ,quia iura permittũt cõſanguineo conſanguineũ ſuũ defendere,ita dicit Salice.in dic.l.i.C. de rap.virgi vide *Occidens aggreſſorẽ conſanguinei nõ tenetur.*

Bal.in l.i.§ ſeruus verſi.ſed in eo.ff.ad ſilla. & Abb. in.c. olim.extra de reſtitu.ſpo. ex prædictis quæro cũ licitum ſit cuilibet extraneo defendere quẽlibet de populo, vt ſupra dictũ eſt an quilibet qui poteſt cogatur adiuuare & defendere illũ cui infertur iniuria Bar.& docto. in dic.l. vt vim dicũt quòd non pro quo allegant glo. & textũ in dic.c.dilecto eo.titu.lib.vi.& eſt caſus,& ibi docto.nec ſi ille potuit opẽ ferre,& non tulit dicitur te offendere, vt eſt textus & ibi Bal in l.filio pater ff.de leg.i.licet nõ præſtando auxilium cũ poſsit & negligit videatur iniurianti fauere ac ſi eſſet particeps culpæ,ita dicit ad literã textus in dic.c. dilecto.verſi.& quidem cũ liceat Gandi vbi ſupra dicit,quòd ſecundum canones ego teneor me interponere verbis vel alio honeſto modo: & licitè vt in illo c.negligere cũ poſsis perturbare puerſos.ii.quæſtio. vii. ſed ſecũdũ iura ciuilia nõniſi ĩ his quos habes corrigere vt filios vel ſeruos,in quibus intelligũtur iura primo allegata,& dic de hoc vt no.per Accurſiũ ſuper l.culpa caret ff.de reg.iur.vide per gl.in.§ iuris præcepta iſti.de iuſti, & iure & Ang.in verbo,& dictus titius ſe defendẽdo in prin.verſi quæro. Præterea quæro an ſit licita defenſio, pro rebus meis ſicut pro perſona? dic ꝙ ſic vt in l.i.& ibi glo.& docto.C.vnde vi.& Bar.in dic.l. vt vim. Sed quia offenſiões quotidie inſurgũt:quæro ſi quis timeat ne ab aliquo offendatur,an poſsit petere ꝙ ſibi caueatur de nõ offendendo,quã quæſtionẽ format Spec.in tit. de pigno. In.§.ſequitur verſi quid ſi timeo & practicus Papiẽ.in forma inquiſitionis in fine.& dicit cõcluſiue ſecundũ Bar, & Guil.de cug. quãdoque timetur dãnum inferri de re ad rẽ,& tũc præſtanda eſt cautio,vt in toto ti.ff. de dam, infec.quãdoque timetur de perſona in perſonã,& tũc idẽ vt in l.denunciemus C.de his qui ad eccle.cõfug. quandoque timetur de re ad pſonã,& tũc nulla præſtatur cautio,vt in l qui bona.§.quidam ff.de dam.infec. & ibi per Bar.poteſt tamen officio iudicis is cuius res eſt,cogi rem ipſam reficere,vt in l.preſes ff.de offi.præſi.quãdoque timetur de perſona ad rẽ,& tũc præſtabitur cautio,vt in l. ſi fideiuſſor in fine ff,qui ſatiſd,cog. & in l. impatores ff. de

Defenſio licita eſt pro rebus ſicut pro perſona

de appel.cum ſimi.dixi ꝙ licita eſt defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quomodo intelligantur dicta verba gl in dic l.j.C.vnde vi, multum laborat, ſed Bart.ibi & in.l.furem, in fine.ff de ſica. dicit ꝙ dicitur inculpata tutela, quando aliter ſe defendere nõ poteſt ſine periculo rerũ ſiue perſonæ, vnde nõ debet pati ꝙ damnificetur in aliquo, ſi damnũ eſſet irreparabile, aliàs ſecus, vt dic.l.furem ex quo infert ꝙ ſi nõ poſſum effugere, quin me percutias niſi te interficiam licite poſſum te interficere, quia cum quælibet iniuria perſonalis ſit maior quacunq; reali, vt.l. in ſeruorũ.ff.de pœ.& propter realem irreparabilem poſſum te interficere vt dic l.furem, ergo fortius propter perſonalem irreparabilem facit glo de reſtitu.ſpo.in.c.olim, in.j.ad finem glo, fina.& extra de homici, c.ſignificaſti, de quo ibi omnino vide. Quomodo autem poſsit probari factum ad ſui defenſionem, de hoc habes glo ordina.in cle. prima de homicid.in verbo non valens, & ibi Petrus de Ancha.qui videtur velle quòd neceſſe ſit, quòd articuletur & probetur ꝙ iſte erat arctatus & angulatus, ita & taliter ꝙ neq; clamare, neq; fugere, vel aliter ſe iuuare poterat, & per circunſtantias debebit hic probare: quia in foro contentioſo ſibi aſſerenti non creditur, ſed etiam aliud articulare & probare debet, videlicet ꝙ non potuit cum ſuo honore, & ipſo ſaluo euitare inſultum: aliàs imputaretur ei, cur non euitaſſet vt maius periculum euitaret, vt.ff. ad.l.aquil l.quemadmodum.§.ſi nauis altera, & ibi Flo.ex hoc infert, quòd etiam debet articulare quod per illam aggreſſuram fuit in diſcrimine vitæ cõſtitutus: tunc videtur ſtatim licere aggreſſorem occidere, vt in.l.is qui aggreſſorem.C.de ſica.& ibi nota.per Ange. qui dicit quod ibi eſt textus, & glo.ſingu. & notabilis, quæ coniuncto textu tradit aduocatis formam practicandi, cum volunt defendere accuſatũ prætendentes eum nõ debere puniri, eo quod omnia fecit ad ſui defenſionem. deberent enim articulare, quod accuſator armatus tali loco & tempore cum talibus armis inſultum fecit, & impetum contra accuſatum cauſa eum percutiendi cum dictis armis, & tunc dictus accuſatus videns ſe ſic inſultatum, & in vitæ diſcrimine conſtitutum

Inculpata tutela quã do dicitur.

eiſdem loco & tempore vulneribus in dicta accuſatione deſcriptis percuſsit accuſatorem, & dicit quòd iſta eſt rectè practicandi forma: quia te coarctas ad locum, & ad tempus, & vulnera in accuſatione deſcripta. & ita practicando deducis, quòd cum eras in vitæ diſcrimine cõſtitutus per dictum inſultum percuſsiſti, & dicit quòd iſta practica eſt bona quando accuſatus percuſsit antequam percuteretur, & per Bar. in dic. l. ſcientiam. §. qui cum aliter vbi dicit, facias articulum cautè ad probandam cautè defenſionem, quia non ſufficit dicere quòd fuit aggreſſor vnde tu percuſsiſti eum, ſed dicas quòd aliter te tueri nõ poteras nec ab eo euadere niſi eum vi repelleres. Sed ſi accuſatus fuiſſet primo percuſſus non licuiſſet eum repercutere, niſi propter timorem geminandæ percuſsionis. & iſto caſu eſt practica articulandi, quòd accuſator armis inſultauit, & percuſsit, & cum ſe iterum ad percutiendum paraſſet dictus accuſatus dictum accuſatorem percuſsit vulneribus in dicta accuſatione deſcriptis, & hoc modo habes practicam ad defenſionem, quam aduocati articulare neſciunt, quia dicit Ange. quòd neſciunt eam concludenter deducere. Et ſubdit quòd non debemus illud intueri quòd inſultatus eſt, & erat in periculo: & dicit ꝙ de hoc eſt caſus in dicta l. is qui aggreſſorem, & in. l. ſequenti. quæ hoc clarius probat quàm aliqua lex quæ ſit in iure, vnde dicit ꝙ non aſſentit illis tenentibus quòd tenetur fugere ſi fuga nõ eſt verecundia ſibi: quia nullo caſu tenetur per has leges cum ſibi ſufficeret in dicto diſcrimine & periculo vitæ eſſe, & allegat Bar. hoc voluiſſe, & dicit quòd hoc putat verum & æquum. Et dicit iſta eſſe menti tenda: quia lucraberis multam pecuniam, & ſic mirabiliter nota ꝙ eo ipſo ꝙ probo, quòd cum armis feciſti inſultum contra me lex præſumit, quod eram cõſtitutus in diſcrimine vitæ, & iſta etiam approbauit Ange. in dic. l. i. C. vnde vi. ¶ Ideo nota ꝙ ſicut licet occidere hominem prudentem pro defenſione ſua ita licitum eſt occidere hominem ſtultum contra aliquem irruentem cum armis, nec iuuatur ex eo quia ſtultus quia arma ſtultorum ita offendunt hominem ſicut arma ſapientum. Ita multum not. dic Bal. in dic. l. i. C. vnde vi, ver.

quid

quid de furioſo. Et aduerte ꝙ quis præſumitur in diſcrimine vitæ conſtitutus, eo ipſo ꝙ terror infertur cum armis: ita ſentit notabiliter glo. in. l. ſed & ſiquæcunq;. ff. ad. l. aquil. & ibi Bar. notabiliter dicit in prin. ꝙ eo ipſo quòd probo, ꝙ aliquis veniebat contra me cum cultello & occidi eum, ſtatim probata eſt mea defenſio, & ibi eſt caſus cũ glo. & hoc etiam tenet Bal. in dic. l. i. C. vnde vi. & in lectura ordinaria illius. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad. l. aql. & ibi etiam Bar. dicit ꝙ quandoq; ego percutio te antequam me percutias, quando es in actu percutiendi: tũc in dubio videor facere ad defenſiouem, & hoc modo poteſt intelligi ibi glo. quandoque quis eſt percuſſus, & tunc nõ licet repercutere etiam incontinenti: quia hæc eſſet vindicta, quia iam habita offenſa euadi non poteſt, niſi forte percuteret euadens alias offenſas, quas inuadens volebat infligere de nouo: tene tamẽ mente ꝙ ille qui primo percuſsit me, & inſultauit videtur habere animũ percutiendi in dubio, hoc optime probat Sali. in dic. l. is qui aggreſſoré, & Bal. in. l. vt vim ff. de iuſti. & iure. & dicit Bal. in. l. j. C. vnde vi. ꝙ hoc eſt verũ durante rixa, ꝙ ille qui percuſsit videtur habere animũ repercutiendi, & vult glo. 23. quæſt i. in ſumma ꝙ ſi quis vim factã repellat potius præſumi debet ꝙ cauſa defendendi, quam vlciſcendi hoc faceret. iura enim multum proſequuntur authorem rixæ, & illum qui primo inſultat aliũ, adeo quòd Bal in dic. l. is qui aggreſſorem, dicit ꝙ ille qui eſt inſultatus in dubio præſumit lex, quòd quicquid facit, facit ad ſui defenſionem, & ita dicit Bal. per illum textum in l. i §. cum arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem fecisſ. dica. Quare ſi plures fuerint in rixa & mortui ſunt aliqui vel vulnerati, & neſcitur à quibus hoc caſu ſi apparet quis fuerit incœptor rixæ, tunc ille ſolus punietur de homicidio vel de vulneribus, vt eſt textus in, l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iuliam de vi publi Ibi in eum ſuplicium exerceri, qui vim facere tentauerit Idem dicit Innocentius in cap. ſi vero de ſententia excommunicationis quòd ſufficeret probari, quod probabiliter dubitari poterat de offenſione, vt offendens ſe excuſaret argu. dic. §. qui cum aliter. & l. ſed

Vita diſcrimen præſumitur eſſe ex terrore armorum.

Aggreſſus præſumitur omnia ad ſui defenſionem facere.

& ſi

& ſi quemcunque.ff.eo.titu.in princi.&.C.quando liceat vnicuique ſine iudi.ſe vindi.l.i.& dic.l. is qui aggreſſoré, quod nota. Et prædicta dicunt procedere Dy.Bart.Cy.& Ang in dic.l.i.C. vnde vi, niſi miles inſultatus à ruſtico vel robuſtus à debili, ita quòd ſine dedecore fugere non poterat, ſi occidat illum ruſticum non punietur, quia videtur ſe aliter tueri nō poſſe, ex quibus colligo quòd eo ipſo quod probo, quòd tu cum armis inſultaſti me ſatis dicor probaſſe defenſionem meá ſcilicet quòd occidi te ad mei defenſionem: quia ego qui ſum inſultatus hadeo præſumptionem iuris pro me, & hoc modo lex præſumit ꝙ inſultatus erat in periculo, iuxta illud vulgare homo aſſaltato mezo perſonæ morto, *homme aſſailly eſt demye perſonne morte*, vires multomagis excellunt & excedunt in perſona illius, qui aggreditur. quia íſultans eſt præuiſus, inſultatus vero non. Et ideo recte voluerunt doctores quòd contra inſultantem alium & authorem rixæ iſta præſumuntur, & ſi diceretur quòd do. Ant. de Bu. in.c.olim in.xiii.col.extra de reſtitu.ſpo. diſputat iſtam materiam, & dicit allegando Bartolum quòd ad probandam defenſionem illius qui occidit alium, teſtes non debent deponere, quòd aliter euadere non poterat, ſed quòd aliter non poterat iniuriam defendere: niſi illum percuſsiſſet, & Bald. in.l.i.C. de confeſ. circa medium dicit, ꝙ ad probandum quòd quis fecérit ad ſuam defenſionem probatur per coniecturas, & ita dicit Pet. de Ancha. quem ſupra allegaui in cle.i. de homi.& dicit ꝙ ibi eſt glo. quæ intelligo prædicta militare, vbi non apparebit, quis prior fuit aggreſſus alium: quia tunc opus eſt, quòd iſta probentur, ſed vbi apparet de aggreſſore: eo ipſo quòd probo quòd cum in illo loco, & tempore, quibus aggreſſus es me cum armis euaginatis, ego offendi te probato inſultu tuo cum armis, & quod in illo loco & tempore inſultus eram in periculo vitæ, vel alicuius iniuriæ perſonalis ſufficit per prædicta: dicat Barto. quicquid velit in.l.ſciétiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l.aquil. quia in terminis hoc dicit Pe. de Anch. in dicta cle.i. de homici. vbi dicit quòd glo. Accur. Ber.& Ioan. in decre. hoc voluerunt, & ſic nota tu quòd in practica à glo. non eſt receden-

dendum,& hæc intelligo vera, quando inſultus eſt factus cum armis euaginatis: vbi autem quis aggreſſus eſt me ſine armis,ſed cum pugno & ego habeam arma,& percuſsi eum dic vt infra dicam & hoc eſt quod dicit Bal. in.l.i.C. vnde vi.qui dicit quòd aduocati volentes facere defenſionem alicuius faciunt vnum articulum de arctatione loci, ſcilicet quòd ille erat arctatus in illo loco,quòd alias non poterat euadere:nam dicit allegando Bart.ꝙ hoc non eſt neceſſarium:quia ſufficit probare inſultum & terrorē armorum quia quicquid poſtea eſt factum,dicitur factũ ob defenſionem,licet Bal.in.l.i.in fine. quando liceat ſe ſine iudice vindi.dicat ꝙ ille qui minatur mortē alicui poteſt in ipſo actu ab ipſo occidi:quia non debet expectare primo percuti:melius enim eſt in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare.l.fina.C.in quib.cauſ.reſtitu.in integ,non eſt neceſſa,& dic.l.i.quando liceat vnicuiq; ſe ſine iudi.vindi.& quia illata percuſsio non poteſt reparari. Intelligo ergo iſta quando ille erat in actu percutiendi, quē& cum difficultate ille poterat fugere.Et aduerte ꝙ ſatis eſt probata defenſio ſi teſtes dicunt & deponunt ꝙ viderunt Titium occidiſſe Caium ad ſui defenſionem, vt voluit Bar.in conſi ſuo.v.incipiente quidam Maſſeolus,& de illo conſilio facit mentionem Salic.&.id approbat in.l. ſolam.C.de teſtib.quod nota ſingulariter,& de omnibus iſtis,vide in lege prima.C.vnde vi.Adde quòd ſi clericus celebrans miſſam aggreditur ab aliquo,iuſte dimittit miſſæ celebrationem,& ſi in illa rixa ſe defendendo occidit aggreſſorem,poteſt incontinenti ad altare redire, & miſſam perficere,ita dicit Io.de ligna.in tractatu ſuo de bello quem refert & ſequitur Abb in cap.clerici.i.de vita & honeſt.cler.circa prin.& vtrunque refert & ſequitur Maria. ſoci.in repe.c.ad audientiam,in.xxxi.col.de homici. Et ratio eſt,quia defenſio eſt de iure naturali,quæ nedum competit hominibus ſed & animalibus brutis,vt habetur in.l. j.§.ſed cum arietes.ff.ſi quadru.paupe,fecisſ.dica. & voluit Barto.in tractatu ſuo,qui ſint rebelles,& in.l. defenſionis facultas de iur.fiſci,lib decimo,& Old. in conſi.ſuo xliij. Incip.quæritur vtrum citatio & Ang.in conſi.ſuo.clxxvij, incip.

Occidi poteſt, qui minatur mortem.

Clericus ſi celebrãs miſſam aggreditur ab aliquo.

Defenſio eſt de iure naturali.

Statutũ tollens defenſionem. incip. in facto proponitur: & ideo dicit Bal. in. c. à nobis in fine de excep. quod ſtatutum tollens defenſionem intelligitur de ciuili, & non de naturali, quod etiam firmat Fely. in cap. cum dilecti. in v. col. eo. tit. & dicit Gemi. in. c. non ſolum de appel. lib. vi. quòd papa non poteſt tollere defenſionem introductam à iure naturali, ſed bene poteſt tollere illam, quæ eſt de iure poſitiuo, notat Hyppo. in ſua pract. carta. lxxiiii. Attamen nota vnum ſingulare dictum, ꝙ ſi duo rixarunt adinuicem, in qua rixa vnus percutitur ſeu vulneratur ab alio: teſtes autem examinati ſuper hoc dicunt, ꝙ non viderunt quando fuit facta talis percuſſio ſeu tale vulnus, ſed viderunt eos inuicem rixantes: & ꝙ ſtatim dimiſſa rixa dicunt quòd viderũt illum eſſe percuſſum & vulneratum, ex hoc reſultat indicium indubitatum ꝙ ille vulnerauit illum ex quo poterit cõdemnari. Ita ſingulariter dicit Salicetus in. l. fina. C. de proba. quod dictũ refert & ſequitur Soci. in conſilio ſuo liiii. incipiente, viſis teſtibus. Nota præterea quod dicit Bald. in. l. i. C. vti poſsi. quòd ſi adeo domum tuam cauſa inferendi violentiam cum hominibus armatis & neminem inuenio, ex quo animus violentiam inferendi acceſsit, dicor raptor, *Raptor quis dicitur.* ſingu. eſt glo. inſtit. vbi bono rap. in prin. ſecundum Bald. in. l. i. C. vti poſsi. quæ mouetur per. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, ſed do tibi caſum pro illa gloſa in. l. ſi quis ex domo. ff. de fur. quam ponderauit ibi Barto. & alij ſequuntur, notat Antonius Cor in verbo vis. Nota ſecundo quòd *Inſultus factus cum armis,* inſultus factus armis punitur, acſi extracta fuiſſent. l. iii. §. qui armati. ff. de armis, ſufficit enim terror armorum. vt notat Ludouicus Romanus, ſing. 1. cccccclxiij. Sed de generali totius mundi conſuetudine derogatum eſt illis leg. & l. is quis cum telo. C ad legem Corneliam de Sica. & ſimi. *Conſuetudo generalis totius mundi.* per quas conatus punitur licet non ſequatur effectus. Mirabilis eſt doctrina Spec. in titulo de accuſa. in prima parte, in. §. i. verſi. quid ſi primo, quem referunt & ſequuntur Ange. in. l. i. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. Bal. in. l. iii. C. de ſer. fugi & Ludo. Roma in. l. damni § Sabini. ff de dam. infec. Alex. in conſi. xv. in primo volu. & Cœpo. cõſi. 30. (fallit in crimine lęſę maieſtatis, & in aſſaſino vt dicunt

Bald.

Bal.& Ang.in dictis locis) aureus textus eſt in.l.ſepe in fine.ff.de verb.ſigni.vbi non dicitur quis habere nocendi animum,niſi factum fuerit ſubſecutum,ex quo dicto infero,quòd nó tenet opinio Ioan.Fab in dic.l is qui cum telo,& in.§.item lex cornelia vbi dicit,quòd ille qui parauit telum hominem occidendi cauſa,& de hoc conſtet quòd tenetur pena.l.corneliæ de ſica.nec procedit opinio Bar.quam ponit in.l.i.ff.de parri,& Sali in.l.i.C.de male.& Mathe.vbi dicunt quòd qui parauit venenum hominem occidendi cauſa tenetur pœna.l.cor.de ſica.Quare dicit Fran.Cre.ſing.49.ꝙ ſemel defenſauit vnúcaptú à pœna mortis,dicebat ſtatutú ſi quis voluerit venenare aliquem vel interficere,pœna mortis mulctetur,quidam præparauerat venenum in aliquem,& antequam daret bibere,fuit detectus,officialis volebat eum facere decapitari,allegauit ſingularem doctrinam Bal.in l.fina.ff de rerum diuiſione,vbi concludit,quòd ſtatutum debet intelligi ſi voluntarie venenauerit,per illum textum cum glo. in verbo dedicauerit optime probante eſt alia glo.in.l.ꝙ ſi ab initio.ff.ſi cer pet.vbi dicit glo.ſi voles,id eſt,ſi voluntarie vſus fueris.per illum textum ſingularem in dic. l ſæpe.Nota tertio,quod occidens illum,qui de iure erat occidendus,debet puniri pœna mortis,caſus eſt in.l fin. C.de male.& Math.& iſtud ponunt Bal.Pe.Cy. & Bart. de cap.in.l.additos.C de epiſco audien.quos refert & ſequitur Ludo.Roma.ſingu.740.Nota quarto quòd iura quæ permittunt furem nocturnum occidi poſſe pro vitá do rerum periculo,vt.l.furem coniuncta glo.ff.de ſica.& l.iii.ff.ad l.aquil.debent limitari niſi immineat periculú perditionis rei vilis,quia tunc non eſt licitum occidere vel vulnerare.l.ſi ex plagis §.tabernarius.ff ad.l.aquil.ſi enim parcitur famæ hominis pro re vili,vt l.ſi oleum ff. de dolo multomagis vite proximi eſt parcendum pro re vili,ad quod optime facit.l.adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adul.quòd bene nota,& aduerte quod furtú committitur in vno ouo,& ſic in re minima glo.& doctores in §.gallinarum inſti.de rerum diui.Et tamen dolus non committitur in re minima.l.ſi oleum in fine cum.l.ſequenti.

Io.Fab. opinio.Bar. & Sali reprobatur.

Statutú puniens eúqui voluerit venenare vel interficere.

Occidens illú qui de iure erat occidendus.

Fur nocturnus an poſſit occidi.

Ratio quare datur actio furti pro minima re, & non actio de dolo

ti.ff.de dolo.Sed quæ eſt ratio,quòd actio furti dat pro minima re,& nõ actio de dolo,glo.& docto.in dic.lege multum laborant,ſed vltra doctores ego puto iſtam eſſe diuerſitatis rationẽ.videlicet quod quando aliquid non eſt fundatum ſuper quãtitate rei ſed ſuper iniuſticia & iniquitate tunc non differt modicũ à magno.C.de appella.l.& in maioribus quæ dicit quod pro minima re poteſt appellari,quia iniuſticia & iniquitas ita poſſunt accidere in minimis ſicut in maioribus,eodem modo dicamus in furto,quia furtum non eſt fundatum ſuper rei quãtitate,ſed ſuper iniquitate ipſius furis,nimirum ſi datur actio furti etiam pro minima re,cum ſemper ſit eadem ratio in minimis ſicut in magnis,quod ſec⁹ eſt in dolo,quia dolus fundatur ſuper quantitate textus eſt in dic.l.ſi oleum.§.fin. cum l.ſequenti vbi actio de dolo non datur pro modica ſumma puta pro duobus aureis,& ſic lex ſe fundat ſuper quantitate,quod ſecus eſt in furto.quo d nota,quia faciet tibi honorem.Quæro nunc quia ſupra dixi quod vim vĩ repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, quid ſi inſultatus modum excedit ſe defendendo,vt puta,quia vulnerando potuit ſe defendere:& tamen occidit an puniatur de occiſo?dicas quod debet puniri ſolũ de illo exceſſu,& ſic de quanto,& non de toto.caſus eſt ſingularis in.l.ſi adulterium cũ inceſtu.§.imperatores.ff.de adul.& C.eo titu.l.gracchus.& hoc vult.Ioan.An.in addi.Spec. titu.de homici.in rubri & in.c.ſignificauit de pœni.& remiſſio.& Bal.in.c.i.de pace iura firmã.in vſi feudo.quod eſt verum,quando exceſſus eſt punibilis,vt dicit gl.fina. in dic.c olim,& ſic pœna extraordinaria punitur,& non ordinaria.& hoc pulchre declarat Bal.in.l.vt vim.ff de iuſti.& iure qui dicit quod quis poteſt execedere modũ aut ex dolo,& tunc plus punitur.aut culpa lata & tũc miti⁹. aut leui,& magis minus:aut culpa leuiſſima,& magis minus & hoc voluit Bal.in dic.c i de pace iura firman.quia ille non eſt in inſtanti periculo,& pœna magna & metu, & quicquid facit nõ dicitur facere animo deliberato,qa motus dolore non eſt in plenitudine intellectus,& dicit Bal.in dic.l.vt vim,quod ille qui eſt aggreſſus nõ poteſt habere

Occidens qui vulnerãdo potuit ſe defendere,an ſit puniẽdus.

Modus quo modo exceditur.

habere ſtateram in manu,& ideo ſi excedit modum in ſe defendeudo non punirur,& hoc etiam voluit gloſ.xxiii. quæſtio.i in ſumma & Pe.de Ancha.in dic.cle.i.de homi ci.& Butri.in.c.ſignificaſti.extra eo.tit. Tene tamen men te prædicta,& tempera quod verum eſt,quod ille qui excedit modum in ſe defendendo punitur in tantum quãtũ exceſſit:hoc verum ſi ex propoſito exceſſit ſecus ſi culpa ſic ſi inſultat⁹ fuit in dolo.Ita reperio Pet.de ancha.hoc voluiſſe in dic.cle.i de homici.i fine tertii notabilis in dubio non præſumitur dolus:ſed in eo qui faciendo actum licitũ exceſſit modũ iſta eſt pulchra theorica Salice.in.l. gracchus.C.ad.l.iul.de adul.in illa quæſtione,quando iudex torquendo occidit aliqué,ſed quis ſe defendendo facit actum licitum,quia vim vi repellere licet dic.l.vt vim ergo ſi exceſſit modũ defendendo potius præſumitur culpa quam dolus Notat Io.An in Addi.ad Specu.titu.de homi in rubri.Credo tamen quod in dubio iſta remittũtur arbitrio iudicis qui diligenter omnibus cõſideratis iudicabit,an ex culpa lata vel leui,vel ex propoſito per doctrinam Bal.in dic.l.vt vim cogita.debet etiam talis ſe defendens arciculare & probare quod hoc fuit incontinéti, & nó ex interuallo.Nam ſi hodie feciſti mihi inſultũ nõ poſſum cras tibi facere,ita ſi hodie deieciſti me de fundo meo,non poſſum te cras expellere,& ita vtrunque crimé punitur ſecũdum Gandi in dic.titu.de defenſio.à reo facien.quia diciturvltio,& non defenſio.Et dicitur incontinenti fieri antequam diuertatur ad alios actus,vt.ff.de verbo.oblig.l.continuus.i reſpon &.ff.de duo.reis.l.duobus.§.fina.ff.de adul.l quod ait lex.&.ff.de teſta.l hæredes palam.§.fina vel dicitur fieri incontinenti,vel ex interuallo iudicis arbitrio attenta qualitate iniuriæ facti & perſonarum,vt.l.iii.§.cum igitur.ff.de vi,& vi arma.dicit Roma.in.l.i.§.qui præſens.ff de verbo.oblig qualiter intelligũtur illa iura quæ dicunt vim vi repellere licet,dummodo incõtinéti fiat,aliquãdo ſi fiat poſt ſex menſes dicitur incontinenti aut per decennium,puta ſi vnus magn⁹ dominus,vel potens expellat vnum inferiorem:nam licet in decennio recuperare poſſeſſionem ſuam & dicetur facta

Incontinenti fieri quæ dicuntur.

ſta incontinenti allegat Hugo.ita dixiſſe i.diſtinct.in.§. ius naturale, de quo dicto facit feſtum Bal.in.l.fina.C.de his qui. à non domino, dicit etiam Gand.in dic.titu.verſi.ſed quid.quod ſi ego expulſus de fundo iui ad domum & miſi ad amicos meos,& ſteti per diem vel vltra ad cõuocandum ipſos,& poſtea iui ad locum & poſſeſſionem meam recuperaui, videor hoc feciſſe ad defenſionem & incontinenti, quia actus extraneus intermedius non fuit ff.de adul.l.quod ait lex §.fina.& dic.§.eum igitur.& ibi Bar.ac etiam debet articulare & probare, quod ante factũ & non poſt factum ſe defendit, vt no.extra de homici.c. ſignificaſti.& per Bal.in.l.i.C.vnde vi verſi.extra oppo. quod ante &c. Intelligitur quando eſſet tale factum quod reuocari non poteſt, nec in priſtinum ſtatum contraria via reduci. ſecus ſi in priſtinum ſtatum reduci poſſet: quia tunc incontinenti, poſt factum licet, ſed non ex interuallo vt dic.§.eum igitur.dicit tamen Ro.ſingu.18.quod licet quis probet ſe occidiſſe titium ad ſui defenſionem debet probare, quod ad ſui defenſionem neceſſariam hoc fecit & ſi non probatur neceſſaria defenſio non obtinet allegat Bal.hoc voluiſſe in.l.i.C.de confeſ.vide quæ dixi ſupra arti.cxlviii. ℞ Sed quomodo probatur quod quis occiderit vel vulnerauerat ad ſui defenſionem dic.quod hoc poteſt probari per teſtem deponentem de credulitate licet dictum teſtis deponentis de credulitate alias non valeat valet tamen in hoc caſu & probat ita ſingu.dicit Bar.in conſi.ſuo incip.raynutius quem refert & ſequitur Alex,conſi.ſuo.lxxvi.incipẽte viſa inquiſitione quod etiã videtur velle Bal.in.l.ſolam.C.de teſti.& ibi poſt eum Sali.pro quo dicto optime facit textus quem ibi notat do. Anto.in.c.i.extra de ſeru.in ver.quod quantum humana fragilitas noſſe ſinit &.c.fallit etiam quod teſtis de credulitate deponens non probat, niſi credulitas ſit proxima & coniuncta ſenſui, per quem veritas percipitur & tunc probata, aut ſeparata & tunc nõ probat vt notat Spe. titu.de teſte.§.i.ver.item quod depoſuit de credulitate Cy,& Bal.in.l.teſtium C.de teſti.Bal.in.l.i.C.de confeſſis ſingulariter dicit quod feciſſe ad ſui defenſionem probatur

Occiſor quid probare neceſſe habet. Moderamẽ inculpatæ tutelæ circa tria attenditur.

Batur

batur per coniecturas quæ iudcis arbitrio commituntur quod dicit eſſe notata dignū notat Hyppo. ſing.19. Et aduerte quod moderamē inculpatæ tutelæ attenditur circá tria ſecūdū gl.& Bal.in dic.l i.C.vnde vi.Primo attenditur factorū qualitas ꝙ aggreſſus ſine armis, ſe defendat ſine armis.Secundo tpis vicinitas, vt ſimul fieri dicātur in ipſo cōgreſſu,vel ſucceſsiue immediate vel quaſi immediate,vt dic.§.cū igitur. Tertio ꝙ tāta ſit expulſio quāta eſt neceſsitas defenſionis.Hęc nāque moderata eſt defenſio nō plus facere quàm oporteat Gand.in dic.ti.de defen. à reo.facié dicit quod moderamé attēdit circa duo, vt ſi aggrediaris me armis poſſum me armis defendere:ſi aūt ſine armis me defendere debeo ſine armis vt dic.§.cū igitur vnde ſi quis veniēs cōtra me volēs pcutere pugno,& ipſum telo repellam percutiendo,nō eſt licita defenſio neque neceſſaria,quia etiā pugnis reſiſtere debebam.Item ſi quis me aggrediatur vno baculo,& ego repellam enſe percutiendo,data paritate perſonarū non eſt licita defenſio:ſi tamē eſſet diſparitas perſonarū,quia ſi vnus eſſet ita potens cum baculo ſicut alius cū enſe ſecus eſſet,iſtud eſt dictū ſingulare Bal.in l.vnica C,de cōfeſ.ſed quid ſi pugnus vnus ſit durior,quàm ēſis alterius forte propter debilitatē naturę?dic quòd debilior vtetur armis. Illud autem dixerunt quidā ſimplicitate nimia ꝙ potentior debeat primo pati ſe percuti,nā ipſi malę dixerunt ſecundum Gand.vbi ſupra quia nunquā percuteret ſi primo percuti patiatur de quo dic vt ſupra dixi, & vt plenius do. Azo.in ſumma.C.vnde vi circa prin.ex his infert ad quæſtionē quidā inſultauit me baculo,ego ne pcuterer eū gladio feriui.vnde mortuꝰ eſt quæritur, an debeā puniri,in quo concludit ſecundum glo in dic.l.i.C. vnde vi aut inſultatus poterat aliter q̄ gladio ſe defendere:& tunc punitur aliàs non allegat notata in. l.ii. C.de ſica.in dubio autem cum fuerit inſultatus armis:quia fuſtes ſunt arma.l.armorū appellatio.ff.de verb.ſigni. præſumitur quòd ſine armis ſe defēdere nō potuerit. Et etiā Bal ibi infert,pone quidā fecit contra me inſultum, ſine vllo generē armorum volens mihi dare vnam maxillatam

Occidēs aggreſſorē ſine armis, an ſit puniēdus.

manu vacua, ego ne percuterer gladio ipſum îteremi an puniar? & diſtinxit aut conſtat ꝙ aliter poteram me defendere & tunc teneor, quia nõ ſeruaui modũ defenſionis, ſed vindictã aſſumpſi, aut conſtat, quòd ego non poteram euadere, quin cum vituperio percuterer, & tunc licite feci: vt not. dic. l. j. C. vnde vi. & do. Ant. de But. in dic. c. olim & ibi Abb. vbi multũ eleganter diſputat, an quis teneatur fugere ſi eſt inſultatus, ibi vide & per Ang elegantiſsime in l. is qui aggreſſorem C. ad l. corne. de ſica. & in l. i. C. vnde vi. & ibi per Sali. vltra omnes. & per Bal. in l. vt vim ff. de iuſti. & iur. & in l. i. C. vnde vi. quęrit ibi glo. an quis debeat expectare ſe primo percuti & reſpondet quòd non, & Bal. in verſi. quærit gloſ. quia melius eſt ante cauſam vulneratã occurrere, quàm poſtea remediũ quærere, vt l. i. C. quãdo liceat vnicuiq; ſine iudi. ſe vindi. & l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſtitu. nõ eſt neceſ. Item non eſt remedium cum nec reparari poſsit, vt C. de appella. l. ſi quis facit quod notat Bar. in dic. l. ſed & ſi quẽcunque & in l. ſi ex plagis. §. tabernarius ff. ad l. aquil. & in l. idem eſt. §. armis per illum textum ff. de vi & vi arma. notat Gandi. vbi ſupra verſi. facienda vbi dicit ꝙ qui dixerunt, quòd potentior debeat primo pati ſe percuti male dixerunt: quia forſan nunquam percuteret ſi primo percuti patiatur, quàm percutiat & allegat do. Azo. C. vnde vi. in ſumma circa prin. & Ang. in dic. l. i. C. vnde vi. Ideo do. Ant. de bu in dic. c. olim. extra de reſti. ſpo. in xix. col. dicit ꝙ Gof. non laudat ꝙ quis patiatur ſe primo percuti, quia poterit eſſe, ꝙ ſi expectaret primum ictum non eſſet poſtea locus defenſiói per dic. l. ſi ex plagis. §. tabernarius ff. ad l aquil. & l. i §. ſi cum arietes ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dica ſufficit enim terror armorũ ſecundum glo. & de hoc habetur xxii. quæſt. i. c. in ſumma. & in c. ſignificaſti. extra de homici. dicit tamen do. Anto ꝙ Cy. in l. i. C. vnde vi temperabat hoc quia dicit, quod quidam ſunt qui minantur antequam percutiant, & percutiunt, & iſti non ſunt expectandi, quidam vero ſunt ita timidi ꝙ non percutiunt, & iſti ſunt expectandi, vt l. i. C. ſi quis impe. male refert tamen do. Anto. de bu. quod Bar. aliter dicebar,

bat, ſcilicet ꝙ ſi veriſimilia præcedunt indicia & actus manifeſti ꝙ ille intendebat offendere,& aliter ipſe ſe defendere non poterat. poteſt,aliàs non. Et conclude tu in hac materia ꝙ an debeam expectare me prius percuti patet ex ſupradictis deciſionibus proximis: quia ſi tu aggreſſus es me armis euaginatis non debeo expectare me prius percuti. Idem ſi tu eras ſine armis,& ego habebam arma: ſed aliter euadere non poteram illam iniuriam perſonalem,& vide Abb.in dic c.olim ꝙ omnia iſta ſunt relinquenda arbitrio iudicis. Quærit etiam gloſ.in dict.l.i C.vnde vi.an debeat expectare aliquẽ actum fieri ab offendente,& dicit ꝙ ſic: debet enim expectare ſe inſultari & armis & clamore terreri nec poteſt præuenire iſtá omnia: quia qui primo incepit rixá ille eſt qui primo poteſt offendi,vt ff.ad l aquil.ſi ex plagis.§.tabernarius. & ibi Bal.& Flo.& ita dicit Bal.in dic.l i.verſi. ſed nũquid vide quæ dixi in proxima deciſiõe. Sed an ex ſolis minis poſsit percutere minãtem glo.in dic.l.i.C.vnde vi. ſentit ꝙ ſic ſi minus conſueuit ſuas minas exequi argu.l.i. C.ſi quacun.prædic.poteſta. ſed Bal.in dic.l.i verſic ſed nunquid ex ſolis minis.tenet cõtrarium: quia licet quis minetur non incipit delinquere facto,ſed verbo nec ad actum proximum procedit,& ideo dicit ꝙ verbis contra verba debet reſiſti non ad manus & ferrum,allegat Specu. titu. de accuſa.verſi.quid ſi te vocaui latronem. dicit tamen ꝙ ſi in mora expectationis eſſet periculum ex quo liquet de animo tunc tenet gloſ. ꝙ melius eſt aduerſus iniuriam præparare quam ſe in diſcrimine coarctare. Quid ſi ille qui minabatur expectabat ſocios venientes.certè poteris præueniri: quia ſi expectaret fortè nõ poſſet ſe defendere: quod tamẽ intelligit quòd facere debet ſi aliter euadere nõ poterat: vide tamen ꝙ ex ſolis minis quis poſſit percutere alium: nam ſupra ſæpe dictum eſt ꝙ ſufficit quis habuerit iuſtum metum ſed minæ inducunt iuſtũ metum gl.Bar.& omnes docto.in l.metum ff. quod metus cauſà. & nota.per doctores maxime per Sali.in l.i.C. ſi quis im pe.male ſed nõ recedo à doctrina Bal. quæ in practica videtur verior. Adde tamẽ vnã mirabilẽ limitationẽ quòd

Aggreſſus an debeat expectare quod percutiatur.

Minæ an ſufficiãt vt poßit quis percutere.

ſi quis minatus eſt mihi,& propter iſta verba iniurioſa il lata contra me vel propter alia verba iniurioſa, ego hoc modo prorupi in rixam,& vulneraui te,nõ debeo puniri de toto,ſed de quanto exceſsi,iſta eſt ſingularis doctrina Ang. quam tradit in l ſi adulterium cum inceſtu.§.impe ratores per illũ textum ff.ad l.iul.de adul.qui Ange.dicit iſta verba formalia per illũ textũ . Nota quòd difficilimũ eſt temperare iuſtum dolorem:& ideo neſciens tẽperare punitur mitius & allegat pro illis qui incidũt in aggreſſuram contra alterum inferentem verba iniurioſa puni- tur enim tunc,quia plus fecit,non quia ſe non debuit vin dicare,verba enim iniurioſa ſunt illa, quando quis mina- tur mihi mortem,idem etiam ſi proferuntur cõtra hono rem meum,vt probatur in l.i.ff.de iniur.cõiuncta.l præ- tor edixit eo.titulo. Adde quòd in contrarium videtur, quòd iniurianti me poſsim etiam armata manu reſiſtere, quare ſi eum vulnero, non debeo puniri de toto nec de quanto,quia honor & vita equiparãtur l.iuſta.cauſa ff.de manu.vindic.ſed pro defenſione vitæ licitum eſt aliquem occidi,vt dictum eſt l.vt vim ff.de iuſti.& iur. & ibi not. ergo pro defenſione honoris facit quod notat Bal.in c.i. circa princi.v.col.de pace tenen. quòd pro defenſiõe ho noris tui,licet inire duellum quia crudelis eſt qui famam negligit c.nolo xii.quæſtio.i.facit etiam textus notabilis in c præcipimus xciii. diſtinct.notat Pe. Gerar.ſingu.:3. nota præterea,quòd expilans barbã vel crines (licet ſan- guis nõ exeat)tenetur pœna decem libratũ parti,&. xx. fiſco.allegat caſum vnicũ & ſingularem Ludo.Ro.ſingu. 563.in c.i.§.ſi quis aliũ de pace tenen & eius vio. in vſib. feudo.Sed quid Titius vulnerauit Seium, Seius poſt eũ currens vulnerauit eũ quod nõ licuit, vt patet ex prædi- ctis.nũquid punitur,acſi primo offenſus nõ fuiſſet? Bald. in dic.l.prima verſi.decimo quæritur, Titius &c ſecũdũ Iaco dicit quòd debet puniri: quia tamen difficilimũ eſt iuſtum dolorem temperare,vt dic.l.ſi adulterium cum in ceſtu.§ imperatores:mitius punietur, non tanquã dolo- ſus,ſed tanquã culpoſus:quia incõſultus calor caret vitio doli,vt l.prima.§.quæri poſsit ff.ad l.iul.de adul. & hanc concluſionem

Iniurianti me poſſum armata ma nu reſiſtere.

Expilans barbam vel crines ali- cuius quo - modo puni- tur.

concluſionem approbat dominus Anto.de But.in dic.c. olim.extra de reſtit.ſpo in.xix.col & ita pro hac opiuione conſuluit Bal.Papiæ vt in terminis noſtris refert & ſequitur Pau.de caſtro cõſil.ſuo cxx in fine.& vide Salico. in l.i.C.vnde vi & Albe . de roſa in ſecunda parte ſtatu. quæſtio.xlv.iuxta id quæro de vna quæſtione, quã ponit Gandi.in dic.titu.de defenſio.à reo facien verſi.ſed pone quòd ego per vim deieci te de poſſeſsione fundi tui publicè &.palam tu vero ex interuallo deieciſti me de poſſeſsione fundi illius:ego nũc te accuſo de iſta ſecũda violen'ia:tu vero cõtra iſtam ſecundam accuſationem feciſti petitioné excipiendo, proponens me prius violétiam commiſiſſe,vel vis me principaliter cõuenire,modo quęritur,nunquid debes audiri?reſpondet quòd nó,& iſtud eſt valde notatu dignum ſecundũ eum:quod videtur innuere gl.Accur.poſita in l.ſi quis ad ſe fundum Cal.ad.l. Iul.de vi pub.dicens, ꝙ prima violentia eſt aſſumpta ſeu ſublata per violentiam ſecundam, & interuallo illatã , vt ex prima violentia agi non poſsit argu.l.qui poſſeſsioné ff.de vi.& vi.arma quærit etiam glo.in dic.l.i.C. vnde vi, Adde,& nota, quod ſi aliquis vult me expellere de poſſeſsione mea amici mei & vicini mei etiã poſſunt percutere me expellere volentem , vt non me expellat etiam ſi per magiſtratum fuerit miſſus textum habes notabilem in l.deuotum C.de meta.& epidime. libro . xii. quem ad hoc magnifacit ibi Bar.facit optime quod legitur & notatur in cap dilecto de ſenten.excommunicationis libro yi.& plus notat Bar.in dict.l. deuotũ per illũ textũ quòd defendẽdo meam poſſeſsionem licitum eſt vlciſci,&talis vltio non eſt vltio proprié,ſed defenſio ſecundũ gloſ. ibi quod dicit eſſe notandũ pro eo qui in iudicio quoad ſui defenſionem titium vlciſcendo percuſsit: nã illud verbũ vltionis nó accipitur pro offenſa,ſed potius pro defenſa, vt ibi glo.quã ad hoc memorie mandari notat Ant. cor. in verbo defenſio.Quid ſi dubitetur,vtrum ſit factum ad defenſionem vel non:quia duo ſimul percuſſerunt , & ignoratur quis fuerit aggreſſorgl.in l.i.ſ.cum arietesff ſi quadru.paupe.feciſ.dica , dicit quòd vterque abſoluitur

& Bal in dic.l.i verſi.duodecimo quæro.cũ gloſ. dicit ꝙ vterque debet cõdemnari,&c.non enim videtur maleficium probatum,quia defenſio non eſt maleficium, & certum eſt quòd alter eorum commiſit maleficiũ : iniuſtitia enim eſſet ſi vterque damnaretur,quia innocens propter peccatoré periret,vt notat gl,C.vti poſsi.l.i.& idé tenuit Bal.in ſua prac.tit.de extraor.quæſt.ibi vndecimo quæritur,& pro hoc dicit eſſe textum in l ſcientiá.§. qui cum ſtramenta ff ad l.aquil.Item quia promptiores debemus eſſe ad abſoluendum quàm ad condemnandũ l. arrianus. ff.de actio.& oblig.Sed contrariũ videtur quòd ratione dubij vterque cõdemnetur l.ſi duo in prin ff.vti poſsi.& melius probatur in l.item mela §.ſi plures ff.ad l.aquil.& ff.de fur.l.ſi quis perſuaſerit.§.ſi duo.Item crimina vndecũque proueniant punienda ſunt,vt no.extra de prob.c. licet.debemus etiam punire,vt res magis valeat,quàm pereat,& ad.§.cum ſtramenta reſpondet Bald,ꝙ ibi neuter fuit in dolo,ſed à caſu cõtigit.Ité non debet aliquis operam rei illicitè dare:nam in propoſita quæſtione vterque in dolo præſumitur,quia omne malefici um prauè præſumitur actum extra.de preſumptio.c i.C de iniur.l.ſi nõ cõuicii.ſecus auté ſi conſtaret de primo aggreſſore,quia ille ſolus tenetur dic.l.ſi ex plagis.§.tabernari⁹.& dic l.i. §.cum arietes.ff. ſi quadru.paupe.feciſ.dicatur reſpódet quod ille.§.eſt cõtra gl.& eos qui tenét quod neuter teneatur,quia domini ibi non tenentur:quia ipſi non commiſerunt.ſed arietes vel boues tãtum commiſerũt qui ratione carent.licet tar in dic.§.cũ arietes.teneat cum gl. ſed veriorem credit opinionem Bal.ne delicta remaneát impunita per ratiões ſuas,& ita tenet Ange.in ſuo trac. malefi.in ver.& titius ſe defendo ibi quærit glo.& hanc quæſtionem dicit ſe habuiſſe de facto & ſecutus fuit hãc opinionem Bal.quare notandum eſſe dicit & vide quod no.per Bar.in.l.ſeruũ §.ſequitur ff,de verbo.oblig.& in l,cum pater.§.libertis.ff.de leg.ii.& in ſimili elegãter notant Bal.Ange & Imo.in.l.ſi mora.ff.ſolu.matri quia facit differentiam,an quoad ſe dicantur rupiſſe pacem,an quoad vindictam publicam.& adde Bal.pro hac concluſione

Aggreſſus primus tenetur de delicto.

ſione expreſſius in dic.l. vt vim.ff.de iuſti.& iur. qui dicit quòd illa glo.in dic.§.cum arietes,quæ voluit quòd neuter puniatur,debet intelligi,quòd nemo puniatur ſub nomine delicti inſultus:ſed ſi interuenit cędes & vulnera,de iſtis vterque punitur:vel dic verius: quòd ad intereſſe partis nemo punitur: ſed bene puniuntur criminaliter: quia ambo delinquunt contra Rempu.& iſta concluſio probatur per doctrinã Bar.in.l.ſi in rixa.ff.ad.l.Cor.de ſica. qui dicit quòd ſi plures vulnerauerunt aliquem,& erat vnum vulnus mortale tantum,& ignoratur quis fecerit illud, in tali dubio omnes debent decapitari: non ergo eſt inconueniens,quòd vnus patiatur pro alio,cum dat operam rei illicitæ. ℚℚ Quod intellige ſecundum Spec.titu. de homi.ver.pone quòd quatuor ſi omnes interuenerunt animo offendendi illum,quia tũc quilibet tenetur, quia vnus videtur hoc feciſſe de voluntate & mandato aliorum.C. de accuſa.l.non ideo ff.de vi & vi arma.l.i.§. quoties. ex. de homi.c.ſicut dignum : ſi autem omnes non interuenerunt animo offendendi,tunc omnes in dubio abſoluentur ff de actio.& oblig arrianus,extra de proba.ex literis:nam in criminibus debent eſſe claræ probationes.l.fina.C.eod. titu.iudex tamen propter bonum regimen & vt cæteri timeant pœnam pecuniariam imponat.ff.depo.l,bona fides, limita tamen hoc & reſtringe niſi vnus ipſorum qui fuerit in rixa ſit malæ conditionis & famæ,vt quia alias commiſit ſimile delictum,ſeu intulit ſimile vulnus: quia hoc caſu non obſtante incertitudine poterit ad veritatem eruendam ille talis torqueri ita ſingulariter dicit Salicetus in l fina.in verſic.quæro an ſufficiat in fine.C. de quæſtio. & idem videtur velle Guido de ſuza.in tractatu ſuo de tormen verſi.quæ & qualia indicia circa finem, & eſt ratio quia ex præteritis præſumimus in futurum.l.non omnes. §.à Barbaris.ff.de re mili.. Aduerte tamen quòd præſtans opem,auxilium, vel fauorem non debet puniri eadem pœna qua ipſe principalis ſecundum Salicetum in lege prima C.de raptu virginum,quod intellige de nudo auxilio & fauore,& ſi non dediſſent cauſam morti,aliàs ſecus pro quo facit notabile verbum. Bald. in lege cum ancillis in

Homicidiũ ſi plures cõmiſerũt an poſſint omnes decapitari

i.col.verſi.nota ex hac lege. C.de inceſtis nup. vbi dicit quòd mitius punitur ille in cuius domo fit aliquid quàm ipſe delinquens principalis mandans tamen fieri homicidium tenetur,vt faciens illud ſecundum Barto.& alios in lege ſi per alium.ff.ne quis eum in prin.& in.l. ſed ſi vnius.§ ſi ſeruus.ff.de iniur. idem dic in portante literas homicidij quòd tenetur pœna homicidij,ita ſingulariter dicit Cy.in.l.non ideo minus C.de accuſ.quod firmat Bald. allegans Cy.in lege prima.§.ne autem.C.de cadu.tollen. vbi etiam ſubdit idem eſſe ſi mandaui Titio vt faceret homicidium & Titius mandauit Seio,nam omnes tenentur, allegat textum quem dicit fore ſingularem in lege ſi ego. ff.quod vi aut clam:vnum tamen nota quod eſt in poteſtate iudicis non condemnare pœna mortis, ſed deportare homicidam quem impulit iracũdia orta etiam aliter quàm ex facto offenſi per textum in.l lex Iulia.iu.§.fina ff.ad legem Iul.repet Ita ſingulariter dicit Ludo.Rom.in.l cum mulier.ver.aduerte tamen quia etiam offenſæ.ff.ſolu.matri.Nota præterea quòd vbi familiaris meus committit delictum ego teneor inſolidum nomine illius delicti,vt.ff. ſi ſerui vendi.l.is cuius.ff.de vi & vi arma.l i.in prin.& ratio redditur.ideo tenentur quia vtuntur malorum hominum
1 opibus,vt.ff fur.aduer. nautas caup.l.i.&.l.iii. ☙ Ex his habetur quæ defenſio dicatur ob tutelam corporis, vel ad vindictam : & quando quis puniatur vel non de homicidio : & modus articulandi à multis practicis incognitus, & etiam modus ſupplicandi principi & impetrandi gratiam propter homicidium vel delictum. Nota vnam mirabilem doctrinam quòd quotieſcunque quis auctoritate propria facit iure permittente illud propter quod aduerſarius incurrit periculum mortis, intelligitur renunciaſſe auctoritati ciuili ſibi competenti ad meram pœnam pro illo delicto vt eſt textus ſingularis, in .l. interdum.§. qui furem ff.de fur.per quod ſequitur quod ſi maritus ſtatuto permittente licite occidit vxorem deprehenſam in adulterio,videtur renunciaſſe lucro dotis,quod debet habere propter adulterium : licet Bartolus videatur ſentire contrarium in lege ab hoſtibus.§.primo.ff.ſolu matri. ſecus

Quãdo quis facit auctoritate propria iure permittente illud propter quod aduerſarius incurrit mortis periculum.

cus puto vbi ex forma ſtatuti maritus debuit lucrari dotem præmoriente vxore, quia huic lucro non videtur renunciaſſe, quia nó inſurgit hoc propter delictú, ſed quandocunque vxor præmoriatur, habet hoc ex ſtatuto vel pacto, ergo &c. facit. l. qui ſeruum. ff de verb. oblig. & in hoc caſu poteſt ſaluari dic. Bart. præſertim, quia in tali parte quam lucratur vir, dicitur habere non titulum lucratiuum ſed onerosum propter matrimonij onera præterita. l. ſi donatarius. § fina. ff. de condic. ob cauſ. notat Math. Math. ſingu. 75. Nota præterea quod licet minor ætas non excuſet minorem delinquentem, minuit tamen pœnam, vt in. l. j. C. ſi aduer. delic. malos enim mores infirmitas delicti non excuſat. l. auxilium, & . l. ſi ex cauſa. § . nunc videndum ff. de mino. & l. impunitas. C. de pœ. & . l impuberem. ff. de fal. ☙ Omne crimen cadit in impuberis perſonam præter crimen adulterij ſeu fornicationis: tale enim poſt pubertatem incipit, vt. ff. ad. l. Iul. adul. l. ſi minor, vt etiam ſupra dixi. ❧ Nota tertio, quid ſit aliquem proditorie occidi, quod ſæpe euenit, & dic ſecundum quod declarat Bartolus in lege finali. C. de dela. & in. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœ. quando irem tanquam ſocius cum aliquo in itinere, vel ſederem ſecum in menſa, vel eſſem ſuus amicus, quia tunc occidendo ipſum dicor proditorie occidere quia aliud gerebam in animo, quá illud quod in actu gerebam, ſed de communi vſu loquendi dicitur etiam proditorie occcidi, quando poſt eum vado & occido, licet non gererem aliud in animo, notat Petrus gerar. ſingu. xiiii. ❧ ☙ Et aduerte quod proditor non debet ſtare ante principem, nec poteſt ſtare in curia. Et dicit textus valde notabilis, in. c. careat. iii. quæſt. ix. ꝙ vox proditoris non eſt audienda. Et licet aliàs nobilis delinquens non debeat furca ſuſpendi, vt habetur in l. capitalium in prin. & in §. ſolent ff. de pœ. & voluit Bar. in. l deſertorem. ff. de re mil ta. tamen hoc locum non habet, ſi talis nobilis fuerit proditor ita dicit Bal. in cap. cum quidam ex. de iureiur. ❧ Et vt ſcias quando adeundus eſt princeps pro gratia impetranda, eſt aduertendum ſecundum Bal. in l. data opera. C. qui accu. non poſſunt in verſi. quæro vtrum maleficium commiſſum

Minor ætas licet nõ excuſ. tminuit tamẽ pœná.

Proditorie aliquẽ occidi quid ſit.

Princeps quando ſit adeũdus pro gratia impetranda.

miſſum caſu, ꝙ aut maleficium fit ſecundum legem, & nõ eſt maleficium nec eſſentialiter, nec quoad punitioné: quia lex eſt illa quæ occidit & necauit hominem miniſterio hominis arg. l. palam. ff. de ritu. nup. & not. 24. quæſtio. vii. c. occidit. in glo. vt ſi quis occidat hominem ſe defendendo quia illud non dicitur maleficium: ergo videtur ꝙ non opus ſit gratia. Aut fit præter legem, & tunc eſt maleficium eſſentialiter, non quoad punitioné, vt quando fit caſu fortuito: & tunc opus eſt gratia: aut fit contra legem, & tunc eſt maleficium eſſentialiter, quoad delictum, & quoad pœnam, vt not. C de ſacroſan. eccle. l. ij. & tunc non datur gratia hoc iure ſtatutario. Ratio differentiæ eſt, quia occidere aliquem ad ſui defenſionem fit lege permittente, & naturali ratione concedente, ſed homicidium caſuale non fit legis auctotitate. Ita in ſimili dicit Bal. vbi ſupra ꝙ ſindicus non tenetur indicare maleficium commiſſum per aliquem ſe defendendo: ſecus quando fuit commiſſum caſu. & pro hac concluſione Bal. videtur eſſe textus. ff. ne quis eum, qui in ius voca. eſt vi exi. l. i. §. offilius. in fine ibi & ſane ſi delinquit qui vocat, non delinquit qui eximit & in. l. ii. illius tituli dicitur quòd qui eximit aliquem de manu familiæ quando vocatus in ius, ille eximens committit delictum ibi, qui in ſimili delicto: tamen ſi quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximit qui vocatus non poterat vocari: tamen hoc illicitum cum pœnam non meretur non vocatur delictum, vt eſt caſus in dic. §. offilius: vnde Bal. ibi notat quòd illicitè commiſſum cum pœná non meretur non vocatur delictum. Quare videtur etiam ꝙ ſi maleficium commiſſum ſit caſu non opus ſit gratia, nec pœnam mereretur, cum non ſit delictum: verba enim ſtatuti propriè debent intelligi. l. iii. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. his tamen non obſtantibus licet delictum, non eſſet delictum effectu: tamen ſtante dubio vtrum probabitur ꝙ fecerit ad ſui defenſionem vel non, vel ꝙ non dolo vel culpa: ſed caſu optimum eſt recurrere ad principem, & obtinere remiſsionem ſeu gratiam: quia alleganti quòd fecerit ad ſui defenſionem vel caſu, incumbit onus probandi: quia intentio iudicis vel accuſantis eſt fundata, ꝙ occidens attentauit rem

Homicidiũ caſuale non fit legis auctoritate.

Delictũ non vocatur illicitè cõmiſſũ quod nõ meretur pœnã.

ſui

ſui natura de genere prohibitorum.l.i.C. de ſica. & licet maleficium factum ad ſui defenſionem vel caſu fortuito pœnam non mereatur: tamen dico eſſentialiter maleficiũ eſſe:licet non quoad pœnam. Ita intelligo dictum.§. offilius,& ita ipſum intellexit Bal.ibi:de quo vide per Angelum in ſuo tractatu malefi.in glo.necnon ad denunciationem,verſi.quæro vnum maleficium & addi ibi. ☙ Aduerte tamen ſi quis olim commiſiſſet homicidium,de quo nunquam fuit cognitum,licet nunc detegatur,tale crimẽ, & cognoſcatur de eo, pœna debet aliquantulum alleuiari ita dicunt glo.& Bar.in.l.ſi diutino.ff.de pœ.Fe.de Ancha & Barba.in.c ſi.de cõſue.quos refert Rochus de curſe.ibi.Et ex his infert quòd talis homicida decapitari non debet ſed alia leuiori pœna puniri,quia ſi pœna debet eſſe leuior quàm delictum fuit iamdiu perpetratum, ergo erit minor morte quod dicit Rochus ligandum digito,& eſt deciſio ad liberandum amicum à pœna mortis ☙

Præterea quæro pone quem eſſe damnatum aliquo ex maioribus criminibus, vt eſt hæreſis, læſæ maieſtatis, raptus virginis,falſæ monetæ,& ſimilium,ex quibus de iure infertur pœna mortis,perpetua infamia, & omnium bonorum publicatio.vt in capite ad delendam. & in capite vergentis,de hæreti.& in lege prima & ſecunda.C.eod.titulo.l.quiſquis.C.ad legem Iuliam maieſta &.l.prima.C.de raptu virginis,&.C.de falſa moneta,l.i ſi obtinuit mereri veniam & indulgentiam principis,an cenſeatur reſtitutus ad vitam,famam,dignitates & bona,vel ad vitam duntaxat videtur dicendum quòd cenſeatur ad vitam duntaxat reſtitutus ex quo reſtitutio ſiue indulgentia ipſa tendit contra publicam vtilitatem,& ordinem recte iuſtitiæ, vt dic. iur.primo alleg.&.l.congruit.ff.de offic.præſid. & in auten vt nulli iudi. collatio nona, nemini enim magis congruit ſalutem populi tueri & purgare ciuitatem malis hominibus,quàm ipſi principi, lege nam ſalutem.ff. de officio præfecti vigil. Tu dic attendendam eſſe formam indulgentiæ, & verba reſcripti ipſius principis: quandoque enim princeps exprimit ſpeciem gratiæ,quam reo carcerato largiri intendit, vt quia dicit facimus tibi gratiam vitæ

Crimina maiora.

Principis indulgẽtia reſtitutus in quibus cenſetur reſtitutus.

vitæ duntaxat, vel indulgemus tibi vitam, aut reſtituimus te ad vitam tantum, & tunc ſolius vitæ gratiam obtinuiſſe dicetur: ſi vero dixerit facimus tibi gratiam omnium vel reſtituimus te ad omnia, vt in priſtinum eras, & dicitur reſtitutus quoad omnia, poſtquam verba reſcripti clarè ſonant, & conſtat expreſſè de principis voluntate arg. l. non aliter. ff. de leg. iii. & l. continuus. §. cum ita ff. de verbo. obliga. ſi vero non conſtat in reſcripto de prædictis & nullum verbum ſit de fama, vel de bonis, ſed ſimpliciter reperitur principem feciſſe gratiam illi: & tunc diligenter attendenda ſunt verba reſcripti, aut enim princeps vſus fuit verbo indulgeo, aut verbo reſtituo. Primo caſu ſola criminis pœna corporalis cenſetur eſſe remiſſa, vt in lege ſecunda, & in lege ſi ademptis, & in lege generalis. C. de ſenten. paſsis idem probatur in l. in inſulam. ff. eo. titu. Secundo caſu quoad omnia cenſetur eſſe reſtitutus, ſcilicet ad vitam, famam & bona in priſtinum ſtatum, in quo erat ante ſententiam repoſitus, vt. l. i. & fina. §. fina. C. eod. titu. quia tantundem reſtitutionis gratia tribuit, quâtum condemnationis ſententia ademit, vt dicit textus in dic. §. fin. ex quibus habes notare, quòd verbum reſtituo habet amplius ſignificatum quàm verum indulgeo: quia per vnum reſtituuntur omnia, per alterum vita duntaxat, & propterea ſis cautus quòd in reſcripto gratiæ, quam impetrare cupis pro amico incarcerato, vtaris verbo reſtituo, non autem indulgeo, vel alio ſimili verbo arido. Bar. & Bald. in l. i. & ii. C. de ſenten. paſsis. facit dic. l. inſulam. ff. eod titulo. Sed quæro ſi in reſcripto vtrunque verbum reperitur expreſſum, ſcilicet verbum indulgeo, & verbum reſtituo, vt quia princeps dixerit per indulgentiam noſtram te reſtituimus, vel per noſtram reſtitutionem tibi indulgemus, quidnam conſequitur reus per iſta verba? dic ſecundum Bartolum in dicto. §. fina. quòd ad omnia cenſetur eſſe reſtitutus: ſi enim alterum ex dictis verbis per ſe omnia iſta comprehendit, quando non reperitur limitatum, multomagis quando habet aliud adiectum, per quod non debet eius ampla ſignificatio reſtringi, ſed potius ampliari fauore liberationis ratione adiuncti, vide Bar. in dic. §. fina.

Gratia principis tâtum reſtitutionis tribuit, quâtum cõdemnationis ſententia ademit.

§ fina.Sed quid,Rex noſter concedit alicui gratiam,&in ſuo reſcripto poſt narrationem criminis & ſententiæ facimus tibi gratiam,an reus cenſeatur ad omnia reſtitutus,ſcilicet ad vitam famam & bona?dic quod ſic,textus eſt notabilis in.l.i.§.fina.& ibi Bar.ff.de quæſtio,Brro.in lege gallus §.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu. & dic.§.fina.C,de ſen.paſſis.& ratio eſt,quia verba dubia in materia gratioſa ſunt latiſſiẽ interpretanda in fauorẽ illius,qui recipit gratiam,vt.l.fina ff.de conſtitu.prin.c. ſi gratioſe de reſcrip.lib.vi. Contrarium tenuit Sali. in dic.l.fina ad finem C.de ſententiam paſſis vbi concludit contra Bar.quod licet iſta verba facimus tibi gratiam importent ſimplicem indulgentiam & remiſſionem pœne,non autem reſtitutionem bonorum hoc tamen fallit, vbi princeps diceret facimus tibi plenam gratiam quia tunc etiam recuperabit bona non alienata per fiſcum ad quod adducit verba Bal.in verbo in plenitudine gratiæ noſtre. quid ſi bona iſtius reſtituti fuerant per fiſcum alienata,an ipſe reſtitutus poterit bona ipſa recuperare, & à poſſeſſoribus vendicare?dic quòd non duplici ratione.Prima quia emptores dictorum bonorum ſunt bonæ fidei poſſeſſores imo veri domini,quia emerunt à fiſco, qui erat verus dominus ipſorum bonorum:& ſic non datur rei vendicatio.l.officium &.l.in rem.ff.de rei vendi. & ipſi poſſeſſores ſunt veri domini dictorum bonorum l.bene à zenone.C.de quad.præſ.Secunda quia princeps faciens gratiam alicui cenſetur illam impartiri ſine iniuria & præiudicio tertii:non enim videtur eſſe equũ quod faciendo gratiam vni velit inferre preiudicium alteri: quia ſemper iſta conditio intelligitur ſine prȩiudicio iuris alieni,& ſatiſfacto læſo.l.& ſi ſine.§.ſed quod papinianus.ff.de mino.&.l quod ſi minor.§.ſceuola.ff.eo.titu.& Bar.in dic.§.fi.l.ii §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publi.&.l.nec auus.C.de emancipa.libe.Sed nunquid reſtitutus poterit conſequi præcium dictorum bonorum à fiſco?Bar.in dic.§.fi.dicit quod ſic,quatenus ex eo factꝰ fuerit locupletior,aliàs non,l.ſed & ſi lege.§.item ſi rem. ff.de peti.hære.quia fiſcus ſuccedit loco hæredis illius cõ demnati

Reſtitutus per principem an poſſit bona per fiſcum alienata recuperare.

Fiſcus an debeat reſtituto preciũ bonorum alienatorũ reddere.

demnati.l.ii.C.de bo.proſcrip.&.l.i.C.de bo.eo.qui mortem ſibi conſci.cum ſit legitimus,& bonæ fidei poſſeſſor præcium rei alienatæ per ipſum eatenus tenetur reſtituere,quatenus ex eo locupletior factus fuerit.& non aliter l.tutoris C.ad.l.iul.de vi.publi.& ideo ſi præcium prædictũ fuiſſet à fiſco furto ſubtractũ,vel alio ſimili caſu fortuito periiſſet,non teneretur ad illius reſtitutioné,cũ nõ ſit effectus locupletior dic.§.ſi ré.& vide Bar.in dic.l.fi. §.ſi C.de ſen.paſ.Quæro de vna notabili quæſtione,aliqs cómiſit multa crimina & delicta,& deinde accuſatur de illis delictis criminaliter,& fit proceſſus,ante ſententiam producit indulgentiá criminũ,accuſator petit ipſum torqueri pro ſuo intereſſe,vt ſciãtur bona quæ ſurripuit dãna data & participes,vt conſtet veritas,& ſua cófeſſiõe,pbentur,ipſe accuſatus opponit quod crimina ſunt remiſſa,& accuſans debet ciuiliter proſequi ſuũ intereſſe,& in ciuilibus non ſit locus torturæ,an iudex hoc nõ obſtante poſſit ipſum torquere?quia ſunt indicia cótra ipſum,Par. de pu.in ſuo tracta.ſind.in verbo pone carta.cclxix.dicit quod ſic,quia tortura nõ fit ad pœná,ſed ad veritatis inueſtigationem.ff.de quęſtio.l.edictũ,& ibi Bar.& eſt textus in.l.nullam.C.ex quib.cauſ.infa.irrog.vbi dicit gl.ꝙ tortura fit vt veritas eruatur per cófeſſioné,ſiue principaliter inculpetur,vt.l.i ff.de his qui notan.infa. torquẽtur mendaces & varii,l.fallaciter.§.quod ſi neget.l vnius.§. ꝙ ſi teſtes,&.l vltro,ff.de quęſt.vt ꝓximo art.dictũ eſt.Et enim indulgẽtia remittit pœná nõ infamiá.l.ſina.de genera.abo.C.& facit.l.ſi docueris de fal.C.vbi poſt indulgentiá falſi ciuiliter quæritur de fide ſcripturæ,quia pars non petiit torturam,nõ ad punitioné pœne delicti ſed vt delinquens confiteatur,& releuetur ab onere probádi,q̃ eſt probatio partis ad veritatis indaginem,l.de minore §. tormenta ff.de quæſtio.ibi nõ quanta accuſator poſtulat princeps concedens indulgentiam non videtur ius partis remittere vt dictũ eſt,& eſt glo.ſingu.in.l.venia.in verbo concedi.C.de in ius vocan. Et cum tortura nõ ſit pœna, vt eſt argumẽtum ab ordine titulorum,quia primo ponitur titulus de queſtionibus,& poſtea de pœnis,hoc ideo, quia

Remiſſionarius an poſſit torqueri pro intereſſe partis & ſociis detegẽdis.

Indulgẽtia remittit pœnam nõ infamiam.

quia tortura nõ eſt pœna,ſed inquiſitio,& probatio veritatis,quia ſi eſſet pœna delicti,tortus nõ poſſet iterũ puniri,ſi confiteretur,& ſic Rex remittendo pœnam,nõ videtur remittere probationẽ per tormẽta,quę fiũt ad releuãdam partẽ ab onere probãdi,& eſt ius partis,nam licet ꝑ indulgentiã remaneat ſolũ ius partis,iſta proſecutio habet criminalitatẽ annexam,quę aggrauat,vt ſi delinquẽs iterũ delĩquat,puniatur ad mortẽ,vel corporaliter ex delicto ſequẽti poſt remiſſionẽ,ſecundum Bar.in.l.ſi cui.§. cum ſacrilegiũ.ff.de accuſ.Io.And.in titu.de fur.ad finẽ in Specu.Bar.in auten.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.& in auten.qui ſemel.C.quomodo & quãdo iudex,& in.l.i latius C.de edil.actio. Ideo dicit Guil,de cu ſingulariter in l.iii.C.de epiſco.audien. Titius occidit hominẽ a principe obtinuit gratiam & indulgentiam vt non puniretur,poſtea occidit aliũ & iterũ ſupplicauit principi. pro gratia obtinenda & obtinuit ſed in ſupplicatione nõ narrauit ſeriẽ facti videlicet quod alium occiderat & indulgẽtiam obtinuerat dicit ibi Guil.de cu.quod tale reſcriptum ſecunde indulgentie eſt nullũ,tanquã ſubreptitium quod dictum pro valde not.refert & ſequitur ibi Bal.& Barba.in c.ſuper literis in x.charta de reſcrip.vbi ſubdit ſe vidiſſe Bono.decapitari vnum qui occiderat duos homines,& pro primo habuit gratiam & poſtea etiã habuit gratiam pro ſecundo homicidio non expreſſo primo in ſupplicatione & propter hoc ſecunda gratia fuit nulla ideo fuit decapitatus. Nota præterea quod ſtatutũ cõcedẽs abolitionẽ delĩquẽtib' nõ cõprehẽdit enormiſſimi criminis delinquẽtes ſecũdũ Ang.in ſua diſpu.incip.exorta Guera.& Ludo.Rom.in l.ſi qs in graui in §. hi quoque ff.ad ſilla ꝙ facit ꝑ criminũ abolitionib' quas faciũt principes in ingreſſu alicuius ciuitatis ob iucundũ euẽtũ vt nõ cõprehẽdãt enormiſſimi criminis delinquentes multos enormiſſimi criminis effectus ponit Hyppo.in ſua prac.li.carta quos poterit videre curioſus lector inter quos eſt crimẽ falſi ꝙ nõ venit ĩ generali remiſſiõe ſecũdũ Bal. ĩ l.luci' ĩ ſi ff.ad turpil.aliũ caſũ ponit Paris de pu.ĩ ſuo trac.ſindi.ĩ verbo an ſi poteſtas vltra illos,ĩ illo qui

Remiſſionarius ſi iterũ delinquat.

Enormiſſimi criminis delinquẽtes nõ comprehenduntur ſtatuto aut

qui deliquit in officio ſecundum Bal.in l.mancipia C.de ſer.fugi.vbi habetur quod ſi conceditur abolitio criminum non extenditur ad illũ qui deliquit niſi dicatur non obſtante dic.l.ideo dicit ibi paris de pu alias hoc allegaſſe contra vnum comitem qui habebat indultum generale de criminibus quod non extenderetur ad extorta a ſuis vaſallis ratione officii meri & mixti imperii quod habebat,& obtinuit in pleno conſilio. ☙Quæro inſuper qs poteſt reſtituere famam & gratiá facere,& videtur quod ſolus princeps aut ſenatus.ff.de poſtu.l.i.§.penul.&.l.i.§. fina.ff.de quæſtio extat etiam ordin.Ludo.xii.arti.lxx.tu dic de iure aut infamia fuit orta de iure communi, aut per ſtatutum:quia ſtatutum ex aliquo delicto irrogat infamiam,quæ non oriebatur de iure communi.Primo caſu non poteſt,niſi per principem aut ſenatum fama reſtitui dic.l.i.§.penul.Secundo caſu poteſt ciuitas per ſuum decretum vel ſtatutum reſtituere famam: quia cuius eſt condere eiuſdem eſt tollere.l.omni.C.de ſacroſanc.eccle. &.l.nihil tam naturale.ff.de regu iur.l.iiii.ff.de re iudi. Bar.in dic.l.fina.Adde quod ſi deportatus reſtituatur ad bona & ciuitatem non habet priuilegium ceſſionis bonorum,caſus eſt vnicus & ſingularis in mundo in.l.ii.in fin. ff.de ſenten.paſſ.qui textus eſt literis aureis ſcribendus ſecundum Ludo.Ro.ſingu.204.de forma præſentandi gratiam & remiſſionem,habes in ordina. Ludo.xii cxxv.& cxxvi.arti.apud quem iudicem debeant præſentari remiſſiones & gratiæ & videtur velle glo.in.l. iubemus.C. de emancipa.libe.quod apud præſidem prouinciæ,id eſt,ſeneſcallum quia tales cauſæ ſunt tractandæ per iudices diſcretos arg.textus in.c i.de cõſangui. &.affini.ſeneſcall9 & eius locum tenens præſumitur diſcretus & iuriſperitus queadmodum epiſcopus & eius officialis licet ſæpiſſime fallat,& ſit contrarium vt plurimum,vt dicit Rota deci.ccccxliii. quæ præſumptio,an ſæpe fallat,tu videbis maxime apud noſtratem præſidem eius locum tenentes & aſſeſſores.

principis ſecundo ad uentu aboli tionem faci ente.

Gratia quo modo ſit pre ſentenda.

☙*Si autres ſont donnèe,ſen debouter les impetrans.*

S I aucunes graces ou remiſsions autoient eſté par eulx données hors les cas deſſuſdictz, nous voulons & ordõnons que les impetrans en ſoient deboutez, & que nonobſtant icelles ilz ſoient punys ſelon l'exigence des cas. *Articl. clxix.*

ALiàs delicta remanerét impunita, quod fieri nõ debet l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil l. ſi à reo. ff. de fideiuſſo. nõ enim debet iniuria naſci, vnde iura naſcũtur. l. meminerint. C. vnde vi prohdolor venditur liberũ corpus. licet nõ recipiat eſtimationem. l. ex hac. ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dica. quãdo iſtæ gratiæ ſeu remiſsiones cõtra id quod proximo articulo dictum eſt cõcedũtur quæ facilè obtinentur concedẽtium auaritia, qui multos reorũ dimittunt vendentes eis delictũ, plurimos autẽ innoxios condemnant, vt noxis præſtent & hoc nõ ſolum in pecuniariis cauſis ſed in criminalibus vbi de anima eſt periculum. Quæ quidẽ auaritia omniũ malorũ mater eſt: maximè quãdo non priuatorum, ſed iudicum animabus inhæret. Quis enim ſine periculo nõ furetur, quis nõ latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtratorẽ reſpiciens, illũ nanque vidẽs omnia auro vẽdentẽ, & præſumens, quia quicquid egerit illicitũ, hoc pecunias dãdo redimet: hinc homicidiũ, & adulterium, & inuaſiões, & vulnera, & raptus virginum, & cõmerciorum confuſio, & contẽptus legũ, & iudicum, omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus, tãquam aliquod optimorũ mãcipiorum, auten. vt iudi. ſine quoque ſuffra. §. an certè verſi. hæc enim eſt occaſio omniũ malorum col. ii. & alibi dicit textus in auten. de mãda. prin. §. ſi quis autẽ homicidia autẽ, & adulteria virginumque direptiones, & inuaſiones, & oppreſsiones, ita cum vehementia corrige puniens delinquẽtes ſecundum noſtras leges vt paulatim ſupplicium eorũ omnes faciat ſaluos: ná (vt refert Ariſtoteles in libro ſecretorũ) quod Hermogenes egregius doctor ſcripſit dicẽs, quòd quãdo *Iniuria non debet naſci vnde iura naſcuntur.*

creatura interficit creaturam ſine cauſa legitima virtutes cœlorũ clamãt ad diuinã maieſtatẽ ſecũdũ Pe. Iaco. tit. de duello. Quæro nunc de vna quæſtione quã ponit Gandi. in ſuo trac. malef. tit. de defenſio à reo faciẽ. verſi. ſed pone quæſtionẽ, de qua aliquid dixi ſupra art. cxlix ſed non ita clarè quidã fuit accuſatus de quodã maleficio vel cõtra eũ per inquiſitionẽ proceſsũ, iſte cõparuit & negauit, poſtea maleficiũ probat per teſtes, vult cõfiteri, & dicere ꝙ illud maleficiũ cõmiſit & fecit ad ſui corporis defẽſionẽ, quæritur an ſit audiẽdus: & videtur ꝙ nõ: quia quoties agẽti plures competũt actiones cõtrariæ debet actor vnã earũ eligere, vt. C. de fur. l. i. & ſi ſer. extero ſe emi mãda. l. i & l. quod in hæredẽ §. eligere. ff de tribu. ff. de leg. ii. l. cũ pater §. variis ergo debet eſſe idẽ in reo, quia reus in exceptione loco accuſatoris habetur, vt. ff. de excep. l. i. præterea habemus quòd ille qui cõuenitur actione noxali, ſi neget ſeruũ in ſua poteſtate habere & poſsidere, ſi de mẽdacio cõuincatur tenetur inſolidũ: ergo & in propoſito negãdo ſe illud maleficiũ cõmiſiſſe, perdit priuilegiũ, per quod poterat probare ſe illud feciſſe ad ſui defẽſione arg. ad hoc. ff. de noxa. l. quoties. §. prætor, & l. ſi ſeruus. § ſi negauerit, & arg. ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dica l. i. § interdũ. Præterea videtur caſus legis quòd nõ audiatur: nã ſi ago contra te poſsidentẽ fundũ hyppothecaria actione, & ille neget ſe fundũ poſsidere & ego conuincã eũ de mẽdacio, probãdo quòd ipſe poſsidebat, & ipſe poſtea velit excipere & dicere bene poſsideo tamẽ ille fundus eſt mihi obligatus, non auditur antequã transferatur poſſeſsio illius fundi ad actorẽ, in autẽ de trien. & ſemiſ. §. illud col. iii. Cõtra videtur per textũ in l. nemo prohibetur. ff. de excep. & . ff de reg iur. l. nemo ex his. quibus legibus dicitur ꝙ nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur etiã ex his quæ negauit. Præterea ſi quis recipiat pecuniã & ab eo repetatur per cõdictionẽ indebiti, & in iudicio neget ſe pecuniã accepiſſe, certe ſi cõuincatur ꝙ illam pecuniã habuerit poterit excipere dicere, & probare, quòd illã pecuniã debitam habuerit & receperit: ergo idẽ erit in propoſita quæſtione, vt arg. ff. de proba. l. cum de in-

Accuſat⁹ qui deſ negauit crime demũ conuinctus teſtibus cõfitetur an poſsit allegare defenſionem ſui corporis.

de indebito,& per iſtas leges cõſueuit quæſtio noſtra per pleroſq; doctores ſolui. Gādi.ſoluēs ſecūdū Dy. & alios Bononiæ doctores dicit, quòd talis defenſio nõ admittatur ſi ille accuſatus primo fuerit & negauerit ſe illud maleficiū cõmiſiſſe. nā ſi poſtea audiretur volendo probare, quòd illud maleficiū cõmiſit ad defenſioné, iā veniret cõtra ſuū iuramentū,& ſuā turpitudiné allegaret, quod eſt prohibitū in excipiéte vt ext.de dolo & cõtuma.c.cū dilecti.& ext.de excep.c.cū venerabilis. verū ſi iſte accuſatus negauit ſimpliciter ſe fore culpabilé tūc dicit quòd poſſit poſtea probare ſe illud maleficiū ad ſuā defenſioné cõmiſiſſe & feciſſe: quia iſto caſu videtur ſolum negaſſe, ꝙ illud maleficiū iniurioſe cõmiſerit, ſicut ipſe accuſatur: quia ꝑ hoc patet ꝙ iniurioſe nõ facit, ſed in ſuperiori caſu negauit factū ſcilicet feciſſe hoc homicidiū vel maleficiū, de quo accuſatur.ff.de reb.du. l. ſi is qui quadraginta.§.vtrū. Adde,& dic, quòd ſiue reus negauerit ſe illud maleficiū cõmiſiſſe, ſiue negauit ſe culpabilem, debet audiri, ſi de ſua innocentia & iuſta defenſioue velit probare, quia iudex quærit de partis innócétia parte nõ poſtulante per.l.ſi non defendantur.ff.de pœ. & habetur in.l. iiii.§.hoc autem.ff.de dam.inſec.& dicit idem Bar.in.l.fina.ff.de fer. quòd iudex debet perquirere reo nõ petéte defenſionem etiā poſt ſententiam,& adde Bar.in.l.diui fratres de pœ.& in.l.ii.§.ſi publico.de adul.&.l. penult. §.ad crimē, de pub.iudi.& Bal.in.l.presbiteri.C.de epiſc. & cler.& quæ notat Innoc.in.c.cum clamor, de teſt.& in c.paſtoralis, de offic.deleg vbi dicit, quòd ſi iudex viderit ſententiam iniuſtā, debet ſuperſedere in executione, quē allegat Bal.in.l.addictos.C. de appel. & vide Imò.in.l.à diuo pio, in prin.de re iudi.& Bar.in.l.i.§.ſi quis vltro.ff. de quæſtio.vbi dicit, ꝙ ſi ante executioné capitalis ſenté tiæ cõſtet de innocentia rei poteſtas ſeu iudex qui eum condemnauit, nõ poteſt eum abſoluere. tamen poteſt dari petitio principi, vt eū abſoluat per illum textū, quod nota & intellige ſupra in cõtrariū allegata, niſi doloſe allegauerit quia probare vult defenſionē admittitur, quare nota quòd ſtatutum dans præmiū accuſanti intelligitur,

Statutū dās premiū accuſanti intelligitur ſi accuſans probauerit contenta in accuſatione.

ſi ipſe accuſans probauerit contenta in accuſatione eſſe vera, & non aliter. Ita dicit glo. in. c. i in verbo oſtenſum de his quæ fiunt à maio. par. cap. & probatur in. c. poſt electionem & in. c. cum ſuper, de concel. præben. & voluit glo in c. non eſt in verſ. allegat de conſue. in. vi. & glo in. l. ſi cuius appellatio ff. de appel. & in. l. ii. in glo. fi. C. quod met. cauſ. & voluit Alexand. in conſi. ccxcvj. incip. diuini numinis in. ii. col. & in conſi. lxxi. in. ii. col. v. vol. & facit illud vulgatum quòd non ſuffìcit dicere niſi illud quod dicitur probetur, vt dicit glo in. l. i. ff. ſi quadru pes pauperiem feciſſe dicatur & gl. in. l. ii. de ſer. & glo. in. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. quod facit pro ſtatuto noſtro Regio quòd accuſans blaſphemum habeat tertiam partem emendæ, quod nota, quia alias dubitaui.]

De ne bailler rapeaux de ban ne lettres pour changer les iuriſditions.

Ar. clxv. Nous defendons auſdictz gardes des ſeaulx de ne bailler aucuns rapeaux de ban ne lettres pour retenir par noz cours ſouueraines la congnoiſſance des matieres en premiere inſtance, ne auſsi pour oſter hors de leurs iuriſditions ordinaires, & les euocquer & commettre à autres, ainſi qu'il en a eſté grandement abuſé par cy deuant.

Bannire & rabannire.] Nota quòd gallice hic vocatur *rapeaux de bã*, in iure appellantur rebannimenta: nam bannire eſt in banno ponere, & pro crimine condemnare, & rebannire eſt ad priorem ſtatum bannitum reſtituere, & banniti dicũtur pro crimine condemnati, an illud verbum rebannire habeat

habeat vim reſtitutionis vel indulgentiæ? & videtur dicẽdum, quòd habeat vim ſimplicis indulgentiæ attẽto maxime communi vſu loquendi, quia iſti condẽnati pro crimine appellãtur banniti, & econuerſo rebanniti qui ſunt à prædicto bãno reſtituti & ſic à prædicta pœna. vt. l. i. & l. relegatorũ. ff. de interdic. & releg. & tales rebãniti poterũt recuperare bonam famam, & omnia quæ prius per ſententiam perdiderunt, & fuerunt priuati per bãnũ: per rebãnitionem igitur quis dicitur eſſe reſtitutus, ita dicit Bar. in. l. fina. C. de ſenten. paſsis. Imò communis vſus loquendi magis videtur probare hanc ſẽtẽtiam, quã præcedentem contrariam: quia communiter ſolẽt vocari bãniti illi, qui ſunt damnati etiam pœna mortis, pro quocũque graui crimine: & rebãniti dicuntur ibi qui ſunt reſtituti aduerſus dictam ſententiam ſiue bãnum per quã ſine quod priuatus fuerat vita bonis & fama. nõ proprie iſtud verbum bannum vulgares accipiunt pro ſẽtẽtia: & propterea dicunt quem eſſe capite bannitum, vel habere bãnum capitis. & hanc quæſtionem diſputauit Iac. de are. vt refert Bar. in dic. l. fina. §. fina. C. de ſentẽ. paſsis & determinauit, pro vt ſupracõcluſum eſt aliis etiam rationibus, de quibus ibi per eum, vide etiã Bar. in. l. gallus. §. & quid ſi tãtum. ff. de libe. & prohiſtu. & in l. i. §. fi. ff. de quæſtio. idem Bar. in. l. non ſolum. §. fina. de procur. Bar in dic. l. fina. C. de ſenten. paſsis. & in. l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie iur. & per moder magis copioſe in dic. l. gallus. § & quid ſi tantum, & dicitur bannũ ſententia interlocutoria vt habetur in. l. j. ff. de requi. reis. & in auten. Item nulla cõmunitas. C. de ſacroſanc. eccle. & not. Bal. in. l. ſi quis filio. §. eius qui. ff de inoffi. teſta. glo. in l. j. §. quid ergo. ff. de ven. inſpi. in verbo vel multis in. l. iii. in prin. ff. eo, titu. nota tamẽ quod ad ſolum principem ſpectat dare iſta rebãnimenta, vel ad populum, qui nõ recognoſcit aliquem in ſuperiorem, vt dicit Bar. per illũ textũ in. l. relegati. ff. de interdic. & releg. Adde Bar. idem dicentem in. l. is qui reus. ff. de pub. iudi. quod limita, niſi aliquis ſit bannitus, qui plures capiens bannitos ciuitatis eos ad ciuitatem duxerit, vnde ipſe & alij erãt ex bãniti,

tunc enim ſolus iudex poteſt eum rebānire, textus eſt ſingularis in. l. non omnes. §. fina. ff de re mili. vbi eſt caſus, notat Ludouicus Romanus ſingu. 538. Et ſunt banniti laicaliter excommunicati, vt pulchrè per Salice. in auten. item nulla communitas. C. de epiſ & cleri. & vide per eūdem in. l. i. C. de hære. inſti: An bannitus ſit hoſtis patriæ, & an perdat cognationem & agnationem: & de recipiente bannitum vide Bar. in l. ii. ff. de recep. ar bi. & quid debeat facere iudex bannito producto coram eo, vide eundem Bar. in. l. diuus. ff. de cuſto. reo. Sed quæro ecce aliqs bannitus nō audet comparere in patria, moritur an ſaltē poſſit ſepelliri in patria, ſcilicet in ſepulchro maiorū: determinat Bar. in l. iii. ff. de cada. damna. quod nō, quia qui viuus in ciuitate morari non poterat ad eam mortuus deduci non poteſt & vnde dicatur bannum, vide per eundē Sali. in dic. l. i. C. de hære. inſti. quæ autem adimuntur per bānum, & an filii nati poſt bānūm ſint legitimi. vide Bar. in dic. l. i. C. de hære. inſti & an bannitus ſit infamis, vide eundem Bar. in. l. mulcta. C. de modo mulct. qui etiā ſentire videtur quod nō: & vide Bal. in l. caſſius lōgius ff. de ſena. & an poſſit contrahere, vide in quæſtione per ipſum diſputata, quæ incipit lucanæ ciuitatis ſtatuto caueturverſi. preterea ex bannitus, vbi videtur inclinare arguendo quod ſic, & in hac materia vide quod ponit Iaſon. ī. l. vna ff. ſi quis ius dicen. nō obtempe. verſus finem ibi ad practicam dicit vnum bonum verbū de ex bannitis, qui propter contumaciā bāniūtur: quia hæc eſt grandis materia. Ideo vide in prædictis locis, & an æquiparetur relegato vel deportato, vide p Bar. & Sali. in dic. l. i. C. de hære inſti. qualiter puniantur, qui ad locum vnde relegantur redeūt, vide in dic. l. relegati. & in. l. capitalium. §. in exulibus. ff de pœ. Adde quod ex bannito reperto in territorio ex quo eſt ex bānitus, de iure cōmuni eſt pœna deportationis. in cuius locum hodie ſuccedit decapitatio. iſte eſt text⁹ ſingul. in. l. mathematicos. C de epiſco. audien. notat Ludo. Roma. ſingu. 568. Eſt & aliud bannum, quod poteſt dici mandatum iudicis ſub pœna pecuniaria factum vel miſſum. xvi, quæſtio. i. ſtatuimus quod bannum eſt in magno

Bannitus mortuus in patria non poteſt ſepeliri in ſepulchro maiorum.

vſu

vſu in curiis inferioribus:ná fiunt proclamationes ne dam num terris & poſſeſsionibus detur illorum qui hoc petût, ſub certa pœna, pone ergo iudex fecit poni tale bannum, vel tale præceptum publicè fieri fecit, ꝙ nulla perſona intret talem locum, vel aliquid aliud faciat in tali loco certa pœna & banno decem librarum, venit aliquis & contra facit, an ipſo facto debet haberi pro condemnato ſine inquiſitione vel condemnatione? Reſpondeo ꝙ nó: ſed opus eſt ꝙ fiat in banno vel præcepto ſic. condemno quemcunque intrauerit talem locum, vel tale quid fecerit tunc cótra faciens ipſo facto eſt condemnatus, & non indiget ꝙ de nouo fiat inquiſitio vel condemnatio: ſic etiam in excommunicato de eo qui fur. ord. ſuſc. c. ii. de iure patr. c. relatú. Nota in. c. ſicut ex de ſimo. vbi doct. de hoc, & poterût cótrafactores de facto compelli ad ſolutionem pœnæ per iura prædic. cú ſimilibus nec poterût appellare, quia in talibus exactio eſt quædam executio, & ab executione non appellatur. C. quor. appel. non recip. l. ab executione, &. l. ab executore ff de re iud. Ita dicit Bonifa. de Vitel. in ſuo tract. malefi. titu. de pœnis. verſi. ſed quæro: quod bene nota tu qui facis facere tale bannum, vt ſtatim fiat executio. poſtq̃ quis contrauenerit, vt non poſsit appellare. Nunc quęro ſi aliquis in cauſa criminali ex cótumacia fuerit in bãno ſiue ex bánitur, & códemnatur ex forma iuris cómunis, cóſuetudinis vel ſtatuti núquid poſt bannú vel ſentétiã auditur? Bal. in ſua pra. format hanc quæſtioné in prin ti. de quæſt. circa ſententiá, ibi quarto quæritur & arguit pro & cótra & cócludit ꝙ cótumax veniens poſt bannú & banni termi nú decurſum auditur, & ita videtur apertè. ff de requiren. reis. l. fi. niſi per ſtatutú expreſſè prohibetur, vt in hoc articu. ſed & poſt diffinitiuá etiá poſt. x. dies eſt audiendus, quia nó debet plus operari ficta cófeſsio q̃ vera, ſed tantúdem operetur, vt. C. de rei vxo. actio. l. ii. §. ſed & ſi ignoramus. arg. ff. ſi quis cautio. l. ſi eú. §. qui iniuriarú, ná & idé operatur tacitú quod expreſſum. ff. ſolu. matri. l. ii. §. ſi voluntate: ſed cóſtat ꝙ poſt ſuá confeſsionem nó punitur, ſi poſt cófeſsionem innocés appareat, vt. ff. de appel. l. ii. §. ſi voluntate, in fine ergo idem cú conſtat de innocétia ficta confi-

Bãni pena an committatur ipſo iure.

Bãnitus propter cótumaciam an audiatur poſt ſententiam.

confitentis:& hæc eſt veritas,vt.l.inde neratius.ff.ad.l.A quil.& de interrog.actio.l.confeſ.&.l.ſi is in fine ad idem l.optimam.C.de contrahen. & committen. ſtipu. & valde facit.ff.de custo.reo.l.diuus.defenſio enim quocunq; tempore poſtulanti denegari non debet.ff. de appel l. diuus. Igitur ſi ex contumacia damnatus compareat,& aliter eſſe verum appareat,& probet quod per eius innocentiam tiam purget,audiendus eſt.C.de accuſa.l.fina.& ne opinio præiudicet veritati.extra de re iud.c.cum Bertoldus,& ne veritas rei erroribus geſtorum vitietur.ff.de offic. præſi.l. illicitas §.veritas.& ne fides veritatis,quæ verborũ adminicula non deſiderat,confundatur.l.j.C.ſi minor ſe ab hære.abſti.& debet iudex laborare ad veritatem inueniẽdam C.de eden.l.ij.inſti.de acti §.curare & ad ipſam veritatem inſequendam.C de ſenten & inter om.iud.l.nemo.& ideo ex integro omnia videntur debere examinari per iura prædicta:quia quandoq; plus operatur tacitum,quàm expreſſum.ff.de ſolu.l.ſi quis ſtipulatus.ſed glo iuris communis in.l vnius §.cogniturum.ff.de quæſtio.dicit quòd prædicta vera ſunt vſque ad ſententiam,non poſt,ſed non obſtat quia loquitur,vt tunc reus quocunque tempore audiatur, quando non potuit condemnari in abſentia, quod eſt in omni relegationis crimine & vltra. per.l. abſentem.ff. de pœ.ſed ſi potuit cõdemnari quia eſt crimen intra relegationem vel permittitur per ſtatutum : tunc non auditur, niſi vſq; ad ſententiam,vt dicit glo.prædicta niſi per viam reſtitutionis admittatur : contrarium tamen habes ſupra arti clxv.& arti proximo: vbi habes quòd abſens damnatus admittitur,& ſi hoc ſtatutum contrarium eſt ſuperiori,quod hic non reſtituitur bannitus illic: ſic attamen abſens damnatus auditur,quod idem eſt, & ſic ſunt iſta ſtatuta contraria: intellige tamen hunc caſum in præſente, qui auditur vſq; ad calculum ferendæ ſententiæ,vt in dic. l.vnius.§.cogniturum,& ibi glo.& Bar ff.de quæſtio. audiretur tamen,ſi de innocentia conſtaret,nõ obſtante hoc ſtatuto,vt.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.Illo caſu quãdo abſens damnatur,vide quæ dixi ſupra articu.xxiiij.xxv.clj. &.c.lxv.nota inſuper quod dicitur in hoc artic.quod non debent

Defenſio denegari non debet quocunque tẽpore.

debent dari literæ ſeu reſcripta, quibus tollatur iuriſditio ordinaria, & aliis committatur. facit. c. ſi. extra de reſcrip. nam ordo iuris confunditur ſi ſua vnicuiq; iuriſditio non ſeruatur. c. peruenit. xi. quæſtio. i & quod Joan. Fab. in. §. j. inſt. de atti tuto vbi dicit ꝙ ſeneſcallus eſt iudex ſuperior in terra baronis, in caſibus videlicet reſſorti tantum: & ſic non poteſt exercere iuriſditionis actum, niſi in defectũ ipſius ad inſtar Archiepiſcopi, qui eſt ſuperior epiſcopo: & tamen non poteſt exercere iuriſditionem in diœceſi epiſcopi, niſi in caſibus, vt apparet extra de offi. ordi. c. paſtoralis, & c. romana. eo. tit. lib. vi. & hæc ſatis declarant ſtatuta regia quæ inhibent ꝙ gentes regiæ non expletent in terris baronis, niſi in caſu reſſorti, de quo extat ordinatio Philippi pulchri articulo xvi. inſuper dicit Io. Fab in §. i. inſti. de vſuca ꝙ conſuetudo eſt in curia ſeneſcalli ſeu ſuperioris quod vbi immediatus iuridicus ſeu baro rei petit obedientiam ſeu cognitionem cauſæ ſibi remitti, ꝙ ei remittatur & reddat. Et hæc conſuetudo obtinet quaſi in toto regno Franciæ ſecundum eum. Sed malè ſeruant hodie iſti ſeneſcalli & balliui, ſeu eorum iudices & vicarij, qui in multis & ferè in omnibus detrahunt iuriſditioni ordinariorum, nec vllam cauſam remittũt, etiam ſi per iudices inferiores petatur, tanta auctoritate, & vt ſic dicam arrogãtia, vt ſi quis teneret palum in manu, non poſſet ſe defendere ab eis. Ita dicit Pe. Ia. in tit. de condi. ex lege. §. quadrupli. nec mirum: quia procuratores Regij, & potius præuaricatores cum deberent tueri iura inferiorum, vt ſua vnicuiq; iuriſditio ſeruaretur, vt ad eorũ officium ſpectat, ipſi cõniuent maioribus iudicibus: imo omnes cauſas ad eos dicunt pertinere, quia ſunt regales. Vide Pet. Iaco. vbi ſupra multum ſtomachantem in illos.

Seneſcalli detrahunt in multis iuriſditioni ordinariorũ.

Amendes contre les impetrans de telles lettres.

Art. CLXXI.

ET ſi leſdictes lettres eſtoyent autrement baillées, defendõs à noz iuges de n'y auoyr point d'eſgard, & con-

dempner

demner les impetrans en l'amende ordinaire cõme de fol appel, tant enuers nous que la partie: & neantmoins qu'ilz nous aduertiſſent de ceulx qui auroyent baillées leſdictes lettres pour en faire punition ſelon l'exigence des cas.

Nota quòd iudex poteſt ſuam iuriſditionem pœnali iudicio defendere l.i.ff.ſi quis ius dicen. non obtempe. & de auaritia has concedentium literas, vide ſupra articu.clxix.

Defences aux chancelleries de ne bailler remiſſions, ou n'eſchet peine corporelle.

Article. clxxii. Nous defendons auſdictz gardes des ſeaulx de ne bailler aucunes graces ne remiſsions des cas, pour leſquelz ne ſeroit requis impoſer peine corporelle. Et ſi elles eſtoyent données au contraire, nous defendons à tous noz iuges de n'y auoyr aucun eſgard cõme deſſus, & en debouter les parties auec condemnation d'amende.

Gratiæ non debent dari vbi imponẽda eſt pœna pecuniaria.

De hac materia vide ſatis ſupra arti.clxviij.& pro hoc quod dicitur hic, ꝙ vbi imponenda eſſet pœna pecuniaria non debent dari gratiæ ſeu remiſsiones, nec per partem impetrari pœna hic contenta: facit textus in argu. in. l.in ſeruorum.ff.de pœnis, vbi minor pœna corporalis eſt grauior, quàm pecuniaria. Marcus Tullius Cicero lib.ii. Rhe.ad Heren. cxviij. conceſsionem appellat, per quam nobis

nobis ignoſci poſtulamus,& diuidit eam in purgationem & deprecationem. Purgatio eſt cum conſulto à nobis factum negamus: ſed neceſsitudine, fortuna aut imprudétia factum eſſe àſſerimus. Deprecatio eſt cum fatemur nos peccaſſe,neq; id imprudenter,aut fortuna,aut neceſſario feciſſe dicimus,& tamen ignoſci nobis poſtulamus: aut quia maiora officia,q̃ maleficia videbuntur conſtare:aut aliqua virtus,aut nobilitas eſt in eo,qui ſupplicat:aut aliæ cauſæ, quas hic enumerat Marcus Tul.Illam purgationẽ,veniam ſeu indulgentiá,aut literas innocentiæ vulgo nominamus, quæ concedi permittitur ſupplicanti.Hanc deprecationé, remiſsionem,& gratiam etiam vulgo nominamus,& hanc Marcus Tullius deprecationam in iudiciis non venire aſſerit eo.lib titu.xxii.& lib.i.titu.xv.ſed apud ſenatum vel conſilium:ſed tamen iudiciali noſtro more contra comparatum eſt,vt vtrunque in iudiciis veniat.Nam cum olim à iudice impetraretur deprecatio,reus non ſatis eius ſe tutum confidebat prę́ſidio,quòd ille iudex de legum ſeueritate quicquam remittere nõ poterat:quare apud ſenatum, cui lege mitius agere liceret, tantum valebat deprecatio.

Purgatio ſiue depreca-tio quando dicitur.

Nunc certe quando omnis ignoſcendi ratio penes ipſius principis nutũ reſidet,qui legibus ſoluere poteſt, hoc eſt diſpenſare,deprecationis opem frequentius quàm purgationis expoſcit accuſatus, tum apud inferiores, tum apud ſupremas curias. Præterea aduerte ꝙ ſacerdotes pœnam ſanguinis commeriti & bonorum públicationem gratiam à Rege noſtro conſequi oportet, vt tradit chaſſa. in conſue.Burgun.titulo *ſi aucun commeſt ſimple larrecin* in verſicu. *s'il n'y a grace*,in fine.Nam dicit Ioan. And. in addi. Specu.titu.de feudis.§ penul.verſi.xli.quòd de conſuetudme regni Franciæ bona mobilia clericorum damnatorum applicantur epiſcopis,& immobilia dominis temporalibus,& ad hoc allegat plura iura,& Petrus de Anchar. in regula,ea quæ fiunt & Oldra conſi.xvii.ita dicit Nicolaus Boe.in conſuetu.Bitur.titu. de iuriſdi.omn.iud.§.xi.

Sacerdotes pænam ſanguinis commeriti gratiam à regę conſequi oportet.

Clericorum damnatorũ bona cui applicantur.

Adde quòd ſi clericus deceſsit poſt fructus ſuæ præbendę perceptos,poteſt ad ſuos hæredes tranſmittere,iſtud dicit gloſa celebris in.l.i C.de anno ciuili lib xi. quam ſequitur

Clericus decedens facit fructus ſuos

tur ibi Bar.& allegat.c.i.de offi.ordi.lib.vi. & remittit ſe ad notata per eum in.l.diuortio.ff. ſolu.matri. ſed debuit allegare quod legitur & notatur in.c.præſenti de offi.ordi.eo lib.& quod plene notatur in.c.ſi de pecu.cler.vbi vide plene per Bar.& per Abb.in repe.c.cum eſſes de teſta. vbi de hoc addit textum in.c.relatum.ii.eo. tit. vide Bald. & Sali.in auten.licentiam.C.de epiſc & cler. & per docto. in.l.commodis.ff.de re iudi.quos refert Alex.in addi. dic. l.i.C.de anno ciui. Tu habes glo.in auten.licentiam.C.de epiſc.& cler.an prælatus præſumatur quæſiuiſſe de bonis eccleſiæ per canoniſtas in cap.i.&.iii.de pœni.& remiſ.& per Inno.in c.cum in officiis de teſta. quid in dubio propter duplicem præſumptionem contrariam tex. eſt ſingu. per quem ſæpe conſuluit Ludo.Roma.vt ipſe refert ſing. cclxvii.ꝙ tunc diuiduntur res ſecundum ratam patrimonii eccleſiæ & hæredem prælati.xii. quæſtio.ii c. ſi ſacerdotes ſecundum lecturam Hoſtien.ibi nota ꝙ omittendo poteſt prælatus præiudicare eccleſiæ licet non faciendo.l. iubemus nullam.C.de ſacroſan.eccle.Prȩterea nota vnum ſingulare & mente tenendum ꝙ vbi prælatus paſſus eſt rem eccleſiæ præſcribi,eccleſia poterit contra prælatum, ſeu eius hæredes agere ad emendationem damni glo. habes ſingularem,in cap.placuit.ii.xii.quæſtio.ii.quam reputauit ſingularem do.Abb.in.c.i.de integ.reſti.facit textus in lege quicquid.C.arb.tute.Adde concluſiue ſecundum Ludo.Roma.ſingu.cccclxxvii.ꝙ ſententia publicationis bonorum trahitur ad bona extra territorium pronunciantis,vt per legiſtas in.l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.& ſi.catho.Et ꝙ bona mobilia debent applicari fiſco, in cuius territorio ſita ſunt,caſus eſt ſingu.in.l.quicunq; §.ſi iudex vniuerſi.C.de hæret. bona autem mobilia etiam quæ ſunt alibi debent applicari communitati iudicis condemnantis,caſus eſt ſingularis in cap.i.§.ſi iudex de pace tenen.in vſib.feud.licet Baldus contradicat & male ſecundum ipſum,& alibi dicit idem Ludo.Roman. ſingul.541. quòd vbi bona damnati ad mortem debent publicari ex conſtitutionibus alicuius patriæ, quòd indumenta, corrigia,& annulus,debent eſſe officialis iudicantis, qui pecuniam

Prælatus an præſumatur quæſiuiſſe de bonis eccleſiæ.

Prælat⁹ quādo poteſt eccleſiæ præiudicare.

Eccleſia quando poteſt agere cōtra prælatū

Bona publicanda.

cuniam ex dictis rebus redigendam conuertet in officii neceſſitatem, textus eſt ſingularis in.l.diu⁹.ff.de bo.dam. Núc quero famulus cuiuſdam nobilis fuit verberatus, dominus eius ſibi dixit, núquam reuertaris domú, niſi aliud de te ſentiam contra verberãtem, poſtmodum famulus ipſum interfecit verberanté, queritur núquid dominus ex illis verbis teneatur de homicidio? in facti cõtingẽtia fuit determinatum quòd ſic, & ita fuit punitus dominus, vt refert Bar.in l.ſi quis michi bona.§.ſed quid ſi mãdauit.ff. de aqui.hære.& pro hoc facit, quod nõ refert directe vel indirecte aliquid conſulatur, & pro hac quæſtiõe facit.c. ex literis.extra de exceſſ.præl.ſecundú Do.Abba.ibi.vbi colligit, quòd verba enunciatiua tacite diſponút, quãdo ex illis verbis ſequitur malum imminẽs, quem textum ad hoc etiam allegat Ludo.Roma.ſingu.7 11.ad idé facit c. fina.de homici lib.vi.vbi ſi mando aliquem verberari, & cui mãdatur, illum interfecit teneor de homicido, quia fui in culpa illud mandatum prębendo, ita in propoſito iſte nobilis tacite mandauit verberantem verberari, ideo tenetur, de ſequuto homicidio, quod eſt bene notandum & cum opinione Bar.in dic.§ ſed quid ſi mandauit tranſeunt Ange.Ioan.de Imo.& Pau.de caſt.& vide eundem Pau.conſil.cclx.Ioan.de Imo.& Abb.in c. ſententiam ne cler.vel mo.quod dictum tibi limito ſecúdum Raphaelẽ in dic.§.ſed quid ſi mandauit quem ſequitur ibi Ludo. Roma.& dicit eſſe verum, niſi ex qualitate offenſæ aliud perpendi poſſit, exemplum famulus fuit alapa percuſſus, & dominus dixit, non redeas domum, &c. famulus iuit, & gladio illum percuſſit, tenebitur hoc caſu dominus, qui mandaſſe videtur fieri vindictam iniuriæ ſimilem.vt not. in ſimili.in.l.i.C.vnde vi, & in.l.iii.§ cum igitur.ff.de vi & vi arma.& in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l.aquil. facit quod pulchræ voluit Bar.in.l.ſi prædium in.v.col. C.de edi actio.ad hanc limitationem Raph.Do.Alex.de Imo.in dic.§.ſed quid ſi mandauit adducit notabilé Bal. deciſionem nam vt dixi, ſi mando famulo meo.quod vulneret aliquem, adeo tamen quòd eum nõ occidat, teneor ego mandans, licet illud non mandauerim, vt in dic.c. fi.

Mandãs an & quando teneatur de delicto.

Verba enunciatiua diſponũt quando ex illis ſequitur malum imminens

ſina.de homic.lib.vi.modo dicit Bal.limitando illum textum,quod hoc eſt verum, quando non poterat ſeparari mandati executio ab ipſo mandato,ſed vbi optime ſeparari poterat,tunc ſecus, Tu dixiſti famulo quod alapam daret alicui,& famulus occidit,non teneris hoc caſu de homicidio,& de intellectu illius.c.ſina.ponit Bar.in.l.iii. §.fina.ff.de adimen.leg.& in.l.diuus.ff.de Sica.& Bal in l.cum mandatum.C.manda.Ego addo aliam limitationẽ ad præfatum Bar.dictũ, quod illud procedat,niſi famulus mandatum repudiaſſet,& poſtea iuerit.& occiderit, quia tunc dominus non tenebitur,allego textũ in argumentum in.l.ſi filiusfa.§ fina.ff.ad macedo.cũ gl.Aduerte tamen quòd contra iſtud dictum Bar.videtur gl.in.l i. & ibi Guil.deCug.C.de his quib.vt indig.vbi hęres tenetur vindicare defuncti necem licite accuſando in iudicio occiſorem,& dicit ibi Guil.de Cug.pone ꝙ Titius qui fuit hæres dicit coram teſtibus,ego vindicabo talẽ offenſam,Seius fuit vulnerat⁹ vel occiſus,qui occiderat defunctum,teſtes nunc deponunt quomodo Titius hæres dixit ſe vindicaturũ necem defuncti,an propter hoc poſſit torture ſubiici,& Guil.ibi decidit,quod debet perſonæ qualitas cõſiderari,nam ex perſonæ qualitate diiudicatur animus.l.famoſi.ff.ad.l.iul.maieſt.& habetur in.l.i.C.de fal. mo notat Bar.in l.metum.ff.quod metus cauſ.eo ꝙ iſta indicia ad torturam iudicis arbitrio conſiderãtur vt per Bar.in l.fina.de quæſtio.& per Cy.in.l.fina.C.eo tit.per textum in.l.ii.ibi tu magis ſcire potes.ff.de teſtib.vt abũde dixi ſupra arti.clxiii.& dicit Pau.de Caſtro,ꝙ glo.in dic.l.i.C.de his quib.vt indig.facit cõtraBar.in dic.§.ſed quid ſi mandauit tranſit ibi cum dic.Bar.dicens quod debet ſibi imputari propter ſuam iactationem argu l.fina. C.de do.promiſſio.& facit in arg.c.quàm ſit graue de exceſſ.præla.& cum Bar.tranſit etiam Pau.de Caſtro in ſuo conſil.cclx.incip in Chriſti nomine.& ita videtur Bar.dictum verũ nec obſtat gl.ĩ dic.l.i.C.de his quib.vt indig. quia reſpõderi poteſt,quod procedat in vindicta licita,& à iure permiſſa,& quicquid fit iure permittente pœnã nõ meretur.l.Graccus.C.ad l.iul.de adul.c.qui peccat.xxiii. quæſtio

Indicia ad torturam.

Quod fit lege permittẽte pœnã nõ meretur.

quæſtio.iiii.cũ ſimili ſecus in caſu noſtro in quo nemini licet ſe vindicare vindictam exercendo,ſed bene iniuriã propulſando per ea quæ leguntur & notãtur in.l.i.C.vnde vi,& in.l.vt vim ff.de iuſti & iur,in.c.ſignificaſti.ii.de homici.& in dic.l.qui cum aliter.ff.ad l.aquil.&.C.vt nemini liceat ſine iudicis auctoritate ſe vindi.Nota prçterea,ꝙ ſi quis fuit mortifere vulneratus ab aliquo,& poſtea occiſus ab alio,primus non tenetur de occiſo,ſed de vulnerato tantum,& ſecundus de occiſo.ff.ad.l.aquil.l item mela § celsus,&.l.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus quare dicit Ludo Roma liberaſſe quendã magnũ ciuem & diuitem, qui aliquem mortaliter vulnerauit,& aliꝰ poſtea realiter occidit,& lucratus eſt cappam de ſerico,& hoc bene cõſuleret aduocatus modice cõſcientiæ ad ſui amici mortẽ euadendam,vt poſtquam mortaliter aliquem vulneraſſet aliꝰ occideret.Nota ſecũdo,quod celeritas actus inducit fraudis ſuſpitionem,textus eſt iuncta gl in.l.ſi ventri ff. de priui.credi.quam glo.Bar inducit ad quandam quæſtionem de conſilio ad homicidium præſtito,& de homicidio per famam probatur,item ꝓbatur,quod locutꝰ fuit homicidæ & ſtatim eum occidit,ſed neſciebat,quid dixerit,dicit ibi Bar.quod ex breuitate ſpatii præſumitur cõſilium dediſſe,& per illam gl.ibidem pulchræ dicit,quod ſi donaui bona mea Titio,& incõtinenti feci homicidiũ, quod talis donatio præſumitur in fraudem facta propter actus celeritatem,idem voluit in.l.poſt contractum.ff.de dona.Et poteſt reddi ratio,quia id quod incontinenti fit, præordinatum & præcogitatũ præſumitur,& vide quod voluit Bar.in.l.ſi vir vxori ff.de dona.inter virum & vxo. vbi habetur,quod ſi facto diuortio mulier ad maritum reuertitur incontinenti,quod præſumitur illud diuortiũ ſimulatum,& ibi dicit Bar.quod ſi dominus licẽtiat famulum,& incontinenti re aſſumit,quod talis dimiſſio à licẽtia fuit ficta& ſimulata,ad hoc allegat Cy.in dic.l.poſt cõtractum & mouetur ex eo,quia quod fit incontinenti prçſumitur præordinatũ.Et ſic ratione vicinitatis actus fraus præſumitur,facit quod notat Specu.in titu.de dona.§.i. verſi.item pone aliquis,& in titu.de actio.& peti.§.in anterioribus

Sii quis fuit mortifere vulneratus ab vno & poſtea occiſus ab alio

Celeritas actus inducit frrudis ſuſpitionem

Quod incõtinẽti fit pre ſumitur pre ordinatum

Simulatus titulus non eſt titulus

Iudex per errorem decapitans innocentem nocens liberetur.

teriotibus verſi. quòd ſi forte, & quod voluit Bal. in. lege fraus ff. de leg. quod ſimulatus titulus non eſt titulus, & ſimulata traditio non eſt traditio. l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. & l. cum ea. C. de tranſac. Quæro nunc? duo ſunt titii, vnus Seium interfecit. iudex per errorem alterum decapitat, an verus homicida ſit liberatus Bal. in c. i. §. iniuria de pace iura firman allegat textum notabilem in lege qui ſeruum ff. de interrog actio quod non vbi vide docto. Et adde Ang & Ioan. de Imo. & ibi Plene per moder. in. l. quoties. ff. ſolu. matri. & vide Bal. & ſcribentes in. l. duobus ff. de iureiur. vbi quærunt an condemnatio vnius proſit vel noceat alteri. Et Bal. in addi ad Spe. titu. de confeſ. vbi ponit iſtam queſtionem & dicit qnod ſi punitus eſt non maleſactor ex ſua confeſſione verus maleſactor non releuatur, quin & ipſe puniatur, nõ enim alius pro alio poteſt corporalem pœnã ſoluere. Nota tertio, & vide textum in c. muler. xv. quæſtio. i. vbi animal brutum propter horrendũ crimen punitur, notat Anto. Cor in verbo pœna. Et adde quod occidens ſemel ipſum debet ſepultura carere. xxiii. quæſtio. v. c. placuit alios caſus eorum qui debent ſepultura carcere vide per glo. & docto. in c. ex parte. ii. de ſepul. Nota quarto, & limita illam doctrinam ſupra tactam, quod fuga facit indicium, niſi propter quod, quis fuerit accuſatus de crimine, ex quo imponenda venit pœna ſanguinis aufugit vel ſtetit cautus non eundo per terram: nam talis excuſandus eſt, quia iuſte fecit timendo pœnam ſanguinis. Ita not. dicit Barto. in. lege. i. ff. de bo. eo & Math. ſingu. 146. Nota quinto, quod ad petendum quem relaxari de carcere requiritur ſpeciale mandatum, vt. l. pomponius. ff de procur. Bar. allegat in conſilio ſuo incip. in cauſa refert, & ſequitur Ludo. Ro. ſingu. 387. & competit omnibus petere quem à carcere relaxari, vt. l. i. §. hoc interdictum omnibus competit. ff. de lib. ho. exhib. Non tamen cogor exhibere debitorem alicuius, qui fugit in domum meam ſaltem interdic. de lib. ho. exhib. textum habes ſolennem & ſingularem in. l. fina. ff. eo. ti. per quem textum infert multum ſignanter Io. de Pla. in. §. præterea inſti. de actio. qnẽ

Ad petendũ quem relaxari de carcere requiritur ſpeciale mãdatum.

Debitorem alicuius nõ cogor exhibere.

ſequitur

ſequitur ibi Iaſon quòd licet ego receptem in domum meam mercatorem, qui decoxit bona ſua, non tamen poſſum conueniri vt eum exhibeam, alias tenear ad intereſſe, quod diligentiſsime nota, quia quotidianum eſt, notat Pe. Ger. ſingu. xvii. Sed quid vnus vult fideiubere pro vno, qui ducitur ad carcerem pro executione ſententiæ, an debeat relaxari dices quòd ſic, vt. l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cog. quod ſi velit fideiubere de iudicio ſiſti non auditur, vel de fideiubẽdo, ſed debet aut ſoluere, aut præſtare cautionem de ſoluendo, iſtud fuit originaliter dictum Odof. & Bar. ſibi attribuit in. l. neque impuberes. §. j. ff. de in ius vocan. Bal. refert & ſequitur in. l fina. §. in computatione C. de iur. delib. allegat textum bene facientem in. l ſi pecuniæ. ff. vt in poſſe. leg. & l. his conſequenter. ff. fami. her. ad finem. Nota ſexto, quòd pulchre decidit Ange in. l. mora in princi. ff. de vſur. vbi refert fuiſſe determinatum in contingentia facti per quendam egregium doctorem in caſu quotidiano aliquis erat accuſatus de quodã delicto, pro quo veniebat imponenda magna pœna pecuniaria, ita quòd oportebat eum dare fideiuſſorem, aliàs fuiſſet incarceratus, iſte rogauit amicum, vt pro ſe fideiuberet qui promiſit verbo & non animo ſe facturum, talis amicus fuit ſtatim coram iudice apud quem fideiubere debebat, & dixit ei, domine iudex talis rogauit me, vt pro eo fideiuberem coram vobis, ego nó audeo denegare, & ſibi promiſi, ideo ſalua reuerentia proteſtor, quòd ſi recipiatis me in fideiuſſorem, nolo teneri, fuit determinatũ quod propter talem proteſtationem iudici factam contradicens ſi poſtea fideiubeat, quòd nòn teneatur. quod nota, quia quotidianum eſt. Nota ſeptimo, quod ſi quis promiſerit præſentare Titium toties quoties, &c. intelligitur vſque ad ſententiam tantum, adeo quod lata ſententia erit liberatus. l. grecæ. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſo. etiam ſi fuerit à ſententia appellatum, in auten. de his qui ingre. ad appel. in prin. Imo ille qui promiſit præſentare toties quoties opus fuerit liberatur bina præſentatione, ita dicit Ange. in l. ſi finita in princi. ff. de dam. infec. &

Relaxari an debeat fideiuſſor qui pro executione ſententiæ ad carcerem ducitur.

Fideiuſſor proteſtans ante fideiuſſionẽ quod non intẽdit ſe obligare.

Promittens preſentare titiũ toties quoties.

in.l.ii.ff.de cuſto.reo.in.§.qui exhibendi, & in.l. veluti. §.hæc vox.ff. de eden. Ludo. Rom. conſil.xv incip. plura ſunt quæ quæruntur. Alex.in conſi.ſuo.cxlx.incip.quoniam abunde in.ii.volu.notat.Hyppo.in ſua prac., carta. lxviii. quod adde ſupra ad arti.cl.

Que tous notaires feront regiſtres.

Ar.clxxiii. QVe tous notaires & tabellions, tant de noſtre chaſtellet de Paris, que autres quelconques, ſeront tenuz faire fidellement regiſtres & prothocolles, de tous les teſtamens, & contractz qu'lz paſſeront, & recepuront, & iceulx garder diligemment pour y auoir recors, quand il ſera requis, & neceſſaire.

Prothocolũ quid & an faciat fidẽ. SImilis extat ordinatio Ludouici.xii.articulo.lxiii.excipiebantur tamen notarii caſtelli Pariſienſis, qui hoc articulo comprehenduntur. facit textus in auten. de tabel. §. fina. col. iiii. Prothocollum autem dicitur prima ſcriptura. de regiſtris aliquid dixi ſupra articulo quinquageſimo an & quando faciant fidem. Nota quòd notarius conficiens inſtrumentum poteſt in eo apponere clauſulas conſuetas etiam ſi ſibi non ſit dictum à partibus.l.ſi prius.§ plautius & ibi Bar. ff. de aqua plu.arcem facit textus & ibi hoc voluit Bal. in c.cũ.M.ferrarien.de conſti. Bald.in c.i.§.hoc quoque de conſti.in vii. col. & Bar.in.l.ex parte.ff.de verb.oblig.quod nõ habet locum in eo qui non fuit rogatus quia non poteſt apponere clauſulas quæ nõ fuerunt appoſite in originali. Ita ſing. dicit Bal.in Rub.de fide inſtr.& intellige etiã notariũ rogatũ poſſe apponere clauſulas cõſuetas quãdo ſit inſtrumentum

mentū, ſecus quādo factū eſt, ita dicit Barba. in c. ii. ex de preca. allegat Bar. in rubri. de reuo his quæ in frau. credi. notat hyppo. ſingu. cxxiii. Præterea quæro, núquid prothocollū facit fidē? Iaco. Butri. tenet, ꝙ non. Bald autē in rubri. de fide inſtru dicit, quod putat Iaco Butri voluiſſe ſentire de baſtardello, quod verum eſt nō facere fidē: puta ſcriptura quæ tempore in quo celebratur, cōtractus fit per notarium, in quo apponit nomina cōtrahentium nomina teſtium, locum, & tempus, & dicit in hanc formā Petrus de talibus vendidit, &c. Martino de talibus talem rē, &c. præſentibus talibus renunciauitque, &c. talis ſcriptura nullam facit fidem ſecūdum Bal. & ita dicit ſe conſuluiſſe Lanfran. in repe c. quoniam contra. de proba in verbo inſtrumentorū productiones numero vigeſimoſeptimo in ciuitate Cremonę cū ſibi pręſentata fuiſſet vna ſcriptura notarii, in qua erat iſtud baſtardellū ita abbreuiatum: veruntamen vbi in tali baſtardello eſſent omnia requiſita in teſtamēto puta ſignū tabellionis, & eius ſubſcriptio annus domini indictio &c. plenam faceret fidem. Ita tenet Alber. in. l. cōtractus. C. de fide inſtru. imbreuiatura autem quæ extēditur in libro notarii illa bene facit pleniſsimam fidem ſecūdum Bal. in dic. rubri. de fide inſtru. & Albe. in dic. l cōtractus imo ſi eſt diuerſitas inter inſtrumentum extractum & imbreuiaturā ſtatur imbreuiaturæ ſecundum Bal. in. l. Sēpronius proculo. ff. de leg. ii. & Alber. in dic. l. cōtractus. Ange. in dic. l. publicati. C. de teſta. Aduerte tamen quòd ſi in imbreuiatura nō reperitur inſtrumētum extractum de illa, benefaceret fidem. Ita dicit Alber. in dic. l. contractus. & Bal in dic. rubri C. de fide inſtru. & ſi notarius non conficiat imbreuiaturam regiſtrum, aut prothocollum iuxta hoc ſtatutū, vel cū ſit conſuetudo imbreuiaturā conficere, tanquā tranſgreſſor huius ſtatuti, vel cōſuetudinis debet puniri. Et ſi de fide inſtrumētorū dubietas oriatur, poterit poni notarius ad torturam. ſi nō reperiatur imbreuiatura apud eū quia eſt præſumptio falſitatis ſecūdum Bal. in dic rubri C. de fide inſtrumen. ☙ Adde quòd niſi inſtrumenta publicētur, vel exemplentur, oportet originale ſemper oſtendi ſecundū

Inſtrumētū ſi differt ab imbreuiatura cui ſtandum.

Notarius poni poteſt ad torturā ſi non reperiatur imbreuiaturā apud eum.

ſecundum inno. ex de fide inſtrumen. c i. Spe. tamen in titu. de inſtrumen. edi. §. nunc dicamus verſicu. Illud & ſequenti dicit, quòd ſi inſtrumenta redacta ſunt in acta vel ſi In actis continetur, talis produxit inſtrumentum quoddam, quod ſic incipit, vel ſic finit. tunc enim inſtrumentum illud ſeu ipſius tenor inter inſtrumenta cenſetur, nam per extrema colligitur medium xxviii. diſtinc. quia .ff. de here inſtitu lege ſed & ſi. §. ſolemus. Sed iuxta præmiſſa quæritur, notarius qui confecit imbreuiaturam hoc modo talis vendidit, &c. Renunciauit, &c. & ſic de ſimilibus, qualiter debeat extendere imbreuiaturam ſuam? dic quòd notarius poterit extendere circa ea . quæ ſunt de conſuetudine inſtrumenti extendendi : non tamen poterit extendere circa ſubſtantiam negocii, vnde in inſtrumento extenſionis extrahendo, quoad negocium principale, de quo conficiendum eſt inſtrumentum, non poterit extendi. Ita dicit ſimpliciter Bald. in dic. rubri. C. de fide inſtrumentorũ nam Ly. &c. poſitum in imbreuiatura denotat, & exigit extenſionem ſecundum conſuetudinem aliorum inſtrumentorum extenſorum in ſimili materia. Iſtud eſt pulcherrimum dictum Bar. in. l. gallus §. j. ff. de liber. & poſthu. non enim debebit fieri extenſio factorum in cauſa venditionis: ſed debet fieri extenſio ſecundum conſuetudinem aliarum imbreuiaturarum in cauſa depoſiti ſecundum conſuetudinem notariorum : & ſi non apparet de eorum conſuetudine, fiat ſecundum conſuetudinem generalem. Ita not. in auten ſi quis in aliquo. C. de eden. & ſic de ſimili. & ita dicit ſe conſuluiſſe Lanfran. vbi ſupra in materia iſta pro quodam inſtrumento, quod redarguebatur de falſo in terra Paduana: quia dicit quòd cum non appareret extenſa imbreuiatura, poterit extendi illa imbreuiatura, &c. ſecundum conſuetudinem aliorum inſtrumẽtorum: vnde dicit, quòd debebant inquiri, alia inſtrumenta confecta per illum notariũ in ſimili materia, & facere extenſionem in hoc præſenti caſu ſecũdũ quod apparebit in illis inſtrumentis, & ita fuit factum, & euaſit pœnam falſi. Ioan. Pe. de ferra ſequendo Bar. in dic. l. gallus di-

lus dicit in forma libel. pro turba poſſe in ver.idē credēdū ꝙ hæc dictio,&c. aliquādo ponitur in inſtru.alicuius cōtractus initi ſine ſcriptis,vt eſt regulariter:& tūc debet extēdi talis dictio ſecundū formā hactenus per ipſum notariū in ſimilibus obſeruatam & pro vt natura contractus cōmuniter requirit,vt probatur & notatur in.l. item veniunt.§ petitā ff de peti.hære.& ſequitur pecu.in tit.de inſtru.edi.§ oſtenſo qualiter ver ergo quid ſi imbreuiatura ſic inuenitur.&c. ſinautē contractus fuerit celebratus in ſcriptis,ita ꝙ ſcriptura ſit de ſubſtātia:tunc nō fieret aliqua extenſio:quia omiſſum habetur pro omiſſo,ſecundū Bar.vbi ſupra.l.contractus cū ſimilibus.C. de fide inſtru.ex quo ſequitur ſecundū eum,ꝙ in libellis & ſentētiis diffinitiuis, & appellationibus ex interuallo interpoſitis in quibus neceſſaria eſt ſcriptura & certis aliis caſibus ſimilibus ſi reperiatur,ſeu apponatur,&c.ꝙ nō poterit fieri extenſio,quod nota tu notariè ſecundū eūdem de Ferra.hinc eſt notandū,ꝙ hęc omnia habēt locū quādo ille notarius qui conficit imbreuiaturas ſit rogatus de cōficiēdo inſtru. quare ipſe poteſt extrahere inſtrumētū de imbreuiatura,& poteſt extendere, vt ſupra dixi,ſed ſi notarius cōmitteret alteri notario extrahi extractionem inſtrumēti de imbreuiatura nō poteſt aliquid extendere, nec mutare vnū minimū verbū quod imponit in imbreuiatura,quod eſt notatu dignū.Ita dicit Bal.in dic.rubri. C de inſtru.tamē ſi extēderet iſte,cui cōmitteretur,viciaretur ſolū iſtud extēſiuū:nō autē cætera viciarentur, quia vtile per inutile nō vitiaretur.Ita dicit Nico.de mata in. l.ſi ex falſis.C.de fide inſtru.& illum ſequitur Bal.in dic. rubri.C.de fide iuſtru ☙ Et Ioan. And.in aldi.ad Spe. in dic.titu.de inſtru.edi.§.& ver ſi. conſulit tamen vt per notariū pro tuitione rei iudicis auctoritate fiat declaratio vſitata in ſimilibus inſtrumētis licet Spe.Indic.§.ver. quid ergo videatur ſentire cōtrariū ſcilicet ꝙ non ſolū cui facta eſt commiſsio poſsit extendere clauſulam , & cætera ſed & ſubrogatus. Et idem tenet Iaſon in lege argentarius. ff. de eden. vt dixi infra articul. clxxx. ſed hoc intellige auctoritate iudicis , vt iam dictum eſt,

Inſtrumentum extractum ab alio quàm à notario non poteſt extendi.

præterea nota. quòd notarius non poteſt aliquid addere, detrahere, vel mutare, & ſi fecerit non vitiabitur tota ſcriptura ſed id quod eſt additum, vel mutatum, caſus videtur in. l. quoties. § ſed ſi conditio & ibi hoc per Bald. ff. de here. inſti ☞ Quæro vlterius, nunquid notarius poſt redditum inſtrumentum parti, quod extraxit de libro ſuo, poſsit cancellare illam imbreuiaturam quam habet in ſuo libro? reſpondeo ſecundum Bal. vbi ſupra, aut eſt tale inſtrumentum quod venit reficiendum, puta inſtrumentum venditionis, quod ſi adeo vetuſtiſsimum eſſet, de nouo etiam poſſet refici, vt in. c. fina. de fide inſtrumē poſſet tamen facere vnam ſubſcriptionem, vel extractum, vel ſecundum conſuetudinem apponere alia verba: aut eſt tale inſtrumentum, quod non venit reficiendum, vt eſt inſtrumentum debiti, & tunc notarius debet cancellare prothocollum in libro ſuo: tamen non debet delere neque eradere, vt ſaltem appareat fuiſſe debitum ſecundum Bal. vbi ſupra Plus voluit Alber. in dic. lege contractus. C. de fide inſtrumentum quòd ſi prothocollum eſſet cancellatum in libro notarii de voluntate partium, quia dicatur inſtrumentum eſſe extractum cum tamen hoc non ſit poterit hoc non obſtāte extrahere, & dare copiam volentibus, quod eſt notatu dignum ſecundum Lanfran. vbi ſupra. Adde quòd dicit Bartolo. in lege ſecunda. §. ſi plura. ff. queād. teſtamenta. ape. quod notarius non poteſt ad teſtatoris petitionem, neque debet teſtamentum dilacerare, ita quòd omnino non reperiatur, ſed ſi teſtator vult, cancellet, adhuc tamen notarius tenetur copiam facere, vt dicit textus in dic §. ſi plura ad quod bene facit lex quidam tabularum. ff. de fur. & de lacerante & ſubtrahente inſtrumentum & eorum pœna vide Baldum & alios in lege ſine poſſeſsione. C. de probatio. & in cap. accepimus de fide inſtrumentum, & ibi plene per Fely. columna quarta. ☞ Adde etiam per Ioannem Andream in additio. ad ſpeculatorem titulo de inſtrumen. en. edi. § poſtquam ver. vbi autem & in. §. oſtenſo ver.

Notarius, an poſſit cācellare imbreuiaturā poſt quam inſtrumentum redditū parti.

Notarius non poteſt neque debet teſtamētum dilacerare ad teſtatoris petitionem.

Illud

Illud quoque vbi ponit quando debeat inſtrumétum can cellari, & ſi notarius redddidit inſtrumentum cancellatum, an puniatur de falſo, & per eundem Specul. in dic. §. oſtenſo, verſi. ſed nunquid quomodo exemplum non debet extrahi, ſeu quòd communiter dicimus vidimus fieri ſine præſentia & auctoritate iudicis, & de ipſius forma, & quomodo pars in exemplatione debet vocari, & in. §. poſtquam, ver. obligationes. Et ibi Io. And. & quatuor ſequentibus de debitore, qui ſoluit debitum: cui melius eſt vt ſibi fiat inſtrumétum ſolutionis, quàm vt reſtituatur inſtrumentum debiti, & quomodo inſtrumentum debiti ſemel perditum non debet refici, niſi iudicis auctoritate, vocata parte. ☙ Quæro etiam notarius in ſuo prothocollo, ſeu in ſuo libro prothocollorum, vel imbreuiaturarum exten dit inſtrumentum, in quo continetur dies celebrati contractus, & in inſtrumentis requiſitis, poſtea dat copiam parti de tali inſtrumento, extrahens ei copiam in publicam formam, vt moris eſt, in quo inſtrumento ſic extenſo non eſt appoſita dies, quæritur nunquid valeat tale inſtrumentum, cum in eo non ſit appoſita dies, & an illa dies ap poſita in prothocollo repetita videatur in inſtrumento extracto? Specu in titu. de inſtru. edi. §. inſtrumentum, ver ſic. quid ergo, de quo dixi ſupra, articu xvii. determinat, quòd valeat inſtrumentum, & videtur repetita dies appoſita in prothocollo. Hanc ſententiam ſequitur Barto. & eſt communis opinio doctorum in. l. ſi ſinita. §. idem videa mus, verſi. ſi repetam. ff. de dam. infec. & . l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. ope. nunciatione, & in cap. cauſam quæ. extra de reſcri. Idem determinat Bar. in. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. ff. de eden. ex quo infert Lanfran. vnam notabilem concluſionem, quod ſi dat notarius parti extractum, valet, & tenet: etiam ſi in eo non ſit appo ſita dies celebrati contractus, dummodo in prothocollo contineatur dies: quia illa dies appoſita in prothocollo cenſetur repetita in inſtrumento extracto, & vt plenius in telligatur, de iſta repetitione eſt conſiderandum. quòd po teſt dubitari de dicta repetitione circa omnia quę requirũ tur in inſtrumento publico, & in inſtrumento publico plu

Inſtrumentum quomodo nõ vitiatur propter defectũ dieí

ra requiruntur,vt notat glo.in.l generali.C.de tabu.libro decimo,& in auten.vt præponatur nomen impera.de quibus dixi ſupra articu lxvii Quæro præterea,nunquid dies appoſita in primo inſtrumento prothocolli notarij,intelligatur repetita in ſequentibus?dico quòd ſic ſi immediatè ſequentibus ſecundum doctores in dicta l ſi quis ex argentariis.§.ſi initium:aliàs non niſi ſecundum quod infra dicam:poteſt enim apparere ex coniecturis,quòd non ſit repetita dies in ſequentibus: ecce pono quòd in primo inſtrumento prothocolli eſt appoſita dies, poſtea ſunt omiſſæ duæ,vel tres chartæ vacuæ. quæ non ſunt ſcriptæ: deinde in ſequenti charta eſt inſtrumentum ſine die certa in illo inſtrumento,non intelligitur appoſita dies in primo prothocollo,niſi appareat notariũ dimiſiſſe illas chartas non ſcriptas per errorem,puta,quia propter feſtinantiam,vel niſi ex aliis coniecturis appareat dictas cauſas pro ſuperuacuis habitas eſſe,puta quia notarius ſcripſit vacat, & nihil deficit,vel alia ſimilia. Secundo apparet non eſſe repetendum diem in ſequenti,quando in ipſo inſtrumento debet intelligi repetita dies, & dimiſſum eſt ſpacium, vbi debebat apponi ipſa dies,verbi gratia, inſtrumentum dicit actum anno domini.M.tal,deinde dimittit ſpatium, vbi debet apponi tali die:nam eo ipſo, quòd dimiſit ſpacium non valet tale inſtrumentum celebratum illo die, qui continetur in precedenti inſtrumento: quia hoc dixiſſet,nec de eo dubitaſſet notarius dimittendo ſpacium, cum in primo inſtrumento ſit ipſa dies ſcripta. Tertio cõiectura erit, quòd non erit repetita dies, ſi eſt appoſita tantum dies in genere,nec dicit de qua die. Idem etiam ſi appoſitus eſt menſis alius,quàm ſit poſitus in primo inſtrumento,certè non intelligitur,repetita dies appoſita in primo inſtrumento, cum ſit impoſsibile ceſſantibus illis coniecturis:erit in arbitrio iudicis,an dies intelligitur repetita,an non:ſi facit multa inſtrumenta inſequentia immediatè,inſtrumentum primum tenendum eſt pro conſtanti,quòd intelligitur repetita,niſi ſint aliquæ coniecturæ in contrarium,vt ſupra dixi. Quid autem de indictione,nũquid appoſita in primo prothocollo intelligatur repetit

Inſtrumẽto, an & quomodo cẽſeatur dies appoſita.

petita in ſequentibus,& quid de aliis requiſitis, an intelligantur repetita? vide Bart.in dic.§.ſi initium.Quæro vlterius,nunquid amiſſum inſtrumētum poſsit probari per teſtes,ita vt ſufficiat ad condemnationem? gloſa eſt ſingularis in.l.ſicut.C.de fide inſtrumen. quæ dicit quòd ſi per teſtes probetur amiſsio inſtrumenti, quòd illud ſufficiat ad hoc, vt poſsit deferri iuramentum in ſupplementum probationis: gloſ.autem in cap.cum olim,extra de cenſib. dat aliam doctrinam Bar. autem in dicta.l. ſicut dicit, aut teſtes deponunt ſolum de perditione inſtrumenti, & non aliud,& tunc nihil faciunt,aut deponunt de veritate,puta quia dicunt ſe interfuiſſe contractui: & tunc plenè probant & deponunt de tenore inſtrumenti, & de perditione,puta quia dicit mutuauit decem Seio,& quòd hoc ipſi legerunt in dicto inſtrumento:& tunc tales teſtes faciunt ſemiplenam probationem,ita vt veniat iuramentum deferendum creditori:ſed tales teſtes debent eſſe periti,vt ſciant legere,& ſcripturam intelligere ſecundum Bartolum, in.l.ſecunda ff.de iure fiſci,& in.l. prima.ff. ſi cert. peta. & in auten.ſi quis in aliquo.C.de eden.aliàs non facerent ſemiplenam probationem:vnde ſi eſſent iuriſtæ,vel alij boni practici,puta notarij ſufficeret. ☙ Adde Bart.in auauten.ſi quis in aliquo.C. de eden. quem ſequitur Panor. in cap.cum olim,ex.de priuileg.vide Angelũ conſil.xxiii. Specu.titu.titu.de inſtru.edi.§.reſtat,verſi. illud quoque dicit quòd ſi per factum aduerſarij mei,perdo inſtrumentum,quo vſurus eram,ſufficit ad intentionem meam fundandam probare,quòd eius vitio perditum eſt inſtrumentum,per quod probatur id de quo agitur.C.de proba.l.ſi de poſſeſsione.C.de teſti.l.teſtium.§.fina.ſi per factum alterius ſufficit probare tenorem & amiſsionem, vt dicto capite olim,quæ amiſsio probatur per duos teſtes, & ita ſi ſcriptura teſtamenti facta fuit coram ſeptem teſtibus,& eſt deperdita,ſufficiet hoc caſu probare per duos teſtes caſum amiſsionis illius ſcripturæ, & id quod continet ad hoc vt dicatur plenè probatum ita ſingulariter dicit Baldus per illum textum in lege teſtium in ſecunda col.C. de teſti.quod eſt bene notandum. ☙

Inſtrumentũ amiſſum an poſsit probari per teſtes.

Que à

Que à la fin d'un chaſcun contract ilz ſigneront leur regiſtre.

Article. CLXXIIII.

ESquelz regiſtres & prothocolles ſeront miſes & inſerées au long les minutes deſdictz contractz, & à la fin de ladicte inſertion ſeront mys les notaires, notaire ou tabellion, qui aura receu ledict contract.

Notarius debet inſtrumentum in ſuo prothocollo exteendere.

Notarij ſignũ an intelligatur repetitum.

NOta ex hoc articulo quòd notarius non debet conficere imbreuiaturam hoc modo, vendidit, &c. renunciauit,&c.ſed debet extendere inſtrumentum ad longum in ſuo regiſtro & prothocollo, & ſi contrarium faciat punitur tanquam tranſgreſſor ſtatuti, vt dixi ſupra ar ticu. proximo per doctrinam Baldi, in rubrica.C. de fide inſtrum. non propterea annullabitur inſtrumentum, ſed extendetur, vt dixi in dicto articulo proximo. Quæro notarius in principio prothocolli ſui appoſuit ſignum ſuum, poſtea in aliis minutis non appoſuit ſignum ſuum, nunquid aliæ minutæ valeant, & nunquid ſignum tabellionis intelligatur repetitum? Bartolus in dicto.§.ſi initium determinat, quòd ſic: quia tales minutæ, ſeu imbreuiaturę valebunt cum ſit vniforme in cæteris inbreuiaturis. Idem ſi apponatur in fine omnium imbreuiaturarum, quod intelligitur in cæteris imbreuiaturis. Quæro inſuper, ſi in principio libri notarij eſt appoſitum milleſimum in primo prothocollo: cæteris autem inſtrumentis ſequentibus nullum eſt appoſitum, an milleſimum appoſitum in primo inſtrumento intelligitur repetitum in omnibus ſequentibus? Lanfran. vbi ſupra numero quinquageſimo quinto dicit Guid. tenere quòd ſic in lege ſi quis ex argentariis.§. ſi initium.ff.de eden. & Bald. per legem continuus.ff. de verbo.obligat. & per dictum.§.ſi initium: & eſt ratio, quia in vno anno poteſt notarius plura inſtrumenta conficere, & ſic in eodem milleſimo. Ideo nimirum ſi milleſimum appoſitum

poſitum in primo inſtrumento, intelligatur repetitum in omnibus ſequentibus inſtrumentis,& ita de conſuetudine ſeruatur, quòd notarius in principio anni facit vnum librum nouum,& in principio ipſius libri dicit,hæ ſunt im breuiaturæ,de quibus rogatus fui ego talis, anno domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo.

¶ Præterea nota quòd tabellio in fine contractus poſt omnia:ſuum debet apponere ſignū,vt dicitur in fine huius articuli,vt per illud & alia euidentius comparatio fieri poſsit cum neceſſe fuerit.C.de aſſe.l.fi.& in auten.de fi de inſtru.§.oportet autem in principio colla.vi & quòd contractus & inſtrumenta fiant:& quòd teſtes adhibeantur:ac ſignum inſtrumento apponatur,à veteri teſtamento habetur Hieremiæ.xxxii.cap.in fine agri pecunia ementur:& in libro ſcribentur,& comprimetur ſignum,& teſtis adhibebitur: in quibuſdam tamen locis vt Narbonæ tabelliones non vtuntur aliquibus ſignis,ſed ſolum ſe inſtrumentis ſubſcribunt,licet in hoc ſit regionis conſuetudini ſtandum:tamen vtile eſt,& honeſtum vnumquemque notarium proprium habere ſignum, vt notat Specu. titu. de inſtru.edi.§ primo,verſicu.in fine.Nota ſecundo quòd ſubſcriptio vel ſignum non poteſt alteri demandari ſecundum Baldum,in lege ſingulos per illum textum.ff. de teſta.in hoc tamen aduerte ſecundum Ioannem And.in dicto verſicu.quòd ſignum non eſt de ſubſtantia inſtrumenti:quia hoc nullo iure cauetur: ideo propter illius defectum inſtrumentum non vitiatur: licet ſit commendabilis ſolennitas in inſtrumento ponenda:non tamen ipſius quaſi minimæ ſolennitatis omiſsio vitiat inſtrumentum ff de ven.inſpi.l.i.§ fina.ff.de in inte.reſti.mino l.ſcio.Sedquid ſi tabellio omittat ſe ſubſcribere inſtrumento contractus, dic quòd contractus nō valet,cum omiſsio ſubſtantialium contractus reddit contractum nullum.ff.de tranſac.l. cum hi.§ ſi prætor. Imo niſi tabellio ſe ſubſcribat eſt priuata ſcriptura.C.de contrahen.& committen.ſtipu.l.optimam notat Spe.in dic.§.inſtrumentum,ver.cum enim.

Au dos du contract groſſoyé ſera le regiſtre deſigné pou y auoyr recours.

Et s'ilz

Article. CLXXV.

ET ſ'ilz ſont deux notaires à paſſer vn contract,ou receuoir vn teſtament,ſera mis & eſcript au dos dudict teſtament ou contract, & ſigné deſdictz deux notaires le nom d'iceluy,es liures duquel aura eſté enregiſtré ledict contract ou teſtament, pour y auoyr recours quand meſtier ſera.

Inſtrumentum factum à notario de quo dubitatur, an faciat fidem.

FAcit textus in argumentum in lege de inſtrumentis communia vtriuſque iudi. vbi dicitur, ꝙ penes quem debeant eſſe communia inſtrumenta iudex prouidere debet. l. cæteræ, & l. ſi quæ ſunt. ff. fami hære. Quæro nunc, nunquid inſtrumentum factum à notario, de quo dubitatur, puta quia eſt factum in longinquis partibus facit fidem, licet aliter non conſtiterit de notario? Azo. in ſumma in autentica de fide inſtru. tenet, quòd ſic dummodo ſit ſcriptura non cancellata, nec in aliqua ſui parte vitiata, & producens talem ſcripturam non ſit perſona ſuſpecta. Speculator autem in titulo de inſtru. edi in. §. reſtat in verſiculo quid ſi producit, & Ioan. And. in addi Specu. in dicto verſiculo hæc dicunt aut eſt productum tale inſtrumentum aduerſario præſente, & non contradicente: & tunc bene facit fidem, aut parte abſente & tunc non faceret fidem, niſi conſtaret de notario, & idem tenet Anton. de But. in cap. fina. de fide inſtru. & hæc eſt certiſsima ſententia ſecundum Lanfran. vbi ſupra numero duodecimo. ☞ Adde eundem Specu. in dic. §. ver. & ſcias. Et ibi Ioannes Andr. in addit. vbi ponit quatuor quæſtiones circa hanc materiam. prima produxi inſtrumentum confectum per eum qui longo tempore exercuit officium, reus negat illum tabellionem: quæritur an mihi incumbat onus probandi. Secundo an ſufficiat deſcriptum in matricula notariorum, vel quòd multo tempore tabellionatus geſsit officium? Tertio an his vel ipſorum altero probatis? ſit ille & fueris

& fuerit tabellio. Quarto an valeat inſtrumentum quod produxit. & alia facta per ipſum & quid de fiédis ad primum dicit quod actori ıucumbit probatio cum alterat factum vel ſolennitatem. C de proba. l. actor ff. de publi. l. quecunque nec obſtat poſſeſſio officii quia cum præſumptio ſit pro aduerſario etiam poſſeſſor probat. C. de proba l. ſiue ex eo. titu. c. ex literis ad finem ad ſecundum dicit matriculam non probare inducit ff. de decurio. l. herénius &. C. de teſta mili. l. criniarios ad tertium dicit non ſufficere quod geſsit officium vt l barbarius de offi. præto. ff. vt intra arti. cxxviii. ver. nunc quero quartum ſoluit ex prædictis quod non valet inſtrumentum: quod produxit. & alia conficienda per ipſum nam & ſi propter communem errorem preterita inſtrumenta valerent: non ſic in futuris errore comperto de quo dic vt in dic. arti. & ver. Sed dubium ſtat qualiter probabitur, quem eſſe notarium Inno. in. c. fina. extra de fide inſtru. quem ſequũtur cæteri doctores dicit poſſe probare notarium per inſtrumentum creationis: quia apparet inſtrumentum per quod talis creatus eſt notarius ſiue tabellio. Item probatur quem eſſe notarium probando, quod fecit plura inſtrumenta inter perſonas, quibus eſt adhibita fides plena. Item ſufficeret ad probandum quem eſſe notarium ſi plura producantur inſtrumenta per eum confecta, & non ſufficerent ſecundum Inno. duo ſed plura requiruntur: nam eo ipſo, quod quis confitetur officium tabellionatus, dato quod non eſſet tabellio, ſatis eſſet, quia communis error facit ius, vt in l. barbarius. ff. de offic. præto. & ideo ſi ex forma ſtatuti caueretur, quod nullus poſsit eſſe notarius, niſi ſit deſcriptus in matricula, hoc caſu non ſufficeret: licet exercuiſſet officium quia non eſt ſeruata forma legis. quæ dat eſſe rei, vt in. l. iulianus. § ſi quis rem ff. ad exhiben. videmus tamen hodie cum portatur aliquod inſtrumentum de longinquis partibus, portari etiam literas teſtimoniales poteſtatis illi⁹ loci, in quo degit tabellio ad teſtificandum illum fore fidelem tabellionem & eſt ſalubris cautela ſecundum eundem Lanfran. attendendũ tamen eſt, quod tales literæ teſtimoniales nullam fidem faciunt

Notarius quomodo probatur.

Inſtrumẽtũ an poſſit probari per literas teſtimoniales.

faciũt:licet in eis dicatur, quod talis eſt tabellio, niſi dicatur in ipſis literis, quod tabelio' ſcripſit hoc publicum inſtrumentũ, quod incipit ſic, & finitur ſic: quia poſſet eſſe verum, quod talis tabellio, de quo atteſtantur literę eſſet notarius, & pars aduerſa negaret i'lũ ſcripſiſſe hoc inſtrumentum. Et ideo aduertendum eſt bene, quando producuntur tales literæ: quia per hoc irritabũtur multæ Et ita tenet Io. de Imo in. c. ii extra de fide inſtru. Si tamen portaret quis aliquod inſtrumentum de longinquis partib⁹ in quo contineretur, quod talis inſtituit Titium procuratorem ſuum, & iſte Titius produceret tale inſtrumentũ procurationis. cum literis teſtimonialibus, & negaret iſtũ eſſe Titium, non debent audiri iſtæ oppoſitiões: quia iſte Titi⁹ procurator preſumitur, ſi iſte hoc aſſerat Ita notabiliter determinat Cy. in. l. exigendi. C. de procur. Idẽ tenet Ange. in. l. ſi procuratorem abſentem ff. de procur. ☞ Adde Spe titu. de inſtru. edi. §. reſtat ver. quid ſi producitur aliquod inſtrumentum in iudicio: quod dicitur eſſe factum in longinqua regione nec cõficiẽtis aliqua noticia habeatur & dicit quod ſi is contra quem producitur ſit abſens. faciet producentem iurare quod inſtrumẽtum eſt verum & a perſona publica conſcriptum ſi vero pars preſens ſit & neget eum tabellionem eſſe qui conſcripſit probauit tũc producẽs vt dictũ eſt ꝙ intellige vt dictũ eſt. & vide Spe. in dic. §. ver. illud autẽ qui dat modũ probãdi quẽ eſſe tabellionẽ nã ſi probet per inſtrumẽtũ tabellionat⁹ oportebit ꝓbare: ꝙ is q illud cõfecit: ſit tabellio. & ſic res in infinitũ abibit ꝙ tamẽ vitandũ eſt c. cũ in multis de reſcrip. lib. vi. debet ergo ſic talis ꝓbatio fieri ꝙ publica. fama, & cõmunis opinio eſt illum eſſe publicũ notariũ & ꝙ publice cõficit inſtrumẽta in ſingulis cõtractibus & ꝙ inſtrumẽta ab eo cõfecta pro publicis habent in tali ciuitate vel, dioceſi & ꝙ exercet officiũ tabellionatus & tãquã tabellio fungitur publicis muneribus. ☞ Vlteri⁹ quæro, nũquid omne inſtrumẽtũ publicũ faciat fidẽ? & dico quod non, cuius rei gratia eſt ſciendũ quod inſtrumẽtorum duo habemus genera. quoddã autenticum & originale: quoddam exemplum ſiue tranſſumptum,

Inſtrumẽtũ publicũ non ſemper facit fidem.

ptum,alias ſine iudicis auctoritate ſumptũ ex originali. Ita tenet gl. in l.quicunque ff de fide inſtru. Inſtrumentum autenticum,vt bene intelligatur,dicitur omne inſtrumentum cui plenè creditur. Ita notat Innoc.in.c i de fide inſtru. Inſtrumentum autem originale propriè loquendo dicitͬ prima ſcriptura notarii,ſcilicet matrix,ſeu prothocollum,vel imbreuiatura. Impropriè autem loquẽdo,omnis ſcriptura quam notarius extrahit rogatus faciens fidẽ dicitur originale. Ita ſingulariter notat Bal.in.l.publicati in penul.quæſtione.C.de teſta Sit ergo inſtrumẽtum,vel autẽticũ,vel originale,nemini dubium eſt,quin plenam faciat fidem.hoc probatur in dic c.i.de fide inſtru.& in dic.l.quicũque. Exemplum autem ſiue tranſſumptum inſtrumentum regulariter eſt quod nullam faciat fidẽ:imo preſumitur talis ſcriptura falſa,vt eſt textus in dic.l.quicunque. Hinc eſt ſi ego habens inſtrumentum originale vel autenticum confectum per Titium tabelliõem,facis illud exemplari per Seium tabellionem,tale exẽplum exẽplatum nullam facit fidem:quia ad hoc,vt inſtrumentum faciat fidem,oportet quod notarius ſit rogatus à partibꝰ, vt in.§.nos autem in auten.de tabel.ſed ille notarius qui exemplauit non eſt rogatus,niſi ab vno,ergo,&c. Secũda ratio.quia notario nõ creditur,niſi de his quæ ſunt facta in eius præſentia:ſed iſte notarius qui exemplauit,nõ vidit ſeriem negocii in iſto inſtrumẽto confecti.ergo,&c. Aliæ etiam rationes poſſunt accommodari,ſed iſtæ ſufficiant. Eſt ergo cõcluſio,quod exemplum non facit fidem hoc fallit in aliquis caſibus Primo quãdo illud exemplũ eſt publicatum à notario,tũc plenam facit fidem,quę publicatio fiet hoc modo. Primo pars hoc petat à iudice,qa iudex non impartitur officium ſuum non petitus,vt in.l. iiii.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. Secũdo citabitur aduerſa pars vt interſit publicationi,& citabitͬ ſpecialiter ſi cognoſcatur:ſi autem non cognoſcatur,proclamatur generaliter,vt in autẽ.ſi omnes.C.ſi minor ab here.ſe abſtinue. Item tres notarii debent interuenire ad ſcribendum in hanc formam,ecce dicit vnus tabellio,ego Petrꝰ, &c.originali inſtrumento diligenter auſcultato,viſo & intellecto

Inſtrumẽtũ autentiquũ originale & tranſſũptum.

Exemplũ exemplatum nullã fidem facit.

Exemplum quomodo fidem fact.

ſntellecto præſens exemplum extraxi:& quia in omnib9, & per omnia concordare inueni cum originali,quod nõ erat raſum neque cancellatum:ideo me ſcripſi. ſimiliter alii duo notarii:tunc iudex hoc viſo pro ſententia inter locutoria pronunciabit tali exemplo plenam fidem adhi beri,etiá bona cautela erit pro illo,qui produci fecit tale exemplum,quod faciat fieri inſtrumentum de illa interlo cutoria. Hanc formam tradit Albe.& cæteri doctores in dic.l.quicunque ff.de fide inſtru.& iu auten ſi qui 'in ali quo,C.de eden. Animaduertendum tamẽ eſt,quod ſi quis producat tale exemplum,licet faciat fidem,poteſt tamen quis redarguere de falſo,& petere exhiberi originale,ſi poſſit habere. Ita tenet Bal.in dic.auten.ſi quis in aliquo. & primo fuit dictum Inno.in.c.abbate.extra de verb.ſigni. ⁊ Spe.titu.de inſtru.edi.§.nunc dicamus ver.il lud videtur ſentire contrarium quod ex quo inſtrumenta coram iudice & parte præſente ſunt producta & exẽplata ex tũc nõ cogitur quis ad originaliũ editiõem alias ſecus ſecũdum Inno.ex.de fide inſtru.c.i.de quo aliquid dixi ſupra arti.clxxiii.& nota quod licet dictum ſit quod tres notarii erant neceſſarii,intellige hanc cautelam nõ eſſe neceſſariam,licet omnis cautela ſit adhibenda.& nõ neceſſaria commendanda tamen exemplatio vel inſinuatio iudicis auctoritate facta per vnum notarium ſecundum formam decre.vltime de fide inſtru.cuius tenorem hic inſero valet,& tenet ſi inſtrumenta propter vetuſtatem,vel propter aliam iuſtam cauſam exemplari petantur.coram ordinario iudice vel delegato ab eo.ſpecialiter præſententur,qui ſi ea diligenter in nulla ſui parte vi tiata repererit per publicã perſonam illa precipiat exem plari eandem auctoritatem per hoc cum originalibus ha bitura.fidem faciũt vt tenet Io,And.in Spe.tit.de inſtru. edi.§.ſed nunquid ſufficit habet tamen ille notarius in in ſtrumento ſubſcribere teſtes,ſicut & in aliis inſtrumentis & hoc precipue aſſerit:quando fit aduerſario preſente,ſed idem quando abſente,vel quando nullus eſt aduerſarius licet in hoc maxime caſu commendanda eſt cautela.& de hac exemplatione vide late per Spe.in dic.§.oſtẽ

fo

ſo.hinc nota ignarorum errorẽ qui putant inſtrumentũ extractum à notario qui recepit non facere fidem, quod non eſt verum, cum inſtrumentum publicum poteſt fieri in papiro ſecundũ Bal cõſi.xxxviii.iii.libro.nec hoc eſt exemplum, quando eadem perſona eſt quæ ſcripſit originale,& ſcripſit exemplum, vt infra dicetur. Nota præterea, quod rogationes ſeu prothocolla tabellionis qui deceſsit exemplari, & in publicam formam redigi per alium tabellionem nequeunt ſine iudicis ordinarij auctoritate, vt extra de fide inſtrument.c. cum P. tabellio nec eo viuente poteſt tabellio alij committere completionem inſtrumenti ſed per ſeipſum id facere debet. Ita notat Spe.in dic.§ oſtenſo ver. Illud quoq; tu tamen iudex maior petrago.qui nihil ignoras, egre.ferres ſi ego qui ſum iudex ordinarius, darem alicui prothocolla, ſeu rogationes defuncti notarii exemplandi poteſtatem, & diceres quia tua eſt, cum ſis iudex regius quod te multum fallit, & alios huiuſmodi iudices. Secundo caſu fallit, quando eadem eſt perſona tabellionis, quæ ſcripſit originale, & quæ ſcripſit exemplum: nam tunc exemplum plenam facit fidem ſicut ipſum originale, cum idem tabellio de eodem actu poſsit plura conficere inſtrumenta, vt in.lege vnum teſtamentum. ff. de taſtementis. Vbi autem eſſet diuerſitas inter imbreuiaturam notarij, & extractum ab imbreuiatura, ſtabitur imbreuiaturæ. Ita dicit notabiliter Barto.in lege ſempronius proculo. ff de lega.ſecundo. Idem Angelus in lege publicati C de de teſtamentis Idem voluit glo.in. §. penulti. in auten.de tabellio. quæ dicit, quòd vbi dubitatur de viribus inſtrumenti, ibi curritur ad imbreuiaturam: hinc eſt quod dicit Bald.in rubri. C. de fide inſtrumentorũ quòd vbi notarius confecit imbreuiaturam de aliquo contractu, cum ſit de con ſuetudine, poterit puniri de falſo, ſi non reperiatur apud eum: imo ſecundum eum ſi dubitetur de viribus inſtrumenti, recurritur ad imbreuiaturam, quam ſi notarius dicat ſe neſcire reperire poterit ipſe poni ad torturam: quia præſumptio eſt falſitatis. Et eſt ratio, quia celando committitur falſum. ff. de fal.l. Paulus reſpondit

in fine & l.qui teſtamentum.ī prin.nec in facto proprio eum excuſat ignorantia.ff.de iur.& facti igno.lege plurimum intereſt.C.de reſcin.vēdi l.quiſquis item argentarius qui ſemel habuit codicem rationum. Illum habere præſumitur niſi probet,ſe perdidiſſe.ff. de eden.l.ſi quis ex argentariis.§ fina in contrarium videtur:quia memoria labilis eſt.ff.dē arb.l. ſi arbiter,quæ ex tractu temporis etiam in teſtibus variatur ff.ad carbo.l.iii §. due autem.Item lex cor.de fal.non habet locum niſi in falſo,dolo commiſſo.ff.de fal.l.nec exemplum hinc eſt quod illū allegans debet probare.ff.de proba.l.quoties.§ i præſumitur ergo potius huius tabellionis error,quàm dolus facit textus.C.de his qui ſibi in teſtamento aſcribunt.l.penul. in fine quare diſtingue circa conditionem perſone, & temporis quantitatem vt ſcilicet ſi notarius eſt bone opinionis,& tempus longum quo factū fuiſſe dicitur inſtrumentum accuſari non poſſit & ſi accuſatus fuerit, abſoluatur,ſalua contra eum quæſtione ciuili,in ordinario iudicio ad damnum & intereſſe arg.C.de teſtamen.l. ſancimus in caſu cōuerſo cum tempus eſt breue,& perſona eſt ſuſpecta, accuſari poterit , & puniri per iura.ii. allegata facit. ff.de eden.l ſi quis ex argentariis. §. i. ibi humilis & deplorati & hoc ſcias quod ſi notarius iſte cōfeſſus eſſet ſe rogatum,ſed diceret ſe perdidiſſe rogationem,ſibi vel ſno ſacramento non creditur,imo oporteret perditionē probare dic.l.ſi quis ex argentariis.§.fina.

☞ Tertio caſu fallit quādo aduerſarius meus dabit mihi exēplū:nā tunc facit fidē,vt in l.in fraudē.§. neque.ff. de iure fiſci & ibi hoc tenet Bart. vnde fit cautus ille,cui datur exēplū per ſuū aduerſariū,vt faciat in actis ſcribere qualiter aduerſarius ſuus dedit ſibi illud exemplum. Quarto fallit ſi exēplū eſt ſcriptū de cōſenſu ambarūpartiū:nā tūc fidē facit Ita notat Io.de Imo.ī.c.i.de fide inſt. per Bar.& Bal.in autē.ſi quis in aliquo.& ibidē per alios doctores.C.de eden.Adde, ꝙ ſi duo notarii recipiāt inſtru.vt fit Pariſiis,ambo debent ſe ſubſcribere, aliàs non valeret inſtru. neque probaret ſecundū Bal.cenſi. cccix. ver.ad articulum de duobus notariis volu.i. notat Nico.

boe.in

boe.in cōmē cōſue.bit.tit.de iuriſdi.om.Iud art.vi. Quę ro vtrū inſtru.faciat fidē,quoad extraneū? Inno.in.c.i de fide inſtr.tenet ꝙ nō nocet neque prodeſt extraneo:quia res inter alios acta,&c. tamē ratione iuris quæſiti ex con trahētibus per partes inſtrumentum facit fidē cōtra extraneū ſecundum Bal.in rubri.C.de fide inſtru. declaro, ego emo vnū fundū à te qui in veritate nō eras dominus iſtius fundi, & poſsideo iſtum fundum per decennium bona fide,& preſcribo: ſi ille qui erat dominus agat contra me probando præſcriptionem decennii, probabo etiam titulum per inſtrumentum. & ſic nocebit iſti tertio.Ita dicit Lanfran. vbi ſupra num. vigeſimoſeptimo. *Inſtrumentum an faciat fidem quo ad extraneum.*

Poſtremo nota practicam huius conſtitutionis in fine quam ponit Spe.tit.de inſtru.edi.§.poſtquā ver ſi igitur ꝙ cauti tabelliones cum partibus exhibent inſtrumēta ſibi etiam in ſuis regiſtris retinent ipſorum inſtrumētorū formas:quod fieri vtile eſt,imo neceſſe hac conſtitutione. Nā primis caſu deperditis facilius ſub eadē forma reficere poterunt ſed ſi de fide priorum quomodolibet heſitetur: ad ipſorum regiſtrum poterit recurſus haberi in anten.de tabel.§. Illud quoque columna quarta.

Pour leſdictz regiſtres ne prendront notaires plus grand ſalaire.

ET ne pourront leſdictz notaires ſoubz vmbre dudict regiſtre,liure,ou prothocolle prendre plus grand ſalaire pour le paſſement deſdictz cōtractz, reception deſdictz teſtamens: Bien ſeront ilz payez de l'extraict de leurſdictz liures, s'aucun en eſtoit faict en apres pour ceulx auſquelz leſdictz cōtractz appartiennent, ou auſquelz ilz auroient eſté ordonnez par auctorité de iuſtice. *Ar.clxxvi.*

NOta quòd non inuenitur quòd notarij habeant ſalarium de publico nec inuenitur quantum debeant habere à requirentibus eos acta publica, vel inſtrumenta conficere: & ideo ſi ſuper hoc ſit aliqua conſuetudo, illa erit ſeruāda, vt.ff.de leg l.de quibus. alias requiritur officium iudicis: & ita notauit Pla.de reſcriptoribus cauſarum.C.de ſpor.& eſt textus in c.ſtatutum. §. notarium, de reſcrip.libr vi. Item & poterunt notarij retinere inſtrumenta, donec eis ſatisfiat argu ff communia prædio. l venditor. §.ſi conſtat,& de actio.emp.lege Iulianus. §. offerri & .ff de condic indebi.lege ſi non ſortem.§.ſi centum.&.ff commoda.lege in rebus. §.fina. ſed ſi talis notarius agat actione mandati, ipſe ſuccumbet: quia illa non ſcripſit, ſed magis ex neceſsitate officij, quod eſt quoddam publicum munus vt.C.de tabu. lege generali lib x. & quod ſit munus publicum notatur.C.qui mili.nō poſſunt lege fina.lib.xii. Item & ſi ille notarius ſcripſiſſet aliqua non ex neceſsitate officij, ſed alias ex mandato requirentis, cum ipſe non poſſet conſequi, niſi intereſſe ſuū ſorte valorem pargameni,& encauſti: quia actio mandati datur ad intereſſe: agat ergo condictione ex.l.non ſcripta, ſi ſuper ſalario ſit aliqua cōſuetudo, vt. ff.de condi. ex lege.l. vna ſi autem non ſit conſuetudo de certo ſalario, venit tunc officium iudicis in taxando: aliàs tarde inueniretur, qui vellet ad talia operam dare. Et quia hodie aliqui notarij excedunt modum, & nimis exigunt retinēdo ſcripturam vel alias per multas impreſsiones quas faciunt iudex debet eos refrenare, vt arg C.de re mili.lege fin.§.vt autem lib.xii prædæ enim occaſio eſt auferenda, vt.C.de fi u.Alexan.l i lib. x Ita dicit Pe.Iaco.in titu.de actione manda.verſi.Item de notariis & dicit Iaſon in.§. tripli.inſti.de actio notate illud pium dictum,& quando vobis occurret omnino obſeruare, quòd aduocati non debent recipere ſalarium à pauperibus. Ita notat Bal.in. lege ſi furioſi.C.de nupt.argu.illius textus in verbo gratis, pro quo bene facit, quòd idem Bal dicit in auten. generaliter.C.de epiſco.& cle.in.i.col.quòd in cauſis miſerabilium perſonarum iudices de iure non debent habere

Notarii poterunt retinere inſtrumēta donec eis ſatisfiat.

ſportulas

ſportulas, ſiue ſalarium. §. ne autem in auten. de iudi. & idem dicit in cauſis ſummariis, quia ſunt magis fauorabiles, & celerius expediuntur, & pro iſtis duobus dictis dat caſum expreſſum in. §. ſit tibi quoque. in auten. de māda princi. & ibi etiam glo. in verbo gratis accedat pro iſtis pauperibus, quod ſingulariter voluit Ro. i. l. ſi vero. §. de viro in fallentia propter paupertatem ff. ſolu matri. vbi vult quòd quādo notarius conficit inſtrumentum de aliquo actu vel contractu pauperis, quòd de iure nihil debet ab eo recipere nomine ſalarij, motus per textum in. l. tam dementis. in fine cum glo. C. de epiſc audien. extendēdo rationem in illo textu expreſſam, vt ibi per eum. O vtinam bene ſeruarent hæc dicta iſti impij procuratores, notarii, & aduocati, qui ſunt excoriatores pauperum, quos Barto. in repe. lege omnes populi. in quinta quæſtione principali. ff. de iuſti. & iure appellat congruentiſsimo vocabulo canes curiarum, & deuoratores ciuiū.

Iudices non debēt habere ſportulas in cauſis miſerabilium perſonarū.

Inſtrumēta recognitiōis debent fieri ſumptibus dominorū.

Aduerte tamen circa ea quæ dixi ſupra, quòd inſtrumētum recognitionis, quod petunt ſibi fieri domini directi, debet fieri ſumptibus ipſius domini argu. legis ſicut datam. C. de liber. cauſa. facit textus in lege ſed etſi. §. primo. ff. ad exhibendum. licet aliter iudicauerunt illi ignari iudices Petrago. & malè, quod ſæpe faciunt.

Notarius poteſt partē cogere ad ſuſcipiendū inſtrumētum groſſatū.

Adde quod ſcriptura ſit expenſis eius cuius ſunt negocia, domini ſcilicet, vel pupilli, vel ſocietatis, & aliá quæ ad, adminiſtratoris officium pertinent. ff manda. l. idemque. §. ſi ad vecturas. ff. pro ſocio lege cum duobus. §. quidam. C. de contra iudi. tute. l. fina in fine notat Io. And. in addi ad Spe. titu. de inſtru. edi §. nunc dicendum ver. i. & idem Io. And. in §. nunc vero aliqua verſi. quid ſi executor dicit ſecundum. Ia. de Ra. moderate expenſe quas executores facient pro executione fient expenſis legatariorū vel de quātitate ad illa deputate nō expēſis hæredis pro cuius vtilitate non fiunt nec ſuis propriis, quādo iterādo oportet illos expēdere puta eūdo vel mittēdo ad loca, vbi ſunt captiui, de quib⁹ etiā deducetur ꝙ domi expēdiſsēt, niſi forſan ex opera viuerēt cui tūc vacare nō poterūt, vel clerici eſsēt qui preſentes de diſtributionib⁹

 vixiſſent,

vixiſſent, allegat. ff. de admi. tuto. l. ſed & ſi. §. i. de peti. hære. l. ſed & ſi. §. quod autem ſi vero pro certis legatariis facta fuiſſet expenſa, illis ſolis imputabitur, vt ſi pro vno ſolo legato non liquido oportuit pro liquidatione facti vel iuris à longe liquidari, facit. C. de teſti. l. quoniam de appel. eos. §. primo. Item ſi propter id equũ vel alium apparatum emi oportuit non manebit apud executorem, ſed illi dabitur cui imputata fuit expenſa arg. prædic. §. quod autẽ &. ff de condic. ob cauſam. l ſed & ſi pecuniã § i. ipſe tamẽ. Io. And. (quia Spe. tenet cõtrariũ in dic. verſ. quid ſi executor ꝙ talis expẽſa debet fieri expẽſis heredis) putat verba. ponderãda. ſi enim teſtator iuberet. xx. captiuos redimi, omnis impenſa de qua ſupra imputaretur heredi. ſed ſi leget mille pro redẽptione captiuorũ de iſta ſumma ſine alio heredis grauamine fient expenſe neceſſarie, & in his procedit dictum Iacobi, nota præterea, quòd venditor tenetur exhibere, & non dare inſtrumentum venditionis, quia de euictione tenetur. ff. de actio. emp. & ven. l. titius heres & l. creditor, heres vero tenetur legatario dare inſtrumentum legati argu. dic. l. ſicut. C. de libr. cauſ. & lege ſi prædiorum ſecundum vnum intellectum. C. ad. l. falci. tenet Spe. titul. de inſtrumen edi. §. compendioſe. ver. xxx. apud quem debeant deponi inſtrumenta dic quod ſenior præfertur iuniori, & maior minori, & vir fœmine, ingenuus libertino. vt lege fina. ff. de fide inſtrumẽ. inter hæredes qui ex maiori parte ſit hæres. Si autem omnes eiſdem partibus heredes ſint, nec inter eos conueniat, apud quem potius eſſe debeant, ſortiri eos oportet, aut ex conſenſu vel ſuffragio eligendus eſt amicus aqud quem deponantur, vel in edem ſacram deponi debẽt, ita dicit lex ſi quæ. ff. fami. hære. de quo aliquid dixi in prin. art. prece. aduerte præterea quod ſi dominus petat edi. inſtrumentum ab emphiteota quod ipſe tenetur edere, poteſt tamen emphiteota petere, quod dominus iuret de malitia, ne videlicet petat ſibi edi inſtrumentum quod forte habet. C. de eden. l. ſi quis. § ii. & fiet editio cum die & conſule, vt tenet Speculator de loca. §. nunc aliqua verſiculo clxii.

Dicit

Dicit etiam Roſ.de actione ex teſtamento,ver.Item quęritur quòd hæres tenetur legatario inſtrumenta rei legatæ dare,cum non teneatur de euictione, nec obſtat de actio emp.l.Titius hæres. &.l creditor, vbi tenetur exhibere & nō dare: quia tenetur de euictione allegat dictam .l. ſicut.C.de libe.cauſ.&.C.ad.l.fal.l.ſi prædiorum. Adde quòd notarius poteſt partem cogere ad ſuſcipiendum inſtrumentum groſſatum,vt pulchrè notat Bartolus & Alexander in addi.ad ipſum in.l.non aliter.ff. de adop. & Angelus Are.in.§ cum autem inſti.de adop.& Angelus in.l.munerum.§.iudicandi ff.de mune & hono.notat Nicolaus Boe.titulo de iuriſdi.omnium iudicum§.vi.in conſuetudini Bitur. Nota præterea quòd tabellio cui tempore rogationis inſtrumenti fuit ſolutum mercedis precium confectionis inſtrumenti, debet iterum habere mercedem,quando pars vult inſtrumenti copiam.glo.eſt not.in l.fina.verſicu.& quotieſcunque exemplaria.C.de princ. agent. in reb.lib.xii.quod nota, quia quotidianum eſt. Ita dicit Ludo.Roma.ſingu.clxxv.hinc habes quòd notarius poteſt ſalarium recipere pro originali.& actis ſeu inſtrumento in mundum recepto. Debet tamen notarius aut iudex in libro annotare quod exigit & quantum l.apparitores.C.de exac.tribu vbi Barto.qui niſi ſcribat quod recipit tenetur pœna dupli.Bart. in.l excellentia de erog. milita.anno. Nota ſecundo.quòd tabellio poteſt recipere precium ad hoc vt oſtendat prothocollum, glo. eſt in.l.argentarius in verbo ideo in prin.& cogitur edere notarius inſtrumentum quotieſcunque opus fuerit data pecunia. Nota tertio quòd notarius poteſt rogari vt conficiat inſtrumentum contra ſe,nō autem pro ſe, de hoc ſunt mille textus.ff de fal.modo pone notarius eſt rogatus de vna donatione facta per Sempronium,cui poſtea notarius ſucceſsit,an poſsit de dicta donatione inſtrumentum conficere,videtur quòd non,quia pro ſe non poteſt,vt dixi, contrarium eſt verum,caſus eſt ſingularis ſecundum Dy. in.l.ſi de eo.§.de eo.ff.de fal.& ibi Bartolus. Nota quarto,quòd ſacerdos non poteſt eſſe tabellio, ſi tamen conficit valet.c,ſicut ne cle.vel mo.pone notarius ſcripſit lega-

Notarius poteſt partē cogere ad ſuſcipiendum inſtrumentum groſſatum.

Tabellio poteſt recipere precium ad hoc,vt oſtēdat prothocollum.

Notarius an poſſit conficere inſtrumentum donationis factæ cui ſucceſſit.

tum ſuæ eccleſiæ, an talis ſcriptura faciat probationem, tu diceres ꝙ ſic, cum poſsit eſſe teſtis, vt.c.cum nuntius de teſti. Sed in contrarium poteſt argui, ex eo quòd dicimus, ꝙ pater non poteſt inſtrumentũ conficere pro filio, cum ſentiat lucrũ vſusfructus, vt eſt glo. ſing. in.l.impuberem §.i.ff.de fal. ergo eadem ratione idem in ſacerdote, ſed tamẽ contrarium eſt verum, & ſic valet ſcriptura, nec punitur.c. cum inter vos de re iud. vbi determinat Io And. per illum textum. Adde quòd inſtrumentum confectum à clerico tabellione non valet ſi publicè & ſolenniter fuerit ſibi interdictum, vt eſt apud nos edicto regio, ſecus ſi occultè ne homines decipiantur ſecundum Specu.tit. de inſtru. edi.§.reſtat verſi.ſed cum dixeris. Quæro nunc an tabellio quandocunq; vult? poſcit renunciare officio tabellionatus dic ꝙ non: & eſt ratio, quia nemo poteſt renunciare officio ſibi conceſſo, niſi in manibus ſuperioris concedentis, vt.l.legatus ff.de off.præſi.c.admonet, &.c.quod in dubiis, de renunci. Bald. inducit ad hoc in.l.falſus.C.de fur. notat Ludo.Ro.ſing.346.347.&.348. Nota quinto, ꝙ tabellio compellitur conficere inſtrumẽta, ſi rogetur, quid ſi mandato ſuperioris nolit inſtrumenta conficere? qua pœna puniatur? dic ꝙ priuatur tabellionatus officio ſecundũ Bald. in in.l.prouidendum.C.de poſtu. Nota quòd notarius eſt ſeruus publicus, & ideo inuitus compellitur non rogatus, hoc eſt verum, niſi vna cum officio notarius habeat officium annexum, & illud per quinquennium exercuerit: tunc enim non poteſt inuitus rogari, caſus eſt in.l. i.C.de tab.lib.x.ſecundum Ange.hic.

Sacerdos nõ poteſt eſſe tabellio, quid ſi conficiat inſtrumentum ſuæ eccleſiæ.

Pater nõ poteſt cõficere inſtrumentũ pro filio.

Tabellio cõpellitur conficere inſtrumenta.

Notarius eſt ſeruus publicus.

A qui leſdictz notaires pourront communiquer leurdictz regiſtres.

Article. clxxvii.

ET defendons à tous notaires & tabellions de ne monſtrer & communicquer leſdictz regiſtres, liures & prothocolles, fors aux contrahens leurs heritiers & ſucceſſeurs, ou autres,

aus-

auſquelz le droict deſdictz contractz appartiendroit notoirement, ou qu'il fuſt ordonné par iuſtice.

ADſtipulatur ꝙ tradit Ang.in.l.prętor.§.j.ff.de eden. vbi dicit quòd notarius non debet extrahere de imbreuiatura ſua inſtrumentum, niſi illis perſonis, inter quas res eſt geſta: vnde tertiæ perſonæ non debet copiam dare: ſi tamen ille tertius iuraret ſua intereſſe, & notarius copiam ei daret, non peccaret, & facit quod notat gloſ. in.l. ſi quis ex argentariis, in.§.pertinere.ff de eden. imo tenetur pœna falſi notarius cõtra faciens, vt.l.i.in prin. Ibi inſtrumenta ver. falſa inſpicienda dolo malo coniecerit, & eadem l.§.is qui depoſita inſtrumẽta, &.§. lex cornelia.ff. de publ.iud.&.ff.de pœ.l.ſi quis aliquid.§.inſtrumentum. &.§ ii &.ff.de extraordina.crimi.l.ſaccularis.§.j quare dicit Alber.de Gandi.in titu.de falſa, verſi ſed quid ſi notarius aut iudex manifeſtet, vel legi paſſus fuerit dicta teſtium, tenetur pœna falſi per iura prædicta. Idẽ dicit in procuratore, vel aduocato reuelante inſtrumenta, vel alia iura ſecreta ſuæ partis aduerſæ per eadem iura. Idem dicit in quolibet reuelante ſecreta conſilia ſuæ ciuitatis, vel qui detegit priuata conſilia ſuæ poteſtatis vt præſidis, vel alterius, cuius officio obſequitur. Idem in iudice, ſi manifeſtauerit ſententiam, quam laturus erat ante pronunciationem. & facit.ff.ad l. Corne.de fal.l.i.in princip.&.ff.de offic.præſid.l obſeruandum, & arg.ff. de pœ.l. ſi quis aliquid.§.transfuge.ff.de re mili l. omne delictum.§. exploratores: nam manifeſtare ſecreta eſt quædam ſpecies proditionis, & ita dicit Gandi. contigiſſe de facto Paduæ & de conſilio Iaco.& aliorum iuriſperitorum fuit condemnatus de falſo, quidam notarius, qui ante aperturam teſtium atteſtationes patefacerat, quod nota ne incidas in falſum. Idem dic in aperiente literas alienas, & eas oſtendente aduerſario mittentis vt in.c.cum olim extra de offi.deleg.& Bar.in.l.qui teſtamentum.ff.de fal.& eſt textus in.l. j.§.is qui depoſita.ff.co.titu. quem textum notat Bar.contra

Teſtiũ dicta qui manifeſtat tenetur pæna falſi.

Secreta qui manifeſtat pæna falſi tenetur.

Literas aperiẽs vt oſtẽdat parti aduerſæ tenetur pæna falſi.

tra notarium, aduocatum, & procuratorem, qui inſtrumenta vnius partis oſtendit alteri parti aduerſæ, & depandente, & manifeſtante literas vnius alteri, vide etiam Bar. in l. Titio. ff. ad municipa. & ibi habes ſingulariter per eum in quod delictum incidat ille, qui non reſtituit literas ei cui reſtituere mandatum ſuſceperat, quod fortaſſe alibi non inuenies in terminis tactum. & vide de iſtis per Iaſo. in. §. penales. col. viii. inſti. de actio. Adde eſſe idem in diſsigillante proceſſum clauſum miſſum, vt not. Par. de Pu in ſuo trac. ſind. in verbo corruptio. fo. xcii. ❧ Nota præterea ꝙ ſi iudex antequam ſententiam ferat, declarat illam parti tenetur pœna falſi l. i. ff. de fal. & l. vbi. C. eo. Inno. in. c. irrefragabili de offi. ordi. dicit ꝙ efficitur ſuſpectus quando declarat votū ante pronunciationem, ſi autē recepit talem indemnitatē nō declarādo ſententiā, quā vult proferre, vel recepit poſt prolationē ſentētiæ, vide Bar. in. l. ſi qs vxori. §. ſi fugitiuum ff. de fur. & in. l. ſi à reo. §. fin. de fide iuſſo. ideo aſſeſſor aut alter qui pecunia vendit effectum ſententie tenetur pœna fuſtigationis quia facit iniuriam ei cuius ſententiam iactauit ſecundum Bar. in l. item apud labeonem §. idem ait ff. de iniur. quem textū, bene nota ad hoc quod pollicens ſententiæ ferende euentum tenetur pœna fuſtigationis quia facit iniuriam iudici cuius ſententiam eſt pollicitus, vbi dicit Ang. contra curiarum cauillatores, qui in palatiis ſæpiſſime conuerſantur, & pro pecunia promittitur ſententiæ euentus, quod tenentur iniuriarum l. qui explicandi C. de accu. ideo caueant iudices ab amicitia talium, & a conuerſatione mulierum quia quedam meretrix propalauit votum iudicis, in cauſa criminali ideo fuit in magno periculo cōbuſtionis, & etiam aſſeſſor fuit in magno periculo, vt Ang. refert in dic. §. idem ait ac etiam actorum magiſtri ſepe hoc faciunt, ſcientes votum iudicum reuelant ſentētiam, & ipſam vendunt, tenentur pœna falſi & corrum[illegible] actorum Regiſtrum perdit cauſam ff. de iure fiſci, l. in fraudem §. quoties & ff. de fal. l. ſi quis obrepſerit & de pœnis l. ſi quis aliud §. inſtrumenta Bal. in. l. fina. de pœna iudicis & facit textus in. c. i de excep. Et in c. cum olim de reſcrip. ❧

Quæro

Quæro vlterius, nunquid notarius poſſit alii committere inſtrumentum extrahendum de imbreuiatura? Ange in auten. de tabellio. tenet, quod non, niſi fuerit impeditus tunc enim poterit committere, ſed poſtea debebit ſe ſub ſcribere cum ſigno ſuo. & cautè facit, quod in ſua ſubſcri ptione dicat. & atteſtetur dediſſe pręſens inſtrumentum ad ſcribendum tali, quia fuit iuſto impedimento impeditus. Hanc eandem opinionem tenet Bal. in rub. C. de fide inſtr. vbi ipſe Bal. ſubiicit, quod notarius non ſolum imbreuituram poteſt alii committere, ſed neque etiam rogationem ſuam neque ſignum ſuuum imponendum per textũ & ibi Bal. in l ſingulos ff. de teſta. vnde notari⁹ qui eſt rogatus de inſtrumento non poterit dicere, ego ſum impeditus, & non poſſum auſcultare Titio notario, delego tibi rogatiōem. & audi partes, & referas mihi & poſt modum facias de his quæ audieris vnum inſtrumentum. Item notarius non poteſt auſcultare partes, & deinde ſcri bere nomina ſua locum & tempus &c vt moris eſt, & po ſtea dicere alteri notario accipe. & fac imbreuiaturam tu & appone ſignũ meum in fine. Et ſic reſultat concluſio bina, vna affirmatiua, & alia negatiua concluſio affirmati ua talis eſt notarius qui perfecit imbreuiaturã poteſt alteri notario cōmittere inſtrumētũ de eo extrahēdũ ſi fuerit impeditus. Hæc cōcluſio probaſ in auten. de tabel. §. nos autē cũ. § ſequen. col. iiii Secũda cōcluſio negatiua talis eſt, notarius non poteſt alteri cōmittere ſuam rogationē nec poteſt alteri committere imbreuiaturam ſcribendã, neque poteſt committere ſignum ſuum faciendũ, & apponendum, quod tene mente ſecundum Lanfran. de Oria. in repe. c. quoniam contra in verbo inſtrumentorum pro ductiones numero vigeſimo quarto. ℞ Idem & Spe. in titu. de inſtru. edi. §. oſtenſo ver. illud quoque & §. inſtrumentum ver. item opponitur quod non eſt confectum & ibi Io. And. in Addi. qui reddidit iſtam ratiōem quod perſonę fides & induſtria electa eſt ex. de off. deleg. c. fina. §. ii. & de ſolu. l. inter artifices illud tamen non eſt prætermittendum quod rogationes ſeu prothocolla tabellionis qui deceſſit non poſſunt exemplari ſeu in publicam formam

Notarius non poteſt delegare.

ma redigi per alium tabellionem ſine iudicis ordinarii authoritate.c.cum.p.tabellio ex.de fide inſtru.ita notat Spe in dic.§.illud quoque vbi ponit formam commiſſionis per iudicem ordinarium alicui tabellioni fiendam &.§.ſequẽti tenet tamen Bar.in l.ſi quis ex argentarus §.i. in fine quod notarius ſuccedẽs notario defuncto abſque iudicis auctoritate poterit rogationes & prothocolla expedire & in formam publicam redigere ſequitur.Abb.in c.p tabellio ex.de fide inſtru quod non crederet iudex maior petra.hac arrogantia fretus vt ipſe ſolus hoc poſſit committere ego credo quod melius faciet notarius ſi habeat auctẽm,à iudice vt notat idem Spe.dic.§.ver.quid ſi aliquis tabellio quem ſequitur ibi Io.And dicẽs quod in italia ſeruatur quod legatarius auctoritate iudicis in conſilio vel arenga licentiam capit & iurat.

De ne deliurer vn inſtrument par ſeconde foys ſans ordonnances du iuge.

Artic. clxx viii.

ET que depuis qu'ilz auront vne foys deliuré à chaſcune des parties la groſſe des teſtamens & contractz, ilz ne la pourront plus bailler,ſinon que ſoit ordõné par iuſtice,parties oyes.

ADſtipulantur etiã quæ tradunt Bar.in.l.fin ff.de tabu exhiben.& Bal.in.l.fi.C.de eden vbi quærunt, vtrum quando notarius rogatur dare copiam inſtrumẽti parti,debeat citari aduerſarius qui poteſt ex huiuſmodi inſtrumento ledi.& ita determinant,aut nulla eſt quęſtio vtrum debeat ſibi fieri,vel ne.puta quia ſemel habuit copiam,ſed perdidit,& dicit notarius ego non teneor amplius tibi dare vllã copiam:certe tũc debet pars quæ poteſt ledi citari Idem tenet Spec. titu.de inſtru.edi.§.poſtquam ver.vbi autem & Io.And.in Addi dic.§ ver.pone. Sed quid econuerſo notarius qui erat rogatus de inſtrumento

ménto,& qui iam dederat vnam copiam parti de illa imbreuiatura,perdidit illam imbreuiaturam,vel fuit incen dio conſumpta,aut alio modo nunquid poterit notarius partem quæ habuit copiam citare,vt exhibeat illam cõ piam quia notarius vult extrahere exemplum ,quod vult penes ſe tenere loco imbreuiaturæ?Bald. determinat in dic.l fin C.de eden.quod ſic,quod poterit compellere,& tantam fidem facit tale aſſumptũ,quantum originale, q̃ eſt notandum. Idem tenet Spe.ti.de inſtru.edi.§.vidédũver ex premiſſis circa finem ibi quia actor amiſit ſua inſtruméta & ad hoc iudicis officio cõpellet allegat textũ C.de eden.l.i.& ff.eo.l.ſi quis.§.prohibet vel actione ad exhibẽ ſũ l.iii §.pe. dicit etiã Iaco.de bel.viſu.tit. de inquiſitióe.verſi exquibus legib⁹,q̃ qui dicũt ſe amiſiſſe,inſtruméta,& poſtulãt fieri,alia debét iurare.quod maſitioſè non petunt,vt.ff ad exhiben.l.theſaurus circa finẽ C.de his qui ad eccle.confug.l.præſenti §.ſic vbi & de iura.calum l.i.in fine cum ibi nota &.ff.de iureiur.l.iuſiurãrandum,& ad pecunias.§.i de eden.l.ſi quis exargentariis §.exigitur.cum ſimi quod nota pro iſta practica Adde, quod quando pars perdidit inſtrumentum publicũ,notarius non debet cogi reficere,niſi iuret calumniæ cauſa nõ petere,& quod primum inſtrumentum perdidit,vt probatur in l cum plures ff.de bo.aucto.iudi.poſsi.§. ſi quæ idonea,& ibi Bar pro hoc facit quod notat Guil.in Spe. in titu.de inſtru.edi.§.ſed poſtquam verſ.ſed,& debet fieri copia ex ſimplici iuramento bis tantum,vt dic.l.ſi plures,ſed probando cauſam aliter,poteſt fieri copia, quoties opus fuerit,vt.l.veluti §.i.& ibi per moder ff de eden. quę allegatur pro contraria in dic l.ſi plures,ſed dic ſecundum Bar.ibi quod ex noua cauſa fit ſæpius copia quæ cauſa aliter probabitur quam per iuramentum,quod nota Adde Speculatorem in dicto.§.verſiculo vbi autem vbi tradit practicam huius ordina.Quæro vlterius,notarius non vult edere copiam parti, nunquid teneatur de falſo? Dicendum eſt quod non,ſed tenebitur parti ad intereſſe. Ita determinat Bal.in dic.l.fina Item quæro,pars quæ venit ad notarium,& petit copiam ſibi dari,ſiue ex trahi

Notarius cogi debet edere inſtrumenta.

trahi de imbreuiaturis, notarius dicit, ego non recordor quod fuerim rogatus, nec habeo aliquam imbreuiaturam ſuper iſto facto, de quo ſim memor, quid erit agendú: dicite quod compelletur notarius exhibere omnes ſuas imbreuiaturas, & quærere inter eas ſi adeſt illa imbreuiatura, de qua quæritur, & ſi reperitur, extrahet. ſi autem non reperitur patientiam habebit: niſi probaret pars per teſtes, quod eſſet rogatus de illa imbreuiatura: ná tunc hoc probato notarius qui celat hanc imbreuiaturam punietur de falſo Ita determinat Bar. in dic. l. fin. C. de eden. & in l. eum qui. C. de fal ſimiliter notarius qui reſtituit inſtrumentum defectuoſum parti, tenetur ad intereſſe caſus eſt in lege fina C. de magiſtra. conuenien. & ita determinat Barto. in lege fina. ff. de tabu. exhibé. plus eſt quod ſi notarius omittat ſcribere, in inſtrumento ſolennitates requiſitas punitur de falſo, nec auditur aliquo modo, ſi vellet probare errorem: nam eo ipſo quod omittit dictam ſolennitatem & conſuetam, præſumptio eſt iuris, & de iure, quod ſcienter commiſerit falſum. caſus eſt ad literá in l. iubemus in fine. C. de teſta. & ita ibi determinat Ang. caueant ergo tabelliones quádo mulieres contrahunt, ne omittant ſcribere, qualiter mulier fuerit certiorata de beneficio velleiani: q̃a pręſuppoſito, quod mulier fuerit in veritate certiorata, & ipſe nó ſcriberet in inſtruméto punieť de falſo. Ita dicit ſingulariter Ang in dic. l. iubem⁹. ſimiliter ſi ex forma ſtatuti in cótractu debet interuenire decretú, & cóſéſus propinquorú, ſi re vera interueniſſet decretú, & cóſenſus propinquorú, & ſi notarius non ſubſcripſiſſet, punietur de falſo Quæro præterea. núquid notarius debet cóficere inſtrumentú ad inſtantiam alterius partis tátú vel requiratur ambarú partiú. Inno. in c. i. de fide inſtr tenet. ꝙ í his quę depédét à volútate duorú, vt in cótractibus, notarius non poteſt cóficere, neque rogari de inſtruméto: niſi ad inſtátiam ambarum partiú, vt eſt in venditione. locatione &c. in his autem quę dependent ex voluntate, vnius tantú, vt eſt in aditione hęreditatis, vel in aliqua proteſtatione ſufficit rogari notarium ab illo, à cuius voluntate depédet actio. Et ideo ſi pars fecerit vná

Notarius tenetur ad intereſſe ſi inſtrumentú defectuoſú fecerit.

Notarius, an poſſit inſtrumentú ad inſtátiá vnius partis tantum recipere.

proteſtationem

proteſtationé in iudicio contra iudicé,nő tenebitur nota rius illam ſcribere,ſi nolit iudex. iſtud idé tenetBal.in ru bri.de fide inſtr ſubiiciés,ꝙ ſi actus non depédet à volũ tate aliquarũ partiũ:tunc requiritur auctoritas iudicis, aliàs tale inſtrumentũ nő facit plenam fidé,vt in natiuita te alicuius:nam ſi quis faciat ſcribere inſtrumentum de a licuius auctoritate debet interuenire auctoritas iudicis, aliasnon faceret inſtrumentum aliquod indicium. Idé tenet Spe in §.poſtquam ver.item nunquid Ioã.And.in Addi in dic.§.ver obligationes vbi dicit,quod non de- bet tabellio ſcripturam facere de his quæ iudicis officiũ & auctoritatem requirunt niſi ipſius auctoritate,vel man dato C.de iure fiſci.l.ii.lib.x.cum ibi no.ſicut de apparito re dicitur,ff.quod metus cauſ.l fina.& in rubrica eiuſdé ti.dicit ver.hic ſubdit officium tabellionis fore circa illa que ſcribuntur extra iudicium & circa illa que non ſunt prohibita a iure fieri allegat l.iubemus.§.his tabellioni- bus C.de ſacroſanc eccle.in fine de ennu.l.ii.& de prohi bi feudi alie per fede.c.i.§.vero & tradit duas regulas, vnam affirmatiuam aliam negatiuam prima ea que à iu ris ordinatione ſubſtantiam capiunt ad officium tabellio nis pertinere poſſunt,facit de aduo.diuer.iudi.l ii.ff de pac.l.ſeruus ſecnnda econtra,quod prohibita ad ipſius of ficium non pertinent. cum enim ſit ſeruus publicus ff.de adop.l.non aliter,& ſic videtur ſeruus eorum,quæ de iure fiunt in prohibitis à iure ſe exercere non debet,ſi de táli- bus ſit facta per tabellionem ſcriptura.ipſe tenet, quod fi- dem non facit,ſicut nec dicta per teſtem extra intentioné vt not.ex.de teſt.in.i glo.ff.de peti hære.l.ſi libertatem,& facit.ff.de offic.præſi.l.iii.& de teſta.l. conſulta & ſi a non compe.iud.l.fina.Idem tenent glo.& Bartol. in.l.in ſacris de proxi.ſacro.ſcrin.in verſicu.ex depoſitione,vbi dicunt quòd etiam ſi actorum notarius ſcribat poſtulante parte, coram iudice,ſi ipſe nő mandet,aut autoritatem non pręſtet,id quod actum eſt non valet neque parti præiudicat, quod eſt valde notandũ,quia Ant.Cor.in verbo libellus, in facti cótigentia dicit ita vidiſſe determinari, contrariũ tamé determinauit in me Burdegal.curia dei neſcia iuris, iuſti-

iuſtitiæque ignara, neſcio quo odio, aut fauore niſi ſolito, vt iuſto dei iudicio ſuis iniquis (vt puto) iudiciis & tuis & aliorum fraudibus damnati (vt vulgo dicitur) Hoc anno 1528. læſæ maieſtatis accerſita non iniuria, vt dicit textus, & ibi Ioan. And. in cap. quanto de iureiur. nam mala curia ſeu mali conſiliarij dicuntur regis deceptores & proditores. Non te præterit Stephane Leſtanc cum tuo papelardo Laet, non dicam regio aduocato, ſed regio proditore & aduerſario huius damnati & improbi iudicij in me lati, qui talem prouocaſtis curiam tu falſo legens ſcripta mea, & ille falſiſsime elogia ſeu informationes, tale tulit iudicium, & Deus in vos aliud iuſtius te illo anno conſule tuo & aliorum fortè malo conſilio cogitabis cum tuo papelardo & illo magno magiſtro apud me magno ſtulto de quo latius alibi dicam. ☙ Adde in ſimili, quòd non poteſt ferri ſententia, niſi inſtante parte, neque etiam citatio. l. ad peremptorium, &, l. poſt edictum. ff. de iudi. l. properandum. §. & ſi quidem. C. eo. tit. hoc fallit in cauſa criminali, textus eſt in. l. quis indubitati. C. ad. l. Iul. de adul. & in cauſa fiſcali vel reipu. quia in ea iudex ex officio poteſt ferre ſententiam nemine poſtulante. l. ii. §. ſenatus. ff. de iure fiſci, notat Ludo. Roma. ſingu. ccccclxiiii. ad quod aduerte tu iudex, qui ſententiam fers nulla inſtante parte, imo inuita, vt lucreris pecunias, quòd ſalarium non debes recipere Nunc quæro de vna quæſtione, quæ quotidie contingere poteſt, aliquis habetur & reputatur pro publico tabellione cum vere non ſit, quia non fuit legitimè ordinatus an valeant inſtrumenta per eum facta: & videtur quod ſic, vt in. l. Barbarius. ff. de offic. præſid. dic tamen contra, quia licet aliquis habeatur & reputetur pro publico officiale, & reuera non ſit, quia non fuit legitimè ordinatus, vel reputatur aliquis tabellio, cum non ſit, vel iudex cum non ſit, quòd omnia acta per eum ſunt nullius momenti, & ipſe faciens punitur, nec obſtat ſecundum Bartolum. l. actuarios. C. de nume. & actuariis, libro decimo, & dicta. l. barbarius, quia quando quis eſt electus ſolenniter, & licet propter perſonæ defectum non poſsit eſſe tamen per eum facta valent ob publicam vtilitatem, ſecus ſi non eſt ele-

Sententia nõ poteſt ferri niſi inſtante parte.

Geſta per eũ qui habetur & reputatur notarius licet non ſit an valeant.

ctus ſecundum formam debitam, quia tunc facta per eum non valent, allegat Guil. de cu. Ita tenetem in dic. l. Barbarius, quod nota pro intellectu dic. l. Barbarius, & idem voluit Bar. in dic. l. de quibus, & allegat dic l. actuarios, & dicit Bal. in l. ii. C. de manumiſ. vindic quidam notarius eſt priuatus officio notariatus, in loco vbi eſt priuatus eſt manifeſta eius priuatio, ſed in alio neſcitur, & ibi conficit inſtrumenta, dic quòd ſunt ipſo iure nulla, nec obſtat dic. l. Barbarius, quia habet locũ in prętore à principe conſtituto, & durat prætor, & allegat Bar. in prædictis locis, ꝙ ſingulariter nota pro intellectu dic. l. Barbarius, quod limita eſſe verum ſecundum Inno. & alios in. c. i. de fide inſtru. do. Anto. de but. in. c. conſultationibus de iure patro. Imo. in. l. teſtium. ff. de teſti. & Bal. in. l ii. C. de ſerui. & aqua, & in. l non ignorat. C. qui accuſa. non poſſunt, niſi interueniſſet decretum vel creatio ſuperioris, quo caſu licet non eſſet tabellio, valent tamen geſta per eum, limitari etiam poteſt, ſcilicet quòd ſententia ab infame & excommunicato lata vel ſeruo ratione cõmunis erroris validatur, quãdo eſt lata inter illos qui ſciunt illum communem errorem eſſe falſum, quia tũc non validatur ratione communis erroris. Ita ſingulariter notat Ioan. cal. in. c. ad probandum, de re iudi. quem refert Do. Anto. de But. in. c. ſciſcitatus de reſcrip, ratio eſt, quia veritate comperta cedit opinio veritati, ratio huius dicti colligitur in. c. conſuetudo. viii. diſtinc. de quo etiam dixi in repetitione mea legis eum quem temere. ff. de iudi. Idem tenet Spe. tit. de inſtru. edi. §. reſtat ver. quid ſi is qui non eſt notarius & quærit verſ. ſequenti quomodo ſubuenitur habentibus talia inſtrumenta: & reſpondet: quod agant contra illum: & conſequẽtur intereſſe ſuum per actionem in factum. ff. ad. l. cor. de fal. l. qui ſub nomine quid ſi inſtrumentũ eſt confectũ à tabellione qui erat excõmunicatus Spe. in dic. §. ver. quid ſi inſtrumẽtum eſt cõfectũ dicitꝙ quãdo ei' excõmunicatio eſt occulta, valet inſtru vel etiã ſi ſit manifeſta nõ tamẽ probari poteſt, ar. dic. l. Barbari' ff. de offi. ptet. ſec' ſi notaria ex. de exce. c. exceptionem textus eſt in. c pia. §. ſi vero eo. titul. lib. vi.

Sententia lata ab infa. vel excommunicato quando valeat.

H Quid

Quid ſi tabellio perdit officiũ ſecundũ hanc noſtram cõſtitutionem, vel ex alia cauſa, puta quia ſcribit in alienatione ſacrę rei vt in auten. de non alie. §. ad hæc vel quia conficit inſtrumentum pro hæretico vt extra de here. ſi aduerſus & ſimilia dic, quod inſtrumenta prius edita valent ſed non poſt ita ſoluit Ioan. And. hanc quæſtionem in addi. ad Spe. dic. titu. de inſtru. edi. §. reſtat ver. quid ſi tabellio per textum in. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep & archa. lib. x. idem tenet hic Bal. in addi. vbi dicit, quod quando notarius deſinit eſſe tabellio noua non condit inſtrumenta ſed vetera complet ponit exemplum in notario religionem ingreſſo, & in condemnato. ff. de pub. iudi. l. is qui reus ibi inchoatas plane. Item qui ſuſpenſus eſt ab officio vt excõmunicatus & vt ſunt ſacerdotes quibus prohibitum eſt edicto regio tabellionis officium exercere, vt dixi ſupra artic. clxxvi. Nam inſpicitur, temporis initium, quo tempore actus fuit efficaſiſsimus. Nota præterea quod melius, eſt quod notarius per ſe faciat inſtrumentum, & ad id tenetur, quàm ſi ad euitandum laborem faciat inſtrumenti formam per aliquem ordinari ſecundum eundem Specula. in dic. §. verſicu. quid de hoc Bald. tamen ibi in addi dicit quòd notarius poteſt facere ſcribi ex ſuo prothocollo per alium, & ipſe poſtea apponere ſubſcriptionem, & ſignum, & eſt originale, non exemplum, quod faciunt quotidie notarii: non poteſt tamen alteri committere ſubſcriptionem & ſignum lege ſingulos & ibi eſt caſus. ff. de teſtamentis.

☞ Adde vnum pro notariis quòd vbi omiſerunt aliqua ſcribere in inſtrumento pœna falſi tenentur ſi dolo feciſſe probatur in dubio tamen preſumitur potius ſimplicitate quàm malitia feciſſe, vt cap. ad audientiam, extra de appel. ibi ex ſimplicitate forte verbum appellationis nõ expreſſerit tenet Tan tit. de prob. decima quæſtione. Idem notat Ioãnes Andreas in additio Speculatoris de inſtrumentorũ edi. §. inſtrumentum verſiculo primo vbi dicit, quòd in tabellione potius præſumitur error quam dolus allegat textum in lege penultima. C. de his qui ſibi aſcribunt.

Peines aux notaires contreuenans auſ-dictes ordonnances.

LE tout ce que deſſus ſur peine de priuation de leurs offices, laquel le nous auons deſapreſent declarée, & declarons par ceſdictes preſentes es cas deſſuſdictz, & chaſcun d'eulx, & des dommages & intereſtz des parties, et oultre d'eſtre puniz comme faulſaires, quant à ceulx qu'il appareſtroit y auoir delinqué par dol euidẽt, & manifeſte calumnie, dont nous voulons eſtre diligemment enquis par tous noz iuges, & chaſcũ d'eulx, ſi cõme à luy appartiẽdra, ſur peine de s'en prendre à leurs perſonnes. *Ar. clxxix.*

HAEc enim ordinatio ad precedentes articulos de notariis loquentes duntaxat refertur. l. finali. §. cui dulcia. ff. de vino. tri. & oleo. leg. Bar. in. l. prætor. ii. ff. vi. bono. rap. & in. l. talis ſcriptura. & l. licet imperator. ff. de leg. i. Sed quæro, an ipſo iure, vel per ſententiã ſint priuati. & dic, quod ipſo iure: quia quoties in lege fit mẽtio de priuatione, & de commiſſo alicuius rei, ſi lex loquatur in præſenti tempore datur intelligi, quòd ipſo iure: quãdo loquitur in futuro tempore: tunc datur intelligi, ꝙ per ſententiam, vt dicit gl. in. l. ſi quis in tantam. ſuper verbo amittat circa medium glo. ibi cum dicitur quarto quæro. & in. l. commiſſa. ff. de publi. &. C. ne filius pro patre. auten. habita ſuper verbo careant. cũ ſimili. de quo dixi ſupra arti. xxii. & facit quod dicitur in ſimili de excommunicatione, quæ nõ eſt latæ ſententiæ, ſi iudex dicat precipio ſub pœna excõmunicationis, ſed ferendæ: ſecus ſi dicat declaro te excommunicatum, ſi contra facias, vel con- *Tẽpus preſens denotat penã ipſo iure futurũ vero nõ.*

demno te in centum, vt notat glo. extra de eo, qui fur. ot di ſuſce. c. i. & de iure patro. c. relatum de ſimo. c. ſicut. vi de ſupra arti. clxxi. vbi allego Bonifa. de vitel. in ſuo tracta. malefi titul. de pœnis verſic. ſed pone. In damnis & intereſſe tenetur notarius, vt probat textus in lege fina. articulo proximo allega. C. de magiſtra. conue. & de falſo, ſi dolo conſtet eum euidenter feciſſe, qui nulla poteſt tergiuerſatione celari, vt in. c. veſtra, & c. finali. extra de coha. cleri & mulie alias non quia falſum non committitur abſque dolo, vt lege nec exemplum. C. ad. lege corne. de fal. notat Ioan. Andreas in addi. ad Specu. titu. de inſtrumen. edi. §. oſtenſo verſic. quid ſi quis tabellio. & lex præſumit in dubio quem potius ſimplicitate, quàm malitia deliquiſſe, vt C. de his qui ſibi aſcri. in teſtamen. lege penul. & de fal. l. diuus. ff. vt præcedenti. arti. dixi in fine habeas tamen pro fundamento vero, quòd de falſitate quis puniri non poteſt, niſi talis falſitas ſit alicui nocitura: nam ſi alteri damnum non inferat, licet falſum commiſſum ſit & doloſe: tamen talis falſitas non punietur, vt eſt textus cum glo. & ibi Cy. Bar. Bald. & Sali. in. l. damus. C. de fal. Idem tenet Gandi. in titu. de falſa. quia falſitas non committitur ſine dolo. alleg. textum in. l. i. §. vlti. ff. de dolo. & Inno. hoc notare in. c. vergentis. extra de hære. & Ang. in ſuo tracta malefi. in verbo falſario ibi quæro quot modis. ver. habeas. notat Lanfran. in repe. c. quoniam contra. in verbo teſtium depoſitiones numero trigeſimoprimo, quod nota perpetuo, quod intellige, niſi noceat, vel nocere poſſit: quia tunc teneretur de falſo. Ita dicit Bal. per illum textum in. l falſos. C. de fal. dicit tamen Cy. multum eleganter in. l. i. C. de ſepul. quòd licet ex ſcriptura falſa, vel dicto teſtis nullum prędiudicium paretur alicui, & pœna falſi regulariter puniri non debeat: tamen pœna extraordinaria crimine ſtellionatus, quia iura multa contra iſtos falſarios laborant eos puniēdo, & eſt generale in maleficiis quod vbicunque deficit titulus criminis ad ſtellionatus crimen eſt recurrendum. l. iii. § generaliter. ff de crimine ſtellio. Nota præterea, quòd ſi reperiantur duo teſtes deſcripti in inſtrmento,

Falſum non committitur abſque dolo.

Falſitas nō nocitura nō debet puniri.

& vnus

& vnus dicat ſe non interfuiſſe, & alter mortuus eſt præſumptio eſt, quòd inſtrumentum non ſit verum, glo eſt in.l i.in verbo ſuſpecte.ff.quemad.teſta.ape. & ibi Bart. & alii & Inno.in.c. cum Ioannes de fide inſtru. Eſt enim falſum immutatio veritatis, vt in auten. de inſtru.fide & caute.in prin.quotieſcunque ergo quis dolo, & non alio modo immutat veritatem incidit in pœnam falſi: nam ſine dolo & propoſito ſuo, tale delictum nõ committitur, vt dic.l.nec exemplum, & ibi Cy quot modis dicatur falſum, de falſo cognoſcatur, & committatur, vide per Gādi. & Ange. vbi ſupra & Gandi.in ſuo etiam tracta. maleficio titul. de fal. Quæro nunc aliquis notarius damnatus eſt, quia commiſit falſum in arte notariatus, an iudex poſsit ſibi reſeruare in ſententia inſtrumetorum confectionem? Gādi in ſuo tracta malefi.titu.de fal. verſi. item pone. arguit pro & contra. & concludit, quòd nõ, nec valeret talis reſeruatio vnam feſtucam per textũ in.l. diuus ſeuerus ff.de iniur. vbi dicitur, quòd dānatus atroci iniuria in ordine decurionum eſſe non poteſt, nec quicquam operatur ſententia iudicantis, qui talē in ordine decurionum manſiſſe decreuerit, & per hanc.l. ſoluit Dy. præfatam quæſtionē, & ſoluuntur aliæ ſimiles. Idem tenet glo. in auten. de tabel, §. penul. & Cy. in.l. ex militibus. C.de mili.teſtam. & notat Bar.in.l.non poteſt.ff.de fur. ex quo Bar.in.l.eadē.§.hac lege. ff ad.l.iul.repe multum latē, & in.l iii.§ item videamus. ff. de ſuſpect.tut. quærit & infert quòd notarius infamis etiam aliter quàm ex miniſterio notariatus non poteſt exercere officiũ tabellionatus, quod habet in ſe dignitatem, vt in.l.ii C.de digni. vt eſt eſſe cancellarius principis, vt.l.i.C.de manda.princi. & .l. laudabile.C.de offic.diuer.iudi. vel aliquod officium ſibi de publico iniunctum, vt quod eſſet notarius ad banchum actorum, vt in.l.ii.§.miles.ff de his qui notan.infa. ſecus ſi à partibus aſſumatur, vt de aliquo conficiat publicum inſtrumentum, quia dicitur munus publicum, ipſe etiam dicitur ſeruus publicus: quia munus infamans nõ interdicitur, vt lege neque infames. C.de decurio.lib. x. coniuncta.l. fina. C. qui milita.non poſſunt.libro xii.

Falſi pœnā incurrit qui dolo, & non alio modo immutat veritatem.

Notarius infamis, an poßit exercere officiũ tabellionatus.

Notarius ſemel de falſo cõdẽnatus.

Adde quòd ſi notarius eſt ſemel condemnatus de falſo inſtrumento decreto notariatus, officium exercere non poteſt, iſtud colligit Bar. in.l. ſi aliquid. C. de ſuſcep.& archa.lib.x.vbi probatur,& eſt ibi caſus quòd non poteſt quis exercere officium, in quo ſemel deliquit, & illum textum reputo melioré de corpore iuris. ℞ Notat Spe. in titu.de inſtrumentorũ edi.§ reſtat verſi. quid ſi tabellio confecit quod ſi tabellio confecit aliquod inſtrumentum falſum nihilominus valent inſtrumenta poſtea per eum confecta donec fuerit priuatus, vel interdictus vti officio per ſententiam. Idem dic.in heretico, vt valeant inſtrumenta per eum confecta ante ſententiam ſecus poſt vt idem notat Spe.dic.§.ver.quid ſi confectum. ℞ Deinde quæro tabellio ſemel falſum commiſit, poſtea multa alia fecit inſtrumenta, quæritur, an credatur aliis inſtrumentis? Gandi.diſputat hanc quæſtionem in dic.titu. de falſa.verſi. pone quæſtionem pro & contra, tandem dicit, quòd ille notarius potuit, & debuit priuari ſuo officio: ſed quandiu non fuerit ſententia contra eum lata, vel non fuerit ſibi officium interdictum non videntur inſtrumenta, quæ poſtea ſcripſit fore falſa, vel irrita argu. ff.de dona.l.poſt contractum. Quæro de alia quæſtione, in quam ſæpe incidunt notarii actorum: in actis reperitur ſcriptum per notarium actorũ, quòd Titius inſtrumẽtum ſui mandati produxit,& in veritate realiter nõ produxit, ſed allegauit verbo tantum, an incidat in falſum? dic. ꝙ ſic, quia nunquã notarius debet dicere, ꝙ aliquid produxerit: niſi ſit verũ de actuali & vera, quod eſt notãdum contra notarios actorum Quæro pręterea an teſtis qui dicit vnum in iudicio,& aliud dixerit extra iudicium incidat in falſum? Bar.in.l.eos in prin.ff.de fal.tenet quòd ſic per dic.l.eos.ii. reſpon. contrarium tamen notat glo. fina.in.c.cauſam quæ.de teſti.& Spe.& Ioan.An.in titu. de teſte.§.opponitur verſi. quid ſi idem teſtis & ver. ſequen.& Bal.in.l.iuriſiurandi,& in l.fina.C de teſti.& eſt textus contra Bar.& ibi Bal.in.c i.§. quid ſit inueſtitura. & iſtud cõmuniter tenetur, quia primũ dictũ extra iudicium cum non fuerit præſtitum cũ iuramẽto non valuit:

Inſtrumenta facta à notario ſuſpecto de falſo valent niſi ſententia fuerit priuatus officio.

ſed

ſed ſtandum eſt ſecundo dicto in iudicio cum iuramento. Quæro inſuper tabellio in inſtrumento dicit, & hoc præcio centum quod precium cẽtum dedit & numerauit, &c. & teſtes in inſtrumento deſcripti dicunt, ꝙ non eſt verũ, quòd numerauerit, ſed ꝙ venditor fuit tantummodo confeſſus habuiſſe, an inſtrumentum dicatur falſum, ita ꝙ tabellio ſit falſarius? dic ꝙ non. quia illa verba habuit, & recepit, poſſunt verificari ex actu ficto, videlicet per dictam confeſsionem, de qua teſtes deponunt. Ita dicit per illum textum Bar. in. l. prædia. ff. de acqui. poſſe. quod notandum dicit Ange. in dicto verbo falſario ibi quæro tabellio quia ſemel habuit de facto Bononiæ: videtur tamen contrariũ Bar. dixiſſe in. l. ſigularia ff. ſi cer. peta. & contra Bar. in dicta l. prædia expreſſe tenuit Ange. qui dicit audacter teneas contrarium per glo. in. l. ſi ex cautione. C. de non numera. pecu. vbi glo. decidit quòd nunquam notarius debet apponere hæc verba, niſi videat verè pecuniam actualiter interuenire in ſua præſentia & teſtium: & idem videtur tenere glo. in. l. ſi ex precio. C. ſi cert. peta. & reſpondet ad illum textum prædia: quia loquitur in ſcriptura priuata: & hanc opinionem ſequitur practic. Papien. in forma libelli in actione Hyppo. in ver. & eo modo præſumitur vbi dicit quòd vbi notarius dicit, quòd talis numerauit, vel talis mutuo habuit, & recepit, vel ſimilia verba, quæ actum naturalem ſignificant acceſsiſſe: ſed tamen caueat notarius (inquit) ne his verbis vtatur, niſi videat pecuniam in præſenti, vt notant doctores in dicta. l. ſi ex cautione. Adde quid ſi inſtrumento dicitur cõfeſſus fuit habuiſſe & etiam habere, an illud verbum habere importet aliud etiam vltra ſimplicem confeſsionem? an poſsit opponi de exceptione non numeratæ pecuniæ? Ang. in. l. ſi ex pluribus. ff. de ſolu. dicit quoòd illud verbum habere nihil operatur, & nihil addit per glo. valde not. in dicta l. refert, & ſequitur Ludo. Roma. ſingula. xliiij Et nota quòd ita communiter committit falſum. qui vtitur falſo inſtrumento, ſicut ille qui fabricauerit, vel fieri fecerit, vt. l. ſi falſos C. de fal. ſed differentia eſt, quia ille qui fuit auctor falſitatis abſtinendo poſtea ab vſu non excuſatur: quia falſitas fuit

Inſtrumentum an dicatur falſum ſi teſtes deponãt pecuniam nõ fuiſſe numeratam, vt in inſtrumẽto continetur.

Confeſſus fuit habuiſſe & habere

Falſum committit, qui vtitur falſo inſtrumẽto.

commiſſa in eius fabricatione. Sed vtens ſimpliciter falſo instrumento, & poſtea abſtinens releuatur ab ea pœna, vt dic.l.ſi falſos.& ibi glo.& docto. ❧ Vnum nota perpetuo quòd ſi notarius hodie conficit inſtumentum mutui & aſſerit quòd heri in ſua præſentia fuit numerata pecunia nihil probat de numeratione, quia tempore numerationis non fuit rogatus de ipſa numeratione, ſed hodie. Et non poteſt atteſtari in inſtrumento niſi de viſis tẽpore rogationis: & ideo licet falſum dicat non punitur de falſo, quia loquitur vt priuata perſona. Ita not. dicit Bal. in.l. ex his in.ij.col.C.de teſta.mili. ❧ Quæro inſuper, an quilibet iudex poſsit de falſo coram ſe commiſſo cognoſcere? & videtur eſſe textus quòd ſic in.l. nullum.C. de teſti. & pro hoc eſt glo.ordina.in.l.ſi lis.C.de fal.ſed Bar.in dicta.l.diuus, tenet contrarium, & dicit quòd ibi eſt textus contra dictam legem nullum: nam videtur probare dic.l. nullum, quòd omnis iudex coram quo talis falſitas eſt facta, poteſt punire teſtes illos: ſed textus in dic.l. diuus dicit ꝙ tunc demum ille ſolus poteſt punire, qui habet facultatem & auctoritatem puniendi: aliàs debet remittere ad maiorem iudicem, & dicit Barto. iſtam partem eſſe veram per textum in auten. de teſti. in.ii. col. & ſic Bar. videtur ſibi contrarius in his quæ dicit in dic.l. nullum: vide tamen in hac materia Salic. in dic.l. nullum, vbi multum eleganter loquitur, & dicit Barto. in.l. ſi quis obrepſerit, in fine ff.de fal. quòd quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice, vel à parte, vel à notario, vel à teſte, vel aduocato: tunc iudex ex ſuo officio poteſt punire, vt.l. athletas §.i.ff de his qui notan.infa. Ang. tamen in.l. ſi vacantia.C.de bo.vacan.lib.x.verſicu.ſed tunc quæro, &.x. cum verſi ſequen. concludit ꝙ ſi iudex habet imperium poteſt ordinariam pœnã imponere vel extraordinariam, vt notat gloſa in dicta.l. nullum, ſi non habet imperium poteſt extraordinariam tantum, niſi conſulto principe: quia tunc etiam ordinariam pœnam imponet, vt.l. penult. ff.de fal. niſi ſit clericus teſtis, quia tunc licet glo. in dicta lege nullum, velit quòd etiam per iudicem laicum poſsit puniri: tamen ibi doctores dicunt contrarium per auten. ſtatui-

Iudex quilibet an poßit de falſo cognoſcere & iudicare.

ſtatuimus.C.de epiſco.& cleri.& cap.ſi diligenti de foro competenti: ſi autem coram arbitro, vel arbitratore falſum deponat per eos puniri non poteſt: quia non habent imperium, ſed per iudicem competentem, vt.l.fina.C. de teſti.ibi aduerſus eas ſeruato: vide tamen in hac materia dicta canoniſtarum, & vnam gloſam in capite illi. quinta quæſt.v.& in terminis Antonium de Butrio, in ca. verum in octaua col.extra de foro competen. & Baldum in dic.l. ſi lis.C de fal.ver.& quid in clerico deponente falſum coram laico:& per Innocentium & doctores in cap.ii.extra de fur.per Imo.in ca.dilectus filius, extra de pœ.& ibi per docto. & latè ponit Angelus, vbi videtur ſaluare Barto- à cotrarietate in.l.quoties.C.de iudi, vbi multum eleganter loquitur, qui videtur velle, quòd ſaltem extraordinariè poterit ſemper puniri ille teſtis falſarius, qui falſum depoſuit coram illo iudice, qui aliàs puniri non poteſt criminaliter:& hæc omnino bene nota, quia ſæpe in practica veniunt. Quæro præterea teſtis dicit falſum, ſed eius teſtimonium non valet, vt quia depoſuit non iuratus, vel iurauit non præſentibus partibus, vel parte non citata, an debeat puniri pœna falſi? Bartol. videtur tenere quod ſic in.l.ſi quis obrepſerit.ff. ad legem Corne.de fal. Gandinus in dicto ſuo tractatu, titu.de falſa. verſicu. ſubiiciamus arguit pro & contra,& dicit, quòd communis cóclusio doctorum eſt, quòd nó puniatur pœna falſi: ſed extraordinariè crimine ſtellionatus, & pœna pecuniaria arbitrio iudicis.& idem tenet Albe.de Roſa.in ſecunda parte ſtatu.quæſti.cxli.vbi etiam multa allegat, pro & contra,& multos doctores: dicit tamé quòd comumniter vidit tenere, quòd teſtis non punitur pœna falſi, ſed pœna extraordinaria. Idem dicit in tabellione conficiente inſtrumentum falſum aliàs nullum.& Ioan.And in regula non eſt ſine culpa in mercuriali.extra de reg.iur.in.vj. Cy. in.l.j.C. de ſepul.vio.Bal.in.l.data opera.C.qui accuſa.nó poſſunt, qui allegat glo.in cap.ne quis arbitretur.xxii. quæſtio.ii. Bald in.l.presbyteri.C.de epiſco.& cleric.& in.l. iuriſiurandi.C.de teſtib. in fine,& in rubrica ſi de inueſti. feudi contro.fuerit,& idem Baldus in.l.fina.C. ſi ex fal. inſtru.

Teſtis cuius depoſitio eſt annullata propter defectum ſolēnitatis an poßit propter falſam depoſitionē puniri.

Falſi pœna non punitur teſtis aut notarius, qui falſum inſtrumētum aliàs nullū ſcripſit.

Aduerte

Aduerte quòd vbi allegatur inſtrumentum eſſe ſuſpectum vel falſum, & aliqui teſtes dicant ſe non interfuiſſe ſi videbitur iudici torturam adhibendam torquebuntur partes & teſtes ſi eſſent perſonæ viles & ſuſpectæ. Et notarius bonæ famæ. C. de fal. l. vbi, notat Bald. in conſil. incip. quidam tabellio, nu. clv. quem refert Paris de Pu. in ſuo tract. ſindi. in verbo an ſtetur, ver. tortura. Nota præterea quædam quotidiana, quæ ſunt de pane lucrando ſecundum Rof.. titu. de bono. poſſeſ. quæ dantur ex edic. diui Adria. quod inſtrumento cancellato, interlineato, vel abolito nõ creditur, niſi interlineatio ſit repetita in fine inſtrumenti, ſicut multotiens faciunt tabelliones, qui dicunt ſupra interlineatum eſt tale verbum, & ſupra tale verbum abraſi, quid ſi talis repetitio non fiat à tebellione, & inſtrumentum raſum inueniatur vel interlineatum, vel abolitum, nunquid tale inſtrumentum faciet fidem, diſtingue vtrum raſura ſit in ea parte vbi eſt vis negotij, & tunc nocet, an non, puta in narratione negotij, & tunc non nocet, vt extra de fide inſtru. cap. ex literis. Et argu. ſunt pro hoc. ff. de manu. teſta. l. qui habebat, &. ff. de ſtatu. homi. l. imperator. & de conſecra. diſtinctio. iiii. cap. ſi non ſatisfaciat in fine. Nota etiam quòd nuncius qui retulit ſe citaſſe, & non citauit, tenetur pœna falſi ſecundum Gand. vbi ſupra verſi. pone quidam per textum in. l. qui nomine. ff. de fal. Item quæro ſtatuto ciuitatis cauetur, quòd falſificãs inſtrumentum puniatur in quinquaginta, aut quòd amputetur ſibi manus, aliquis falſificat acta, an incidat in tale ſtatutum? dic quòd ſic, vt notat Bartolus in l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fiſci. glo. tamen in. l. prima. §. editiones. ff. de eden. videtur ſentire quòd appellatione inſtrumentorum non continentur acta, & ideo Bart. rectè ibi ponderauit in hac materia illam glo. ad hoc: quia Bartolus ibi dicit, illa glo. ponit ibi tanquam ſeparata acta & inſtrumenta: ergo ſunt diuerſa, ſed Barto. in fine approbat dicta per ipſum in hac materia in dic. §. neque in vltima quæſtione: & eſt textus in. c. olim. extra de reſcrip. vbi dicitur quòd falſificans literas abſolutionis perdit cauſam, & ibi Imo glo. in. c. venerabilis, extra de relig. domi. Bal. in. l. teſtamenta. C. de teſt, & di-

& dicit Gandi in tit. de falſa. verſi. pone ſtatutum, ꝙ Iaco. de Aret. ſentit ꝙ ille notarius qui ſcripſit falſum in actis curiæ, puta quia fecit raſuram vel cancellationem, vel alio modo ſcripſit falſum, teneretur pœna falſi de iure cõmuni, vt. ff. ad. l. Cornel. de falſ. l. i §. in rationibus, &. l. qui teſtamentum. &. l. inſtrumentorum, aliàs incipit. Paulus reſpondit ad finem ibi deleuerit, ſed de ſtricta ratione, dicit quòd non tenetur pœna ſtatuti: quia non conſtat inſtrumentum falſum feciſſe qui deleuit, vel cancellauit: tamen appellatione inſtrumentorum continentur acta, vt. ff. de fi de inſtru. l. j. & de verb. ſignif. l. notionem. §. inſtrumentorum, ſed cum hodie pœna. l. Corne. de fal. non imponitur alicui, quia deportationibus non vtimur. putat idem do. Iaco. & alij pleriq; doctores, rectores terrarum benefacere, ſi pœnam ordinariam per ſtatutũ imponãt: quare hoc eorum arbitrio ſit relictum, & in hoc conſuetudinem regio nis inſpiciant. Ad hoc eſt aurea lex. ff. de extraordi. criminis. l. ſaccularij. §. ſunt quidam. &. C. de edifi. priua. l. an in toto. &. C. quæ ſit longa conſue. l. j. & aduerte: quia dicit Gandi. rectores benefacere: quia non cogit ad hoc, & pro hac ſententia benefaciunt dicta Pe. de Ancha. in cap. peruenit de teſti. & Salic. in. l. j. ff. de fide inſtru, qui voluit ꝙ ſtatuta punientia producentem falſum inſtrumentum non comprehendant producentem falſos teſtes: licet teſtes veniant appellatione inſtrumentorum, & ſic nota quòd pœna falſi eſt in libero homine bonorum publicatio, in ſeruo autem eius pœna eſt vltimum ſupplicium, vt. de fal. l. i. & inſti. de publi. iudi. §. item lex Cornelia, &. ff. de public. iudi. l. ii. §. fina. & datur vſque ad viginti annos, vt. C. eo. l. quærelam. Sed de iure Lombard. ſi notarius fecit falſam chartam, debet manum dextram amittere, vt in Lombar. de eo, qui falſam chartam ſcripſit. Adde quòd pœna falſi in libero homine eſt deportatio & omnium bonorum publicatio. ff. eo. l. i. quandoq; eſt pœna capitis. C. eo. l. i. quandoque flammarum aduſtio. C. eo. l. ii. in ſeruo autem eſt vltimum ſupplicum. ff. eo. l. i § fina. & pari pœna punitur faciens & fieri faciens. ff. eo. l. filius, in prin. ff. de vi & vi arma. l. i. §. deieciſſe. Item cadẽ pœna punitur qui poteſt prohibere

Inſtrumentorũ appellatione continẽtur acta.

Falſi pœna.

hibere, & non prohibet. ff. eo. l. lege Cornelia. Item eadem pœna punitur fabricans, & eo vtens C. eo. l. qui codicillos niſi vtens deſtiterit ab vſu ante ſententiam, vt ibi & argu. ff. quod metus cauſ. l. ſi cum exceptione. §. ſi quis, verſi ſatis clementer, quod intellige, ſi talis vtens ſit, qui non fabricauit, ſi enim fabricauit, non excuſatur abſtinendo dic. l qui codicillos. C. de fide inſtru. l. ii. ff. ad. l. Corne. de fal. l. falſi. Sed de iure canonico vtens qui nõ fabricauit mitius punitur, vt ex. de crimine fal. c. ad falſariorum, qui ergo ſuſpicatur de inſtruméto, quo eũ vti oportet in iudicio, quia forte de iure ſuo aliter probare nõ poteſt, vtatur eo inſtrumento cum cautela, & hoc dicat: ego produco hoc inſtrumentum tanq̃ verum & vere compoſitũ, ſed ſi quouis modo appareat ſuſpectum vel falſum, ex nunc prout extunc abſtineo ab eius vſu, arg. ff. de offi. procon. l. obſeruare in fine. Item ipſum produco tantum in ea parte in qua pro me facit, & me releuat, & nõ alio modo. ff. de dolo. l. elegáter. §. procurator, &. ff. de dam. infec. l. ait prætor. §. i. in auten. de teſt. §. i. de qua clauſula ſupra dixi: poteſt enim fieri productio in aliqua particula tantum, & nõ in aliis argu. ff. de eden. l. argentarius. §. i. ☞ Adde Spe. tit. de inſtru. edi. §. videndum, ver. quod ſi velis, vbi ponit alio modo hác cautelam. Et dicit ꝙ ſi velis ſine pœna vti inſtrumento: quod falſum dicitur, dices ſic, ego talis dico & proteſtor inſtrumentum tale, quo vtor manu talis notarij verum, & verax eſſe, ſed ſi apparuerit eſſe falſum, tunc nolo eo eſſe vſus, & perinde eſſe volo, acſi eo vſus non fuerim arg. extra de crimi. fal. ad falſariorũ. ☜ Quid ſi inueniatur falſitas in vno capite, in aliis autem eſt verum, vel quid ſi teſtis in vno capite, dicit verum, in aliis dicit falſum? Tancr. in dic. queſt. x. de proba. diſtinguit, & dicit aut inſtrumentum continet vnum caput aut plura, & ſi plura aut ſunt diuiſa & ſeparata aut cõiuncta & connexa ſi ſunt diuerſa capita nocet tantũ in capite in quo eſt falſum adhibitum aliis firmis remanentibus, vt not C. de tranſac l ſi ex falſis: diuiſa enim nec poſitione nec remotione tolluntur, vt not. ff. de acqui. poſſe l. naturaliter. § nihil cõmune, ſi vero ſunt coniuncta ſeu connexa in omnibus nocet, quia idem ius eſt in omnibus connexis

Modus vtendi inſtrumẽto, quod quis ſuſpicatur falſum.

Inſtrumentum falſum in vno capite, & nõ in aliis vel teſtis deponẽs falſum in vno capite, in aliis verum.

nexis ſeruãdum vt.ff.de neg.geſt.lege eum actum,& idem etiam in acceſſoriis,quia acceſſorium ſine principali conſiſtere nõ poteſt,vt in reg.iuris cum principalis, Adde quod huius queſtionis multe ſunt opiniones nam Bar.in dic.l.ſi ex falſis.tenet contrarium quod inſtrumentum falſum in parte cenſetur falſum in toto idem tenet Spec.in titu.de inſtru.edi.§.oſtenſo ver.& nota.& in.§.inſtrumentum ver.quid ſi aliquod inſtrumentum quando iſta falſitas venit vitio notarii & ibi Ioan And.& Rota dici.ccxcvii. primam partem tenet Cy in dic.l.ſi ex falſis Accur.& Oldra & Bal.conſil.lvi.iii.lib.& conſil.cclxiiii.incip.factũ eſt tale lib.i.& cõſil.ccccv.incip.queſtio.eſt,que opinio videtur michi verior quare bona eſſet principalis conſtitutio ad huiuſmodi varietatem tollendam vt ſtatueret quod ſibi placeret vt dixi ſupra arti.cxxxiiii.tenet tamẽ Io.And. in dic.ver.quid ſi aliquod inſtrumentum quod non valet ſtatutum ſi rex decernat inſtrumẽtum vel atteſtationẽ valere eo quod veritatem contnet non obſtante quod falſa contineat,quia non valeret etiam factum ab imperatore contra partem non vocatam cuius ius per illud tollitur vel leditur.C.ſi per vim vel alio modo l.fina.idem de ipſius reſcripto.C.de præci.impe.offe.l.ii.ad idem C.ſi contra ius vel vtili publi.l.fina.poteſt tamem tale regium decretum interpretari ſecũdum ius commune ſcilicet in falſitate circa extrinſeca que non vitiant non autem circa ſubſtantialia que totum vitiant facit l.ſi quando,C.de inoffi. teſta. extra de elec.eccleſia de reſcrip.cum adeo ſecundum eum quod non placet imo valeret talis principalis conſtitutio vt iam dictum eſt quare facilius comprehenditur mendax quã clau dus vt ex predictis conſtat notat Oldra.ſuo counſil.xxxvii.incipiente ad prĩmam queſtionem.Nota præterea quod caſſato & annullato principali caſſantur & annullantur omnia contenta in illo & ideo dicit Bal in l.fin. C.communia deleg.quod ſi ex inſtrumento .debet ſolui gabella eo caſſato non debetur gabella notat Antonius Corſetus inverbo officialis Nota inſuper vnum ſingulare & pulchrũquod ſi teſtis in ſuo teſtĩmonio negat aliqd & dicit falſum ſuper eo quod ſi confeſſus eſſet eum non repelleret a teſtimonio quod hoc caſu eius dictum valet & non

non reprobatur ita ſingulariter dicit Iacobus Bu. in lege lucius ff de infa. vbi dicit quod ſi aliquis ſit meus affinis aliqua aff.nitate que nota & manifeſta nõ repelleret eum à ferendo teſtimonio pro me⁹ ſi tamen in eius depoſitione dictã affinitatem negauit mentiendo, non tamen propter hoc eius dictum annullatur, licet propter mendacium poſſit puniri crimine ſtellióatus quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Ang. in conſi. ſuo cxciiii, incip. viſis proceſſibus cauſe & Ia. in. l. ſi ex falſis in vltima col. C. de tranſac. notat hyppo. ſing. 76. Sed an inſtituens falſam accuſationem puniatur pœna falſi? dic quod punitur tanquam calumniator, ſimilitudine ſupplicii, vt notat idem Tancre. in dic. queſtione allegat textum in. l. iii. ff. de teſt. ſed melior textus eſt in l. fina. C. de accuſa. Nota præterea quod eo ipſo quod quis producit teſtes, non præſumitur eos corrumpere, ſi falſum dicãt, niſi ſcienter ad falſum perhibendũ eos producat, nam vt ſupradictũ eſt, falſum ſine dolo nõ cõmittitur, vt dic. l. nec exemplũ ſec⁹ eſt in inſtrumẽto, & eſt ratio, quia inſtaumẽtũ potuit, & debuit præuidere, ſi falſitatem cõtinebat, non autẽ teſtem, arg. eorũque notãtur. ff. de fide inſtru. l. ſcripturę vt tenet idẽ Tãcre. in dic. quæſtione verſi. item quæritur. Nota ſecundo tu ſcis ꝙ crimen falſi præſcribitur ſpatio. xx. anno. vt. l. quærelã. C. de fal. c. venerabilis de excep. hoc fallit in eccleſia, in qua nunquam præſcribitur, dictũ eſt ſingulare Specu. in ti. de ſenten. §. quoniam vbi not. allegat textum. xxx. quæſtio. ii. c. vere omnis is. Nota tertio, ꝙ ſi aliquis dicat falſum teſtimoniũ, licet in foro cõtencioſo teneatur de falſo teſtimonio, & de omni dãno contingẽte ex illo, & per cõſequens de delicto, & omni exitu ipſius delicti vt glo. in. c. preſbiterũ de homi & in. c imputari de reg. iur. lib. vi. & habetur in. c. ſicut de teſt. & eſt caſus peregrinus, & melior de iure in. c. i. de cuſto. eucha. facit quod voluit Bar. in. l. furem. ff. de fur. & Sali. in. l. quoniã multa facinora C. ad l. iul. de vi pub. nihilominus in foro cõſcientiæ tenetur de dicto falſo teſtimonio, & nõ de omni damno quod ex illo ſequitur illud fuit ſingulare dictum Vin. quod omnes cõmuniter ſequuntur in dic. c. i de cuſto. eucha. Cognoſcitur. autem de falſo

Crimen falſi an preſcribatur.

Falſũ teſtimonium dicẽs quomodo teneturĩ foro contentioſo & cõſcientia.

falſo duobus modis, ciuiliter & criminaliter. C. de fal. l. da mus, & de procur. c. tue quã du autem ciuiliter per accuſationem proceditur, tunc etiam & accuſatori & accuſato incumbit probatio. C. eo. l. vbi, ciuiliter quãdoque poteſt agi per exceptionem & replicationem, & tunc leuis fit examinatio, vt notat Tãcre titu. de proba decima queſtio. Vltimo in hac materia quæro de vtili quæſtiõe & quotidiana nunquid notarius poſſit corrigere errorem ſuum? Lãfran. de Oria in repe. c. quoniam contra. in verbo inſtrumentorum productiones numero trigeſimo ſexto dicit eſſe attẽdẽdum, quia ſunt pauci qui ſciant in iſto articulo bene determinare Bar. in l. ſi librarius. ff de reg. iur. dicit vno modo. & non perfectè Bal. autem in rubro & nigro. C. de fide inſtru. dicit alio modo, & non perfectè: ſed ſi coniũgamus omnium præfatorum doctorum ſententias ſimul perfectam habebimus doctrinã. Et ideo ſimul omnes coniungẽdo dicite ſic, aut nõ eſt orta quæſtio erroris inter partes aut eſt orta: priore caſu quando non eſt orta, iudex ex ſuo officio poteſt compellere notariũ corrigere errorem ſuũ: ſed an notari⁹ poſſit per ſe corrigere eſt dubiũ: ſed dicite ſi notarius errauit circa ea quæ ſpectãt ad officium ſuũ, veluti in annis domini, & in indictione, & in nominibus teſtium, & in ſimilibus. tũc poteſt corrigere indiſtinctè, ſiue parte citata, ſiue non, ſiue etiã reſtituerit inſtrumenta, ſiue nõ. Si autem errauit circa ſubſtantiam negocii, & tunc nõ poteſt corrigere, niſi parte citata. & ita vult Bar. ĩ dic. l. ſi librarius & Ange. in. l. errore. C. de teſta. aut eſt orta quæſtio erroris, & tunc non poteſt notarius corrigere errorẽ ſuum, etiã parte citata, niſi iudice mãdante & ita vult Bald. in rubri. C. de fide inſtru. quæ omnia procedunt vbi inſtrumẽtum non redarguitur falſum vbi autem redarguitur falſum, tunc nunquam poteſt notarius corrigere errorẽ ſuũ, nec parte citata, nec iudice mandante: & eſt ratio, quare non poſſit corrigere hoc caſu: quia propter iſtam falſitatẽ venit notarius priuandus officio ſuo, vt dictum eſt ſupra, & notatur in. l. ſi quis ex argentariis. §. cogũtur ff. de edẽ. Ita tenet ſingulariter Bal. in rubri. C. de fide inſtru. & ſic habetis hanc quæſtionem plenius expeditam, quàm reperiatur

De falſo ciuiliter & criminaliter.

Notarius an poſſit errorem corrigere.

tiatur alibi. Adde ad hanc quæſtionem Ioan. And. in addi. ad Spec. §. inſtrumentum, ver. quod ſi publicũ inſtrumentum vbi dicit quòd ſi quæſtio mota eſt de errore, notarius non poteſt corrigere inſtrumentum ſine iudicis licentia, & ſic intelligit dictum Specu. in dic. §. aliàs ſi notarius videt ſe erraſſe in prothocollo vel inſtrumento poterit illa corrigere: nouum prothocollum vel inſtrumẽtum faciendo, quia melius eſt quàm corrigere, ex quo poſſet haberi aliqua ſuſpitio, vt. C. de teſta. l. fina. Bal. vero in dic. §. verſi. ſed nunquid tenet quod notarius non poteſt corrigere inſtrumentum parti redditum, niſi probetur error: & tunc iuſſu iudicis, quia non poteſt eſſe contrarius ſuę ſcripturę. ff. de teſti. l. qui falſa. Notat præterea Io. And. in addi. Spe. §. oſtenſo, ver. illud quoque. dic. titu. de fide iuſtru. in rogatione notarij mortui, ex quo nullum factum fuit inſtrumentum, ſi vna pars petit fieri inſtrumentum, & altera reſiſtit, inſtrumentum fieri debet, quia cancellatura non habet ſua ſolennia, ſcilicet teſtes, diem & conſulé. Et ſic quia non habet publicam formam, impedire non debet confectionem inſtrumenti, cum nec ei ſoli ſit credendum, an cõtractus interceſſerit, vel ab eo receſſum ſit, licet de eo an inſtrumentum fecerit, recurratur ad eum, ſi viuit in auten. de hære. & fal. §. ſi vero abſint quod aliis multis firmat rationibus, quas ibi vide. Aliæ multæ quæſtiones poſſent hic fieri: ſed potius eſſet opus quàm glo. facere.

De ne receuoir contractz ſans declarer ſituations, teneures, & charges des choſes.

Article. CLXXX.

NOus defendons à tous notaires, de quelque conditiõ qu'lz ſoient de ne receuoir aucuns contractz d'heritages, ſoit de vendition, eſchanges, ou donations, ou autres, ſans eſtre declaré par le s cõtrahens en quel fief, ou cenſiue

ſont les choſes cedées, & tranſportées, & de quelles charges elles ſont chargées enuers les ſeigneurs feodaulx, ou cenſuelz, & ce ſur peine de priuation de leurs offices, quant aux notaires, & de la nullité des contractz, quant aux contrahens, leſquelles peines declarons deſapreſent comme deſlors au cas deſſuſdict.

FAcit textus in lege forma cẽſuali. ff. de cẽſi. & aduerte quòd feuda de conſuetudine Regni Franciæ ſunt noſtra patrimonia, & vendi, & donari poſſunt incõſulto domino, & ſine eius voluntate, & filiæ ſuccedũt: licet ſecus ſit de iure ſecũdum Ioan, Fab in auten. ingreſsi C. de ſacro ſanc. eccle. & in. §. i. inſti. de legi patro. tut. & in. §. i. inſti. de emp. & vendi. &. §. i. de re. diuiſione, & dicit in. §. adeo. inſti. de loca. & conduc. quòd de conſuetudine ſeruatur, quòd abſque cõſenſu, & requiſitione domini poſſint dari in emphiteoſim. & hoc dicit notoriũ per totum regnum. aliàs nobiles qui tenent in feudum & retrofeudum habent emphiteoſim, & homines ſuos vbiq; terrarum. Eſtque feudũ, de quo hic fit mentio, beneuola actio gaudiũ tribuens capienti, in id quod facit prona & ſponte ſua parata: vel feudum eſt illud beneficiũ quod ex beneuolentia ita traditur alicui, vt proprietas rei immobilis penes dantem remaneat: vſufructus vero illius rei, ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum hæredeſque ſuos maſculos, & fœminas, ſi de his nominatim dictum ſit, imperpetuum pertineat, ad hoc vt ille & ſui hæredes fideliter domino ſeruiãt ſiue ſeruitium illud nominatim dictum ſit, quale eſſe debeat, & expreſsũ, ſiue indeterminatè ſit promiſſum, in quibus cauſis feudum amitta. §. imprimis. vel alio modo diffinitur feudum ſecundum practicũ Papien. in forma libel. ad reuoca. feudi, eſt quædã conceſsio alicuius rei immobilis, qua conceſsione mediante dominiũ

Feuda de cõſuetudine regni patrimonia dicuntur.

Feudi variã diffinitiões.

in accipientem transfertur, facta domino exhibitione alicuius fidelis & honeſti ſeruitii: quam diffinitioné ſic declarat, conceſsio rei immobilis, quia in re mobili non cóſtituitur feudum, vt in.c.fina.titu.de feudi cogni. qua cóceſsione mediante dominium vtile in accipientem transfertur & hoc ideo dicit, quia dominium remanet penes concedentem, vt in.c.i. de inueſti. de re alie. facta cum ſimili. & ibi not. & poſtea ſubinfertur alicuius honeſti ſeruitii, & hoc ideo dicitur, quia ſeruitii turpis & inhoneſti nó cótrahitur obligatio, vt probatur in.c. ſi ex diligenti. de ſimo & inſti. máda. §. rei turpis. & .l. ſi vero nó remunerandi. §. rei turpis. ff. eo. titu. cum ſimili. Deinde quæro in quibus côueniant feudum & emphiteoſis perpetua? Reſpondeo quòd differunt in pluribus: nam feudum de ſui propria natura ſit gratis, quátum ad præſtationem pecuniæ, vt in.c. ii in vſi. feudo. de feudo dato in frau. le. commiſſo. licet requirat ſeruitia perſonalia exhiberi, & in.c. i. quib mo. feu amitta & in.c.ii. de no forma. fide cũ multis ſimili. In contractu auté emphiteoſis requiritur præſtatio pecuniæ, vel alterius quantitatis ponderabilis, vel menſuralis, vt.l ii. C. de iur. emphi. & in.c. potuit cũ ſimili. de loca. & conduc. Item in feudo non requiritur quòd ſeruitia debita offerantur: ſufficit enim offerre cũ domini neceſsitas. vel vtilitas id expoſcit, vt in.c. præalleg ſed in emphiteoſi tenetur emphiteota ſingulis annis canoné offerre vt in dicta lege ſecunda & in dic c. potuit. Ité vaſallus etiam ſi ſtaret per decennium, & vltra non offerédo ſeruitia domino, propter hoc nó priuaretur iure ſuo. debet enim à domino interpellari, vt ſeruitia præſtet, vt traditur in.c.i. ſi vaſallus feudo priue. & ĩ.c. licet ſi de feudo contro. fuerit. ſecus autem eſt in emphiteota, vt dixi, qui ſi negligens eſſet per trienniũ iure ſuo priuaretur, vt in dic.l.ii. & in dic. c. potuit. Item ſi vaſallus moriatur, vel dominus eius, tenetur hæres vaſalli adire dominum, vel vaſallus adire hæredem domini, & petere renouationem inueſtituræ. & fidelitatem facere, & offerre infra annum, & diem computandam à die mortis vtriuſque eorũ: alias feudo priuaretur, vt habetur in.c. imperialé. §. præterea. de prob. bi

Seruitii turpis & inhoneſti non cõtrahitur obligatio.

Feudũ quomodo differt ab emphiteoſi.

de prohibi.feudi alie.per fede.& in.c.iii.quo tépore mi-les inueſti.pete.debeat,& in.c.i.quę fuit prima cauſa be-nefi.amitten.& in.c.i in prin. de ca.corra. ſecus auté eſt in emphiteota.& eius hærede,qui ad ſolá canonis præ-ſtationé tenetur more conſueto,& non aliter,vt in dic.l. ii.& in.l.viam veritatis.C. loca. Item feudum natura ſui tranſit ſolum ad filios maſculos,& nō ad fœminas regu-lariter,vt in c.i.§.& ſi clientulis de alie.ſeu & in.c.i.§.pe-nul.qui feu.dare poſſunt cum ſimili.ibi nota.quod intel-lige de iure nā ſecus eſt de conſuetudine, vt ſupra dixi. At emphiteoſis trāſit ad quencunque etiam extraneū hæ-redem,vt in dic.l viam,&.l.ii.Item differt in alio. nam ſi vaſallus feudum antiquum paternū alienet domino irre-quiſito,tunc feudū reuertitur ad agnatos domino exclu-ſo,tam de iure veteri quàm nouo,vt plenè nota.per gl.& Iaco de bel.viſu in.c.i.de feudi ſucceſsio.Res autem em-phiteotica taliter alienata ad dominū redit omnibus ex-cluſis,vt in.l.ii.C.de iure emphi.ex quibus poteſt elici ta-lis diffinitio contractus emphiteotici. Contractus emphi-teoticus eſt quædam conceſsio rei immobilis facta à do-mino per exhibitionem certæ annuæ quantitatis,per quā vtile dominium in accipientem transfertur, &c. Nota vnum ſingulare quod ius petendi rem quæ incidit in cō-miſſum durat quinquennio l.ii. C.de vecti.& cōmiſſ ius petendi oneris immenſi emédationé à perequatoribus im-poſiti durat anno.l.qui grauatus.C.de céſi.& céſi.li. xii. notat Ludo.Ro.ſing.477.Nota pręterea,ꝙ ſi quis locat fundum ad penſionem percipiendam pecunia, ita quod fructus omnes remaneant apud colonum,quod dominus nō tenetur ad tributa,niſi cōſuetudo aliter ſe habeat,gl. eſt mirabilis,quam perpetuo tene méte in l.indictiones. C.de anno.& tribu lib.x. & hoc intellige verum ſecūdū Bar.in oneribus realibus,in collectis vero quæ imponun-tur perſone pro rebus eſt inſpiciéda perſona,cum impo-nitur vt in.l.reſcripto in fine.ff.de muner.& in dic.l.indi-ctiones.Et aduerte quod vſufructuarius tenetur ad colle-ctam,vt.l.quæro.ff de vſufruc.lega.l.apud iulianū.§.hæ-res.ff.de leg.i. &.l. ſi pendentes, &.l.hactenus.ff.de vſu-

Cōtractus emphitheotici deffinitio.

Locator an teneatur ad tributa an conductor.

Vſufructuarius an teneatur ad collectam an dominus

fruc.ſed limita, niſi eſſet tanta collectarum ſolutio, quòd perceptioni fructuũ equiualeret, tunc enim tenetur proprietarius, vnam habes glo. in l. concubinam § qui ortos de leg. iii. allegat. l. ſi res obligata. ff. de leg. i. & illam glo. exclamant Dy. & Bar. in. l. his verbis. §. idem teſtator de leg. iii. & ita obtinuit de facto in ciuitate florẽtiæ Ludo. Roma. vt ipſe refert ſing. clvi. Quid in vſuario? dic quòd aut in commodo cuius mihi legatus vſus participat dominus, quia ſit domus ampla, & tũc tenetur dominus tantum ad expenſas, aut participat ſolus vſuarius, & tũc ipſe ſolus tenetur, caſum habes vnum in. l. ſi don. ũ. ff. de. vſu. & hab. Nota inſuper quòd contractus cenſualis, & emphiteoticus differunt: nam propter ceſſationẽ ſolutionis rei cenſualis quis nõ poteſt expelli, ſed bene emphiteoticę. Alia eſt differentia: nã in re cenſuali transfertur in accipientem vtrunque dominium tam directũ quàm vtile, quod non eſt in re emphiteotica, in qua tranſit ſolũ vtile ſecundum Inno. in c. conſtitutus de religio. domi. & Bar. in. l. i. §. i ff. de vecti. & commiſ. & Ioan. Pe. de Ferra vbi ſupra in glo. fictũ vbi quærit de tribus. Primo quis poſſit cenſum imponere. Secũdo quibus rebus poſsit imponi cenſus. Tertio quid importat præſtatio cenſus Circa primũ dicit, quòd Imperator poteſt imponere cẽſum, vt. C. ſine cenſu, vel reliq l. i. cum. l. ſequenti Item papa, vt in c. recepimus. extra de priuile. Item epiſcopi, prælati, & fundatores eccleſiarũ, vt in dic. c. conſtitutus. extra de relig. domi. & in. c. præterea. extra de cenſi. Circa ſecundũ quibus rebus imponatur, dicit ꝙ dupliciter poteſt imponi, videlicet perſonis, & rebus, vt in. l. ætatem cum l. ſequẽti. ff. de cenſi. licet de iure canonico imponatur rebus tantũ, vt colligitur in dic c. recepimus, & in. c. præterea Quod autem ad tertium, dicit quòd de iure canonico aliquãdo perceptio cenſus eſt in ſignum ſubiectionis, vt in. c. ii. de cenſi. lib. vi. aliquando eſt ſignum perceptæ libertatis, puta quia eccleſia aliqua dat Papæ piper, vel aliud pro cenſu, quo caſu videtur exempta à ſubiectione epiſcopi, & immediate ſubiecta ipſi Papæ. Aliquando eſt ſignum aſſumptæ ſolius protectionis: quæ tamen eſt modicæ vtilitatis.

Vſuarius an teneatur ad collectã an dominus.

Cenſualis contractus differt ab emphiteotico.

Cẽſum quis poteſt imponere, & quibus rebus poſsit imponi.

litatis & hæc habentur,& notantur per glo.in dic.c. recepimus,& in.c ex parte tua.de priuileg.Pet. Iaco.in tit. pro re emphi.ibi dominus dedit prædium , quærit ſi dominus dedit prædium in emphiteoſim,quod auxilium habebit pro penſione?& dicit quòd ipſe poterit agere cõdictione ex.l zenoniana,vel præſcriptis verbis,& contra emphiteotã,& eius hæredes,vt.C. de iur.emphi.l.i.inſti. loca.§.adeo.& de rerum permutatione.l. rebus. Itẽ fructus ſi prædium eſt ruſticum ſunt ei tacitè obligati pro penſione, vt in quib.cauſ. pig. tacitè contrahi.l.in prædiis,& ſic ad eos poterit agere hyppothecaria,& hoc ſi fuerũt à ſolo ſeparati,alìs ſunt pars fundi,vt.ff.de rei vẽdi.l fructus,ſed ſi ille emphiteota vendiderit, vel trãſtulerit in alium ſecundum,dominus non poteſt agere contra illum ſecundum emphiteotam ad penſionem actionibus perſonalibus,quas habebat cõtra primum: quia illæ non ſequuntur fundum,vt. ff.ad Trebel l.i.§. ſi hæres, ſed ſi primus non ſoluat,vel non ſit ſoluẽdo,nec etiã ſecundus velit ſoluere Pet.Iaco.allegãdo Ioan.dicit, quod ſi non ſoluatur penſio,dominus vẽdicet dominium à ſecundo.& ſic aut penſionẽ ſoluat,aut rem reſtituat,ſi excipiat de re data in emphiteoſim.replicabit dominus, ꝙ non eſt fides ſeruanda,&c vt.C.de pac.l. cum proponas, & hoc recitat gl.C.de iure emphi.lege ſecunda.& nota, l.fina.C.eo.titu.&.ff.vſufruc.quemadmo.caueat.l.ſi vſufructus nomine.& videmus,quòd aliud ago,aliud conſequor,vt.C.depac.l.pacto quo pœnã,apparet ergo, quòd penſio illa non ſequitur rem:licet ſeruitutes afficiant, & ſequantur poſſeſſorem,vt ff.de acqui re.domi l.traditio, §.i.&.ff. de ſerui ruſtico prædio.l.via §. ſi fundus ſic etiã tributa,vt.C.ſine cenſu,vel reliq.l.fina.quia illa ſunt à lege humana,& etiam decimæ ſequuntur rẽ:quia illæ à lege Dei ſunt,vt.ff.de muner.& hono.l,munerum.§.patrimoniorum non tamen ſic eſt in annua præſtatione inter priuatos conuenta arg.ff.de contrahen.emptio.& vẽdi.l. fina.§.fina.& nota.ff.de annuis leg.l. liberto ſuo in prin. & de actio emp.l.in venditione, niſi in quibuſdam fauorabilibus,vt in alimẽtis,ff,de ciba.leg.l.lucius.& idẽ for- *Decimæ ſequuntur rẽ.*

mmm iij te in

æ in anniuerſariis, quæ relinquuntur eccleſiæ pro fidelibus defunctis limitat Pe. Ia nisi dominus induxerit ſecũdum in poſſeſsionem: tunc eſt dicendum, quòd dominus poſsit agere contra eum lege zenoniana, non illa eadem numero & ſubſtãtia, qua tenebatur primus emphiteota: quia illa nõ ſequitur poſſeſſoré, ſed aget cõdictione ex. l. zenoniana inter eos de nouo nata propter reductioné in poſſeſsioné: tacité enim videtur intellexiſſe ſe cõtractum emphiteoticarium celebrare: quod auté intelligitur non deeſt, vt. ff. de rebus credi. l. cum quid. Cõſiderato enim, quòd dominus induxit, & ſuſcepit ſecundum emphiteotam in poſſeſsionem, vt perſonam non prohibitam, & vt idoneam ad ſoluendum ſolitam penſionem: & ſic non fuit facta métio de illa péſione, ſine qua nõ eſt emphiteoſis, & ab illo qui ſuſcipiebatur habuit quinquageſimam iuxta. l. fina C. de iur emphiteo. nec negari poteſt quin à domino inducente ille ſecũdus cauſam habere videatur. Ideo probabiliter poteſt dici cũ Azo. quòd videâtur inter ſe contraxiſſe, & quòd detur domino condictio ex. l. zenonis contra illum ſecũdum ad penſioné ſolitam. Aduerte tamen ad vnum, quod dicit Pe. Ia. in titu. de cauſis. quib. vaſal feudum amittere debet, quòd conſuetudines ſcriptæ in libro feudorũ in regno Frãciæ pro nihilo debent haberi quantũ ad nos, nec nos abſtringũt in aliquo rationibus per eum adductis: contrariũ tamen tenet Iac. de bel. viſu in feu. qui feudum dare poſſunt circa finé, vbi dicit, quòd cõſtitutiones feudales faciũt ius apud omnes. Idem tenét Cy. & Ia. butri in auten. ingreſsi. C. de ſacro ſanc. eccle. & Ionno. in. c. ex tranſmiſſa, & in c. verũ. extra de foro competé & in. c. cæterum de iudi. Sed an vaſſalus poſsit collectari à domino in quatuor caſibus, ſcilicet pro filia maritanda pro ſe & filio ſuo milite faciendo. Ité pro domino capto redimendo. Item pro terra emenda. quidã dicunt quòd ſic Pe. Ia. in titu. quib ex cauſ. domi. debet amittere proprietatem verſi. item & nota. dicit quod nõ, niſi in illis locis, vbi legitimè pręſcriptũ eſt, vt in Tuſcia, vel Alemania: ſi quidé fuerit præſcriptũ teneatur & obſeruetur in ſuis finibus, nec vltra extendatur. ff. de leg. l. quod

Feudorum conſuetudines ſcriptæ nõ obſeruãtur in regno Franciæ.

Vaſallus, an poſsit à domino colleſtari.

quod vero contra & de itine. actúque priua. l. i. § Iulianus de pub. vec. & commiſ. l. licitatio. §. earum rerum. C. de agrico. & cenſi. l. cum ſatis. §. caueant. lib. xi. quia iſta non ſunt à iure ſecundum Io. And. in addi. Spec. titu. de feu. §. quoniã, ver. & nota Io. Fab. in. l. omnes. C. de ſumma tri. & fide catho. dicit quòd vaſſallus de cõſuetudine regni Franciæ tenetur iuuare dominum in quatuor caſibus. ¶ Sed an ſtetur dicto Ioannis Fabri ſuper generali conſuetudine per eum allegata aut alterius, mihi videtur quòd non, quia non practicauit in omnibus curiis regni Franciæ, quia dicit in. §. finali, qui & ex quibus cauſis manu. non poſſunt quòd fuit aduocatus per tredecim annos: & ideo ſibi de hac conſuetudine, nec de alia generali regni Franciæ non creditur, niſi alio modo conſtet de ipſa per nota. per Innocentium, in capite dilecto de offic. archidiac. qui dicit quòd antiquiores collegij melius poſſunt ſcire collegij conſuetudines, quàm alij. Et ſic Ioannes Faber non præſumitur ſciuiſſe aliarum curiarum conſuetudines, niſi vbi ipſe practicauit argumen. capitis primi de conſtitutionibus, vbi dicitur quòd conſuetudines ſunt factæ, & princeps qui eſt dominus ſui principatus illas præſumitur ignorare, & id quod dicitur in lege, de quibus de leg. quod ſtatur dicto doctoris probabilis auctoritatis de conſuetudine, intelligitur de conſuetudine illius curiæ, in qua verſatur, quia ſibi creditur tanquam perito: non tamen ei creditur de vna conſuetudine extranei fori. Et intelligitur dictum Ioannis Fabri de loco vbi eſſet talis conſuetudo, & non de aliis locis, vbi talis conſuetudo non eſſet, quia quæque ciuitas ſuo ſenſu abundat, ſeptuageſima diſtinctione, capite vtinam & capite certificari de ſepulturis. Et quilibet populus habet ſuam obſeruantiam & ſuos mores ff. de iuſtitia. & iure, lege omnes populi. Conſuetudo enim contra ius non extenditur ad alias perſonas, quàm in quibus eſt quid actum duodecima diſtinctione. cap. omnia. Et vndecima diſtinctione. c. catholicam in fine. Inno. in cap. primo de conſuetu dicit quòd conſuetudo non præiudicat iuribus ſingularium perſonarum, in his qui tacitè vel expreſſè nõ cõſenſerint, pro quo

ſacit quòd voluit Bartolus in dicta l. de quibus quòd vbi dubitatur de conſuetudine iudex ad ſe vocabit aduocatos & palatii procuratores. Et explorabit de conſuetudine & ſic requiritur quòd volentes probares conſuetudinem alicuius curiæ debent examinare aduocatos & illius curiæ procuratores & non aliarum prouinciarum extraneos. quia quæ domi fiunt per domeſticos illius domus probantur.l.conſenſu C.de repu. & quæ fiunt in collegio probantur per illos de collegio plus etiam dicit Bartolus in dicta lege de quibus quòd ad hoc vt forenſis poſsit deponere & teſtificari de aliqua conſuetudine ciuitatis requiritur ꝙ ille forenſis tantam moram contraxerit in illa ciuitate quòd veriſimiliter deberet ſcire argu.l.ii.C. vbi de crimine, vel quòd erat notorium & communiter obſeruatum in tota illa regione, quòd à nemine in patria mea vidi obſeruari Et ſic non militat dictum Ioan. Fab. quòd de generali conſuetudine ſeruatur, quare tenet Paris de Puteo in ſuo tractatu ſindicatus in verbo excedunt etiam barones quòd ſtatuta aut inhibitiones quæ fiunt per barones & terrarum dominos, quòd ſubiecti non hoſpitentur aliquem in ſuis hoſpitiis, quouſque ſit eorum hoſpitium plenum hoſpitibus, vel quòd non accedant ad alia molendina, niſi ad ſua vel ad alia paſcua: & furna non valent quia in eis dolus ineſt.C.commi.vel epiſto.l.interlocutio.Et de leg.i.l.filiusfamilias.§.diui.per Dy.&.C. de fideicommiſ.l quoties Et Innocentius in capite primo de iudi.de manu.vindi.l.illud de excep.doli.l.i.in fine, vbi dicitur quod contra ſtatuta iniqua poteſt opponi exceptio doli, vnde ei non debent parere, etiam ſi ſint ſubditi abſtricti iuramento fidelitatis.ff.de verbo.obliga.l.multum.

Aduerte etiam ꝙ contractus emphiteoſis & penſio, iſta vocabula ſunt nobis ignota in regno Franciæ: ſed nos vtimur verbo cenſus, & etiam notarii in literis eorum ponunt, talis dedit, vel tradidit talem fundum pro decem ſolidis perpetui cenſus, nunquid eſt vnum, & idem quoad effectum & iuris diſpoſitionem: & videtur quod non, quia emphiteoſis particulare commodum pertinet ad emphiteotam, & tamen non eſt cenſualis, vt.ff. de cenſi.l. forma cen-

Cenſus eſt quid publicū ſicut tributum.

cenſuali.§.illam.Prætería cenſus eſt quid publicum ſicut tributum,vt patet in tota materia.ff de cenſi. & not.C.de cenſi.in rubr.ff de publica.l.i.§.i.in glo.de agrico.& cenſi.quaſi per totũ,&.l.coloni,in quib.cauſ.colo.do.ac.poſſ. lib xi.Vt tamen hoc plenius videas,debes ſcire quod cenſus ſumitur multis modis:vno modo pro tributo,& ita ſumitur in dic.titu.ff.de cenſi. & in glo. ſupra alleg.C. ſine cenſu vel reliq.l.fi.& per totum:quandoque ſumitur pro cõditione hominum,quorum corpora cum terra ſunt abſtricta domino,vt C.de agri.& cenſ.quaſi per totum quandoque ſumitur pro penſione vel reditu, qui præſtatur in perpetuum.extra de cenſi.in rubr.&.c.peruenit, quandoque pro penſione,quæ præſtatur ad modicum tempus,extra ne præla vi.ſuas.c.peruenit.Nunc videamus nunquid eſt differentia inter contractum cenſualem, prout cenſus ſumitur pro annua penſione(quia de aliis nõ eſt quæſtio) & emphiteoſim canoniſtæ dicunt quod ſic,quia res cenſualis non cadit in commiſſum,ſi ceſſauerunt per triennium: ſed emphiteoſis ſic extra.de reli.domi.cap.cõſtitutus, vbi not.per omnes doctores,& dic quod in re cenſuali dominium tranſit in illum,qui ſoluit cenſum: non in re emphiteoticaria,in qua non tranſit,niſi vtile.Iſta autem non poſſunt probari de iure ciuili,quia cenſus non recipitur pro annua præſtatione ſimplici,nec reperitur contractus cenſualis inter priuatos in conditionatis dicit tamen Ioannes Fab. in.§.adeo inſti.loca. quod de conſuetudine ſeruatur inter laicos,quod res cenſualis cadit in commiſſum,ſi ceſſetur per triennium,& quod ille qui recipit in cenſum cenſetur dominus directus, & recipit laudimia, ſi poſſeſſor vendat,& ferè vtuntur ſicut in emphiteoſis contractu.Sed retenta opinione canoniſtarum, quod res cenſualis non cadit in commiſſum,quæritur quid ſi in inſtrumento continetur talis dedit in emphiteoſim.ſeu ad perpetuum cenſum talem rem,nunquid erit emphiteoticus, vel cenſualis contractus? ſatis dici poteſt ſecundum eundem Ioannem Fab.quod emphiteoſis.ff. pro ſocio.l. ſed ſi adiiciatur de auro & argento lege ſpecies.Sed quid ſi in inſtrumento continetur,ꝙ talis dedit in emphiteoſim, ſeu cenſum perpe-

Cenſus quibus modis ſumitur.

Cenſualis contractus differt ab ãnua pẽſione

Cẽſualis an emphiteoticus præſumatur contractus in dubio.

perpetuum talem rem.& tranſtulit omne dominium nihil omnino retento,niſi penſione vel cenſu,ſicut frequenter faciunt notarij,qui neſciunt quod ſcribunt? tunc dicerem contractum cenſualem cum hoc ſit de natura cenſualis,& non de natura emphiteoſis,& in dubio debemus adherere verbis niſi aliàs de contrario apparet ff. de lega.iii.l. non aliter.ff.de reg.iur.l.ſemper in ſtipulationibus & facit.ff. de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumũtur l.hoc ſenatus §.fina.&.l fina.Præterea dico quòd vaſſallus qui fecit alium,vocatur dominus reſpectu ſecundi,& hoc neceſſario habet dici quãdo vaſſallus dat in emphiteoſim,vel in feudum:nam tunc ſunt plures vtiles domini, & hoc videtur probari in feudis de prohibita ſeudi alienatione.§. illud & facit quod notatur in.l. ex aſſe.ff. ad Trebel. & ff. de præca l.cum præcario,& ibi notatur:nec obſtat,quòd non poſſunt eſſe plures domini inſolidum vtiles nec plures directi:quia verum eſt vno reſpectu ſed diuerſis reſpectibus ſic,vt.l.duo inſolidum.de præca. vnde primus emphiteota cenſetur dominus ſecundi ſecundus tertii, habendo reſpectum de vno ad alium,& quoad ſe:nam bene reperitur alibi ꝙ non dominus habetur pro domino quoad illum.qui cauſam habet ab eo.ff. depo.l. bona fides.C. loca.l.ſi quis conductionis,& ſi res vendatur debet requiri dominus de iure,& debet habere quadrageſimam,vel laudimia,vel illud quod competit de cõſuetudine in talibus, & breuiter dicit Ioannes Faber quod omnia iura ſunt ſibi ſalua,qualia habebat ſi non fuiſſent data ſecunda in emphiteoſim,ſiue primus dominus conſentiat,ſiue nõ in alienatione per.l i.C.de fundis patrimoni.lib.xi.arg.ff.de ſer. expor.l.penul.de acqui.poſſe.l. qui vniuerſas.§. fina. cum l.ſequenti.quod ergo ius habebit emphiteota,qui alii dedit in emphiteoſim? certe ſuam penſionem, & committitur ſibi res niſi ſoluatur pẽſio,& breuiter omnia iura quæ quis habet in re emphiteoticaria:dum tamen nõ fiat præiudicium priori domino:& idem dicerem de vaſſallo, qui dedit alii in feudum per dictum.§.illud de prohibi. feudi aliena & ſic determinarem quod nota in cap. ſimiliter de lege corradi,vide de hoc dicit Ioan.Fab.in dic.§.adeo.tenet

Vaſſallus faciens alium vocatur dominus.

Domini plures inſolidũ ſiunt diuerſis reſpectibus.

Emphiteota qui alij dedit in emphiteoſim.

net quod quoad vaſſallos ſeruatur contrarium de conſuetudine:nam ſi tu teneas feudum à Titio,& ego à te idem feudũ,& Sempronius à me,ego inueſtiturá & laudimia recipiam,ſiue ventas: & ſi ego vendam, tu recipies ſemper proximior & dominus:& tamen in cenſualibus & emphiteoticis ſeruatur de conetudine quòd primus & directus dominus inueſtit, ☞ imo de iure maior dominus,id eſt, is à quo res primo fuerit in emphiteoſim conceſſa, notat Spe.titu.de locato.§.nunc aliqua,ver.cv.& cxxviii.☜ & vocatur primus & directus dominus ille qui primo tradidit ad céſum vel emphiteoſim q̃uis forte teneat ab alio in feudum,& ſic tantũ vtilis:hæc de conſuetudine:de iure tamen credo ꝙ ſit rationabile,quod dixi ſupra ſecundũ Io. Fab.in dic.§.adeo.idé dicit Pe.Ia.in tit.de interdi. vti poſſi.ſeruari de conſuetudine,ver.item verũ.Nota etiam differentiam inter contractum emphiteoticũ & locationem: nam præſumitur contractus emphiteoticus ſi locatio eſt perpetua & péſio parua.& etiã ex qualitate pactorũ ex cõſuetudine penſionis & cõmuni vſu loquendi:aliàs præſumitur eſſe cõtractus locationis,ſi penſio correſpódet fructibus,glo eſt ſing in.l.1.§.i.de ſuperfi.quã reputauit ſing. Bal.in.l.iii.de dila.de differétia latè per Ant.Corſ.in ſuis ſing in verbo contractus.☞ Nota præterea ꝙ cõtractus iſte emphiteoſis deriuatur ab emponemate,emponema enim græce melioratio dicitur latinè,vt.C.de iure emphit.l.ii.quare dicitur contractus emphiteoſis, id eſt meliorationis.vt ex.de loc.c.potuit,ponit Spe.tit.de loca.§ nũc aliqua,verſi.ii.☜ Nota inſuper ꝙ in contractu emphiteoſis ſemper requiritur ſcriptura,aliàs cõtractus eſt nullus,vt dicit glo.in c.i.de cenſi.in ſexto, & ita tenent glo. iur ciuilis in.l.i.C.de iur.emph.& in dic.§.adeo.licet Spe. videatur tenere contrariũ in tit.de loca.§ nunc aliqua.verſi.v. Quæro quid ſi partes dicunt in contractu loco tibi talem fundum,vel talem domũ ad talem penſionem, nunquid valet? videtur ꝙ non,quia talis contractus nõ eſt locatio,vt dic.§.adeo.quia tranſit vtile dominiũ,vt.ff.ſi ager vecti.vel emphiteti.l.i.& poſſeſsio naturalis, quod non eſt de natura locationis,vt dic.§.adeo. dicit tamen Ioan. Fab.

Dominus directus inueſtit.

Locatio non emphiteoſis ĩ dubio præſumitur.

Fab in dic.§.adeo.quod eſt contractus locationis,ſi penſio ſit in pecunia:vel contractus innominatus, ſi ſit in mercede:vel ſocietas ſi ſit partiarius,nec obſtat dic.§.adeo qui videtur caſus contra, quia fateor quod non eſt locatio nec venditio:ſed tertium genus,vbi partes hoc agunt: ſed vbi partes hoc non agunt,ſed volunt facere alium cōtractum, non eſt credendum,quin fundus & quælibet res poſsit locari ad non modicum tempus,& quin valeat locatio:quando dicatur ad modicum tempus,vide gl in.c.i.in verbo ad tempus modicum de reb.eccle.non alie.in cle & hoc probatur per iura magis noua in auten.de alie.& emph §.locationes,col.ix.ſed dicas hoc verū eſſe,ſi partes hoc agant, & etiam in dubio ſi cōtractus poſsit ad hoc trahi, vt habeat ſubſtantialia emphiteoſis vel ſcripturæ : aliàs remaneat in finibus, quibus valere poteſt, vt dixi, nec obſtat, quia in locatione non transfertur dominium, nec poſſeſſio,quod verum eſt in locatione ad modicum tempus, ſed in locatione ad non modicum tempus ſic, vt dixi, & poſſeſsio naturalis,vt.l.prima,ſi ager vectigalis vel emphi peta Sed quid dices ſi partes dicant,ſic ego vendo talem fundum tali precio,retenta mihi tali annua penſione,nūquid ſit venditio vel emphiteoſis? videtur ꝙ non eſt venditio. vt dic.§.adeo.ſed Io. Fab.dicit ꝙ ſit vēditio,& maximè ſi retineatur modica pēſio,& magnum precium recipiatur, quinimo credit quod quanuis partes agerent expreſſè, ꝙ eſſet emphiteoſis,quod deberet potius venditio nominari in feu.de prohibi.feudi alieni.per fede.§.callidis : quid enim ſi quis recipit centum libras, & retinet vnum denarium penſionis,an videtur emphiteoſis?& videtur ꝙ non ff.loca.l.ſi quis conduxerit Ioan. Fab. dicit quod eſt ficta emphiteoſis,& ideo non valet,ſed eſt venditio: ſi autem contractus celebraretur,vt venditio,valeret vt venditio: ſi tamen retineret penſionem competētem, licet forte minorem,quàm res valeret,& reciperet pecuniam,eſſet emphiteoſis.ff.de contrahen.emptio.l.ſi quis donationis nec obſtat §.adeo,qui loquitur in caſu quo precium non dabatur :ſed ſi res tradebatur ad perptuam penſionem, tunc non eſt venditio:ſed quando recipitur precium,tunc habet

Locatio quandoque transfert dominium.

Emphiteoſis ficta.

bet locum vēditio, ex quo videtur quod omnes libelli qui formantur in rei vendicatione pro re immobili, poſſunt vitiari: nam vix eſt aliquis quin ſoluat cēſum vel penſionē pro re immobili, vel quin teneat in feudum, & ſic non habet dominium directum, ſed vtile: ideo cum agunt rei vēdicatione debent cadere, quaſi inepte intētantes. ff. ſi agri. menſ. ſal. mo. dixe. l. i. ſed de conſuetudine ſuſtinentur tales libelli, cum agitur in dubio rei vendi. quia vidétur agere actione quæ eis competit ſecundum vulgarem modum loquendi, ſcilicet vtili. ff. de fundo inſtruc. & inſtru. leg. l. cū de lanionis. §. aſinam. & agendo rei vendicatione, videtur in iudicium deducere talem actionem, quæ ſibi competit. ff. de leg. i. l. ſi domus. §. fina arg. ff. de iureiur. l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero de iudi. l. ſi quis intentione, nec eſt verum quod ſoluentes tributa non ſunt vtiles domini, quia tributa nō erāt, niſi quædam impoſitio ſicut collecta pro ſubſidio populi Romani: vnde nullo iure reperitur quod dominia amittantur, imo lex ſupponit prouinciales dominos, ſicut Italicos, vt. l. i. C. de vſucap. transfor. & ita debet intelligi, quod nota. ff. de ope. no. nuncia. l in prouinciali, ſed vtiles domini ſunt ſolum illi qui recipiunt in emphiteoſim, vel in feudum, vel conducunt ad non modicum tempus: & ſic intellige, quod nota. ff. ſi ager vecti. vel emphi. peta. in rubri. & in illis adhuc poſſet dici quod procedit libellus per prædicta: poſſunt enim ſe dicere dominos, vt in l. poſſeſſores. C. de fund patri. lib. xi. in Regno autem Franciæ non ſunt prædia trabutaria, vt. l. fina. ff. de cenſi ibi Lugdunenſes Galli & ita ceſſaret opinio doctorum in Regno. Ita dicit Ioan. Fab in. § i. de re. diuiſione, & in. §. omnium inſti. de actio. vbi dicit quod omnes terre ſeu quaſi in Regno Franciæ ſunt feudales, vel alias penſionibus affectę, & omnes poſſeſſores ſūt quaſi vtiles domini. Adde, quod ſi ſunt duo hæredes émphiteote, qui quolibet anno teneantur ſoluere quatuor denarios, vnus ſoluit duobus annis duos denarios, alius ceſſauit, an debeat ſolutio duorum annorum coniungi pro vtroque, & ſic habeatur, acſi ſoluiſſent ambo pro vno anno, ad hoc vt res non incidat in commiſſum, Bart. in lege fraudati, vectigalis ff. de pub.

Solutio vnius coheredis an debeat iungi pro vtroque.

pub.& vecti.refert,& ſequitur Guil de cu.in.l.ſi neceſſitas.§.ſi vnus.ff.de pigno.actio qui tenet quod ſic.& idem tenet do.Anto de butr.in.c.ex parte,de feu,in.vii.col.cõtrarium tenet Ioan. And in titu.de loca.§.nunc vero aliqua ver.lxxi.in Addi.ad Spec.tenet cõtra Spec.quia.particularis ſolutio facta à ſocio,videť facta nomine ſuo,& nõ nomine alteri⁹,vt in.l.& magis.ff.de ſolu.ideo perſona alterius non debet ſubintelligi.l.ita ſtipulatus §.chriſogonus.ff.de verb.oblig.nec obſtãt ſecundum eum in contrarium allegata,quia loquuntur in vno obligato.ſed in caſu noſtro erant duo obligati,& ſic caſus eſt diſſimilis,notat Anto cor.in verbo emphiteoſis,ſed opinio Specu.Bar & do.Ant.de but,videtur verior,vt in ſimili dicitur,quod ſi duo fratres habent domum communem vel turrim quorum vnus habet ſuperiorem partem,alter inferiorem,&ratione ſtatuti venit deſtruenda domus habentis inferiorẽ partem,non venit tota domus deſtruenda,arg.textus in.l.ſi communem fundum.ff.quemadmo.ſerui.amittan. facit quod voluit Bar.in l.precipimus.C.de appel.& quod voluit Bal.in.c.i.in titu.quib.mo.feu.amitta.duo fratres habent feudum in communi,quidam eſt demeritus & ingratus,alter gratus & meritus,dicit quòd reſpectu fratris meriti demeritus non amittit partem feudi & hoc ratione cõmunitatis,facit quòd voluit idem Bald.in.l.imperator.ff.de ſtatu.ho.& quòd ſingulariter voluit in.l.ſi quis ex argentariis.§.i.ff.de eden.vbi dicit quòd inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex magna habilitate & integritate alterius facit etiam quod idẽ Bal.mirabiliter dicit,in.c.i §.i.quib.mo.feu.amitta.vbi dicit,quod ſi duo fratres vaſalli accipiunt feudum commune,& vnus derelinquit dominũ preliantem,alter vero defendit ipſum.virtus incredibilis fratris facit,quòd frater feudo nõ priuetur,ſequitur Iaſ.in.l.i.in.i.col.C.de trãſac.Nota preterea regulam,quòd ſi pater accipit emphiteoſim pro ſe & filiis & hredibus, non ſolum requiritur quòd ſint filij,ſed etiam quòd ſint hæredes,ſaltem in vna parte.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberti.ff.de oper.lib Sed quid ſi dixerit ꝓ hęredibus ſuis maſculis,an tunc ſufficiat eſſe de liberis etiam ſi non ſunt hęredes Bal.

Si due fratres habent domũ cõmunem quorũ alteri⁹ pars venit deſtruenda.

Cõmunitatis ratione demeritus non amittit feudi partẽ

Inhabilitas vnius teſtis ſuppletur perhabilitatẽ alterius

ſingu.tenet quòd ſic.quia ſufficit eſſe de liberis vel de filiis,vt in.l.Caius.ff.ſolu.ma.quia illud verbum heredibus exponitur,id eſt filiis.l.ex facto.§.fina ff ad trebel Nota ſecundo quotidianam deciſioné ſecundum Bar & docto. in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condic.indeb quod ſi aliquis acquiſiuit emphiteoſim vel feudum pro ſe filiis & nepotibus,quòd filii equaliter ſuccedunt in tali emphiteoſi vel feudo mortuo patre,quanuis pater in teſtamento filios inequaliter inſtituerit,vel etiam dato quòd filii repudient hæreditatem patris ratione de qua ibi per eũ:quod extẽdit.ſingulariter Bald in.c.i.iii.col.an agna.vel filii in vſib.feudo.etiam ſi talis renunciatio hæreditatis paterne fieret cum iuramento,ex quo ſecundum eum poteſt adhiberi noua cautela per alium non excogitata,per quam filius non tenebitur ad debita patris,quod repudiet hęreditatem patris,& poſtea acceptet emphiteoſim vel feudum, quod memorie commenda.Limita tamen ſingulariter ſeccundum Papien in dic.§.libertus,vt prædicta procedant, quando filius renuncians promiſit nihil plus petere de hæreditate paterna ſecus autem ſi filius repudiet bona paterna,quia appellatione bonorum continetur emphiteoſis.l. rem nobis ff.de acqui hære.&.l.bonorũ.ff.de verb.ſigni. ita ſingu.tenet Specu quem nemo vnquam ad hoc allegauit ſecundum prædic.docto.in titu.de loca.§ nunc aliqua verſ clvi.Nota tertio vnam pulchram quæſtionem, quod ſi do tibi rem meam cum hoc,quod ſis obligatus quolibet anno Titio dare ex ea decem ſextaria vini vel grani,poſtmodũ res reuertitur ad me,an ego ſum obligatus ad dandum illa decem?Iſtam quæſtionem mouet Guil.& Ange. eam refert in.l.ſed etſi.§.proſtituta.ff.de in ius vocan.vbi ponunt quæſtionẽ in re emphiteotica quæ reuerſa fuit ad dominum.& regulariter dic quod non,quod probo.in.l. titia.ff.de annuis leg.&.l.ſtichus §.titia de alimẽ.leg.facit lex.fina in fine de contrahen.emp.ff.fallit primo vbi ego dans rem meam ipſi rei meæ adieci conditionem aliquam per quã velim in re mea quid iuris euitari,quia tunc ſi res illa reuertitur ad dantem,reuertitur cum eadem qualitate de hoc habes caſum in dic.§.proſtituta.verſ.ſi.atſi venditor alius

Pater accipiens feudũ pro ſe & filiis ſuis.

Res ad me dominum reverſa an ſim obligatus ſoluere quod ſuper impoſuiſti.

alius in.l.i.ſi mancip.ita vene.ne proſti.& iſtam fallentiam nota, Secundo fallit, vbi rei meæ adieci onus cum rei obligatione, quia tunc cenſetur reuerti cum eadem qualitate, hoc probatur ex.l.ſi conuenerit.ii.§. ſi fundus de pigno actio. an valeat pactum, quod ſpurii ſuccedant in emphiteoſi patri conceſſa, tu diceres quod non, quia nec per pactum nec per vltimam voluntatem indirectè nec directè poteſt filio ſpurio relinqui, vt.l.i.& ibi habes.C.de nat.libe. dicas tamen contrarium, quod hoc caſu valet tale pactum, iſtud eſt pulchrũ Bal.dictum in.l.ii.C.de iur.emphi. nec obſtat.l.i.ſupra alleg. quia ibi pactum apponebatur in re paterna: ſecus autem in re aliena, vt loquimur, quod nota. Et vltra aduerte quod feudatarius tenetur oſtẽdere feudi inſtrumentum notat glo.in.l.ii.C.quando & quib. quarta pars.deb.in verbo iurata fide, notat Bal.in.l.inſtrumenta.C.de fideico. ℭℭ Et tenet Spe.ti.de loca..§.nũc aliqua ver.cxli.& ver.ſequẽti tenet etiã quod ſi pro re quã a me vendicas probo emphiteotam longe tempore ſoluiſſe canonem non tamen apparet inſtrumentum emphiteoſis quod in hoc contractu requiritur, videtur emphiteoſis eſſe conceſſa, vt.C.de fundispatri l.iubemus lib.xi.ff.de ritu.nup.l.in liberę longa enim preſtatio inducit coniecturam vt omnia ſolenniter acta eſſe videantur vt.ff.de vſur. lege cum de in rem verſo.inſti.de fideiuſſo.§.ſi.ſed an emphiteota qui diu ſoluit pẽſionem alicui, teneatur illi ignoranti rem pro qua ſoluit & quam ab eo tenet in emphiteoſim oſtendere Spe.in dic.§.ver.lx.tenet quod ſic, vt ſic dominus cert⁹ fiat a qua re ipſum expellet, ſi ſibi pẽſio nõ ſoluatur, vt in auten.de manda prin § coges col.iii.&. ff. de cenſi.l.forma.ff.ad exhibendum l.iii.§.eſt autem perſonalis ſed quid ſi emphiteota non vult cenſum ſoluere, niſi dominus ei prius oſtendat, quare, ſibi ſoluere teneatur, Spe.dic.§.nunc aliqua dicit quod dominus eſt in ſua quaſi poſſeſſione tuendus, vt ex.de elec.c querelam ſi tamen pẽſione ſoluta proprietatis referat quæſtionem, negando videlicet ſe in emphiteoſim rem tenere, abſoluendus erit, niſi dominus de iure ſuo doceat quia cenſus ignorantie. nec diuinis nec humanis legibus inuenitur.c.perueni: ex. de

Pactũ quod filii ſuccedant in emphiteoſi patri conceſſa valet.

Feudatari⁹ tenetur oſtẽdere feudi inſtrumentum.

de caſibus. niſi forte longo tempore ſoluerit penſionem quo caſu contradicere non poterit longi temporis preſcriptione obſiſtente. C. de agri. & cenſi. lib. x. l. litibus. Quid ſi ruſticus per. xxx. annos ſoluit alicui penſionem credens ſe aliquid habere ab illo in emphiteoſim non tamen apparet, quod aliquam rem teneat ab illo nunquid ex hoc ipſo teneat. vel quod ſit ei in emphiteoſim conceſſa, ita quod expelli non poſsit, Specu. in dic. §. ver. lxiiii tenet quod ſic allegat Oldra & alios ita tenere per textum in. l. fina C de fundis patri. libr. xi. & dictam. legē. cum de in rem verſo. ff. de vſur. faciunt ea quæ notantur in cle. i. de rebus eccleſię non alie. & in c ii. eo. ti. libro. ſexto & in cap. ad audientiam eo titulo in antiq. Adde, quod contra id, quod dixi ſupra arti. clxxiii. de clauſula, &c. quæ non poteſt extendi ab alio, quàm ab eo cui facta eſt commiſsio ſecundum Bald. in rubr. de fide inſtrumen tenet Iaſon in lege argentarius. ff. eden. notat Pet. Gerar. ſingu. xli. Sed quomodo hoc debeat intelligi dic. arti. dixi. Quæro de vna quæſtione quæ ſæpe de facto contingit, dominus dedit rem aliquam in emphiteoſim, vel cenſum ſub hoc pacto, quod non poſſit aliquod onus ſeu redditum ſuper ipſa re imponere: tamen de facto impoſuit, an valeat? videtur quod ſic attenta generali conſuetudine, quia poteſt vaſallus vel emphiteota vendere & onus imponere, de qua ſupra dixi in prin huius articuli Item ipſe dominus præfertur in hypporhecaria, cum ſit prior vt per totum. ff. &. C. qui potio. in pigno habe. in contrarium videtur textus, & quod ibi no. per Bar. Bal. Albe. & Iaſon. in lege. iii. C. de iur emphi. vbi pactum initum inter dominum & emphiteotam, quod non poſsit alienare vel aliud onus imponere eſt ſeruãdum, & iſtud tenet Io. Fab. in lege fina. C. de reb' alie non alie. per glo. in lege qui abſenti. § ſi quis ff. de acqui poſſe. ſuper verbo extiterit & ibi Bar. & Alexan. & hoc ſecundum ipſos, quando in traditione fuit dictũ, quod ſi contingat emphiteotam vendere vel ad aliquem actum alienationis deuenire, quod res ipſa reuertatur vel melius, & iſtud fit quotidie quod ipſe emphiteota

Conducens rem imperpetuum.

Clauſula, &c. à quo poteſt extendi.

Vaſallus an poſsit rem vendere vel onus imponere contra pactum.

phiteota permittit & ſpecialiter obligat dictam rem, eandem rem non alienare, vel onus imponere: tunc ſi imponat redditum non valet per textum in lege ſi creditor. §.fina.ff.de diſtrac.pigno.pro vt eſt ibi litera nullam eſſe venditionem quæ eſt litera ibi, quòd cum de illa litera cũ Bald. habuiſſet quæſtionem Bar. miſit piſas, vbi tunc erant pandectæ, ratione cuius dicunt docto. quòd Bald. fuerat à ciuitate Peruſina expulſus, pro vt Bar. in certis locis ferebat: quod tamen non inueniſſe dicit Nico. boe. in conſue.Bitur titu.de ſeu.arti.xxiii.idem dicit & tenet Bar.& docto. in lege ea lege. C.de condic.ob cauſam & Ange.are in conſi.cc.& Bal.in dic.§.fina. nunc vero dictæ pandectæ ſunt Florentiæ ſecundum Lud. bolog.in proœ.ff.col.i.in primis interp. refert Nicol. boe. vbi ſupra. Præterea quæro de vna quæſtione quotidiana, alicui domino debentur laudimia ſeu ventæ ratione iuris cenſiui, ipſe poſtea vendidit ius directum cenſus, quæritur an dicta laudimia debeantur antiquiori domino, qui eodem tempore venditionis accidiſſe ignorabat, vel debeantur emptori nouo domino? & videtur quòd antiquiori domino, pro hoc facit textus in lege fina. arb. fur. ceſa. vbi dicitur quod venditor agri poteſt agere poſt venditionem, eiuſdem actione arb.fur. ceſa ſibi competenti ante venditionem, & idem textus in lege is qui.§. poſteaquam ff. quod vi aut clam. In contrarium facit quòd debeantur nouo domino, textus in lege ſi tertius. §.ſi quis priuſquã, ff.de aqua plu.arcen.vbi dicitur quod antiquæ pluuiæ arcendæ actio ad eum tranſit, cuius ager eſſe cœperat: vnde dicit glò.ſuper verbo tranſibit, quòd actio perſonalis quæ datur ratione rei, tranſit ad ſucceſſorem, vt per Barto.Bald. & Salice. in.l. iii. C. quod me cauſa.& Bar.in dic.§.ſi quis priuſquam.& ibi Alexad.in addi. Quare videtur dicendum quòd ſi ante vẽditionem & traditionem dicta laudimia erant iam debita, quòd debét ſolui antiquiori domino: niſi illa ceſsiſſet, vt dic.l.fin. arb.fur.ceſa.& in dubio prȩſumitur ceſsiſſe, niſi illa exceperit cum ſint circa rem, vt notant docto.in dic §. ſi quis priuſquã.& ita tenet Nico.boe.in dic.tit.de ſeu.art.xxiii.

Laudimia rei venditæ cui debẽtur.

Sed

Sed quid ſi ceſſatum eſt in ſolutione penſionis vel tributi nunquid primus an vero ſecundus poſſeſor ſoluet id quod de prædio debetur, dic, quod pro eo tempore quo ceſſatum fuit per primum, ſoluet tantum primus & non ſecundus vt.ff. de leg. i. l. apud Iulianum.§. fina.ff.de contrahen.emp.l.fina.ff.de pu.& vec.l.Imperatores. Adde,tu ſcis quòd feudatarius poteſt aliis dare ſuum feudum etiam inuito domino, vt eſt clarum ex ſupradictis, ſed an poſsit primus feudatarius renunciare ius feudi in manus primi domini in præiudicium ſecundi?tu diceres quòd non, per textum in.l. petende. C. de tempo.in integrum reſti.peten.ſed caſus eſt vnicus in c. i verſi. ſinautem diſſentiendi quali. olim feudum aliena. pote.in vſib.feudo.notat Ludo.Ro.ſingu.clxxxi. *Feudatar. poteſt renũciare ſuum feudum in manus primi domini in præiudiciũ ſecundi.*

Defence de ne meſprendre en declarant leſdictes ſituations,teneures & charges.

ET defendons à tous contrahens en matiere d'heritages de ne faire ſcientement aucune faulte ſur le rapport ou declaratiõ deſdictes teneuresfeodalles ou cenſuelles,qui ſeront appoſées en leurs contractz,ſur peine de priuation de tout l'emolument deſdictz contractz,contre les coulpables : c'eſt aſcauoir contre le vendeur de la priuation du prix, & contre l'achepteur de la choſe tranſportée, le tout applicable à nous quant aux choſes tenues de nous, & aux autres ſeigneurs de ce qu'il en ſeroit tenu d'eulx. *Ar. clxxxii.*

FAcit textus in.§. vaſallus.ſi de feudo defuncti cõtrouer.ſit inter domi.& agna.vaſal.ibi ex certa ſcientia, & in.§.ſi fuerit de lege corra. ibi ſed ſecundum alios in vſib.feud.tunc demum priuabitur ſi fraudulenter,id eſt, ſciens hoc negauerit: quia niſi ſcienter hoc faceret non eſſet puniend' vt dicitur hic,ſic qui feudum negat feudũ perdere debet,vt tenẽt Inno. Abb.& Fely.in c.cæterum extra de iudi & eſt expreſſum in dic §.vaſallus & in dic.§.ſi fuerit,& ibi hoc tenet Cardina.Alexan. & Bal.in l.ii.col ii.ver.ſed nunquid dominus.C.quomodo & quãdo iudex.& Iaſon in prælu.feudo.col xxiiii. verſic.vnde ſecundum Bal.limitat hoc Fely in dic.c.cæterum. quòd non habeat locum ſi vaſallus negãdo careat dolo vel lata culpa:quia tunc nõ priuatur feudo, & notat Bal.in dic.§. vaſallus.col.i.per illum textum ibi ex certa ſcientia,& ibi idem ter.ẽ: Cardina.& Alexan.in.l.ea.C.de condic.indebi & Alexan.in conſi xiiii.lib.ii & Ludo. Ro conſi.lxx. col.iii ver.quoad tertium,& Bal.in dic.§. ſi vaſallus.ſi de feudo contra.fue.& iſtud eſt bene notandũ quòd vbicũque quis accuſatur, ꝙ nihil fecit,debet in accuſatione ſiue inquiſitione fieri mẽtio de ſciẽtia,vt puta,ſi accuſatur villa ꝙ non cœpit malefactorũ debet dici in accuſatione ſciens vel ſcire debens.&c idẽ ſi accuſatur ſindicus quod non denunciauit malefactorem,ſic in caſu noſtræ ordinationis debet fieri mentio in libello de ſcientia & articulari & probari:aliter non eſſet puniendus, pro qua concluſione eſt textus & ibi Bar.in.leg ii.§.i.ff.de incen. rui.& naufra. & eſt textus ibi Barto.in.l i. C. de ſena libr.xii. de quo per Ang.in ſuo tracta.malefi in verſi. & ad quærelam & ibi addi verſic.& nota. Adde,quòd vbi lex vel ſtatutum ponderat ſcientiam actus reſpectu certè qualitatis,ille non dicitur ſcire qui ſcit actũ,& ignorat qualitatem iſta eſt glo.not.in c.cõcertationi. de appel.lib. vi. de qua facit ibi feſtum domi. de ſanc. Gemi. quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis, quæ imponunt quandoque, qui ſciuerit aliquem receptare bannitum, & non reuelat,incurrit certam pœnam,quia dato quòd ſciret vnum receptantem,niſi ſciret illum bannitum eſſe, non incurret

In accuſatione quandoque debet fieri mentio de ſcientia.

Scientia debet articulari & probari vbi lex põderat ſciẽtiã actus reſpectu certe qualitatis.

ret pœnam, vnde debet eſſe cautus articulans in materia, vt concludat illum ſciuiſſe bannitum. & ita reſidet ibi dominicus, tu vide Bar, hoc tenentem in l. omnes 11. C. de agrico. & cenſi lib xi. & l. i. C. de colo. illirica eo. libro & & in. l. penulti. C de fab eo, lib & in. l. i. C. de deſer. libro xii. & in. l. metrodorum ff. de pœ & in. l ne quid, ff. de incen. rui & naufra & in. l. i ff. de recep. & vide Bal. in. l data opera, C. qui accuſa. non poſſunt, & adduco Ange. in. l. i C. de nili. agge. non rump. vbi dicit ſe obtinuiſſe Perufij, quidam præſtitit opem nobili, & ex quo non fuit articulatum, & probatum, quòd ſciebat illum nobilem, fuit abſolutus, & adduco do And Barb. in. c. cũ viceſimũ, de offic. deleg. vbi ponderat illum textum in verſicu. ſcienter ad hoc, quòd vbi lex vel ſtatutũ requirit, quòd actus fiat ab aliquo, debet libellari de ſcientia & probari. & dicit quòd Bononiæ fuit facta quædam reformatio, quòd loquens cum rebelle puniatur pœna mortis, & inquiſitum, quod quidam cũ rebelle locutus fuerat, quare poteſtas volebat eum decapitare, & conſuluit ad inſtantiam do. Car. quatuor coronatorum legati Bononiæ quod nõ debebat decapitari imo abſolui, ex eo quia in illa inquiſitione nõ fuit articulatum quod ſciens illum rebellẽ, &c. Et aliud dicebat, quod illa reformatio intelligitur, quando loqueretur cum rebelle in præiudiciũ regiminis, alias ſecus, allegabat textum ſingularem in. l. i. ff. ad. l. iul. maie. & dicit, quod ille fuit liberatus, vide eum, vbi pulchrè loquitur allegat multa iura hanc notabilem theoricam probantia. & vide textum in c. ii. de hære. lib. vi. vbi præſtans opẽ hæretico ſcienter, debet puniri, ſed debet probari & articulari de ſcientia. Præterea aduerte ad vnum ſingulariſsimum in hac materia ſcientiæ, quod in integrum reſtitutio non incipit currere, niſi à tempore ſciẽtiæ. cum tẽpus reſtitutionis ſit vtile quantũ ad principium. Ita multum ſingulariter voluit Bal. in. l falſam. C. ſi ex fal inſtru. & Paul de caſtro in. l. fina. C. de dolo Alexan. conſi. lxvi. incip. in Chriſti nomine notat Pet. Gerar. ſingu. xviii. ꝙ facit ad multa præſertim ad ordinationẽ regiam qua cauetur, vt nõ poſsit peti reſtitutio aduerſus cõtractus niſi

In integrũ reſtitut. non incipit currere niſi à tempore ſcientia.

infra decem annos, & ad illud tempus decennij quod introductum eſt his ſtatutis regiis loco quadriennij, & idē in retractibus, & ſimilibus, quod bene nota, quia alibi nō inuenies. Secundo limitat Feli. ſi ante litis conteſtationem pœniteat negaſſe, vt notat glo. in. l. inde neratius. §. nec actio. ff. ad. l. aquil. licet Barto. contra in. l. eum qui. ff. de iureiur. tamen alia opinio contra Bartolum eſt communis ſecundum Feli. vt tenet Ludouicus in dic. conſil. lxx. verſi. ſecundo principaliter quæro: ſed Cardina. Alexand. in dic §. vaſallus. col. ii. verſi. an vaſallus poſsit pœnitere, dicit quod poteſt pœnitere vſque ad ſententiam, niſi deliberatè poſt terminū eidem præfixum negauerit: quia tunc non poterit reſponſionem emendare, vt notat Bald in auten. contra qui propriā & ibi Salice & Alexā. in dict. l eum qui verſi. infert Barto. hic alias duas limitationes, vide per Fely. vbi ſupra. Sed quid ſi vaſallus negat partem feudi, vtrum perdat totum ſi de parte negata conuincitur? Bal. in dict. c. vaſallus in i. col. tenet quod non, & idem in. c. i §. i. qualiter feu. alie. pote. & maxima equitate canonica, vt notat Ioannes Andreas in. c. ii. de feu. in anti. & Iaſon in. l. iii. col. xxxvii. verſicu. xlii. quæro. C. de iur. imphi. quia pœna non debet excedere delictum, vt. l. reſcriptum, & l. hæres. ff. de his quibus vt indig. & lege paulus. ff. ad. l. falci. & c. omnium. extra de pœni. & remiſſio & idem tenet Ioannes Faber in. §. ſi vero inſti. de leg. & Bald. in conſil. ccviii. lib. ii. & c. i. §. callidis, de prohibi. feu. alie. per fede. & plenè Cardina. Alexand. in dic. c. i. §. i. qualiter feudum alie. pote. col. ii. & iſta opinio videtur multum equa, quam ſequitur Franciſ. de are. in conſi. xiiii. col. ii. quod eſt ſingulare in materia feudo. & Cardina. Zaba. in conſil. xcii. col ii. pro qua opinione eſt textus in. c. i. de vaſall. qui contra conſtitu. lotha. feu. aliena. & hoc idem tenet Pet. Iaco. titu. quibus cauſ. feudum amit. iii. col. ver. Item fallit licet multi teneant contrarium, vt ibi vide per Cardina. & Paulum de caſtro conſil. cccvi. in nouis. & Oldra. conſil. xxviii. vbi dicit quod emphiteota ceſſans in ſolutione partis, cadit ꝫ toto ſecus eſt in cenſu, & per Alexand. in conſil. xcix. col. vlti. libro primo.

Vaſſallus negans partē feudi an perdat totū

Specu.

Specu.titu.de loca §.nunc aliqua,verſic.xxix.dicit ꝙ ſi propter contumaciam partem tantum ſoluit, tunc non prodeſt partis ſolutio:imo res ſibi auferri poteſt, ſi vero propter paupertatem,tunc excuſatur. Sed quis tenetur probare quod ſint feudalia, an dominus vel vaſſallus? vide Alexand.in conſi.cxxvi.col.i.iii.lib. vbi tenet ꝙ dominus qui allegat illa eſſe feudalia, vt.l ei qui dicit.ff. de proba.de quo per Cardi Alex. in.c.i.col.iiii.&.v. quæ ſit inueſti & in dic.c.vaſſallus ſi de feudo contro fuerit, vide Nico.boe.iſta ponentem in dic.tit.de feu.arti.xiiii.de hoc arti præcedenti circa finem & per Spe.dic.§.ver.lx.&.lxi. ſed in caſu noſtræ ordinationis. Spe.in dic.§.ver.18. tenet ꝙ ignorantia hæredis ipſum non excuſat,tamé quia habet iuſtam ignorantiæ cauſam excuſatur, ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa &.c.ff. quod vi aut clam.l. ſemper.§.hoc interdictum, quis probabit dolum vel ſcientiam? dic quod etiam ille qui dicit.l. quoties.§ qui dolum & lege verius.ff.de probationibus: dolus enim regulariter non præſumitur, niſi probetur, vt dicto.§. qui dolum:hoc autem fallit in quatuor caſibus, in quibus dolus præſumitur.Primus caſus eſt in tutore, qui non confecit inuentarium. vt .ff.de adminiſtratione tuto.l. tutor, qui repertorium in principio.Item cum quis habens creditores,vniuerſas res alij tradidit: præſumitur enim à iure hoc dolo facere cauſa fraudandi creditores l. omnes.§. Lucius ff.quæ in fraude creditoris. Item fallit in hærede, qui mota controuerſia hæreditatis legata ſoluit ſine cautionibus l.dolo ff.ad.l.falcid. Quartus caſus probatur.ff. manda l.ſi procurator.§.ignorantes: hos caſus enumerat Gandinus in titu.de falſa,verſi.hoc autem fallit. Adde ꝙ ſi aliquis eſt deſcriptus in libro domini feudalis & fiſci, & velit alienare prædia, non debet extrahi de libro, niſi appareat,in quem fit alienatio eſſe ſoluendo, aliàs primus tenetur,textus eſt multum notabilis in autentica,ſed& periculum,& ibi Baldus.C ſine cenſu vel reliq. Baldus in.l. incola.in prin.ff.ad municip.& ibi dicit quòd ſi alienat in eccleſiam(cum eccleſia non teneatur ſoluere collectas im-

Feudalia allegare debet dominus.

Dolus in quibus præſumitur.

Auten. ſed & periculum. C. ſine cenſu vel reliq.

ponendas de futuro) quòd ſemper tenebitur, quia eccleſia non dicitur idonea conueniendi facultate. cum conueniri non poſſit, & hoc verum dicit, niſi eccleſia recognoſceret à domino. tunc enim conueniretur ad collectas tanquam ex promiſſo conſenſu ſuo, non tanquam ad munus ciuile. Adde omnino Pau. de caſtro poſt Bal. in. l. ſi negotium C. de neg. geſt. & in. l. id quod § ſi pater. ff. de conſtitu. pecu. vbi per illum textum dicit ꝙ ſi alicui eſt impoſitum onus publicum certæ quantitatis ſecundum eſtimationem ſuarum facultatum puta decem, & deſcriptus in libro: licet poſtea diminuantur facultates non propterea diminuitur onus. ad quod fuit obligatio contracta, quouſque durat impoſita collecta, ſeu ſuperindictum, ſed cum fiet alia impoſitio, diminuetur onus. ſit ergo cautus, dicit Pau. de caſtro, ſi aliquam rem vendat, vt faciat pactum cum emptore, quòd pro illa habeat ſoluere, & maneat emptor obligatus Reipub. cum ſit onus, quod iniungitur perſonę propter res, ſed dictū. Pau. de caſt. videtur cōtra dic autē. ſed & periculum & quod ibi notat Bald. nec puto Pau. de caſt. in hoc bene ſentire per prædicta, non obſtat ꝙ iſtud onus ſit iniunctum perſonæ & non rei: & per conſequens videtur inſeparabile à perſona. quia dicitur cum imponitur perſonæ propter res, diminutis rebus diminuitur onus per regulam, quæ habet ꝙ quando vnum onus iniungitur alicui perſonæ propter aliquam rem, ſublata illa re tollitur etiam onus. l. alumnę. §. ſeia. ff de adimen. leg. dicendum tamen eſt quòd ſi non fiat pactum indiſtinctè tenetur venditor pro illa impoſitione, ſiue emptor ſit idoneus, ſiue non, ſiue ſit pactum tunc habet locum diſpoſitio auten. ſed & periculum tamen ſi emptor eſt idoneus tenetur, ſi non eſt idoneus, tenetur venditor non obſtante dicto pacto & hoc intellige quando fuit impoſita collecta, ſi autem eſt imponenda tūc imponitur pro rebus, quæ tunc reperitur poſſidere. Sed an diminutis facultatibus diminuatur onus diſtingue, quia aut diminutio facultatū contingit culpa ſua, & non diminuitur: & ita procedit Pauli de caſtro opinio ſi vero cum culpa ſua, ſed legitima de cauſa tunc diminuitur, & ita procedit. & ibi Barto. in. l. forner.

Eccleſia nō tenetur ad collectas nec eſt idonea cōueniendi.

Onus iniunctum alicui perſonæ propter aliquā rem ſublata illa re tollitur & onus

Diminutis facultatib⁹ an diminuatur onus.

cen-

cenſuali.ff.de cenſ.notat Pet.gerar.ſingu x.Nota præterea ſi ciuitas habet aliquod onus imponendum ſuper ciues, & illi mutent domicilium nihilominus tenentur ſuam partem ſoluere, textus eſt in.l & qui originem.ff. de mu. & hono & in.l.cum ſatis C.de agri.& cenſi lib.xi. vbi dicit Bar ſi ſtatuto cauetur,quod pro animali naſcenti debeat ſolui domino vnus ſolidus,aliquis habet animalia prægnātia,& ducit vt parerent extra territoriū,non propter hoc euitabit ſolutionem, notat Anto. cor.in verbo ſtatutum, ſo cxl.Nota ſecundo,quòd officiales deputati ad vendendum gabellas debent vendere more ſolito, ſi tamen contractus eſt celebratus vltra ſolitum morem eſt nullus, ad hoc benus textus in argu.in.l.i C.de paſc.pub. vel priua. lib.xi.quia intelligitur conceſſa poteſtas, vt vendatur ſolito more ſecundum Bar.ibi facit ad hoc.l. domini prædio. C.de agri.& cenſi.lib.xi & ibi Bar. dicit eſſe caſum illius l.fina eſſe notandum quòd ſi conſuetudo eſt, quòd colonus ſoluat certum quid domino,quòd tenetur ad illius rei præſtationem: licet pactum non extitit, & ratio eſt quia res intelligitur ceſſa ſecundum morem ſolitum facit,quod voluit Petrus de Ancha in cap.cauſamque.ii.de teſti. vbi dicit quòd notarius in conficiendis inſtrumentis debet apponere clauſulas apponi conſuetas.aliàs dicit quòd eſt de falſo ſuſpectus,allegat glo in.l.fina.C.de fideiuſſo &.l. excepto.C. loca.vide gloſ.in l. ſi quis ſub conditione, in prin.ff de condi inſti.& Iaſ.in.l.teſtamenti m.C. de teſta. vide quod voluit Barto in.l.rem priuatam.C.de priuileg. domus aug.lib.xi.vbi dicit arg.illius legis quòd ſi de conſuetudine ciuitatis eſt quòd ciues ſint ſoliti portare certum quid ad certum locum, quòd non poterunt cogi vt portent rem illam ad locum longiorem, & magis diſtantem.facit textus in l.qui ſemiſſes,&.l.vel vniuerſorum.ff. de vſur.& quod notat Ludo.Roma. ſingu.x. per illa duo iura quod habens mandatum generale poteſt illa facere quæ dominus ſolitus eſt facere:facit etiam quod notat Bartolus in lege actuarios C.de numer.& actua libro.xii. vbi Bartolus dicit eſſe caſum,quod vbicunque creantur officiales,debet mos antiquus ſeruari, aliàs electio eſt nulla, & ideo-

Mutans domiciliū tēpore collecta imponēde.

Mos ſolitus eſt ſeruādus in venditione gabellarum.

Res intelligitur transferri more ſolito.

Clauſula cōſuetæ debēt apponi īinſtrumento.

Procurator generalis poteſt facere ea quæ ſolitus eſt dominus facere.

Mos antiquus eſt obſeruãdus in officialium creatione.

& ideo dicit, quod ſi ſindicus creatur, non congregata vniuerſitate ad ſonum campanæ, vel alio modo, vel in loco vbi aliàs conſueta fuerit congregari, vel non congregata de ſuperioris mandato, prout cõſueuerat, nõ dicitur legitimè ordinatus, & dicit de facto obtinuiſſe per dictam. l. actuarios. Notat Antonius Corſe in verbo actuarios. Adde præterea ad ſupradicta notabilem quęſtionem, quidam produxit inſtrumentum in iudicio, pars aduerſa habens illud præ manibus dicit quòd volebat reprobare, quod lacerauit, & igne concremauit, an incidat in pœnam falſi, videtur quòd ſic, quia ille qui comburit acta, punitur pœna falſi, l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci, contrarium eſt verius, quia ex quo illud inſtrumentum non erat regiſtratum, nõ dicitur de actis, etiam ſi ſit productum poſt litem conteſtatam ſecundum Bar. in extrauag. ad reprimendum in ver. de Plano. & Ioan. de Imo. in. l. penult. ff. de re iudi. nec obſtat dic. l. in fraudem. §. quoties, quia iſtud eſt verũ in eo, qui comburit inſtrumentum alterius, prout etiam dicit Bal. in. l. j. C. de fide inſtru. quod nota, quia in facto mihi contigit, pars obtulit libellum ſuum in iudicio, cuius altera pars habuit copiam, & poſtea eidem libello ſuo aliquid detraxit, aduerſa pars dicebat partem ſuã in pœnam falſi incidiſſe, & per quendam ignorantem iudicem fuit ſuper falſo proceſſum, dixi quòd pars illa non commiſerat falſum: quia illud eſſet verum ſi alterius partis libello detraxiſſet, vt ex ſupradictis conſtat, quod nota tu iudex Claren. qui talem feciſti proceſſum inuoluendo partes in materia falſi. Nota pręterea ſingularem Bal. deciſionem in dic. l. j. C. de de fide inſtr. per illum textum, vbi dicit ꝙ ſi creditor habebat publicum inſtrumentum de credito, & illud per iracundiam lacerauit, aut igne cõcremauit quod grauatur pleniori probatione, ex quo culpa ſua indubitatam ſui inſtrumenti probationem perdidit, & ideo iſto caſu ſi probaret de credito per vnũ teſtem vel alias ſemiplenè, non deferretur ſibi iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, ſed videtur ꝙ non debeat grauari pleniori probatione, cum non ſit in culpa per id quod voluit Spe. in tit. de accu verſi. quid ſi te vocaui, & ibi Bal. in addi,

Incidẽs vel cõburens inſtrumẽtum ſuum nõ incidit in falſum.

Inſtrumentum debiti lacerans.

addi.& Spe.in tit. de præſump.verſi.ſed pone vbi dicit ꝙ dictum vel factum calore iracundiæ non debet ſibi imputari,cum non ſit in culpa,ſed poſſet diſtingui,aut creditor lacerauit proprio motu & animi impulſu,& tunc procedit Bal.cum ſit in culpa,aut lacerauit propter aliorum impulſum & clamorem,& tunc procedit,quod ſupra proxime dictum eſt, cum non ſit ei imputandum , ita in ſimili diſtinguit glo.in cap.ſunt qui opes xvii. quæſtio.iiii. Sed pro Bal.facit ꝙ quando agitur de probando notarij errore,ex dicto notarij non defertur iuramétum neceſſarium in defectum probationis ita ſing.dicit Bar.in.l. imperator ff.de ſtatu.ho.per glo.in.l.i.C.qui & aduer.quos Salice.in dic.l.i.mirabiliter limitat ſingularem Bald.deciſionem,vt procedat quando tale inſtrumentum eſſet de natura vel ſubſtantia debiti in ſcriptis contracti, puta quia partes ita conueniſſent expreſſè, ꝙ de iſto debito fieret publicum inſtrumentum iuxta.l.contractus.C.de fide inſtr. vel eſſemus in caſibus in quibus requireretur ſcriptura,de quibus habetur per gloſ.magiſtram,in cap.i.de cenſi. vel quando per ſtatutum,vel conſuetudinem requireretur inſtrumentum publicum,ſed vbi inſtrumentum non eſſet de natura vel ſubſtantia contractus debiti,ſed eſſet voluntariè confectum,prout eſt regulariter.l.pactum,quod bona fide cũ glo.C.de de pac.&.l.contrahitur.ff.de pigno. licet creditor laceraret inſtrumentum debiti per hoc non grauaretur pleniori probatione,ſed ſufficeret ſemiplena probatio cum iuramento,& iſtam limitationem refert & ſequitur Iaſ.in repe.l admonendi.ff.de de iureiur, quam dicit multum eſſe notandam,limitarem etiam dictum Bald.ſi furioſus dilaceraret inſtrumentum, quia tunc non grauaretur pleniori probatione,etiam ſi haberet dilucida interualla, quia ſatis punitur ſuo furore.l.tam dementis.C.de epiſco. audien.&.l diuus ff.de offi præſ Nota ſecundo quòd notarius,qui falſum immunitatis ſcribit inſtrumentum,flamma comburitur.caſus eſt ſing.in l.i.C.de immu.nemi.concce.libro.x.ſimulatum vero ſcribens inſtrumentum,perdit manum,vt.cap.imperialem.§.callidis,verſi. ſcriba de prohib.

Notario cõfitenti errorem ſuũ non defertur iuramentũ in supplemẽtũ

Inſtrumẽtũ regulariter nõ eſt de ſubſtantia contractus.

Notari⁹ qui ſolum immunitatis ĩſtrumẽtum ſcribit ſimulatũ & vſurariũ, qui omittit aliquid ſcribere vel diminutiue ſcribit qua pena puniatur.

hib.feu,alie. Sed quid de notario ſcribente vſurarium inſtrumentum? dic quòd eſt periurus,& non poteſt amplius conficere,& poteſt infamis pronunciari. dictum eſt Hoſtien.in ſumma titu.de vſur.§.ſi.ver.quid de notario Archi.refert illud,& facit ſeſtum.xlvi. diſtinct.c. ſicut notat Ludouicus Roma.ſingul.ccclxxx.qua pœna puniatur,qui omittit aliquid ſcribere vel ſcribit diminutiue, vide ſupra articulo.lxvii.

Tauxation de deſpens & iugemens de defaulx ſe feront par les iuges.

Article. CLXXXII.

TAuxation des deſpens & iugemens des defaulx ne ſe feront doreſnauant par les greffiers, mais par les conſeilliers & autres iuges ordinaires ou deleguez, auſquelz la congnoiſſance en appartient.

Expenſas litis factas coram delegato ;taxabit ordinarius.

FAcit quod notat Lanfran.de Oria.in repetitione cap. quoniam contra.in verbo expenſę, vbi quærit quis habeat taxare iſtas expenſas, & dicit quòd iudex, qui tulit ſententiam,aut eius ſucceſſor, qui eadem perſona cenſetur reſpectu dignitatis,vt in lege proponebatur.ff. de iudi.& in cap.ſi gratioſè.de reſcrip. lib.vj. Item ordinarius habet taxare expenſas,in quibus facta eſt cõdemnatio per delegatum:non autem delegatus taxabit,quia functus eſt officio ſuo per ſententiam. Ita determinat Baldus in lege terminato.C,de fruct.& litium expenſis ſubiiciens quòd ſi arbitrator condemnauerit in expenſis, & poſt ſententiam adhuc duret tempus compromiſsi, poterit adhuc tunc taxare:ſi autem finitũ eſt tempus compromiſsi,tunc non poterit taxare: ſed iudex ordinarius tunc habebit taxare.argu.l.à diuo pio.ff.de re iudi. Adde Tancredum in titulo de proba.nona quæſtione verſic. quid ſi iudex, qui allegat in ſimili.l.inſtar.C.de iure fiſci, lib. decimo, quod

notent

notent Iudi.Petrag.qui committunt expenſarum taxatio nem ſuis famulis,quia non valet quòd agitur vt tenet Tan cre quare benefaciet reus ſi appellet à tali nulla taxatione, & vt poſſit probari adhibeat notarium cum teſtibus,quia taxatione facta ſe ſubſcribunt, ſed quomodo taxabit iudex expenſas Ioan.Fab.in §.curare.inſti de actio.dicit q primo debet taxari,& poſtea iurari,& nouiſſime adiudicari iu auten.de iudi §.oportet.& facit.ff fami.herciſ.l.item la beo §.ſed & regionibus.In hoc tamen non inſiſto,quia vſi tatum eſt contrarium:primo enim pars iurat,& poſtea iudex taxat:pars debet iurare in æſtimatione expenſarum, quemadmodum in æſtimatiōem iniuriarum:licet nullo iure cautum inueniatur,quòd debeat iurare in æſtimatione iniuriarum,ſed glo.& docto.hoc dicunt,& vſus cauſarum ita ſe habet & modus.ſecundum Ioan.Fab.in.§.ſed & lex inſti.de iniur.quia regulariter, vbi in iure committitur aliquid taxationi iudicis,primo pars debet iurare,vt patet.ff. de in litem iuran.l.penul.C.de iudi l.ſancimus.cū auten. ibi poſita.C.vnde vi.l.ſi quando cum ſimili vnde ſequere eos,alioquin iudices refutarent libellum,vt dicit Ioā.Fab. vbi ſupra.Adde,vt ſcias quando reus debeat condemnari in expenſis,vel non & nota,quòd de honeſtare eſt,vt antequam aliquem conueniam,interpellem ipſum extraiudicialiter,caſus eſt in.l.quidam iber⁹.ff.de ſerui.vrb.pręd. & dicunt moderni,quod ſi hæc interpellatio nō procedit non poteſt condemnari in expenſis primæ citationis & libelli oblati,& nihil allegant,& hac de cauſa volo tibi explicare,dic ergo,aut reus citatus non monitus extraiudicialiter comparet,& confitetur petita,& tali caſu confeſſus non poteſt in expenſis condemnari primæ citationis, neque libelli,ideo imputandum eſt creditori, quare non monuit ,præſumere enim debet reum confeſſurum debitum,igitur quia fuit in culpa,merito perdit expenſas, aut reus negat,& tunc condemnatus per ſententiam debet in expenſis,cōdēnari & citationis,& libelli,& ratio eſt, quia iudex præſumere debet illum reum debitū negaſſe, ſicut negauit iudicialiter naturalibus rationibus,& eſt ſingul. verbum Guil.de Cug in.l.edita.C.de eden.& ita intellige dictam.l.quidam iberus.Quis debet probare hanc monitio

Reus quando debeat cōdemnari in expenſis. vel non.

Monitionē extraiudicialem ad finem expenſarum quis probare debet.

Argumētū a communiter accidentibus. tionem extraiudicialem,an actor affirmans?an reus negās? Ludo.Roma.ſingu.347.tenet,quod reo negāti,quia præſumptio eſt pro actore.nam bonum eſt argumentum à cōmuniter accidētibus,vt eſt textus in.l.in fideicommiſſi.ff.de vſur.ſed locus à communiter accidētibus trāſfert onus probandi in negantem glo.eſt in.l.neq; natales & ibi Bal.C.de prob.quare notat Bald.in conſi.ſuo.cxx.incip.duo fratres vnus maior &c.quòd ſi aliqui fratres ſtant in.communione,& maior natu communia recipit,& diſtribuit,& minor natu accipit vxorem,& ſe obligat ad reſtitutioné dotis,quod talis dotis reſtitutio debet fieri de cōmuni patrimonio,quia ſicut cæteri redditus peruenerūt ad manus maioris fratis,ita & illa dos perueniſſe cenſetur,Bal.refert & ſequitur Soci.in conſil.ſuo.xlvi.incip.cum in præſenti quod ſumme notandum eſt. Tamen contrarium videtur mihi verum quod probatio incumbit actori & non reo, quia cum iſta ſit mere negatiua,videtur improbabilis,vt tenet Feli.in.c.quoniá contra ex.de proba.licet ſequutus fuerit Ro.in.c.nouit in vltimis verbis de iudi. Quæro præterea nunquid in taxatione expenſarum,debeat citari aduerſarius?dic aut victus comparuit tempore latæ ſententiæ in cauſa principali,& debet citari ad videndum fieri taxationem: aut fuit contumax ad audiendam ſententiam , & tunc ſi fuit citatus ad horam,requiritur citatio ad taxationem: ſi auté fuit citatus ad diem,& in alia die fieret taxatio,nó eſt neceſſe quod citetur.Ita determinat Bal.in dic.l.terminato.quod etiam tenent canoniſtæ in.c.finem litibus.de dolo & contuma.Sed an ſufficiat citare procuratorem.Ioan.Fab.in.§.fina.inſti,de pœna teme.litigan.dicit quod in curia Frāciæ non ſufficit citare procuratorem,niſi in cauſa,quam duxit,& in aſſignatione quam litigauit, & ita communiter obſeruatum eſt vt ſufficiat citare procuratorem in taxatione expenſarum,in cauſa quam duxit & in aſſignatione quam litigauit.Sed quæro iudex tulit ſententiam & abſoluit victum ab expenſis,nunquid tenebit talis abſolutio?dic quod non,niſi ex expreſſa cauſa,puta,quia dicat propter iuſtam cauſam litigādi,textus eſt ad literam in auten.poſt iuſiurandum.C.de iudi.ſupremæ tamen

Maior natu qui recipit & diſtribuit bona communia tenetur ad dotis reſtitutionē minoris natu.

Expenſæ debent taxari parte citata

Procuratorem citare in taxatione expēſarum an ſufficiat

Expenſæ an poſſint remitti victo.

men curiæ cauſam non exprimunt, ſed ex cauſa facere dicunt. Sed quæro iudex nec abſoluit nec condemnauit, q.d iuris in hoc caſu, an victor poterit tunc petere expenſas à victo? dico quod non, nam ſi iudex omiſit cõdemnationem in expenſis in ſententia cauſæ principalis, non amplius poterunt peti expẽſæ: caſus eſt ad literam in.l. terminato. C. de fruc. & litium expẽ. & eſt ratio vt in textu ibi ne finito negocio lis noua oriatur. Alia ratio eſt etiam, quia illæ expenſæ veniunt officio iudicis mercennario, quod officium extinctum eſt per ſententiam in cauſa principali. Ita determinat Bar. in.l. à diuo pio. in.§. ſentẽtiam ff. de re iudi. hoc fallit vbi ex forma decreti vel ſtatuti cauetur, quod victus victori debeat condemnari in expẽſis: tunc quis poteſt petere expenſas condictione ex lege, etiam ſi non fuerit condemnatus per iudicem. Iſtud eſt dictũ Bar. in.l. iii.§. ſi rem ff. de leg. iii. iſtud eſt etiam dictũ Ange. in dic.l terminato quod notandum dicit Lanfran. vbi ſupra numero decimo ſexto, quia dixit ſe vidiſſe ſemel cõtrariũ ſeruari. ¶ Adde ꝙ ſi iudex omiſit condemnationẽ expenſarum poteſt eadẽ die ſupplere lege paulus ff. de re iudicata. idem dic. in damnis & intereſſe. Quæro vlterius vtrũ ſuccũbẽs in aliqua interlocutoria debet cõdemnari in expẽſis? reſpõdeo ꝙ ſi interlocutoria ferat̃ ſuper aliquo articulo iuris, vict⁹ nõ debet cõdemnari in expẽſis, ſecus ſi ſuper articulo facti. Ita determinat Cy. in.l. polla. C. de his quib. vt indig. & tenet Bal. in.l. fina. C. quando prouo. non eſt neceſ. ideo vbi eſt articulus iuris, victus nõ poteſt in expenſis cõdemnari, quia eſt tale, ꝙ poteſt ſtatim per iudicẽ expediri, ita ꝙ expẽſæ nõ ſunt neceſſariæ, cum ius ſit certum: & poteſt poni exemplũ ſi facto ſequeſtro pars veniat, & dicat velle reuocare ſequeſtrum per ſatiſdatiõem aduerſarius dicit per ſatiſdationem non poſſe reuocari ſequeſtrũ, & iudex interloquitur poſſe reuocari, certè victus nõ cõdemnabitur in expenſis: quia an poſſet reuocari. an non, ſtat in puncto iuris, Notandum eſt etiam quod vbi iudex non cõdemnauit in expenſis victum in interlocutoria, poterit poſtea condemnare, ſi obtineat etiam in diffinitiua: ſi autem nõ obtineat in ſententia diffinitiua, non poterit victũ cõdemnare. Ita

Expẽſæ peti nõ poſſũt niſi per ſentẽtiã ſint adiudicatæ.

Expẽſis an debeat cõdẽnari ſuccũbẽs in interlocutoria.

Ita notat Ang. in dic. lege terminato. Et ideo ſit cautus il le, qui obtinuit in interlocutoria vt faciat ſtatim aduerſarium in expenſis condemnare: quia ſi poſtmodum ſuccumbat in diffiniatiua non poſſet. Et eſt etiam notādum quod vbi quis ſuccumbit in interlocutoria, quæ nō ſit iuris, cōdēnatur in expenſis, ſi victus non habeat iuſtam cauſam litigandi: & an habeat iuſtam cauſam litigandi, inſpicitur ratione illius articuli, ſuper quo lata eſt ſententia interlocutoria, non autem reſpectu totius cauſæ. Ita tenet Inno. in c. finem litibus de dolo & contuma. de hac materia expenſarum quando quis condemnatur, & quando non, vide bonam glo. in prac. ſanctio. titu. de friuo. appella. in §. quodque in verbo expenſarum Quæro vlterius, quæ ſunt illæ expenſæ, in quibus victus debet condemnari, reſpondeo ſecundum Inno in dic c. finem litibus de dolo & contuma. quod ſunt expenſæ neceſſariæ ad cauſam: nō autem vtiles, & ſic expenſæ factæ in aduocatis in procuratoribus in itinere & in hoſpitiis &c vt in. l. non ignoret. C. de fruc. & lit. expen. nec debent conſiderari expenſæ nimis delicatæ ſed mediocres vt in l. ſi ſeruos in fine. ff de pigno actio. ideo ſi ruſticus qui ſolitus eſt ire pedeſter, voluiſſet accipere vnum equum ad vehendum cauſa veniendi de rure ad ciuitatem, & cauſa litem ſuam ſollicitandi hæ expenſæ non veniunt in refectionem vt eſt glo. ſingu. in. l. denique in. §. idem labeo. ff manda nam inſpicienda eſt conſuetudo patriſfamilias vt in. l. vel vniuerſorū. ff de pigno actio. ☙ Tenet Io. And. in dic. Addi. & debet præſtari & taxari alimenta ſeu victualia ſecundum modum facultatum vt ff. de liber agnoſ. l. ſi quis aliberis. §. ſi libertum & ſecundum qualitatem perſone. ff. de admini. tuto. lege cum plures. § cum tutor. ☙ eſt autem in his expenſis aduertendum quia debent deduci expenſe quas victor feciſſet domi. illud quod poſtea ſupereſt venit in refectionem expēſarum textus eſt in. l. ſed & ſi in. §. quod autem. ff de peti. hære. & l. ſed & ſi. §. i. ff. ad exhiben. ita tenet Ang. in dic. l. terminato, & in dic. §. quod autem & hæc ſunt vera vbi expenſe veniunt ratione intereſſe puta ratione victoriæ. vt eſt in materia noſtra ☙ Si ſe alere cōſueuit ex opera impedita illa victualium habetur ratio alias non per l. qui

ſeriffiſſet

Expēſæ peti nō poſſūt niſi per ſententiam ſint adiudicatæ

ſemiſſes.ff.de vſur.vt notat Ioan.Aud in addi.Specu.§.ſi poſtremo verſi.quid ſi victor. Vbi autem expenſæ venirent ratione contumaciæ, de quibus infra dicemus: tunc non deducuntur expenſæ quas quis fuiſſet domi facturus, quando expenſæ veniunt ex diſpoſitione legis veluti eſt in epiſcopo viſitante monaſterium cui debentur expenſæ.nam deducuntur expenſæ quas feciſſet domi,& ſic etiá in teſtibus qui proficiſcuntur ad locũ iudicii cauſa teſtimonii ferendi, quibus debentur expenſæ integræ non detracto eo quod expendiſſent domi,vt in.l.iii.§.ſabinus.ff.de teſtibus.& in.l.quoniam liberi.C.eodem tit. & idem in iudice delegato,qui acceſsiſſet ad certũ locũ, vt ibi ferat ſententiá cui debentur expenſæ,certè nõ deducuntur expenſæ,quas feciſſet domi.Ita notat ſingulariter Ioan.And.in.c.ſtatutũ.in verſi.moderatas de reſcrip. lib.vi.quem Ange.ſequitur in dic.§.quod autẽ.Eſt quoque aduertendũ quòd ſi aduocatus peragat propriá cauſam,& obtineat & condemnatus ſit in expẽſis ſibi aduerſarius non poterit pro expenſa computare id quod expẽdiſſet in vno alio,ſi ipſe non fuiſſe aduocatus glo.eſt ſingu.in.l fina.C.de fruc.& litium expen. Spec.in titu. de expen.§.ſi poſtremo verſi.quid ſi victor tenet contrarium,quod qui defendit cauſam ſuá ſine aduocato,ſi nihil de contingentibus omiſit poterit petere, quod aduocato dediſſet,& ibi notat Ioan. And.in addi.quod victor non poteſt imputare ſuo aduerſario annuum ſalarium quod dat aduocato generali pro omnibus ſuis cauſis , & ibi etiá tenet Spe.ꝙ ſi victor habuit gratis patronum victus cõdemnabitur in ſalario quod fuiſſet habiturus patronus,ſi ille patronus ſpe. remunerationis patrocinatus eſt,ſecus ſi animo donandi , idem tenet Rota in antiquis deci.deci.ccccxxxiiii.& cccccxxxiii. Quia diximus de expenſis quæ veniunt ratione victoriæ, nũc videamus de expenſis quæ veniunt ratione cõtumaciæ, de quibus etiá loquitur odinatio noſtra,& præmitto quod tales expẽſæ poſſunt peti ſiue coram iudice ordinario ſiue corá iudice delegato vt notat Bal.in.l.ſancim⁹.C.de iudi.itẽ præmiſſo ſecundum eundem Bald ibidẽ quod tales expẽſæ poſ- *Expenſæ quæ veniũt ratione contumaciæ*

oo ſunt

ſunt peti per edictum, ſi quis in ius voca. non ie. & ius dicen. non obtempera. Itē poſſunt peti officio iudicis mercennario Item tales expenſas, quis non poteſt conſequi per clauſulam iudicati vt in dic. l. ſancimus. his ſic præmiſsis quæro, quando debeant peti iſtæ expēſæ, quæ veniunt ratione contumaciæ reſpondeo ſecūdum docto. in dic. l. ſancimus, quòd poſſunt refici in qualibet parte litis, cum in qualibet parte litis quis poſſet eſſe contumax, ſecus in aliis expenſis quæ veniunt in totali lite: quia ille reficiuntur in fine litis, vt in. l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. particulares autem expēſæ quæ veniunt ratione victoriæ poſſunt refici in ſingulo capitulo, & ſi fuerit omiſſum poteſt appellari in quacunque parte litis vt notat Bal in dic. l. ſancimus. Et Spec. titu. de expen. §. ſi ante ver. ſed queritur & nota quod contumax non auditor niſi refuſis expenſis etiam opponendo exceptiones peremptorias ita nota. dicit Inno. in. c præterea de dila. & Ang. in. l. peremptorias. C. ſenten reſcindi non poſſe quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Ang. de are in. §. appellantur inſti. de actio poteſt tamen hoc dictum reſtringi & limitari non habere locum in minore ruſtico vel muliere vt notat Phi peru in. c. Nicolao ex. de appel. ad quod allegat Bal. & Ang. in. l. vbi ex igitur. ff. de eden. Quæro vlterius an qui fuit contumax in prima citatione debeat condemnari, an vero debeat expectari trina citatio' dico ſecundū Bal. in dic. l. ſancimus. quod in prima citatione debet condemnari in expenſis. Præterea quæro an finita inſtantia poſſunt peti tales expenſæ? Reſpondeo ſecundum Pe. quem ſequitur Bal. vbi ſupra quòd non. Vlterius quæro vtrum quis poſsit condemnari in dictis expēſis ſine aliqua citatione Inno tenet quod ſic in. c. cum dilecti. de dolo & contuma. & idem tenet Bal. in dic. l. ſancimus. vlterius quæro, vtrum condemnatus in expenſis, ex contumacia poſsit appellare? reſpondeo ſecundum Cy. quòd ſic. in dic. l ſancimus. quādo cōtumacia eſt cauſa delicti: ſecus autem ſi contumacia eſt cauſa pronunciationis, quia tunc non appellat. ita notat Lanfran. vbi ſupra. Adde vnum notabile verbum contra opinionem

Expenſis debet condemnari contumax ex citatione.

opinionem Ioan. Fab. in. §. hoc autem de pœna teme. litig. vbi dicit, quod ſi feratur ſententia pro legatario contra hæredem, qui dicebat ſe non teneri ad aliquod legatum, cum non haberet teſtamentum, quod in medio cauſæ produxit legatarius, hæres excuſatur ab expenſis propter iuſtam litigandi cauſam, quod non eſt verum, quia quotieſcunque in cauſa principali vel appellationis producitur de nouo aliquod inſtrumentum vel publicantur alique atteſtationes, quo viſo vel quibus viſis tu es certus te debere ſuccumbere in cauſa, debes ſtatim renunciare liti, & cauſæ alias non euitabis expenſarum cōdemnationem argu. l. ſi quis inficiatus. ff. depo. & ibi Bar. & clarius in. l. properandum. §. ſinautem. C. de iudi. & Ange. in. l. deſtitiſſe. ff. eo. titu. de quo latiſsime dixi in repetitione mea legis eum quem temere. ff. eo. titu. de iudi. *Ioā. Fab. opinio reprobatur.*

Salaires des ſergeans Royaulx à ſeize ſoubz pariſis par prouiſion.

QVe par maniere de prouiſion & iuſques à ce que autrement en ayt eſté ordōné le ſalaire des ſergeans Royaulx taxé par noz ordonnances à douze ſolz pariſis ſera augmenté de quatre ſolz pariſis, qui ſont ſeize ſolz pariſis par iour. *Articu. clxxxiii.*

ADſtipulatur ꝙ tradit Ioan. Fab. in. §. tripli. inſti. de actio. vbi dicit ꝙ hodie de cōſuetudine ſalaria nunciorū, non creſcunt propter maiorem quantitatē non petitam, ſed ſecundū longitudinē itineris: plus enim habebit pro eundo extra villam, quàm ſi faceret officiū in villa, & idem tenent Ioan. de pla. Ang. & Iaſon in dic. §. tripli. & dicit Bal. in auten. offeratur. in quarta col. ꝙ iſtud eſt de generali cōſuetudine, quod ſalaria præſtātur ſecūdum longitudinē itineris, & pro hac cōſuetudine allegat

textũ in ratione ſui in.l.pro locis.C. de anno.& tribu.li.x.& in.l.cũ poſt ſentẽtiã.C.de appel.& ſubdit Ioan Fab. in.§.quadrupli.inſti.eo.quòd ſecundum curiarum morẽ ſalaria ſunt taxata per ſtatutum,vel ſecundũ conſuetudinem, & hoc ibi etiam dicit Iaſon, & vnum mẽte tenẽdum & quotidianũ,contra iſtos nuncios publicos,vel iſtos ribaldos milites poteſtatum,quòd ſi aſſerant ſe habere cõmiſsionem pignorandi aliquem,vel eum perſonaliter capiendi vel inferendi aliquod aliud grauamen,& hoc non ſit verũ,& propterea huius timore aliquid eis datũ ſit & aliquam pecuniam receperint, ꝙ nedũ tenentur ad quadruplũ,ſed etiam puniri poſſunt extra ordinẽ officio iudicis,etiam criminaliter: quia incidunt in crimen cõcuſſionis.caſus eſt nota.in.l.i ff.de concuſsio.& glo.ibi hoc expreſsè dicit,quam ad hoc reputãt ſingularem Ioan de pla & Ang.in dic.§.quadrupli. & dicit ibi Iaſon,quòd licitũ eſt reſiſtere de facto nuncio pignoranti vel grauanti vltra modum,vel aliter terminos iuſtitiæ excedẽti.l.prohibitũ.& ibi Bar.in.ii.&.iii.notabili.C. de iur.fiſci.lib.x.& ibi Bal.& Ang.in.l.deuotũ.C. de meta.lib.xii.vbi notat Bar.Spe.in titu.de citatione.§.ſequitur verſi.ſed nunquid & Bar.in extrauaganti ad reprimẽdũ in ver.per nũcium & in ver.per literas Ang.in repe.l.ſi vacantia.C de bo.vacan lib x.& eſt textus in l.contra noſtra præcepta. C.de execu.lib.xii.& ibi in terminis Bar. notat.facit.l.ad hoc ſcilicet contra baiulos ſiue nũcios publicos, qui ſunt deſtinati ad pignorandum aliquem,quòd ſi accipiant pignora vltra debitum modũ,poteſt eis licitè reſiſti,& etiã debẽt puniri, quod reputat ipſe not.& ſequũtur Ioan.de pla.& Ange.hic,& reprobat Ioan Fab quandam practicam,quã ipſe abuſum appellat,quæ eſt in aliquibus locis ꝙ nuncii plublici ſeu executores faciant ſibi ſatisſifieri à reo de ſuo ſalario pro pignorationibꝰ ſeu executionibus, quas contra reum faciunt.Item quod fortius eſt quòd iſti executores poſſunt capere propria auctoritate pignora à reo pro propriis ſalariis,cum iſta iura dicãt reum debere ſoluere ſalaria:dicit tamen quòd iſtud eſt cõtra omnẽ rationẽ,quanuis in aliquibus locis, ita ſeruetur de facto,& in ali-

Salaria taxantur ſecũdum morem curiarum.

Concuſſio nunciorum puniri debet.

Executori non debet ſolui ſalarium per reum.

in aliquibus contrarium:hoc etiã refert & ſimpliciter ſequitur Ioan. de pla.in dic. §. quadrupli. ſed iaſon dicit iſtud nõ probari in dic.§.quadrupli debet enim prius ſoluere actor,cuius gratia celebratur actus.l. ſed & ſi.§.i.ff. ad exhibendum,vide quid dixi ſupra arti.xxii. Adde vnũ notabile verbum, quòd ſeruiens vel alius officialis tenetur ad cuſtodiam pignorum à ſe captorum.l.quemadmodũ.§.magiſtratus.ff ad.l.aquil.vbi dicitur, quòd ſi receperit aliquid ex partium conuentione & reddat illud tritum & deterioratum,tenetur de illo damno, ſi tamẽ illa pignora ſunt ſupellectilia,& in curia à muribus corroſa an teneantur,illi qui pignora cœperunt?dic quòd ſic,argu.l.item quæritur.§.ſi fullo.ff.loc.vbi dicitur quòd roſura murium eſt in culpa, per quem textum dicũt docto, quòd ſutor tenetur domino,ſi veſtimenta quæ habet in apotheca mures corroſerũt,quia murium corroſura non eſt caſus fortuitus quia ſi hoc eſſet non imputaretur.l.opus,eo.tit.& facit quod habetur in.l.i.§.ſi roſæ tabulę de bo.poſ ſecund.tab. & ad prædicta facit ꝙ iudex tenetur de dãno iniuria dato dic.§.ſi magiſtratus niſi iuridice ſuũ officiũ fecerit exequẽdo præſertim contra reſiſtentẽ ſibi vel iuriſditioni ſuæ per illũ.§.vbi cœpit pecudes pignori & nõ permiſit eas paſci permittẽdo famę necari ſecundũ Bal.& Flo ibi vbi dicunt ꝙ ſi per imperitiã ſeruiẽs vel alius officialis cœpit pignora vel aliam illicita mcapturam fecit tenetur ad intereſſe ,notat Par. de Pu. in ſuo trac. ſindi.in verbo negligẽtia car.clxxv. & ſubdit ꝙ vbi quis ratione officii tenetur ad aliquid faciẽdũ ſi illud non faciat,præſumit̃ eſſe in dolo.l.fideiuſſor.ff.mãda.l. magna. ff.de verb.ſigno Bar.in.l.titiũ & Meuiũ.ff.de adminiſtra. tuto.Iſtud tamẽ nota, & eſt veriſsimum ꝙ citationes nõ poſsũt fieri,niſi de mãdato magiſtratus ſeu iudicis,vt eſt textus apertus in.l.fin.C.de exhibẽ reis. & ibi hoc notãt Cy.Bar.Bal. & Sali. & hoc ſiue ſit citatio realis ſiue perſonalis: nulla enim fieri poteſt niſi mãdato iudicis præcedẽte:addo ad idẽ textũ in.l.cũ clericis,quẽ ad hoc ibi notat Bal.C.de epiſ.& cleri de quo etiã vide Spe. in titu.de citatione.§.ſequitur.verſi.ſed nũquid credatur:imo for-

Seruiẽs tenetur ad cuſtodiam pignorum.

Roſura murium eſt in culpa.

Sutor tenetur ſi veſtimẽta fuerũt corroſa.

Iudex tenetur de dãno iniuria dato.

Qui tenetur ad aliquid faciẽdũ ratione officii.

tius ſi nuncius curiæ citaret aliquẽ falſo, hoc eſt ſine mãdato iudicis, puniretur pœna falſi criminaliter per textũ notabilẽ in. l. qui nomine. ff. de fal. Itẽ punitur ciuiliter ad intereſſe partis citate ſecundũ Cy. Bal. & Salice. in dic. l. fin. C. de requirẽ. reis. & illã. l. qui nomine, notat ibi Bar. contra nuncios faciẽtes falſas relationes, & falſas citationes, puniuntur enim pœna illius. l. Aduerte tamen circa hoc, quod tãgit Ioan. Fab. in dic. §. quadrupli. ꝙ id de cõſuetudine nõ ſeruatur in aliquibꝰ locis in quibus citationes fiunt ad ſimplicem petitionem partis ſine vlla cõmiſſione iudicis: & ſic ſeruitores publici ad ſimplicẽ requiſitionẽ cuiuſlibet priuati citãt. Nota vnũ ſingulare quod dicit Bal. in dic. l. cum clericis. quòd vigente cõſuetudine ſupradicta, quòd tamen nuncius non poſſet citare aliquẽ die feriata pro non feriata, ſicut nec iudex poſſet cõmittere die feriata citationem. Nam iſte nuncius habet ex cõſuetudine quãdam iuriſditionẽ, vnde impeditur propter diem feriatam ſecundũ eum quod bene reputat notãdũ. Adde, quòd quicquid ſit de iure, de conſuetudine tamẽ ſeruatur, quòd citatio facta die feriata ad diẽ nõ feriatam tolleratur, ita dicit Pau. de Caſt. conſi. cclxx. incip. ſuper primo dubio niſi fuerit dies dominica, quia tunc talis citatio nõ valet, vt tenet Bar. ĩ. l. i. §. nũciatio. ff. de no. oper. nuncia. cætera vide per me in repe. l. eum quẽ temere. ff. de iudi. Aduerte ad id quod dicit Ang. in dic. §. quadrupli. quòd in prima vice, quando ius reddebat, cõcedebat generalem facultatẽ & licentiã omnibus & ſingulis nunciis durante ſuo officio faciendi quaſcũque citationes, tã in ciuilibus quàm in criminalibus, vnde ſecundũ eum ſine alia ſpeciali cõmiſsione valebãt poſtea citationes arg. c. qui ad agendũ de procur. lib. vi. & c. ſi duo, eo. titu. ſed dicit Iaſon hic, quòd Ange. errabat quoties, ita faciebat: quia imo iſta commiſsio generalis facta nũciis nihil releuat. Ita in terminis tenet Bar. reprobans dictũ Inno. relatũ in dic. l. fin. C. de exhiben. reis motus per textũ optimum in. l. i. C. de iure domi. impe & ibi dicit Bar. ſcilicet in dic. l. i. vnũ quod eſt fortius & ſingularius, videlicet illud eſſe multum notandũ cõtra eos qui faciunt à iudici-

Citationes multis in locis fiũt ſine cõmiſſione iudicis.

Citatio fieri non debet die feriata.

bus

bus concedi licentiam nunciis citandi omnes ſuos debitores quod iſta licentia nihil valet, niſi debitorũ nomina in ſpecie exprimantur. Adde quòd ſecundum dictum Bart. extat apud nos ſtatutum regium, quo prohibentur, illa generalia mandata (quæ vocantur de debitis) concedi. Et idem tenet quòd non ſufficiat generalis commiſsio facta nuncio de citando, tenet etiam Anto. de But. in cap. i. extra de iudi. de quo etiam ibi Bal. & Abb. Panor. vide etiã Bal. in. l. ſi quando in. xi. & . xii quæſtione. C. vnde vi, & . l. i. cum glo. in verbo traditus. C. de ſpor. An autem & quando & quomodo nuncio publico credatur: vide gloſ. in. l. magis puto §. ne tamen, ſuper verbo viatorem. ff. de reb. eorum Cy. in. l. ea. quidem. C. qui accuſa. non poſſunt, & late per Cy. in. l. i C. de rela. & Bar. notabiliter diſtinguentem in. l. i. §. cura carnis. ff. de offi præfec. vrb. & latius in tractatu ſuo de cita. & in extrauaganti ad reprimendum in verbo per nuncium Salice. late poſt alios doct. in. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex Ang. in repe. l ſi vacantia in principio. C. de bo. vacan. lib. x. & in. l. iii. in fine. C. de anna. excep. Innocen. & Ioan. Andr. in cap. nouit. extra de offi. deleg. Ioan. And. & alios in dicto cap. quoniam contra. extra de prob. Et an nuncio ſi non ſit publicus, vel etiam ſi non ſit iuratus debeat credi habes glo. in cap. cum parati, & ibi late per cano. extra de appel. per Ioannem de Pla. Cy. & Angel. in dicto. §. quadrupli, & vide Bar. in dic. extrauaganti ad reprimendum in verbo per nuncium, & ibi etiam ponit Bar. quid ſi tales nuncij eſſent perſonæ viles & infames, prout communiter deputantur ad tale officium, an eis eſſet credendum? dic vt ibi. Et an credatur nuncio citanti ore tenus, & ſic ſine ſcriptura & ſine literis, vide Bar. notabiliter diſtinguentem in. l. palatinos. C. de colla. fund. fiſca. lib. xi. glo. & doct. in dic. c. cum parati, & textum in. c. prudentiam, & ibi doc. extra de offi deleg. Adde quod dixi in repe. mea. l. eum quem temere. ff. de iudi. & ibi late videas. Illud tamen diligentiſsime nota, ꝙ nunquam citatio domi, ſeu ad domum reddit citatum contumacem abſq; literis, & ſic niſi citatio fuiſſet facta cum literis. iſtud eſt quod ſignanter voluerunt Bal. & Ang.

Citanti an credatur ore tenus ſine ſcriptura

Citatio domi facta ſine literis nõ reddit citatum contumacem.

Ang.in.l.ii.C.de anna.excep.dicit etiam ſingulariter Bar in.l.quoties.C.de digni.lib.xii.per gloſ. cum textu ibi, ꝙ quando citantur perſonæ clariſsimæ vel in dignitate poſitæ,quòd in illis perſonis nunquam valet citatio, niſi fiat per ſcripturam:& ſic niſi nuncius apportet ſecum literas: dicit etiam alibi ſignanter Bar.in.l.eum qui.§.fina.ff.commoda.quod non eſt credendum nuncio publico aliquem citanti vel aliud facienti:niſi portet biretum rubeum in capite, vel aliquod aliud ſignum puta crucem ſuper bireto,quanuis in hoc dicat ſtandum cõſuetudini eſſe,& idem etiam tenet Bart.in.l.prohibitum.C.de iure fiſci, libro decimo,vbi generalius dicit quòd omnes officiales debent portare inſignia officialium, ex quibus cognoſcantur, vt nuncij publici habitum rubeum vel ſimilia ſigna: aliàs ſecundum Bar.poſſet eis reſiſti, quod ipſe reputat multum tenendum mente. An autem ſi dicat nuncius ſe Titium perſonaliter citaſſe,& Titius dicat contrarium,etiam cum iuramento,cui magis ſit credendum? ponit Ioan.And. in dic.c.cum parati.extra de appella.& Sali.in.l. tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex:& concludunt ꝙ ſit in arbitrio iudicis,cui eorum magis credi debeat conſiderata qualitate facti, & conditione perſonarum, & ſequitur ſimpliciter Ange.in dic.§.quadrupli : ſed tu vide Nico.de Neapo.in lecturis Bart. qui aliter videtur tenere in.l.ſcire oportet.§.ſufficit ad finem.ff.de excuſa. tuto.de quo vide per Iaſonem in dicto.§.quadrupli.

Citato an potius credatur quàm nuncio.

Peines à ceulx qui en prendront ou bailleront plus.

Article. CLXXXiiii.

ET ou ilz en prendrout aucune choſe dauantage,nous les declarons deſapreſent priuez de leurs offices,& ſubiectz à punition corporelle, encores qu'il leur fuſt voluntairement offert par les parties,auſquelles neantmoins defen-

defendons de non le faire ſur peine d'amende arbitraire.

Facit textus in.l.fina.C. de ſpor. Aduerte tamen quòd per hanc pœnam ſtatutariam non tollitur pœna iuris communis,quæ eſt quadrupli,vt.§.quadrupli. inſtit. de actio.Ita tenet Iaſon in.§.tripli.circa finem,qui allegat Barto.in.l.ſanctio legum.ff.de pœ.& ſcribentes in.l.qui ſepulchra.C.de ſepul.vio.Io.Fab.& Ang idem tenere in dic.§.tripli.tamen iſtæ pœnæ legales tripli,vel quadrupli,in foro conſcientiæ non ſunt debitæ.Ita eſt glo vulgo reputata ſingularis in cap.fraternitatis.xii.quæſtio.ii. quam allegat Bar.in l.poſt deciſionem.C.de fur.& Imo.in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff de verbo.oblig. Adde quod dixi ſupra arti.lx.ꝙ iudex nunquam debet recedere à pœna ſtatuti, & illam imponendo ſufficit,quia altera debemus eſſe contenti.& ita totus mundus obſeruat,vt tenet Alb.de Roſa. in.j.parte ſta.quæſti.viii.& Ang.in ſuo trac. malef. in glo. & ibi caput quod nota. Et ita tenent Spe.& Io.And. in addi in titu.de pœna temerè litigan. verſic.ſed quæritur.Et in titulo de accu.§.qualiter,verſi.licet. Sed iuxta prædicta qræro ſi ſeruientes excedant illam ſummam taxatam,de qua articulo proximo dictum eſt,an poſsit ab eis quadruplum repeti,& ſic an incidant in hanc pœnam quadrupli? dicit Io.Fab.in dic.§ quadrupli, videri ſibi ſatis rationabile,ꝙ ſic,cum ſit eadem ratio: tamen determinat contrariũ,quia durum eſt pœnas extendere.& legem pœnalem extra ſuum caſum trahere.l.pręſes,&.l.interpretatione.ff.de pœ.credit tamen ꝙ puniri debeant extraordinariè officio iudicis,qui debet illicitas exactiones coercere,vt.l.illicitas,in prin ff.de offi.præſi.& ſimpliciter ſequitur Ioannes de Pla.hic,Iaſon tenet contrarium, quòd imo diſpoſitio dic.§.quadrupli.extendi debeat ad caſum, ſupra ſcriptum,& mouetur primo fundamento doctorum iſtud tenentium:quia imo in pœnalibus & odioſis ex identitate rationis eſt extenſio,vt eſt ſolennis textus de hoc in cap.j §.porro,verſi.ſed quia natura nouas properat edere formas in titulo,quæ fuerit prima cauſa beneficij amitten. in vſi.

Pœna iuris an tollatur per pœnam ſtatutariã.

Iudex debet ſuo officio illicitas exactiones coercere.

in vſi.feudo.& ibi Bal.expreſſe notat, qui dicit, quòd ibi eſt melior textus de iure ad hoc,quòd in pœnalibus, & odioſis procedatur de ſimilibus ad ſimilia.facit.l.his ſolis. in verbo ſatis etiam cautum putamus.C.de reuoca. dona. iunctis his quæ notat ipſe Iaſ. in.§.ſequens inſtit.de actio. ergo in propoſito noſtro in terminis illius.§. quadrupli. quantumcunque in pœnalibus licita eſt extenſio ex identitate rationis. Et ad iura in contrarium adducta, reſpondet primo ad.l.preſes,&.l.interpretatione,cum ſimilibus, quæ volunt diſpoſitiones pœnales non eſſe extendendas, quòd illud eſt verum,niſi ex identitate rationis fiat extenſio per textum in dicto.§ porro. cum aliis præallega. nec obſtat etiam illa gloſa ſingularis in dicto.§.ſequens,verſi. item mixta ſuper verbo.in iudicium, quæ ſingulariter vult,quòd imo etiam ex identitate rationis in pœnalibus non fiat extenſio:quia reſpondeo, quòd illa gloſa procedit,& habet locum quando pœna imponeretur,habito reſpectu ad priuilegium alicuius particularis perſonæ: quia tunc bene verum eſſet quòd nulla fieret extenſio de ſimilibus perſonis, ad ſimiles perſonas, nec de ſimilibus caſibus ad ſimiles caſus. Ita dicit Iaſon in dicto §.tripli. inſti. de actio.col.quarta.Cui autem applicetur iſta pœna quadrupli gloſa dicit in dicto.§. quadrupli. in verbo. in quadruplum,quòd ſimplum datur damnum paſſo: reliquum vero triplum datur fiſco.§.& hoc quoque præcipimus.In auten.vt litigan.col.nona.Iacobus de Ra.Ioan.Fab. Ioan. de pla.& Angel.ibi tenent quòd imo totum quadruplum applicatur parti,moti duobus fundamentis,quæ ibi vide. Nec obſtat ſecundum eos dictus.§. & hoc quoque, ſuper quo ſe fundauit glo.quia ſecundum eos dic.§.& hoc quoque loquitur in accuſatione,& ſic loquitur de pœna criminali per viam accuſationis, vel inquiſitionis, cuius triplum bene applicatur fiſco.& ſimplum damnum paſſo:nō autem loquitur ille.§.de actione ciuili, de qua loquitur, verſicu.quadrupli,videlicet de condictione ex hac.l. quæ datur ad quadruplum totum applicandum parti, & ſic de pœna ciuili:vnde vna non debet per aliam tolli, cum diuerſa remedia & diuerſæ pœnæ poſſunt competere, & de

Pœna quandoque extenditur.

nouo introduci pro eodem facto, & vnum remedium nõ habebit tollere aliud iuxta.l.quoties.ff.de actio. & oblig. & latè tradita per Bar.in.l.i.ff.vi.bono.rap.in illo articulo an per pœnam ſtatutariam, ſiue impoſitam ab ſtatuto ſit ſublata pœna iuris communis,de quo vide Iaſon.in dicto. §.quadrupli.in.v & vi.col. An autem ſeruiens qui fuit executor in vna cauſa debeat ipſe idem eſſe in tota cauſa, & non alius,vide textum in.l.i.& ibi Bar.& alios C.de ſpor. & latius Bar.in.l.j.ff.de offi.conſu.& Bar. in.l.ii.in.ii. col. C.quomodo & quando iudex.Do. Anto.de But. in cap. dilecti.extra de dolo & contuma. Nota etiam, quòd ſeruiens non debet accipere vltra ſummam ſibi taxatam in præcedenti articulo etiam ſi gratis ſibi offeratur, licet quædam accipiuntur quæ inhoneſtè petuntur, vt.l.i.§. proinde.ff.de variis & extraor.cogni.& poteſt puniri pars ſi plus offerat,licet ſit argu.contra in.l.nemo.C. de iude, & in.l.in re mandata.C.manda.

Seruientes non debent accipere vltra ſummã ſibi taxatã.

Confraries de gens de meſtier abolies.

Article. CLXXXV.

QVe ſuyuant noz anciennes ordonnances, & arreſtz de noz cours ſouueraines, ſeront abbatues, interdictes, & defendues toutes confraries des gens de meſtier,& artiſans de tout noſtre royaulme.

ISta ordinatio fundatur in.l.i.C.de monopo. vbi prohibentur monopolia iſtorum artificũ propter illicitas conjunctiones,quas faciunt in ſuis artificiis & negociationibus, vt ſpecies diuerſorum corporum negociationis non minoris,quàm inter ſe ſtatuerint venũdantur.Ita dicit textus in dic.l.i..Bar.tamen in.l.fi.ff.de collec.illici.dicit collegium illorum confratrum eſſe approbatum, quod probatur.xlvii.diſt.in.c.ſi quis deſpicit, non ſunt tamen priuilegiatæ confratriæ.vt loca pia:quia nõ ſunt propriè collegium.

Confratriæ non ſunt priuilegiatæ. gium, vt ibidem in fine verſi. nulli. de iſtis cōfratriis loquitur gl. pracma. ſanc. in tit de anna. in verbo beneficiorum, vbi dicit ꝙ non ſunt beneficia nec poſſunt presbyteri cófratriæ beatæ Mariæ ciuium Pariſienſium permutare, nec poteſt epiſcopus ab ipſis confraternitatibus exigere iura epiſcopalia per notata per Feder. conſi. xxv. & dicit Panormita. in cap. officij de teſta. ꝙ de relicto facto eiſdem non debetur quarta, quia videtur factum non loco, ſed potius ipſis de fraternitate, vt diſponant in piam cauſam: de relictis autem perſonis non debetur canonica portio cap. requiſiſti, de teſt. in fine per Bald. in l. ſi quis ad declinādam. C. de epiſco. & cleri. & aduerte quòd confratriæ ſeu fraternitates artificum tantum abolentur, & nō aliorum, quia qui de vno dicit, de alio negare videtur. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne. extra de præſumptio. vnde appellatione artificum veniunt omnes, qui ſunt extra literas & notas poſiti, vt. l. i. §. ludi. ff. de variis, & extraordina. cogni. vnde ars ſic diffinitur, eſt rectè quicquam faciendi aut cognoſcendi præceptione vſu ac imitatione acquiſita promptitudo: vnde aliqua appellatur mechanica ſiue ſeruilis. Et eſt ars mechanica ars expeditè operandi, ea quæ ſunt corpori humano neceſſaria, & dicitur mœchanica, ꝙ eorum ſit operum effectus, quæ ingenio ſimul & manibus fiunt Michanomai, vnde dicitur & deriuatur, mollior. machinor, inuenio, & excogito ſignificat: ſeruilis vero, quòd ad cęteras artes eam ſeruet habitudinem, quam ſeruus ad dominum, qualem itidem corpus ad animū. Mechanica diuiditur in ſeptem ſpecies, quarū nomina his vulgatis carminibus habétur, lana, nemus, miles, & nautica, rus, medicina. His ars fabrilis connumeranda venit. Medicina autem ſexta artis mechanicæ ſpecies, non hic pro ea ſumitur ſcientia, quæ humani corporis complexionem morbóſque conſiderat: nā ars doctrinalis eſt, & in diuiſione ſub arte naturali collocatur: ſed pro illa quæ vulnera & exteriores corporis læſiones curat. Alia eſt ars doctrinalis, quæ eſt ars promptè cognoſcendi ea quę animum perficiunt, ſcientémque redę dunt, & diuiditur in liberalem & non liberalem, ars liberalis eſt ars doctrinalis, quæ circa ſermonis aut quantitatis deter-

Confratriæ artificū tantum ſublatæ ſunt.

Artificū appellatione qui veniūt.

Ars mecanica.

Artis mecanicæ diuiſio.

Ars doctrinalis.

determinationem negociatur,& hoc dignum nomen ſortita eſt,quia liberum requirit animum,liberoſque & ingenuos homines decet.Et ſunt ſeptem artis liberalis ſpecies quæ ſuo ordine in hoc vſitato carmine cõtinẽtur gra.loquitur,dia.vero docet,the.verba colorat,mu canit ar.numerat,geo.ponderat,aſt.colit aſtra.Ars non liberalis, eſt ars doctrinalis,aliud quicquam à ſermone quantitatéque conſiderans,& hæc eque animum requirit ingenuum liberalique ingenio præditos homines decet,atque liberalis, cui etiam dignitate par eſt,aut ſuperior,nomine tamẽ negatiuo nuncupatur,quòd non eandem quam vulgo liberales dicuntur materiam contemplatur.quodque nomen negatiuum conuenientius non ſuppetit ad eam propriè denominationem. Artium non liberalium,alia eſt ars moralis quæ hominum mores,vt bene,beatæque viuant rectè inſtituens,alia naturalis quæ rerum naturalium humani ve contemperamenti,determinationem ſibi vendicat.& ſunt res naturales totæ ſubſtantiæ quæ in hoc mundo ſenſibili conſiſtunt,& ſub hac comprehenditur medicina. Alia eſt ſupernaturalis quæ ſupra mundanarum & res naturales dignitate ſuperuenientium determinationem ſibi vendicat, & ſunt ſupra mundanæ.Deus benedictus intelligentię ſpiritusque cœleſtes Deinde artis moralis triplex eſt ſpecies Alia eſt ethica vnunquemque hominem honeſte,& ſecundum virtutem viuere docens & eadem monaſtica dici poteſt, quod vnum hominem ad vitæ probitatem dirigat OEconomica eſt quæ domum familiamque gubernandam curat alio modo familiaris,& domeſtica dici poteſt, Politica eſt quæ Rempublicam & hominum multitudinẽ gubernandam curat,& ſub hac ius canonicũ quod eccleſiaſticum dirigit ordinẽ,& ius ciuile,quod ciuile hominũ genus moderatur cõprehẽduntur,vocaturque ius canonicũ ius pontificium quod à ſummis pontificibus ſit compoſitum. Et ius dicitur diuinum,quod de rebus diuinis & ſacris petractet.Poſtremo vulgato nomine dicuntur decreta,quod ſanctorum patrum ſint conſtitutiones.Ius ciuile ius ceſareum dicitur,quod à cæſaribus,& imperatoribus Romanis ſit cõditum.Dicitur & ius humanum,quia ſit de rebus

Ars moralis & naturalis.

Artis moralis ſpecies.

rebus humanis,& eius conſtitutiones vulgariter leges dicuntur.Cum itaque tanta ſit artis doctrinalis ſupra ſeruilem,& animi ſupra corpus excellentia,veſtrum omniũ officium eſt(ò generoſi adoleſcentes literarum ſtudio deſtinati)animo peruoluere ad quam dignam prouinciã eſtis deſignati,ad quantam animi perfectionem vocati, potius quàm cæteri,qui ſolis artibus mechanicis,de quibꝰ loquitur ordinatio noſtra,impendunt operam ſuam,& ex hac conſideratione vos ipſos ad laborem incitate pro animo excolendo,pro artibus doctrinalibus conſequendis potiſſimum iure noſtro canonico & ciuili.Eſt enim ſanctiſſima res ciuilis ſapiẽtia,quæ præcio nummario non eſt æſtimanda.l.i.§.proinde.ff.de variis & extraordi. cogni. Sic enim quanto dignius eſt quicquam, tanto maior diligẽtia ad illud aſſequendum eſt adhibenda,nec vigiliæ recuſandæ ad cõporandam ciuilem illam ſapientiam: quandoquidem videmus eos qui artes mechanicas primũ diſcunt totos dies,& interdum noctes illis operam præſtarè nullumque labori tẽpus intermittere.Nolite(obſecro)cómittere vt ab illis aſſiduitate laboris vincamini,quos longè vincere deberetis,neque minus pro re digniori deſudetis, quã illi ꝑ re minus digna Sane nihil turpius eſt quam hos qui mechanicas artes exercent labori intentos vos ipſos otio torpeſcere,& tempus inaniter conterere.Sed quæro nunquid collegia confratrũ,ſeu cõfratriæ aliorum quam artificum,quæ hic non abolentur poſſunt ſtatuta facere? Alber de Gand.in ſuo tractatu maleficio.titu.de obſeruantia ſtatutorum verſi.ſed nũquid dicit quòd ſic:nam illi qui talia collegia regũt iuriſditioné habẽt,vt.C.de iur.om.iud.l.ff ff.quod cuiuſq; vni.nomine.l.i.& ſequẽ.C.de edifi priua. lege an totũ.C.quę ſit longua conſuetudo.l.i.& hoc idem intelligendum cenſet in capitulo,vel villa,quod bene nota pro iſtis ſtatutis quæ quotidie faciunt iſti confratres, quod valent & tenent inter ipſos.Sed nunquid iudex,ſeu poteſtas tenetur obſeruare talia ſtatuta Gandi.dicit,quòd ſic,niſi ſint contraria iuri communi,vel municipali illius ciuitatis,vt dic.l.fina ff de colle.illi facit quod notat Bart. in.l.ſub prætextu.ff.de extraor.crimi.vbi dicit,quod ſi poteſtas

Collegiati, an poſſint facere ſtatuta inter ipſos.

teſtas reperit in vna ſocietate ſtatutum inhoneſtum poteſt ſtatim eo ipſo caſſare ſocietatem: refert, & ſequitur Bal. in in. c. i. §. conuenticulas de pace. ten. in vſi feudo. Nunc quæro de vno ſingula. quòd ponit Lud. Ro. in ſingu. cccxliiii. vbi quærit, an valet ſtatutum fraternitatis quod quis nõ poſſit intrare ipſam fraternitatem quin primo ſoluat quatuor libras, & dicit inueniſſe Archi. lxxii. diſtinc. c. ſi quis deſpicit qui dicit ſe conſuluiſſe, quod aut ſtatutum ſit per verba affirmatiua, aut negatiua. Primo caſu eſt validum. Secundo nõ, ſcilicet nullus admittatur, vel quilibet admittatur alle. tex in. c ad apoſtolicam. extra de ſimo. tamẽ Ludo. credit conſulere contrarium, vt ibi dicit.

Que les choſes ſeruant auſdictes confrairies ſeront portées deuers les iuges Royaulx.

ET ne s'en entremettront leſdictz artiſans & gens de meſtier ſur peine de punitiou corporelle, ains ſeront tenuz de dans deux moys apres la publication de ces preſentes faicte en chaſcune de noz villes apporter & mettre par deuers noz iuges ordinaires des lieux toutes choſes ſeruans & qui auroient eſté deputées & deſtinées pour le faict deſdictes confraries, pour en eſtre ordõné ainſi que verront eſtre à faire. *Ar. clxxxvi*

PRo hac ordinatione facit textus in l. diuus. ſſ. de bo. damna. & nota quòd lex ſiue conſtitutio ligat poſt duos menſes à tempore publicatiõis in auten. vt facte nouæ conſtitutiones col. v. niſi princeps velit quòd ſtatim ligent, & hoc quoad retractationem actus, ſecus quoad pœnam. hoc vult notanter gloſſ in verbo ex nunc in cle. ii. de hære. & tenet Abbas in c. ii. extra de conſtitu. de quo per Bal. in l. leges. C. de leg. Aduerte tamen quod vbi conſtitutio

Lex a quo tempore ligat.

